This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Migne, Jacques Paul

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

**OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,**

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :*

## RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

## SERIES LATINA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ LATINÆ A TERTULLIANO AD INNOCENTIUM III.

## ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**Bibliothecæ Cleri universæ,**
SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

## PATROLOGIÆ TOMUS CXXXII.

REGINO PRUMIENSIS ABBAS, HUCBALDUS MONACHUS ELNONENSIS; JOANNES X, LEO VI, STEPHANUS VII, LEO VII, STEPHANUS VIII, ROM. PONT.; S. RADBODUS TRAJECTENSIS, WALDRAMMUS ARGENTINENSIS, SALMO CONSTANTIENSIS, STEPHANUS LEODIENSIS, WALTERIUS SENONENSIS, DADO VIRDUNENSIS, EPISC.; HERVÆUS RHEMENSIS, AGIO NARBONENSIS, SEULFUS RHEMENSIS, ARCHIEP.; ODILO MONACHUS, S. MEDARDUS SUESSIONENSIS, RADBODUS DOLENSIS, ABBO SANGERMANENSIS, MONACHUS, CYPRIANUS CORDUBENSIS.

TOMUS UNICUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,
IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 189, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127.

1880

BR
60
.M4
t.132

Ex typis societatis dictæ Societas anonyma impressionis et librariæ administrationum viarumque ferratarum.
PAULO DUPONT, Directore. — Parisiis, in via dicta Jean-Jacques-Rousseau, 41. (Cl.) 84.6.80.

PHILADELPHIA
DIVINITY SC

BR
60
.M4
t.132

Ex typis societatis dictæ Societas anonyma impressionis et librariæ administrationum viarumque ferratarum.
PAULO DUPONT, Directore. — Parisiis, in via dicta Jean-Jacques-Rousseau, 41. (Cl.) 84.6.80.

DIVINITY SC..

SÆCULUM X

# REGINONIS

PRUMIENSIS ABBATIS

## HUCBALDI MONACHI ELNONENSIS

# OPERA OMNIA

AD EDITIONES MELIORIS NOTÆ RECOGNITA, VARIIS MONUMENTIS ILLUSTRATA, NEMPE OPUSCULIS DE ARTE MUSICA, QUÆ SUPPEDITAVIT D. MARTINI GERBERTI, S. BLASII IN SILVA NIGRA ABBATIS, COLLECTIO SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM DE MUSICA.

ACCEDUNT

JOANNIS X, LEONIS VI, STEPHANI VII, LEONIS VII, STEPHANI VIII

PONTIFICUM ROMANORUM

## EPISTOLÆ ET DIPLOMATA

**Intermiscentur**

ROBERTI METENSIS, RADBODI TRAJECTENSIS, WALDRAMMI ARGENTINENSIS, SALOMONIS CONSTANTIENSIS, STEPHANI LEODIENSIS, WALTERII SENONENSIS, DADONIS VIRDUNENSIS, EPISCOPORUM, HERVÆI RHEMENSIS, AGIONIS NARBONENSIS, SEULFI RHEMENSIS, ARCHIEPISCOPORUM, ODILONIS MONACHI S. MEDARDI SUESSIONENSIS, RADBODI DOLENSIS, ABBONIS SANGERMANENSIS MONACHI, CYPRIANI CORDUBENSIS.

**SCRIPTA VEL SCRIPTORUM FRAGMENTA QUÆ EXSTANT**

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**Bibliothecæ Cleri universæ,**

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS UNICUS.

PARISIIS.

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,
IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 189, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127.

1880

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXXII CONTINENTUR.

REGINO PRUMIENSIS ABBAS.

De ecclesiasticis Disciplinis et Religione Christiana. 175. — Stephani Baluzii notæ ad librum Reginonis De ecclesiasticis Disciplinis. 400. — Appendix actorum veterum quorum in notis facta mentio est. 455. — De harmonica Institutione. 483.

BERTARIUS VIRDUNENSIS PRESBYTER.

Gesta episcoporum Virdunensium. 502.

ROBERTUS METENSIS EPISCOPUS.

Diplomata et epistolæ. 529.

S. RADBODUS TRAJECTENSIS AD RHENUM EPISCOPUS.

Radbodi breve Chronicum. 548. — Sermo de S. Switberto. 548. — Sermo de Vita S. virginis Christi Amelbergæ. 550. — Homilia de S. Lebwino. 553. — Carmina. 557.

SALOMON CONSTANTIENSIS EPISCOPUS.

Versus ad Dadonem episcopum. 562.

WALDRAMMUS ARGENTINENSIS EPISCOPUS.

Carmina. 575.

ODILO MONACHUS S. MEDARDI SUESSIONENSIS.

De translatione reliquiarum S. Sebastiani martyris et Gregorii papæ. 576. — Epistola ad Hucbaldum monachum S. Amandi. 628. — Sermones tres. 629.

STEPHANUS LEODIENSIS EPISCOPUS.

Vita S. Lamberti. 643.

HERVÆUS RHEMENSIS ARCHIEPISCOPUS.

Epistola ad Witonem archiepiscopum Rothomagensem. 661. — Concilium Rhemense præside Hervæo. 673.

WALTERIUS SENONENSIS EPISCOPUS.

Statüta. 717.

RADBODUS DOLENSIS.

Epistola ad Adelstanum regem. 719.

ABBO SANGERMANENSIS MONACHUS.

De Bello Parisiaco. 721.

DADO EPISCOPUS VIRDUNENSIS.

De Vita Hattonis et Berhardi. 779. — Fragmentum historicum. 779.

AGIO ARCHIEPISCOPUS NARBONENSIS.

Historia abbatiæ Vabrensis. 782.

CYPRIANUS CORDUBENSIS ECCLESIÆ ARCHIPRESBYTER.

Epigrammata. 797.

JOANNES PAPA X.

Epistolæ et privilegia. 799.

LEO PAPA VI.

Epistola ad episcopos Dalmatiæ. 813.

HUCBALDUS MONACHUS S. AMANDI.

Operum pars prima. — Hagiographica. 825. — Epistola de S. Theoderico. 825. — Hymnus de S. Theoderico. 826. — Vita S. Rictrudis abbatissæ Marcianensis. 828. — Passio S. Quirici et Julittæ martyrum. 851. — Vita S. Aldegundis virginis. 857. — Vita S. Lebwini presbyteri et confessoris. 875. — De S. Jonato confessore 893. — Operum pars secunda Miscellanea. 905. — Opuscula de musica. 905. — De Harmonica Institutione. 905. — Musica Enchiriadis. 938. — Scholia de arte musica. — Monachi egloga de laudibus Calvitii. 1041. — Epistola metrica ad Carolum Calvum imperatorem. 1048. — Epitaphium Milonis monachi S. Amandi Elnonensis Hucbaldi magistri. 1049. — epitaphium duplex. 1049.

STEPHANUS PAPA VII, AL. VIII.

Epistolæ et privilegia. 1051.

JOANNES PAPA XI.

Epistolæ et privilegia. 1055.

SEULFUS RHEMENSIS ARCHIEPISCOPUS.

Concilium Rhemense præside Seulfo. 1065.

LEO PAPA VII.

Epistolæ et privilegia. 1065.

STEPHANUS PAPA VIII, AL. IX.

Epistolæ et privilegia. 1089.

# REGINO PRUMIENSIS ABBAS.

## REGINONIS CHRONICON.

### PERTZII PRÆFATIO IN CHRONICON REGINONIS.

(Monumenta Germaniæ historica, tom. I, pag. 537.)

Regino, si Annalibus Prumiensibus, sæculo decimo sexto conscriptis, fides, nobilibus parentibus Altrepii ad Rhenum natus, inde ab anno 892 Prumiensis in Arduenna monasterii regimen tenuit. Quo æmulis agentibus, ut ipse conqueritur, destitutus, anno 899 Richarium, fratrem Gerhardi et Mathfridi, potentissimorum in Lotharingia comitum, « invidiosum sui negotii successorem sustinuit, » et reliquo vitæ in monasterio sancti Maximini prope muros Trevericæ urbis exacto, ibi etiam diem suppremum obiit. Lapis ejus sepulcralis una cum pedo fracto an. 1581 repertus, inscriptis elegis, licet valde mutilatis annum obitus 915 indicare videtur :

. . . . . FESSA REGINONIS CONTINET OSSA.
ABBAS EGREGIUS. PRÆFUIT IPSE PIUS.
COENOBIO QUONDAM PRUMIENSI MORIBUS ALMIS
POSTQUAM. . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . .
. . .O DCCCCXV.

Otium quo ultimis vitæ annis fruebatur, conscribendis tum chronicis, tum, ex jussu Ratbodi Trevirorum archiepiscopi, libris duobus de ecclesiasticis Disciplinis et religione Christiana, atque epistolæ de harmonica Institutione ad eumdem Ratbodum, lectionario totius anni præfixæ, impendit. Et hæc quidem nondum luci data est ; libros de ecclesiastica Disciplina, quorum prior de rebus et personis ecclesiasticis, alter de vita et conversatione laicorum agit, post Joachimum Hildebrandum Stephanus Baluzius Parisiis an. 1671 edidit ; Chronicorum libri, una cum anonymi continuatione usque ad an. 967, sæpius typis dati sunt, quod eos historiæ illustrandæ multum conferre dudum omnibus persuasum esset. Quibus tamen paulo diligentius inspectis, maximam eorum partem nullam legentibus utilitatem afferre fateamur necesse est. Nam liber primus, Bedæ Chronico de sex ætatibus mundi velut fundamento suo superstructus, in rebus enarrandis nihil fere nisi ipsa fontium verba sententiasque profert. Exscribuntur in eo præter Bedam Martyrologium aliquod A antiquum aut Vitæ sanctorum, tum gesta regum Francorum, Pauli Diaconi Historia Longobardorum, gesta pontificum Romanorum, gesta Dagoberti, Vitæ sanctorum Goaris et Lamberti ; sub finem etiam libri, dum Bedæ Cronicon rebus in temporum ordinem redigendis non amplius sufficeret, annis Caroli majorisdomus 4, 5, 10, 15, 16, 17, 18, 20, 21, 22, 24, 26, Annales Petaviani adhibiti sunt. In libro secundo triplex scribendi genus distinguas. Annis 741-814 auctor, Annalibus Laurissensibus innixus, præter ea quæ inde desumpsit et haud raro corrupit (1), clausulam de Pippini regis consecratione (2), et annis 746 et 753 quædam *ex narratione seniorum audita* in rem suam vocavit, quæ, dubiæ licet fidei serioris tamen ævi scriptoribus placuerunt annis 814-870 rerum gestarum ordinem in tantum pervertit, ut omnia ea non monumentis, sed, quas ipse fontem suum esse confitetur. *Patrum relationibus* et me- B moriæ non satis fidæ deberi pateat. Annis tantum 829, 847, 851, 860, necrologium monasterii sui, et in causa Lotharii et Theutbergæ enarranda collectionem aliquam epistolarum, qualem hodieque Treveris superesse V. cl. Wyttenbachius refert (3), consuluisse videtur. Denique post annum 870 ipse, non indiligens temporis sui spectator, plurima alias incognita memoriæ servavit ; nec tamen vel in iis fieri potuit, ut quidquid suo anno assignaret, cum totum opus post annum demum 900 (4) inchoaverit. Absolvit illud anno 907, antequam nuntius de Alani, Brittonum regis, obitu (5) in Germaniam perferretur, præfationem ad Adalberonem, Augustensem episcopum, initio anni 908, Burchardo Thuringorum duce nondum defuncto (6), addidisse videtur.

Jam igitur, qualis et in quibus Reginoni auctoritas tribuenda sit, dijudicari potest. Quæ ex aliis hausit, non apud eum, sed in fontibus ipsis requi- C ras ; reliqua quo propius ad anum 900 accedunt, eo majorem fidem merentur ; auctorem vero consulto nunquam veritatem adulterasse, tota operis ratio, et ea quæ annis 892 et 899 de se ipso profitetur, persuadent.

Annos ab incarnatione Domini numerat, qua ta-

(1) Exempli gratia anno 796, *Iringum gentis Avarorum principem* ; a. 799, *civitatis quæ dicitur Oscaclavis* ; a. 803, *Calistus et Candidatus* ; a. 806, *Geta patricius* ; a. 808, *rex Nortdanibrorum* ; a. 810, *transito Rheno in loco qui Lippa dicitur* ; et plura ejusmodi.

(2) Bouq., t. V., pag. 9, 10.

(3) *Archiv.*, etc., t, III, p. 377-380.

(4) Post Zuendiboldi Lotharingiorum regis obitum. Cf. a. 888 narrationem de Ruodolfo rege ; fortasse et post annum 901, cui Ungarorum irruptio in Italiam, quæ jam 900 contigerat, ascribitur.

(5) Cf. Chron. a. 374 : *Alanus qui et hanc* (*Britanniam*) *strenue hactenus gubernat.*

(6) Cf. Chron. a. 892 : *ducatus..... Burchardo comiti committitur, qui eum hactenus strenue gubernat*, et præfationem.

[illegible]

Folium un... annorum 961 et 962 ... continens, excidit: tota quoque annorum 773-795 narratio inde a verbis *Tunc rex castra posuit ad eandem clusas usque Cum vero audissent* ... deest, ita tamen ut inter verba anni 801 *Hujus factionis fuere principes*, et initium anni sequentis omnia quæ apud Reginonem inde ab an. 783 *Post hæc eodem anno, obiit Bertrada* usque ad exitum anni 795 leguntur, inserta sint.

3. *Codex olim monasterii Prumiensis*, jam vero bibliothecæ publicæ Trevirensis, membranaceus in 4° minori, qui post Reginonem octo priora Thegani capita, Eginhardi Vitam Caroli atque Annales, et tum demum reliqua Thegani capita continet. In fine inscriptionem veterem præfert: *Anno dominicæ incarnationis* MLXXXIV *scriptum est hoc volumen ab Arnoldo scolari, præcipiente domno Wolframmo pio ac venerabili abbate Prumiensis cenobii*. Totius codicis collatio viro cl. Wyttenbachio debetur, cujus observationem de variis libri fatis legere juvabit: « Codex ms. a me collatus, a quodam Prumiensi cœnobii monacho anno 1084 est exaratus, sed, nescio quo casu, pervenit ad manus cujusdam prioris cœnobii Epternacensis sæculo decimo sexto. Iste prior, Pater Henricus, ad instantiam et diligentem petitionem Petri Cren, pastoris in Sefferen, Treveris in monasterio S. Maximini factum, transmisit rursus Prumiam anno 1582. Sed postmodum ad multorum iterum manus successu temporis pertransiit, sic quoque Societatis Jesu collegio, tum in Trevirensis historiæ curam incumbenti anno 1589 ab archiepiscopo Joanne concessum fuit hoc exemplar ms., donec tandem ad Prumiensem bibliothecam, ut verum proprium [illegible] dominum, ultimo sit reportatum anno 1601.

[illegible]

... *nos edito*. Habent ... in eo Reginonis ... ma ... Rotenhanii ingenio debita, quæ hodie lectorum ... ... Editores aut codices vitiosos ... erant aut ... minus periti fuerunt: de subsidiis tamen suis ne verbum quidem fecerunt. Nec *b*) Simon Schardius, cum Rotenhanii librum Chronographis suis quatuor anno 1566 insereret, novas ei curas adhibuit, sed vel in titulo Rotenhaniano vocem *sexingentis* intactam reliquit. *c*) Eadem fere incuria editio princeps tomo I. Scriptorum Germanicorum Pistorii, qui Francofurti annis 1584 et iterum 1609 prodiit, recepta est. *d*) Editio Argentoratensis, anno 1609 sumptibus Lazari Zetzneri bibliopolæ instituta, locis aliquot ope codicis cujusdam aut Carlsruhani aut Carlsruhano proximi correcta est. *e*) Pistoriana tertia Ratisbonæ an. 1726 a Burcardo Gotthelf Struvio adnotationibus quidem adornata, et ope Pauli Diaconi, Annalistarum Metensis et Saxonis nonnunquam emendata, vitiis tamen scatet, ita ut nec corigendo nec illustrando textui multum conduxerit. Meliores certe observationes Bouquetus Annalistæ Metensi subjecit, quem Reginonis loco collectioni suæ inserendum statuerat.

6. Omnes Reginonis codices in quibus et continuatio aliqua reperitur, cum sententiis nonnullis, tum verborum positione ita haud dubie inter se consentiunt, ut eos ejusdem originis esse dubitari nequeat. Quos inter codex bibliothecæ regiæ Parisiensis, numero 5016 signatus, propter majorem cum præcedentibus affinitatem præcipuum fere locum obtinet. Est membranaceus in folio, sæculi XI, et olim ad monasterium S. Mariæ Ottenburgensis,

A **Moguntinæ** diœcesis, pertinuisse videtur (7). Continuationem usque ad illa anni 939 verba *Caprimontem obsidione*, sententia nondum expleta, producit. Quibus cum et in codice Reginonis Murensi et in tribus qui inde fluxerunt, Engelbergensi, Einsidlensi sæculi XIV, et Augsburgensi Hermanni Contracti Chronicon adnectatur (8), eos omnes a Parisiensi originem traxisse opinor. Codex Parisiensis Societatis impensis cum editis collatus est, non tamen ea diligentia, quæ minoribus etiam immorari debuisset.

7. Contra codices quinque in Austria asservatos summa cum diligentia in usus nostros vertit D. Josephus Pirsner, jurisconsultus Carniolensis. Quorum primo loco nominandus venit, qui in bibliotheca palatina Vindobonensi inter historicos profanos numero 332 signatur. Est membranaceus in folio, sæculo XI exeunte scriptus, fuitque olim monasterii Admontensis in Styria, quare ex codice aliquo Salisburgensi fluxisse fortasse putandus est. Præter Reginonem continet Theganum et Victoris Historiam persecutionis Vandalicæ. Scriptor ubique fere loco *ti* ante vocalem *ci* recepit; exempli gratia, *ocium, accio, licium, succedencium;* tum, *Arnulfus, Haistulfus* et *Ruodolfus* (non *Arnulphus, Aistulphus* et *Rudolphus*), *adhulterium* et *adulterium, adhulescens, adulescens* et *adolescens, iohannes, habundare, actenus* (raro *hactenus*), *hac et ubi* (raro *ac* loco *et, ubi*), *Ugo* (raro *Hugo*), *hlothorius, hludowicus, michael, ostis,* et *lotharius, ludouicus, michael, ostis; exortari, pascha* et *pasca; nichil* et *nihil;* tum *ætiam, æciam, etiam* et *eciam, pœne* et *pene, equus* et *æquus, cæpit* et *cepit* eadem significatione, *æcclesia* et *ecclesia, fresia, fresones, sterelitas, longobardi* (raro *langobardi*), *nicoforus, eclypsis, paralisis, dionisius, hierosolima, scithia, stilus, elemosina, silva* et *sylva; radisbona* et *radasbona, traicere, proicere; belua, milia, litus, litteræ* et *literæ, pellex* et *pelex; quattuor, brittones, affrica* et *africa; cincxi, extincxi, ascensus* (loco *assensus*), *obtimates* et *optimates, abba* et *abbas* scribere solet. Annis 775 et 944 quædam singularia exhibet.

8. Annalista Saxo Reginonem ejusque continuationem ita exscribit, ut eum haud raro contractum in usus suos vertat, quare et hic in censum venire debet. Notavi et aliquas lectiones codicis olim in monasterio S. Godehardi Hildesiæ conspicui, aut Reginonis aut, ut Eccardus contendit, Annalistæ Saxonis, margini editionis Pistorianæ a Meibomio seniore ascriptas atque in bibliotheca regia Hanoverana asservatas.

9. 10. Codices bibliothecæ palatinæ Vindobonensis inter historicos profanos n. 669 et 1068, membranacei in folio, sæculi XII.

11. Codex bibliothecæ monasterii Claustroneoburgensis in Austria membranaceus, in folio, sæculi XII.

12. Codex Vindobonensis hist. prof. n. 1080, chartaceus in folio, sæculi XV, omnes unum eumdemque fontem agnoscunt. Id præter alia multa eo patet, quod Arnulfum imperatorem non Odingis, sed Ratisbonæ in cœnobio sancti Emmerammi, sepultum tradunt, et eadem clausula *Huc usque Regino. Hæc quæ secuntur nos addimus,* continuationem Reginoni adnectunt. Cum vero Austria litteras a Bawaria acceperit, et eadem clausula in codice membranaceo sæculi X, olim Frisingensi, jam in bibliotheca regali Monacensi asservato, legatur (9), eum Austriacorum fontem esse opinatus, Docenium nostrum de aliquot ejus lectionibus consului. Et V. cl. reliquas ut in codicibus illis se habere respondit, de Arnulfi vero sepultura locum, qui jam ut in editis legatur, olim
B rasura deletum, et ibi in margine ascriptum esse, *perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Hinc Frisingensem codicem Austriacorum fontem esse, certo jam asseverare licet. Nihilominus tamen, Austriacis mirum in modum consentientibus, Frisingensem totum cum editis conferri minime necesse erat.

Hæc subsidia sunt, quorum ope novam Reginonis editionem institui. Præterea Modenæ in bibliotheca ducali codicem Reginonis anno 1093 exaratum evolvi, qui tamen nonnisi librum primum continebat, nec ullius nobis utilitatis esse poterat. Codex Gemblacensis Mabillonio teste una cum monasterio conflagravit; Parisiis codices regii n. 5017 sæc. XII, et n. 5018 sæc. XII cum continuatione, a. 5922 sæc. XII, mancus in fine; Londini codex Harleyanus n. 3676, et Cottonianus Tib. c. XI, 1; Cantabrigiæ in bibl. S. Benedicti Chronica abbatis Prumiensis monasterii a Christo nato ad a. 1002;
C alii Gatterero teste in Hollandia exstant, et in abbatia Murensi olim codicem sæculi X fuisse tradunt (10); quorum utinam desiderium apud hujus editionis lectores non moveatur.

Cæterum librum primum et partem secundi usque ad an. 814 non ipsi ope codicis Schafhusani obiter recognovi, adjectis tamen quæ majoris momenti in reliquis occurrere videbatur, annis 814-906 codicem Schafhusanum reliquorum auxilio emendavi.

Regino opus suum Adalberoni episcopo inscripsit; duo tunc ejus nominis, alter Basiliensi, alter Augustanæ ecclesiæ, præfuerunt; unum Augustanum Regino an. 887, et magna cum laude, in Chronico suo nominat, eique opus dedicatum esse opinari licet.

(7) Cf. Mabillonii Annales Bened. t. III, p. 328.

(8) Cf. Prodomum Germaniæ Sacræ, p. VIII, IX, XIV; *Archiv. der Gesellschaft*, etc., t. III et V, p. 762; Placidi Braun Notitiam codicum mss. monasterii SS. Ulrici et Afræ, p. 110.

(9) Cf. Docenium in v. *Aretin Beitrare* Bd. VII, p. 239, 242.

(10) Cf. *Archiv.*, etc., t. V, p. 767.

## INCIPIT PRÆFATIO [1] OPERIS SUBSEQUENTIS.

Excellentissimi ingenii, et totius philosophiæ studiis multipliciter insignito domno Adalberoni [2] episcopo [3] Regino, quamvis omnium Christicolarum extremus, vestræ tamen sublimitati in omnibus devotissimus, fidelia mandat orationum obsequia.

Chronicam [4] quam de nostris et antecessorum

### VARIÆ LECTIONES.

[1] *Præfatio una cum libro primo deest* 10. [2] adhalbaroni 1. adalperoni 7. [3] episcopo treverensi 5. [4] Cronica quæ, etc., 5.

nostrorum temporibus litteris comprehendi, vestræ A singulari prudentiæ examinandam transmisi, ut vestro perspicaci judicio aut approbetur, aut condemnetur. Quam in duobus libellis distinxi, exordium capiens a primo incarnationis Dominicæ anno, et consummans cœptum opus usque in præsentem annum, qui computatur a præfata incarnatione Domini nongentesimus octavus. Indignum etenim mihi visum est, ut cum Hebræorum, Græcorum et Romanorum, aliarumque gentium historiographi res in diebus suis gesta scriptis usque ad nostram notitiam transmiserint, de nostris, quanquam longe inferioribus, temporibus ita perpetuum silentium sit, ut quasi in diebus nostris aut hominum actio cessaverit, aut fortassis nil dignum quod memoriæ fuerit commendandum egerint, aut si res dignæ memoratu gestæ sunt, nullus ad hæc litteris mandanda idoneus inventus [5] fuerit, notariis [6] per incuriam otio torpentibus. Hac itaque de causa non passus sum tempora patrum nostrorum et nostra per omnia intacta præterire, sed ex multis pauca notare curavi, et ubi ad præsentia tempora ventum est, stylo temperavi propter quorumdam offensam qui adhuc sunt superstites, latius hæc posteris exsequenda relinquens. Accipite ergo hoc parvum munusculum ea benignitate qua devotione missum est a mea parvitate. In calce autem obsecro lectorem, ut si illi hæc dicta nostra qualiacunque sint, placuerint. et ea sibi describi voluerit, hanc præfatiunculam nullatenus omittat [quin [7] eam in prima fronte libelli adnotari faciat.] Gloriam celsitudinis vestræ B multorum utilitatibus profuturam superna providentia diu incolumem conservare dignetur.

EXPLICIT PRÆFATIO [8].

VARIÆ LECTIONES.

[5] inventus fuerit notarius, per 6. [6] notarius. . . torpens 7. [7] quin eam . . . faciat *deest* 1, 2, 3. [8] explicit præfatio. Multi decertant et adhuc sub judice lis est, Feminei generis vel neutri chronica constent, Sed nobis pocius neutro proferre videtur. *ita codex* 2.

# INCIPIT LIBELLUS
# DE TEMPORIBUS DOMINICÆ INCARNATIONIS.

Anno imperii Octaviani Cæsaris quadragesimo C secundo Jesus Christus, Filius Dei, natus est. Eadem nocte ab angelis evangelizatur, a pastoribus visitatur, octava die circumciditur, tertio decimo die, stella duce, a magis adoratur, et mysticis muneribus prædicatur. Quadragesimo die in templum cum oblatione a parentibus inducitur, a Symeone suscipitur, ab Anna agnoscitur, post hæc in Ægyptum deportatur, ubi manet usque ad obitum Herodis.

Anno Dominicæ incarnationis secundo Herodes mittens in Bethleem et in omnibus finibus ejus, pueros innocentes jugulare præcepit. Deinde in domesticos arma convertens, multos perimit, dilectam sibi conjugem Mariamnem interfecit, filios quos ex ea susceperat Aristobulum et Alexandrum D in Samaria strangulari jubet, novissime Antipatrem ex Doside natum, incentorem et insimulatorem omnium malorum, gladio percutit. Post hæc miserabili morte perit, anno Dominicæ incarnationis sexto, regni vero sui 36.

Anno Dominicæ incarnationis 7 Archelaus filius Herodis in Judæa regnat. Dominus Jesus ex Ægypto reducitur, et propter metum prædicti regis in Nazareth civitatem Galilææ divertit, ibique usque ad tempora baptismi inhabitavit.

Duodecimo suæ ætatis anno Dominus Jesus Hierosolymam conscendit, ibique in templo in medio doctorum residens, a parentibus post triduum invenitur.

Anno Dominicæ incarnat. 15. Archelaus a Judæis apud Cæsarem accusatus, in Viennam urbem Galliæ exsilio relegatur. Regnum Judæorum inter quatuor fratres ejus Herodem, Antipatrem, Lisanam et Philippum dividitur. Cæsar Augustus postquam 56 annis et 6 mensibus Romanum rexit imperium, moritur.

Anno Dom. incarnat. 16 Tiberius regnare cœpit, et regnavit annos 26.

Anno Dominicæ incarnationis 27 Pilatus Judææ procurator a Tiberio dirigitur.

Anno Dominicæ incarnationis 30, Tiberii autem 15, Johannes circa regionem Jordanis baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum prædicat, multosque baptizat; inter quos ipsum redemptorem mundi, qui omnium peccata abluit, aquis Jordanicis tinguit, post baptismum Dominus in desertum secedit, 40 dies jejunat, post jejunium temptatore superato, in virtute spiritus Galilæam ingreditur, apostolos vocat, regnum Dei evangelizat, multa signa et miracula facit.

Anno Dominicæ incarnationis 32 Johannes bapti-

sta, insidiante Herodiade, jussu regis Herodis, in carcere capite truncatur.

Anno Dominicæ incarnationis 33 Tyberii vero 18, Dominus sua passione mundum redemit, 40° die post resurrectionem cœlum ascendit, 58. Spiritum paraclitum misit. Matthias in loco Judæ constituitur apostolus. Jacobus frater Domini Hierosolimorum episcopus constituitur. 7 diaconi ordinantur. Stephanus lapidatur.

Anno Dom. incarn. 34 secundum Latinos, qui a Januario annum incipiunt computare, Paulus cum pergeret Damascum, a Christo de cælo vocatus, secundum Hebræos qui a Martio initium anni capiunt, eodem anno quo Dominus passus est 11 mense, id est 8. Kalendas Febr.

Anno Dominicæ incarnationis 39 Caius regnat annos 4, menses 10, dies 8, his ergo 10 mensibus si addamus 6 qui super fuerint 56 annis Octaviani, erunt menses 17, ex quibus quatuor detractis, annus integer remanet, qui hoc in loco inserendus videtur. Herodes Agrippa Judæorum genti præficitur.

Anno Dominicæ incarnationis 43 Herodes tetrarcha cum Herodiade in Hispania mœrore periit. Pilatus, qui in Dei passione mortis sententiam protulit, sua se manu peremit.

Anno Dominicæ incarnationis 45 Claudius regnat annos 13, menses 7, dies 28. Addamus itaque his 7 mensibus 4, qui supra remanserint, fiunt 11, et 8 dies his 28 diebus, erunt 36, id est annus, et 6 dies, qui hujus temporibus adnumerandus videtur.

Anno Dominicæ incarnationis 47 Jacobus frater Johannis ab Herode decollatur, Petrus in carcerem mittitur. Idem Herodes ab angelo percutitur, Antiochiæ Spiritus sanctus discipulos alloquitur : *Segregate mihi Paulum et Barnabam*. Agrippa filius Herodis in Judæa regnat, usque ad exterminium Judæorum.

Anno Dominicæ incarnationis 48, passionis vero 14, et Claudii 4, Paulus et Barnabas ascenderunt Hierosolymam. De hac ascensione sua Paulus ipse scribit ad Galatas : « Deinde post annos tredecim ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto et Tito, et contuli cum illis, id est cum apostolis, evangelium quod prædico in gentibus. » 13 itaque anno passionis Dominicæ juxta condictum Jacobi, Zephæ et Johannis ad gentium magisterium et apostolatum Paulus profectus est, ubi numerus ipse quem posuit, recensendus est annorum. Scimus enim Petrum et Paulum apostolos post passionem Domni 38, id est ultimo Neronis anno passos fuisse, et beatum Petrum Romæ viginti quinque annis episcopalem sedisse cathedram ; 25 autem anni et 14 non 38, sed 39 faciunt. Sequitur ergo ut beatum Petrum eodem 13 post Domini passionem anno, quo eum Hierosolymis alloquitur Paulus, id est quarto Claudii anno, Romam venisse credamus, simulque ni fallor hac supputatione Paulum eodem anno quo Dominus passus est, ad fidem venisse probatur, Eodem anno fames gravissima facta est, cujus Lucas meminit, et Claudius Britanniam intravit.

Anno Dominicæ incarnationis 53 Claudius Judæos tumultantes Roma expulit.

Anno Dominicæ incarnationis 59 Nero regnat annos 13, menses 7, dies 28.

Anno Dominicæ incarnationis 61 Festus procurator succedit Felici. Paulus vinctus Romam mittitur anno 2 Neronis.

Anno Dominicæ incarnationis 63 Jacobus frater Domini a Judæis lapidatur. Festo magistratus Judææ successit Albinus, Albino Florus.

Anno Dominicæ incarnationis 70 Vespasianus magister militiæ cum exercitu in Judæam mittitur.

Anno Dominicæ incarnationis 72 Romæ Petrus crucifigitur, Paulus decollatur. Sub Neroniana persecutione coronatur Romæ Processus et Martinianus 47, qui baptizati sunt a beato Petro et in custodia Mamortini retrusi. Torpes, Marcellus et Apuleius, Alexandriæ Marcus evangelista passus est 8 anno Neronis. Mediolanis Nazarius et Celsus, apud Miceriam Aquileia Hermagoras episcopus, Fortunatus diaconus, Fœlix cum Constantia.

Anno Dominicæ incarnationis 73 Vespasianus regnat annos 9, menses undecim, dies 22 : his 11 mensibus additi 7 Neronis, fiunt 18 ; et his 22 diebus illius 28 fiunt 50 dies, id est annus, 7 menses et 20 dies, qui annus hoc in loco inseritur.

Anno Dominicæ incarnationis 74 regnum Judææ a Tito subvertitur, templumque destruitur. Hujus temporibus Appollinaris episcopus a beato Petro Ravenna directus coronatur.

Anno Dominicæ incarnationis 83 Titus regnavit, annos 2, menses 2.

Anno Dominicæ incarnationis 85 Domitianus regnavit annos 15, menses 5 ; his 5 mensibus addamus 7 Vespasiani, completur annus qui hic inseritur. Hujus temporibus Johannes apostolus Romæ in ferventis olei dolium mittitur, ante portam Latinam, et in Pathmos insulam relegatur. Ubi Apocalypsim scribit. Flavia Domitilla in Pontianam insulam exiliatur. Anacletus papa tertius post Petrum martyrio coronatur.

Anno Dominicæ incarnationis 90 Nerva regnavit annum unum, menses quatuor, dies octo. Johannes apostolus ab exilio revocatur, et apud Ephesum evangelium scribit. Hujus temporibus passi sunt Romæ Eutices, Victorinus et Maro apud Amiterninam urbem, Victorinus episcopus frater Severini.

Anno Dominicæ incarnationis 91 Trajanus regnavit annos 19, menses sex, dies 15 ; his 5 mensibus si addiderimus Titi secundus, Nervæ 4 fit annus, qui hoc in loco aptatur ; remanent dies 28 qui supra notati sunt.

Anno Dominicæ incarnationis 101, Johannes apostolus Epheso requievit. Trajani temporibus martyrio coronantur Romæ Clemens papa, Alexander quartus post Petrum papa, Quirinus, et filia

cius Balbina, Sulpitius et Servilianus, Domitilla et Seraphia virgines, Nereus et Achilleus, Ignatius Antiocenus episcopus : Hierosolymis Simeon episcopus filius Cleophe, in Ponto Focas episcopus.

Anno Dominicæ incarnationis 111, Adrianus regnavit annos undecim. Hujus temporibus passi sunt Romæ Sixtus papa, Getulius, Sabina, Seraphia virgo : apud Mesenam civitatem Apuliæ Eleutherius episcopus cum Anthia matre. Apud Athenas Quadratus et Atristides clari habentur, Dionysius episcopus Ariopagita : apud Tiburnam urbem Italiæ Symphorosa cum septem filiis.

Anno Dominicæ incarnationis 123 Antoninus, cognomento Pius, cum filiis Aurelio et Lucio regnavit annos 22, menses tres. Justinus philosophus claret. Suppio episcopo Hermes librum scribit, qui dicitur Pastoris.

Anno Dominicæ incarnationis 125 Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo annis 19, mense uno. Horum et supra dictorum temporibus coronati sunt Romæ Anicetus papa, Victor papa, Simetrius presbyter. Felicitas cum 7 filiis, Julius et Antoninus, Eusebius et Pontianus, Peregrinus et Vincentius ; apud Sebastem Armeniæ minoris 40 martyres sub Agricolo judice. Apud Spoletum, Concordius. Apud Smyrnam, Polycarpus episcopus discipulus sancti Johannis. Item Germanicus et Pionius, apud Apamiam, Alexander et Gaius apud Cretam urbem, Cortinæ, Philippus episcopus, apud Pergamum Asiæ urbem, Carpus episcopus, Papirius diaconus et Justinus philosophus, apud Lugdunum Galliæ, Hireneus episcopus cum multis, Fotinus episcopus ejusdem urbis et Blandina cum aliis 48, Epipodius et Alexander ; in Syria Victor et Corona, Mediolanis Faustus, Cabillone Marcellus, item in territorio Cabillonensi, Castro Trenortio Valerianus, Alexandria Tholomeus et Lucius.

Anno Dominicæ incarnationis 144 Lucius Antoninus Commodus, post mortem patris Antonini Veri regnavit annos 13. Hujus temporibus nonnulli passi sunt quos supra notavimus, Sed iccirco hæc non per ordinem certis imperatorum temporibus exprimi potuimus, quia in quibusdam passionibus sanctorum supra nominatorum, imperatorum vocabula ita confuse posita sunt, ut cum dicat rem sub Antonino gestam, ignoretur utrum sub Pio aut sub Commodo actum sit, et cum dicit sub Lucio, ambiguum sit, utrum sub Aurelio aut sub Commodo aut sub Antonino gestum sit. Ferunt tamen quod hujus temporibus Hireneus episcopus Lugdunensis passus sit.

Anno Dominicæ incarnationis 157 Helius Pertinax regnat menses sex.

Anno Dominicæ incarnationis 158 Severus Pertinax regnavit annos 17. Clemens Alexandrinæ ecclesiæ Pater et Pantenus philosophus clarescunt, Narcissus Hierosolymorum episcopus, Theophilus Cæsariensis insignes habentur. Leonides pater Origenis coronatur apud Carthaginem, Perpetua et Felicitas bestiis deputantur.

Anno Dominicæ incarnationis centesimo septuagesimo Antoninus cognomento Caracalla Severi filius, regnat annos septem.

Anno Dominicæ incarnationis 171 Macrinus regnat annum unum.

Anno Dominicæ incarnationis 172 Marcus Aurelius Antoninus regnavit annos 4.

Anno Dominicæ incarnationis 176 Aurelius Alexander annos tredecim regnavit. Origenes toto orbi clarus habetur. Hujus temporibus coronatur Romæ Calistus papa, Urbanus papa, Cæcilia virgo, Tiburtius et Valerianus, Calepodius presbyter, Asterius presbyter, Palmatius consul cum uxore et filiis, et Simplicius senator.

Anno Dominicæ incarnationis 189 Maximinus regnat annos 3. Hujus temporibus coronantur Romæ Antheros papa, Potianus papa, Cæsarea Palestinæ Pamphilus et Maximus presbyteri.

Anno Dominicæ incarnationis 192 Gordianus regnavit annos sex. Origenes in Cæsarea Palestinæ Theodorum, cognomento Gregorium, et Antenodorum fratres divina philosophia imbuit.

Anno Dominicæ incarnationis 198 Philippus cum filio Philippo regnavit annos sex ; hic primus omnium imperatorum christianus fuit.

Anno Dominicæ incarnationis 204 Decius regnavit annum unum, menses tres. His mensibus adde Antonini Pii tres, Marci Antonini unum. Helii Pertinacis sex, fit annus, qui hoc in loco ponitur ; remanet mensis 1 et dies viginti octo, supra notati. Hujus temporibus martyrio coronantur Romæ, Fabianus papa. Xistus papa, Laurentius, Felicissimus et Agapitus diaconi, Abdo et Sennes, Ipolitus et Concordia, Hiereneus et Habundus, Cornelius papa, Victoria virgo, Miniates, Antiochia Babillus episcopus ; Apollonia civitate Leacus, Tirsus et Gallinecus ; Hierosolyma Alexander episcopus ; Nazanzo Trypho ; in Ægypto, civitate quæ dicitur Thinius, Phileas episcopus, et Philoronius tribunus cum aliis multis, in Sicilia. civitate Catanensium, Agatha virgo : in Perside, Polocronius Babiloniæ et Ctesifontis episcopus, Egem Pamphiliæ, Nestor episcopus in Corduba civitate, Barmenius presbyter cum sociis apud Circensem Coloniam, Marianus et Jacobus in Tyro : Anatholia et Audax apud Africam, Nemesianus et Felix, Rogantianus presbyter et Felicissimus cum multis aliis ; Antiochiæ, Asclepiades episcopus ; Alexandriæ Agatho et Seraphion, Arsenius et Dioscorus cum sociis suis.

Anno Dominicæ incarnationis 206 Gallus cum Volusiano filio regnavit annos duos, menses 4. Origenes doctor moritur et in Tyro sepelitur.

Anno Dominicæ incarnationis 209 Valerius cum Galieno regnavit annos 15. Horum temporibus coronantur Romæ Stephanus papa, Eugenia virgo, Iovinus et Basileus, Lucius papa, Basilla, Rufina, et Secunda virgo, Tertulianus, Protus et Jacinctus, Xistus papa, Valerianus, Numesius, Symphronius et Olympius in Ispania urbe Terragonæ ; Verona Zenon epi-

scopus, et confessor Fructuosus episcopus, Augurius et Eulogius diaconi. Cæsarea Palestinæ Marinus et Artemius apud Africam civitatem, Turburno Lucernariæ, Maxia, Donatilla, et Secunda virgo. In territorio Cauallitano, vico Mitanensi, Privatus episcopus; Theodorus cognomento Gregorius Neo-Cæsareæ Ponti episcopus virtutum gloria claret.

Anno Dominicæ incarnationis 224 Claudius annum unum, menses 9; his adde quatuor Volusiani, fit annus, qui hic adnumeratur, remanet mensis 1. Hujus temporibus passi sunt Romæ Felix papa, Marius et Martha conjux ejus cum filiis, 47 milites, qui baptizati sunt a Dionysio papa. Cyrilla virgo, in Terracina Campaniæ civitate, Felix presbyter, et Eusebius.

Anno Dominicæ incarnationis 226 Aurelianus regnavit annos 5, menses 6. Hujus temporibus passi sunt Romæ Eutychianus papa, Theodora, Basilides, Tripos et Mandalia, Linguiri sancti Gemini; Loonio Civitate Conon; Cæsarea Cappadociæ Mammes, apud Prænestinam urbem Agapitus; in civitate Salona Anastasius; apud Augustodunum Symphorianus; in territorio Vivariensi, loco qui dicitur Gentibus, Andeolus subdiaconus, Andochius presbyter, Thirsus diaconus, et Felix, in castro Divione Benignus presbyter.

Anno Dominicæ incarnationis 232 Tacitus regnavit menses 6; adde 6 Aureliani, fit annus. Remanent 88 dies Floriani, his conjunge 28 dies, qui supra remanserunt, fiunt 108, id est menses 3 et 18 dies. Adde duos superfluos menses, faciunt menses 5, dies 18. Anatholius Laodiceæ Syriæ episcopus clarus habetur.

Anno Dominicæ incarnationis 233 Probus regnat annos 6, menses 4. His adde 6 Taciti, et 5 suprascriptos, fit annus, remanent 3 menses.

Anno Dominicæ incarnationis 240 Carus cum filiis Carino et Numeriano regnavit annos 2. Horum temporibus coronantur Romæ Chrysanthus et Daria, Claudius et Hilaria uxor ejus, cum filiis Jasone et Mauro, et 70 milites.

Anno Dominicæ incarnationis 242 Diocletianus cum Maximiano et Constantio, et post mortem Diocletiani, Maximiamus cum Severo, Galerio et Maximiano annos 20. Horum temporibus martyrio coronantur Romæ Gaius papa, Cyriacus diaconus, Largus et Smaragdus, Apronianus, Papias et Maurus, Claudius et Propedigna cum filiis, Gabinius presbyter, Castulus Pancratius, Arthemius cum uxore et filia, Sebastianus, Marcus et Marcellianus, Marcellinus presbyter, Petrus exorcista, Tranquillinus, Nicostratus, Zoe uxor ejus, Primus et Felicianus, Claudius, Castorius Victorinus, Symphorianus, Basiliscus, Faustinus, Simplicius et Beatrix, Tiburtius filius Chromatii, Susanna virgo, Johannes, Crispus, Genesius, Felix et Adauctus, A Lucia et Geminianus, Sergius et Bacchus, Chrysogonus, Saturnimus et Sisinnius, quatuor coronati, Theodorus, Pontianus, Prætextatus et Thraso; apud Spoletum Gregorius presbyter, Sabinus episcopus, Exsuperantius et Marcellus diaconi, apud insulas Parmarias Anastasia, Antiochiæ Julianus et Basilissa. In Hispaniis, civitate Cæsaraugusta, Vincentius diaconus. In Barcinona Eulalia virgo, Cucufas. Apud Gerundam Felix. In Cucumis Juliana virgo. Apud Tyrum Tyrannio, Silvanus, Peneleus, atque episcopi cum innumera multitudine. Apud Sirmium Sirenus. Nicomedia Petrus et Lucianus presbyter Antiocenus, Anthimus episcopus, Panthaleon, Johannes Adrianus, Dorotheus et Gorgonius, Eleutherius. Smyrnæ, Hierenus episcopus. B In Palestina civitate Gaza Sylvanus, Mediolanis Victor. Apud Illyricum civitate Siscia Quirinus episcopus; apud Tharsum Bonifacius; apud Aquileiam Felix et Fortunatus; apud Ciliciam Vitus et Modestus cum Crescentia, Lucia virgo, in Britannia, Albanus, apud Massiliam Victor, apud Augustam Afra, in Rhetia provincia, Nicea Bithiniæ Theodora cum filiis; in Hispaniis, civitate Compluto. Justinus et Pastor fratres; in Sicilia civitate Catenum Euplius diaconus; apud urbem Italiæ Pergamis Alexander, in civitate Calcidona Euphemia. In Neapoli Campaniæ Januarius episcopus, Beneventanus, Sosius diaconi; Mesenote civitate Faustus et Desyderius. In Palestina Peleus et Nilus episcopi; in Cyzico Fausta et Evilasius, Agauno, C Mauricius cum sociis; Antiochæ Cyprianus episcopus cum Justina; apud Ægeam civitatem, Cosmas et Damianus; in Galliis, castro Solodoro, quod est super Arolam fluvium, Victor; apud Coloniam Agrippinam Gereon cum sociis; apud Tarsum Taracus, Probus et Andronicus; in Venusia civitate Apuliæ, Felix episcopus, Audax et Januarius presbyteri; Suessionis civitate Crispinus et Crispinianus; apud Sidonem Cenobius presbyter; in territorio Aganensi Tiberius, Modestus et Florentina; in Scithia metropoli Frigia Salaria Mennas; Antiochia Romanus, Alexandria Petrus episcopus; in Affrica civitate Colonia virgo. In Tuscia Barbara virgo. In Hispanis Leocadia; Emerita civitate Eulalia et Julia virgines.

D [Anno Dominicæ incarnationis 243. Hujus Constantii temporibus, pace ecclesiis reddita, episcopi privatis sedibus restituuntur, et alia plura christianæ religione profutura ceduntur. Inter quæ etiam cœnobium servorum Dei Treveri inchoatur, cui præscripti principis assensu, inter contiguos urbi muros, Johannes abbas, miræ sanctitatis vir, initia dedit. Cujus cœnobii beatus Augustinus in libro Confessionum mentionem fecit] (11).

Anno Dominicæ incarnationis 263 (12) Constan-

NOTÆ.

(11) Desunt in Codd. 1, 2, 3, 6, forsan et in reliquis.

(12) Omnia inde ab anno 263 usque ad a. 746, id est quaterniones tres, desiderantur in codice olim Frisingensi.

tinus, Constantii ex concubina Helena filius, regnat annos triginta menses decem ; his adde tres menses qui supra remanserunt fit annus, remanet unus mensis. Silvester papa clarus habetur, cujus industria synodus præclarissima toto orbe terrarum 318 Patrum apud Niceam urbem celebratur. Crux Domini nostri Jesu Christi a Juda invenitur. Sed ut in gestis pontificum Romanorum legimus, sub Constantio patre Constantini, et Eusebio pontifice Romano, eadem crux Domini inventa est. Nam ibi ita legitur : sub hujus temporibus, id est Eusebii, inventa est crux Christi, 5 Nonas Maii, et baptizatus est Judas, qui et Quiriacus.

Anno Dominicæ incarnationis 295 Constantius cum Constantino et Constante fratribus, annos 27, menses 5, dies 13. Horum temporibus Maximinus Trevirorum episcopus clarus habetur, Jacobus Nisibus episcopus agnoscitur, Antonius monachus in erema moritur, Hilarius Pictavensis episcopus, ab exilio revocatur. Julius papa in exilium mittitur; Liberius papa exilio deportatur, revocatus hæreticis favet. Felix papa deponitur, et ab hæreticis interficitur, Eusebius presbyter propter fidem catholicam in quodam cubiculum includitur, ibique post 7 menses moritur. Dionysius episcopus Mediolanensis apud Cappadociam exilio damnatur. Paulus Constantinopolitanus episcopus ab Arianis strangulatur. Paulinus episcopus Trevirorum, successor sancti Maximini episcopi, ob catholicam fidem a Constantio relegatur exilio, et usque ad mortem etiam ultra christianum nomen mutando, exilio fatigatur. Ad ultimum apud Frigiam defunctus est, inde Treveris reportatur.

Anno Dominicæ incarnationis 310 Julius regnavit annos duos, menses octo. His adde 6 qui remanserunt, fit annus, supersunt 2 menses et 18 dies. Hujus temporibus coronantur Romæ Priscus presbyter, Priscillianus clericus, Benedicta fœmina, Pigmus [Pimenius] presbyter, Gordianus, Demetria virgo ; Johannes presbyter, item Johannes et Paulus, Faustus et Dafrosa ; in Hostia Hilarianus Jerosolimorum episcopus, Quiriacus et Judas, Alexandriæ Gallicanus, Vercellis Eusebius episcopus, Arecia civitate Donatus episcopus, Anthiochia Theodoricus presbyter.

Anno Dominicæ incarnationis 314 Jovinianus regnat menses 8. Hisdem princeps officiosis litteris Athanasium episcopum requirit.

Anno Dominicæ incarnationis 315 Valentinianus cum fratre Valente regnavit annos 11, Romæ Damasus papa clarus habetur. Mediolani Ambrosius episcopus insignis habetur. Hilarius episcopus Pictavis moritur, Athanasius Alexandria vita decedit.

Anno Dominicæ incarnationis 327 Valens cum Gratiano et Valentiniano Valentiniani fratris sui
A filiis regnat annos 4. Hunni Gothos propriis sedibus pellunt. Gothi Thraciam depopulantur.

Anno Dominicæ incarnationis 332 Gratianus cum fratre Valentiniano regnavit annos 6. Theodosius a Gratiano imperator creatur. Synodus 150 Patrum congregatur urbe Augusta sub Damaso papa. Theodosius Arcadium filium consortem imperii facit. Maximus in Britanniam imperator creatur, in Galliam apud Lugdunum Gratianum Augustum interfecit, fratrem ejus Valentinianum. Italia expulit. Martinus Turonorum episcopus virtutum gloria fulget. Hieronymus sacræ scripturæ interpres in Bethleem insignis habetur.

Anno Dominicæ incarnationis 339 Theodosius, qui Gratiano vivente 5 annos jam orientem rege-
B bat, post ejus mortem regnavit annos undecim, Maximum tyrannum quarto ab Aquileia lapide interfecit. Siricus papa Romanam regit ecclesiam. Hieronymus librum de illustribus Viris scribit. Apud Ægyptum Johannes heremita celebratur, qui Theodosio de tyrannis victoriam prædixit.

Anno Dominicæ incarnationis 350 Archadius filius Theodosii cum fratre Honorio regnavit annos 15. Gothi Italiam, Wandali atque Alani [9] Gallias aggrediuntur. Corpora Abacuc et Micheæ prophetarum revelantur. Innocentius papa Romanam rexit ecclesiam. Sanctus Martinus episcopus ad cœlestia transit. Severinus episcopus Coloniæ Agrippinæ clarus habetur. Augustinus episcopus eximius doctor in Ipponensi ecclesia divinam phi-
C losophiam dogmatizat. Pelagius Britto gratiam Dei impugnat.

Anno Dominicæ incarnationis 364 Honorius cum Theodosio minore fratris sui filio regnavit annos 15. Alaricus rex Gothorum Romam invadit anno 7 Honorii. Corpora sanctorum Stephani protomartyris, Gamalielis et Nichodemi, Luciano presbytero revelantur. Bonifacius papa, et Celestinus Romanam regunt ecclesiam. Hieronymus presbyter obiit 12 Honorii anno, ætatis autem suæ 97 ; libros suos per 50 annos confecit [10].

Anno Dominicæ incarnationis 370 Theodosius minor, Archadii filius, regnavit annos 26. Valentinianus junior, Constantii filius, Ravennæ impe-
D rator ordinatur. Gens Wandalorum, Alanorum et Gothorum Africam devastat. Augustinus episcopus inter ipsas obsidionum angustias migravit ad Dominum. Wandali capta Carthagine, in Siciliam transeunt. Xistus Romanam regit ecclesiam ; hujus temporibus Leo magnus apostolicam obtinuit cathedram, ad quem, et ad Pulceriam Augustam, multa super Eutecetis errorem scribit Flavianus Constantinopolitanus episcopus, et Euticem dampnat.

Anno Dominicæ incarnationis 397 Marcianus et Valentinianus regnaverunt annos 7. Joannes baptisti

VARIÆ LECTIONES.

[9] Wandali atque Anani 1, 2, 3. V. a. Alani 6. [10] libros suos per annum confecit 1. 2. 3 : — 6 *ut supra.*

duobus monachis caput suum manifestat. Germanus episcopus Autisiodorensis, et Lupus Trecassensis episcopus, in Britanniam diriguntur. Post hæc Germanus apud Ravennam moritur. [Severus episcopus Treveris, Policronius Virduni, Albinus Catalaunensis discipuli sancti Lupi clari habentur. Aurelianis Timavus episcopus claret. 6.] Leo episcopus Marciano multa fidei dogmata scribit. Anatolius episcopus Constantinopolitanus Euticetis errorem dampnat, et a Leone papa arguitur, quod contra Nicenum concilium, Antiocenam et Alexandrinam ecclesias, sibi subdere voluisset. Aetius patricius a Valentiniano occiditur apud Arelatum. Hilarius episcopus doctissimus atque præclarissimus vir, qui Vitam sancti Honorati prædecessoris sui composuit, moritur.

Anno Dominicæ incarnationis 405 [11] Leo regnat annos septemdecim, huic Leoni Leo papa plurima scribit. Theodorus episcopus civitatis Syriæ, historiam ecclesiasticam a fine librorum Eusebii scribit. Hilarius papa Romanam ecclesiam gubernat. Victorinus, jubente papa Hilario, revolutionem magni anni describit.

Anno Dominicæ incarnationis 414 Zenon regnavit annos 17. Odoacer rex Gothorum Romam obtinuit. Theodericus, cognomento Walager, utramque Macedoniam depopulatur. Honoricus rex Wandalorum Arrianus, in Africa plusquam 334 episcopis fugatis, ecclesias eorum clausit, et plebes variis suppliciis affecit. Felix papa dampnavit Achatium Constantinopolitanum episcopum et Petrum Alexandrinum. Gelasius vir prudens, Felici papæ in pontificatu succedit. Hic etiam dampnavit Achacium et Petrum. Post hunc Anastasius præsul efficitur, qui voluit occulte revocare Acatium, sed non potuit, qui etiam nutu divino percussus est.

Anno Dominicæ incarnationis 421 Anastasius regnavit annos 29. Transamundos rex Wandalorum 220 episcopos exilio Sardiniam misit. Hujus et Zenonis temporibus sub Wandalica persecutione martyrio coronantur, apud Africam Eugenius Carthaginensis episcopus, et cum eo plusquam 500, item Liberatus abba, Bonifacius diaconus, Servius et Rusticus subdiaconi, Rogatus et Septimus monachi, et Maximus puer, primo igne injecti, post remorum vectibus enecati sunt. Item Murcianus et Satyrianus, et Maxima virgo, et cum eis 370 crudeliter perempti sunt. Item Papias et Mansuetus. Vulteius, Valerianus, Urbanus et Crescens, Felix et Hortolanus episcopi, in confessione cursum vitæ consummaverunt. Item Dativa, Dionisia et Emelianus medicus cum multis aliis, Valerianus episcopus. Symmachus papa ecclesiam Romanam gubernat, pecuniam et vestes per Africam et Sardiniam episcopis in exilio missis ministrat. Post hunc Hormisda papa constituitur. Clodoveus rex Francorum, qui in Gallias regnat 30 annos, Syagrium patricium interficit. Cumbadum A regem de Burgundia expulit. Alamannos tributarios facit. Anno 12 regni sui, a sancto Remigio, Remorum episcopo, una cum Francis baptizatur. [Atrebatis Vedastus episcopus ordinatur, 6] Mamercus episcopus Viennensis ecclesie triduanas letanias instituit ante ascensionem Domini. Clodoveus cum Alarico, rege Gothorum, in Aquitaniam juxta Pictavis confligit, eumque regno et vita privat. Amalricus filius Alarici in Hispaniam regnum paternum obtinuit. Anastasius imperator Clodoveo dona regia mittit. Clodoveus Reginarium propinquum atque consortem regni interficit. A transitu sancti Martini usque ad mortem Clodovei sunt anni 112. Quatuor filii ejus Theodoricus, Clodomerus, Childebertus, et Clotharius regnum B patris inter se diviserunt, Anastasius imperator fulmine perit.

Anno Dominicæ incarnationis 450 Justinus senior regnavit annos 8. Joannes papa, a Theodorico rege Gothorum Ravennam propter fidem catholicam in custodia mittitur, ibique moritur. Idem tyrannus Symmachum patricium interficit. Boetium in liberalibus disciplinis nulli secundum, in carcerem trudit, in quo cum ipsa philosophia miris disputationum argumentis conqueritur. Præfatus Theodericus subita morte perit. Athalaricus in regnum succedit. Benedictus pater, et primus in loco qui Sublacus dicitur, et postea in castro Cassino, vir magnæ virtutis apostolicis virtutibus effulsit. Felix et Bonifacius Romanam regunt eccle- C siam. Sigismundus, rex Burgundionum, monasterium sanctorum Agaunensium ædificat. Idem a supradictis filiis Clodovei interficitur. Theodoricus cum filio Theodeberto et fratre Clothario Thuringiam depopulatur. Erminfridum Thuringorum ducem apud Tulpiacum extinguit.

Anno Dominicæ incarnationis 459 Justinianus, Justini ex sorore nepos, regnavit annos 38. Hic per Belisarium patricium Persas fortiter devicit. Perque ipsum Belisarium Wandalorum gentem, capto eorum rege Gelismero, usque ad internecionem delevit, Africamque totam post annos 96 et 6 Romano imperio restituit. Rursusque Belisarii viribus Gothorum in Italia gentem, capto Witisi eorum rege, superavit. Mauros quoque post hæc D Africam infestantes, eorumque regem Athalam per Johannem consulem mirabili virtute prostravit. Leges quoque Romanas, quarum prolixitas gravabat, minoravit, et inutiles dissonantias mirabili brevitate correxit. Extruxit quoque Constantinopoli templum, quod græco vocabulo Ἁγίαν Σοφίαν nominavit, cujus opus adeo cuncta ædificia excellit, ut in totis terrarum spatiis huic simile non possit inveniri. Hujus temporibus Cassidorus Roma tam seculari quam divina scientia claruit. Hic primitus consul, deinde senator, ad extremum monachus efficitur. Romæ Dionisus abba paschales scribit circulos. Apud Constantinopolim Priscianus Cæsariensis grammaticæ artis, ut

VARIÆ LECTIONES.

[11] Anno d. i. 415. 1.

ita dixerim, profunda rimatus est, tumque nihilominus Arator Romanæ ecclesiæ subdiaconus, poeta mirabilis, apostolorum actus versibus exametris decoravit. Hujus temporibus Romanam rexerunt ecclesiam Johannes, Agapitus, Sylverius, et Vigilius. Sylverius a Belizario jussu Theodoræ Augustæ in exilium mittitur, et ibi moritur. Vigilius quoque eo quod nollet revocare Anthemum, episcopum Constantinopolitanum, a Justiniano in exilium truditur, revocatus ab exilio, cum Romam reverteretur, in Silicia civitate Syracusana calculi dolore moritur. Pelagius in pontificatu succedit. Per idem tempus Albuinus, filius Oduini, Langobardis jam decimus imperat, qui filiam Clotharii regis Francorum Clothsuindam in matrimonium habuit. Childebertus rex Francorum, cum exercitu Hispaniam intrat, Amalricum regem, filium Alarici, in prælio extinguit, multum aurum, et argentum inde asportat. Clotarius filios fratris sui Clodomeri cultro confodit. Theodericus rex moritur, Theodebertus filius ejus post eum regnat.

Anno Dominicæ incarnationis 498 Justinianus minor regnavit annos 11. Narses patricius Totilam regem Gothorum in Italia occidit. Idem cum ducibus Theodeberti regis Francorum Bucellino, et Emingo qui Italiam deprædabantur, pugnavit, eosque interfecit. Narses apud Justinum et ejus conjugem Sophiam accusatur a Romanis, quod servitio Italiam premeret, et statim Longinus præfectus mittitur, qui Narsetis locum obtineret. Cui inter cætera Sophia, quia eunuchus erat, hoc fertur mandasse, quod cum puellis in genitio lanarum faceret pensas dividere. Ad hæc ille respondit, talem se ei telam orditurum, qualem ipsa, dum viveret, deponere non posset; statimque genti Langobardorum mandat ut venirent et possiderent Italiam. Johannes papa Romanam ecclesiam regit. Childebertus et Clotharius reges cum exercitu Hispaniam intrant, Cæsaraugustanam civitatem obsident. Cives induti ciliciis tunicam sancti Vincentii super murum circumferunt Deumque contrito corde exorant. Reges divina inspiratione miseratione flexi obsidionem solvunt. Episcopus ejusdem civitatis Chilbeberto regi pro munere stolam beati Vincentii dat. Inde rex Parisius basilicam in honorem beati Vincentii construxit.

Albuinus cum Langobardis Italiam intravit et Gisulfum nepotem suum Forojulanis præfecit. Theodebertus rex Italiam intrat, cum Langobardis certamen init, eosque superat, in Franciam reversus moritur. Non multo post tempore Childebertus rex Parisius moritur, et in basilicam sancti Vincentii sepelitur. Regna quæ fratres et nepotes tenuerant, in Clotharii rediguntur potestatem.

His temporibus Medardus episcopus migravit ad Dominum, quem Clotharius rex cum debito honore Suessionis sepelivit. Post hæc Clotharius rex moritur, et in basilicam sancti Medardi sepelitur. Quatuor filii ejus regna inter se diviserunt. Heribertus regnum A Childeberti accepit, et sedem Parisius habuit, Guntranus regnum Clodomeri tenuit, sedemque constituit Aurilianus. Hilpricus regnum patris sui Clotherii, cathedram Suessionis habuit. Sigibertus regnum Theodorici Remis sive Metis sedem statuit. Huni qui et Avares comperta morte Clotharii, super Sigibertum inruunt. Quibus ille in Thuringiam occurrens, eos juxta fluvium Albiam potenter superavit. Hic Sigibertus legationem in Hispaniam mittens Brunichildem Adanachildi regis filiam petit, eamque in conjugium accepit, de qua filium Childeberti nomine suscepit; Heresbertus derelicta legitima uxore, quæ vocabatur Ingoberga, duas sorores Marcovefam et Merofilidam, sibi in matrimonium jungit, ex quo scelere excommunicatus est B a sancto Germano Parisiorum episcopo, et justo Dei judicio percussus moritur, et in basilica sancti Romani sepelitur. Regnum ejus Sigebertus arripuit. Heilpericus Geilsuindam sororem Brunichildis in conjugium accepit, quam pauco interjecto tempore, suggerente Fredegunde, in lecto strangulavit. Deinde Audoveram reginam a se repulit, eo quod adhortante Fredegunde, filiam propriam a sacro fonte suscepisset, et eamdem Fredegundem sibi in matrimonium jungit. Habuit vero ex supra dicta Audovera tres filios, Theodebertum, Meroveum et Clodoveum. Theodebertus jussu patris trans Ligerim regionem, quam avunculus ejus Herebertus tenuerat, occupat et apud Pectavis cum Gulidaldo duce Sigiberti dimicat, eumque superat. Sigiber- C tus cum exercitu Parisius venit, fratremque Helpericum bello aggreditur, in quo prælio supradictus Theodebertus occubuit. Helpericus fugiens cum uxore et filiis Torniacum ingressus [12] est, ibique se communivit. Quem cum Sigibertus ibique persequeretur, dolo Fredegundis reginæ a duobus pueris ejus interficitur. Quem fratres in basilica sancti Medardi sepeliunt. Ea tempestate Brunichildis cum filio adhuc parvulo Parisius morabatur. Gundaldus dux, apprehensum puerum nocte latenter aufugit, eumque in regnum paternum reportavit. Eademque Brunichildis Rothomagum in exilium mittitur, ubi veniens Meroveus, filius Helprici, eam sibi in conjugium sociavit. Ex qua causa postea a patre adtonsus, monachus efficitur, et pre- D sbyter ordinatur. Eodem tempore sanctus Germanus Parisiorum episcopus ad Dominum transit, et in basilicam sancti Vincentii sepelitur. Childebertus matrem Brunichildem requirit, quam Helpericus reddere jubet, Narses patricius de Campaniam Romam venit, ibique moritur; corpus ejus in locello plumbeo cum omnibus divitiis ejus Constantinopolim perlatum est. Benedictus papa Romanam ecclesiam gubernat, Fortunatus poeta in Galliis insignis habetur, qui natus quidem in loco, qui Duplalis dictus fuit, qui locus haud longe a Cenitensi castro vel Tarvisiana distat civitate, sed tamen in Ravenna nutritus et doctus, in arte grammatica sive rhetorica seu metrica clarissimus existit. Qui amore

VARIÆ LECTIONES.

[12] Helpericus fugiens cum uxore et filiis, Albinus episcopus Andegavis clarus habetur, Torniacum ingressus 1.

sancti Martini in Gallias transiens, primo Turonis, deinde Pictavis habitavit, in qua civitate episcopus ordinatus est.

Albuinus rex cum Langobardis Tarvisium, Vincentiam, Veronamque, et reliquas Venetiæ civitates capit. Deinde [Liguriam ingressus Mediolanum cepit, et] omnes Liguriæ civitates. Ticinensis civitas ultra tres annos obsidionem perferens Langobardis se tradidit, omnesque civitates armis ceperunt, præter Romam et Ravennam, vel aliqua castra quæ erant in maris litore constituta. Albuinus postquam in Italia tres annos et sex menses regnavit insidiis suæ conjugis interemptus est. Elmigisus qui Albuinum occiderat, cum Rosimunda regina Ravennam ad Longinum præfectum fugit, auferens secum Albisindam, filiam regis et omnem Langobardorum thesaurum, ubi ambo veneno perierunt. Longinus Albisindam, filiam Albuini, cum Langobardorum thesauris Constantinopolim dirigit. Langobardi Gallias ingrediuntur. Horum adventum vir Dei Hospicius qui apud Niceam erat inclausus, sancto sibi revelante Spiritu, longe ante prævidit, quibus occurrit Amatus dux Guntramni regis, et commisso bello a Langobardis extinguitur. Mummulus in locum ejus subrogatur, qui ex Langobardis multos interfecit, eosque in Italiam redire compulit.

Anno Dominicæ incarnationis 510 Tiberius Constantinus regnavit annos 7. His cum sub Justino adhuc Cæsare palatium regeret, et multas cotidie eleemosynas faceret, magnam ei Dominus copiam auri subministravit: nam deambulans per palatium vidit in pavimento tabulam marmoream, in qua erat crux Dominica sculpta, quam inde levari jubens, invenit defossum magnum thesaurum, habentem supra mille auri centenaria. Huic etiam thesaurus Narsetis a quodam sene, qui eum cum aliis terræ mandaverat, manifestatus est, qui tantus fuit, ut vix per multos dies cisterna in qua jacuerat, a deportantibus potuisset evacuari. Huic Sophia Augusta insidias temptavit ingerere. Procedente enim eo ad villam, ut juxta ritum imperialem 30 diebus ad vindemiam jocundaretur, vocato Justiniano nepote Justini mariti, voluit eum in regno sublimare ; quo comperto, Tiberius apprehensam Augustam omnibus thesauris spoliavit, solum ei victum relinquens. Hujus exercitus Persas debellavit, tantamque prædam cum 20 pariter elephantis detulit, ut humanæ crederetur posse sufficere cupiditati. Ad hunc et Helpericus rex Francorum suos legatos dirigens, multa ab eo ornamenta, aureos etiam singularum librarum suscepit, habentes ab una parte effigiem imperatoris, scriptum in circulo Tiberius Constantinus perpetuus Augustus, ab alia parte habentes quadrigam et ascensorem, in circuitu scriptum Gloria Romanorum. Hujus diebus Gregorius diaconum cum esset apocrisarius in urbe Constantinopolitana, Morales libros composuit, Eutychumque ejusdem urbis episcopum de resurrectione errantem, in conspectu Augusti superavit. Pelagius papa Romanam regit ecclesiam, qui absque jussione principis ordinatus est, eo quod Langobardi Romam obsiderent, nec posset quisquam progredi. Helpericus rex descriptiones novas per consilium Fredegundis in omni regno suo facit, ut unusquisque possessor de propria terra, de uno arpenne unam amphoram vini ad partem regis daret, et de jugere modium unum ; unde populus valde oppressus vociferabatur ad Dominum. Immisit autem Dominus plagam in domo regis, et ipse ægrotare cœpit, et duo fili ejus mortui sunt. Rex perterritus descriptiones combussit, et tributum indulsit. Post hoc cognovit uxorem suam, quæ peperit filium, quem appellavit Clotharium. Huic fuit postea rex magnus, qui genuit Dagobertum.

Anno Dominicæ incarnationis 517 Mauritius regnavit annos 20. Hunc Tiberius, sentiens sibi diem mortis imminere, una cum consilio Sophiæ Augustæ ad imperium elegit, ornataque sua filia regalibus ornamentis eam tradidit, et cum ea omne imperium. Langobardi cum per annos 10 sub potestate ducem fuissent, regem super se statuunt Otharium filium Clephonis, quem etiam ob dignitatem Flavium appellaverunt, quo pronomine Langobardorum reges usi sunt. Duces qui tunc erant, et ob restaurationem regni omnem substantiarum suarum medietatem regalibus usibus tribuunt, ut esse posset, unde rex ipse sive qui ei aderant, per diversa officia alerentur, Mauritius imperator Childeberto, regi Francorum, quinquaginta millia solidos per suos legatos direxit, petens ut Langobardos de Italia exterminaret. Qui cum Francis Italiam intrat, Langobardi munera tribuunt, et pacem cum eo faciunt, imperator solidos requirit sed ille suarum virium potentia fretus, pro hac re nec responsum reddidit. Idem Childebertus bellum adversus Hispanos gerens, eorum acies superavit. Causa hujus certaminis ista fuit. Childebertus Ingundam sororem suam Herminigildo, Levigildi Hispanorum regis filio, in conjugium tradiderat, qui Herminigildus prædicatione Leandri, episcopi Hispaliensis, atque adhortatione suæ conjugis ad catholicam fidem conversus fuerat, quem pater impius in ipso sacrato paschali die securi percussit. Ingundis post mariti mortem, cum in Gallias repedare vellet, a piratis tenetur, atque in Siciliam deducitur, ubi et moritur. Filius ejus imperatori est transmissus.

Eo tempore fuit aquæ diluvium in finibus Venetiarum et Liguriæ, seu in cæteris regionibus Italiæ, quale post Noe tempus creditur non fuisse. Subsecuta est statim pestis inguinaria, quæ tanta strage populum devastavit, ut de inæstimabili multitudine pauci remanerent. In hac tribulatione Gregorius a cunctis generaliter papa electus est, et in pontificali et in cathedra sublimatus.

Per idem tempus isdem Gregorius papa Augustinum, Mellitum et Johannem cum aliis pluribus monachis timentibus Deum in Britanniam misit, eorumque prædicatione ad Christum Anglos con-

vertit Regaretus rex Gothorum frater Herminigildis martyris, per prædicationem Leandri episcopi ad fidem catholicam convertitur.

Gens Anglorum ad Christum convertitur, Edilbertus rex eorum baptizatur.

Gregorius papa libros Regulæ pastoralis, quos in episcopatus sui exordio scripserat, libros etiam quos in Expositione beati Job jamdudum Constantinopoli fecerat, supradicto Leandro episcopo mittit, cui etiam pallium ex benedictione sancti Petri dirigit.

Mauritius imperator legationem ad Childebertum regem dirigit, mandans ei, ut quod prius non fecerat, nunc adimpleret, ut Langobardos ab Italia removeret: qui exercitum in Italiam direxit, et commissa pugna cum Langobardis, Francorum acies graviter attristæ sunt. Abrincatis Paternus episcopus, civis Pictaviensis, nitescit.

Flavius rex Otharius Theodolindam, Garibaldi Bajoariorum ducis filiam, in conjugium accepit.

Childebertus, iterato in Italiam exercitu Francorum cum 20 ducibus ad bellandum Langobardorum aciem direxit; qui per tres menses Italiam pervagantes, plurima castra deposuerunt, et innumerabilem multitudinem captivorum inde adduxerunt; regem autem Otharium nocere non potuerunt, qui intra Ticinensem urbem se communierat. Exercitus, quia tempus æstivum erat, propter inconsueti aeris incommoditatem, dysenteriæ morbo graviter fatigatur, et ob id in patriam redire compellitur. Tassilo super Bawariam a Childeberto dux constituitur. Otharius rex ad Guntrannum regem, patruum Childeberti, legatos misit, ut per ejus nutum pax inter Childebertum et eumdem Otharium firmaretur. *De visione Guntrani regis*. Erat autem iste Guntramnus rex pacificus, omni bonitate ornatus. Is cum quodam die venatum in silvam isset, ut solet fieri, hac illacque discurrentibus sociis, ipse cum uno fideli suo solus remansit, et gravi somno depressus, capite in genibus ejus reclinato, obdormivit. De cujus ore parvum animal egressum, tenuem rivulum, qui prope discurrebat, transire moliebatur. Tunc is in cujus gremio quiescebat, spatham suam eduxit, eique ex ea pontem fecit, per quem ad partem aliam transivit, et in quoddam foramen montis ingreditur, et post paululum revertitur, et per eamdem spatham rivulum transiens, in os Guntramni ingreditur, statimque a somno excitatus miram se visionem vidisse testatur asserens se quemdam fluvium per pontem ferreum transisse, et in quadam spelunca multum pondus auri aspexisse. Is in cujus gremio dormierat, cum rem per ordinem retulisset, effossus est locus, et inæstimabiles thesauri reperti sunt, de quo auro ciborium solidum, miræ magnitudinis et magni ponderis fecit, et supra corpus sancti Marcelli martyris in civitate Caballonis poni fecit. Nec est usquam ullum opus ex auro affectum, quod ei valeat comparari. Nec post multum tempus idem rex, cum thesauros suos ecclesiis ac pauperibus erogasset, moritur, et in eadem basilica sepelitur.

Regnum ejus Childebertus et filii ejus obtinuerunt. Per idem tempus venit sanctus presbyter Goar ex Aquitania, et in territorio Treverensi, in pago Trigorio supra ripam Rheni, et rivulum qui Wochara dicitur, oratorium in honore sanctæ Dei genitricis construens, orationibus, eleemosynis et prædicatione verbi insistens, plenus virtutibus in eodem loco quievit.

Circa hæc etiam tempora Helpricus rex, insidiis suæ conjugis Fredegundis, cum de venatione rediret, interficitur, et Parisius in basilica sancti Vincentii sepelitur. Clotharius adhuc puer a matre et Landrico, qui tunc major domus erat, in regnum sublimatur.

Audiens Childebertus avunculum mortuum, regnum illius occupare nititur, et cum immenso exercitu Francorum et Burgundionum juxta Suessionis civitatem venit, ubi eis Fredegundis cum Landrico duce occurrit, et pugna commissa, exercitus Childeberti graviter cæsus fugit. Post idem tempus Childebertus moritur, habebat autem duos filios, unum ex concubina nomine Theodobertum, qui major natu erat, alterum ex regina, nomine Theodericum. Hujus regis major domus fuit Arnolfus. Theodebertus regnum patris obtinuit, Theodericus regnum Guntramni, idem Burgundiam, cum avia sua Brunichilde.

Post hæc bellum inter Clotharium et Theodericum oritur super fluvium Aroana, tantaque cædes de utroque populo facta est, ut ipse alvéus de cadaveribus hominum repletus, magis cruorem quam aquam fundere videretur. In prædicto, ut aiunt, certamine visus est angelus Domini evaginatum gladium super populum tenens. His temporibus sanctus pater Columbanus ex Hybernia cum beato Gallo et aliis probatissimis discipulis in Burgundiam venit, ibique permittente rege Theoderico, monasterium quod Luxovium dicitur, ædificavit. Exinde a Brunichilde fugatus, Alamanniam ingressus est, ibi sanctum Gallum discipulum suum reliquit. Ipse vero in Italiam transiens monasterium, quod Bovium dicitur ædificavit, ubi et multorum pater exstitit monachorum.

Per idem tempus rex Otharius moritur, et Agilulfus dux Taurinatium, accepta Theudelinda regina in conjugium, super Langobardos in regem elevatur, quibus Gregorius papa de pace inter Langobardos et Romanos conservanda, multa scribit. Prædictæ etiam reginæ quatuor libros, quos de Vita sanctorum composuit transmisit. Quem codicem dialogorum id est duorum locutionum, quia eum colloquens cum suo diacono Petro ediderat, appellavit. Per hanc reginam multum utilitatis Ecclesia consecuta est. Agilulfus cum Theoderico rege Francorum, perpetuam pacem fecit. Cœnobium sancti Benedicti abbatus a Langobardis noctu invaditur, monachi Romam petierunt, secum codicem sanctæ regulæ, nec non

pondus panis et mensuram vini deferentes. Mauricius imperator cum filiis suis Theodosio, Tiberio et Constantino, a Focato, qui fuit strator Prisci patritii, occiditur.

Anno Dominicæ incarnationis 538 Phocas regnavis annos 8 Hujus secundo anno Gregorius papa migravit ad Dominum, cui in pontificatu Sabinianus successit, quo defuncto Bonifacius papa constituitur. Hic obtinuit apud Focatum principem, ut sedes apostolica caput esset omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum scribebat. Hic menses 8 et dies 20 in chathedra residens, perrexit ad Dominum. In cujus loco iterum Bonifacius consecratur. Hic petiit Focam, ut in veteri fano, quod Pantheon vocabatur, quod a Domitiano Cæsare fuerat constructum, ecclesiam sibi consecrari liceret, quod annuit imperator. Post hunc Deusdedit in pontificatu sublimatur. Eleutherius patritius et cubicularius imperatoris in Neapoli civitate interfecit Joannem tyrannum.

Persæ adversus rempublicam gravissima bella gerunt, et Hierolosymam intrantes, vexillum Dominicæ crucis asportant. Anastasius monachus illustre martyrium pertulit. Nam a Persis multa pro Christo perpessus, ad extremum a Cosroe, rege eorum, decollatus cum aliis 70.

In Francia inter Theodericum et Theodobertum fratres, instigante Brunichilda avia, gravissimum oritur bellum, eo quod Theodobertus non legitimus hæres regni diceretur, quia de pellice erat natus, et apud Tulpiacum castrum summis viribus decertatum, Theodebertus terga vertit, et Coloniam fugit, inde abstractus, et a fratre attonsus, clericus efficitur, et non post multum ab eodem fratre trucidatur, et duo filii ejus interficiuntur. Post hæc præfatus Theodericus fraude Brunichildis veneno periit, duo filii ejus a Brunichilde interficiuntur. Regna quæ præfati reges tenuerant, in potestatem Clotharii transeunt.

Brunichildis, propter multa maleficia quæ perpetrat, jussu Clotharii equorum indomitorum caudis religata discerpitur. Agilulfus rex Langobardorum moritur, et Rodoaldus filius ejus in regnum stabilitur.

Anno Dominicæ incarnationis 546 Heraclius regnavit annos 26. Qui adversus Persas bellum aggressus, occiso Cosdroe eorum rege, Persas in deditionem accepit, et lignum sanctæ crucis Jerosolymam, unde sublatum fuerat, cum magna veneratione restituit. Bonifacius quintus, et Honorius, Severinus et Joannes Romanam regunt ecclesiam,

Heduinus rex Anglorum prædicante Paulino episcopo, ad Christi fidem cum sua gente convertitur. Honorius papa Scotos in observatione paschæ errantes per epistolam redarguit, similiter et Joannes successor Severini facit.

Per idem tempus fuit major domus in palatio Clotharii regis Arnulfus, vir, ut postmodum claruit, Deo, amabilis, qui post gloriam seculi Christi se servitio subdens mirabilis in episcopatu extitit. Huic Dagobertus filius Clotharii, in annis puerilibus positus,

A traditus est a genitore, ut eum secundum suam sapientiam enutriret, eique tramitem christianæ religionis ostenderet. Hic postquam ad virilem ætatem pervenit, Sandragisilum, ducem Aquitaniæ et carum consiliarium patris, eo quod se quadam contumacia desciperet, verberibus affecit, et barbæ rasione deturpavit. Quod cum pater cognovisset, eum ad supplicia requirit. Ille furorem patris timens in basilicam sanctorum Dyonisii et sociorum ejus confugit, eorumque tutelam supplex exposcit. Quorum suffragantibus meritis, a nullo potuit inde extrahi, quosque commissum facinus pater indulgeret. Unde et illum potissimum dilexit locum, ubi postmodum ingentia dona contulit, et numerosa prædia dedit. Post hæc Dagobertus cum Pippino

B duce in Austria regnaturus a patre dirigitur, et sancti Arnulfi Metensis episcopi consiliis commendatur. Rodoaldo Langobardorum rege mortuo, Rotharius eidem regno præficitur.

Anno Dominicæ incarnationis 572 Heraclones illius Heraclii, cum matre sua Martina regnavit annos 2. Cyrus Alexandriæ, Sergius et Pyrrhus regiæ urbis episcopi, unam operationem in Christo divinitatis et humanitatis, et unam voluntatem dogmatizant, et ob hoc a Theodoro papa et aliis episcopis condemnati sunt. Dagobertus filius Clotharii, cum Saxonibus dimicans, graviter ab eis vulneratur, patremque per legatum vocat in auxilium, qui festinus cum exercitu venit, et interfecto eorum duce Bertaldo, ita Saxones armis

C perdomuit, ut omnis virilis sexus ejusdem terræ incolas, qui gladii, quem tunc forte gerebat, longitudinem excessissent, perimeret.

Circa hæc tempora Sisenandus, et post eum Chintilla, in Hispania regnaverunt. Horum temporibus synodus bis facta est in urbe Toletana, ubi plurima de fide catholica et religione christiana promulgata sunt et scripto roborata. Sub his etiam regibus Isidorus Hispalensis ecclesiæ episcopus, floruit, nulli modernorum doctorum postponendus, qui multa de fidei regulis ecclesiasticisque disciplinis disputavit.

Post idem tempus conjunx regis Persarum, nominæ Cæsara, pro Christi amore, privato habitu venit Constantinopolim, et post aliquot dies baptizata, ab Augusto de sacro fonte levata est. Quam vir ejus

D requirens, cum 40 militaribus viris pacifice Constantinopolim venit, a quo satis digne susceptus, cum omnibus quos secum adduxerat, baptizatus est, et ab Augusto de fonte levatus, multisque muneribus honoratus, accepta conjuge ad patriam repedavit.

Anno Dominicæ incarnationis 575 Constantius filius Heraclii, frater Heraclonæ, regnavit mensibus 6. Pyrri successor Paulus, non tantum vesana doctrina sicut decessores ejus, sed et aperta persecutione catholicos cruciat; ob hoc et ipse sicut prædecessores ejus a sede apostolica dampnatus est.

Anno Dominicæ incarnationis 576 Constantinus, filius Constantii filii Heraclii, regnavit annos 28. Hic a supradicto Paulo deceptus, hæreticus efficitur, exposuitque typum adversus catholicam fidem, nec

unam nec duas voluntates aut operationes in Christo definiens esse confitendas, quasi nihil velle, vel operari credendus sit Christus. Unde a Martino papa et 105 episcopis sub anathemate damnati sunt supra nominati episcopi. Hac de re idem Martinus papa in exilium mittitur apud Cersonam, ibique moritur, ubi etiam miraculorum gloria fulget. Eugenius papa constituitur, quo vita decedente, Vitellianus in ejus loco subrogatur.

Rothario Langobardorum rege mortuo Grimaldus vir strenuus regnum obtinuit. Per id tempus Clotharius ex Francorum moritur, et suburbano Parisius in basilica sancti Vincentii sepelitur. Dagobertus monarchiam totius imperii obtinuit, excepto quod fratri suo Heriberto contra ligerim, et limitem quo tenditur partibus Wasconiæ, pagum B scilicet Tolosanum, Caturcinum, Aganensem, Petrogoricum et Santonicum vel quod ab his versus Pyreneos montes excluditur, concessit. Grimaldus rex Bertarit virum potentem persequitur. Quem idem rex in sua fide suspiciens, adulatorum et detrahentium linguis stimulatus, dolo occidere meditatur, sed industria Hunoldi fidelissimi satellitis per murum Ticinensem fune depositus in Franciam ad Dagobertum fugit, mortisque periculum evasit. Per idem tempus Theodorus archiepiscopus et Adrianus abba doctissimus a Vitelliano papa misi sunt in Britanniam, plurimasque ecclesias Anglorum doctrinæ apostolicæ fruge fœcundarunt, e quibus Theodorus archiepiscopus peccantium judicia, quantis scilicet annis pro uno quoque peccato quis penitere debeat, mirabili et discreta consideratione describit.

His diebus Constantinus Augustus Italiam a Langobardorum manu eripere cupiens, Constantinopolim egressus venit Athenas; inde mare transgressus Tarentum applicuit, inde Beneventum intravit, omnesque pene civitates Langobardorum per quas venerat cepit. Luceriam usque ad solum prostravit. Deinde Beneventum cum omni exercitu circumdedit, ubi Rumaldus filius Grimaldi regis se incluserat. Imperator accepta obside prædicti Rumaldi sorore, soluta obsidione Neapolim proficiscitur. Inde Romam perrexit, cui sexto ab urbe miliario Vitellianus papa cum sacerdotibus et populo Romano occurrit qui obtulit beato Petro pallium auro textile, et manens apud Romam diebus 12, omnia que fuerant antiquitus instituta ex ære in ornamenteum civitatis deposuit, in tantum, ut etiam basilicam beatæ Mariæ, quæ aliquando Pantheon vocabatur, discooperiret, tegulasque æreas inde auferret. Post hæc Neapolim reversus, itinere terreno perrexit civitatem Regium, ingressusque Siciliam habitavit in Syracusa, mansit autem in Siciliam 6 annos, ubi post plurimas et inauditas deprædationes in balneo a suis extinctus est. Post hujus mortem Mezentius in Sicilia regnum arripuit; sed absque orientalis exercitus voluntate, contra quem Italiæ milites, alii per Istriam, alii per Campaniam, alii vero a partibus Africæ et Sardiniæ venientes in Syracusas, eum vita privarunt. A Constantinopolim caput falsi imperatoris deportatum est.

Hæc audiens gens Sarracenorum, quæ jam Ægyptum et Alexandiam pervaserat, subito cum multis navibus venientem Siciliam invadunt, Syracusas ingrediuntur, multamque stragem faciunt populorum, auferentes quoque prædam nimiam et omnem illum, quem Constantinus a Roma abstulerat ornatum in ære et diversis speciebus, ad Alexandriam reversi sunt.

Anno Dominicæ incarnationis 605 Constantinus filius Constantini superioris augusti, regnavit annos 17. Donus papa apostolicam sedem tenet. Quo defuncto, Agatho papa ordinatur. Constantinus Augustus 150 episcopos congregari fecit in urbe regia, inter quos etiam fuerunt legati sanctæ Romanæ ecclesiæ, missi ab Agathone papa, Johannes diaconus, et Johannes Portuensis episcopus, qui omnes hæresin dampnaverunt, quæ unam operationem et voluntatem in Domino Jesu Christo asseverabat. Ea hora tantæ aranearum telæ in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur, et per hoc significatum est, quod sordes hæreticæ pravitatis depulsæ essent. Et Georgius quidem patriarcha Constantinopolitanus correctus est, ceteri vero in sua defensione perseverantes, anathematis sunt ultione percussi. Recta autem fides et vera hæc est, ut in Domino nostro Jesu Christo, sicut duæ sunt naturæ, hoc est Dei et hominis, sic etiam duæ credantur esse voluntates sive operationes.

C His temporibus solis eclipsis facta est 5 Non. Maii, moxque subsecuta est gravissima pestis tribus mensibus, Julio, Augusto et Septembri. Tunc visibiliter multis apparuit, quia bonus et malus angelus noctu per civitatem pergerent, et ex jussu boni angeli malus angelus qui videbatur venabulum manu ferre, quoties de venabulo ostium cujuscumque domus percussisset, tot de eadem domo sequenti die homines interirent.

Per id tempus Dagobertus rex Brunulfum, avunculum Heriberti fratris sui, propter infidelitatem suam interfici jussit, qui ab Amalgario et Arneberto ducibus, et Willibaldo patritio interfectus est.

Post discessum igitur beati Arnulfi, adhuc consi- D lio Pippini, qui major domus dicitur, et Cuniberti pontificis urbi Coloniæ, Dagobertus utens, ab ipsis fortiter admonitus, prosperitatis et justitiæ amore complexus, universarum sibi gentium subditarum favoribus extollebatur. Habuit filium ex quadam puella nomine Regindruda, quam frater ejus Heribertus Aurelianus veniens de sacro fonte suscepit. Namque dum eundem puerum Amandus episcopus benediceret eumque caticumenum faceret, finita oratione cum nemo respondisset Amen, aperuit Dominus os pueri, qui non amplius quam quadraginta dies habebat, et cunctis audientibus respondit Amen. Vocatus est idem puer Sigibertus. Arnulfus episcopus et Romaricus abba clari habentur.

Eo anno legati regis Dagoberti Servatus et Paternus a Constantinopoli regressi sunt, petiitque impe-

rator Dagobertum, ut omnes Judæos regni sui secundum fidem catholicam baptizare præciperet, aut de regno expelleret, siquidem in siderum signis cognoverat, quod a circumcisis gentibus divino nutu ejus imperium esset vastandum. Et rex quidem summo hoc peregit studio, sed imperatori non de Judæis, sed de Sarracenis fuerat demonstratum.

Post hæc Heribertus moritur, relinquens filium parvulum nomine Helpricum, qui etiam paulo post moritur. Regnum quod tenuerat, ad Dagobertum transit.

Grimaldus rex Langobardorum cum Dagoberto pacis firmissimæ fœdus iniit. Quod cum profugus Bertarius cognovisset, metuens Grimaldum, egressus a Gallia ad Britanniam insulam properare disposuit. Interea Grimaldus moritur, cumque jam Bertarius navim ingressus, aliquantum per pelagus navigasset, vox a litore audita est: Revertatur Bertarius in patriam suam, quia tertius dies est hodie quod Grimaldus rex mortuus est. Qui statim reversus regnum Langobardorum obtinuit, atque Cunibertum filium suum consortem regni facit Agathone papa decedente, Leo junior locum ejus obtinuit. Post hunc Benedictus ordinatur. Dagobertus rex cum Sclavis conflixit eosque superavit, quibus præerat tunc dux nomine Samo. Vascones etiam rebellantes ferro compescuit. Huni et Vulgares inter se prælia conserunt, Huni Vulgares superant, qui devicti et Pannonia expulsi, novem milia cum uxoribus et liberis regem Dagobertum expetunt, terram ad manendum requirunt. Quos rex ad hiemandum Bajoariam recipere præcepit, dispersosque per domos omnes una nocte cum mulieribus et liberis interficere fecit. Circa hæc tempora defuncto Sisebodo rege Hispaniæ, Sisenandus quidam ex proceribus Dagobertum regem expetiit, ut ei auxilium ferret, quatinus regnum Hispaniæ obtinere posset; in hujus beneficii recompensatione missorium aureum regi promittit, pensantem auri pondera 50. Rex exercitum misit cum Habundantio et Venerando ducibus, regnumque viribus Francorum Sisenandus obtinuit. Missorium Gothis contradicentibus, non transmisit, sed ducenta milia solidos pro missorio regi Dagoberto persolvit; quod argentum rex sancto Dionysio dedit. Edildrudis regina et virgo apud Anglos clara habetur.

Gens Sarracenorum ex Ægypto in Africam cum nimia multitudine pergens, obsessam Carthaginem cœpit, et crudeliter depopulatam ad solum usque prostravit.

Anno Dominicæ incarnationis 612 Justinianus minor filius Constantini regnavit annos 10. Joannes, Conon et Sergius Romanam regunt ecclesiam, Kylianus, episcopus Wirziburgensis, Arnal [13] ejus discipulus clarescit. Justinianus Africam a Sarracenis abstulit, et cum eisdem pacem terra marique fecit. Hic Sergium pontificem, quia in errorem illius synodi quam Constantinopolim, fecerat, favere et subscribere noluit, misso Zacharia protospatario suo Constantinopolim deportari jussit; sed militibus repugnantibus, jussa principis perficere non potuit.

Adalgisus tyrannus, dux Tridentinæ civitatis, adnitentibus Aldone et Grausone Brixianis civibus, et aliis multis ex Langobardis, contra Cunibertum regem debellat, eumque de regno expellit, sed resumptis viribus Cunibertus præfatum tyrannum in prælio interficit. Dagobertus rex Mettis veniens, cum consilio pontificum et procerum filium suum Sigibertum in regno Austriæ sublimat, eumque Cuniberto, episcopo Coloniensis ecclesiæ, et Pippino duci commendat.

Sequenti anno ei filius natus est ex Nandhilda regina quem Ludovicum appellavit, cui regnum Neptricum atque Burgundiæ dandum post suum discessum nominavit. Post hæc idem Dagobertus moritur, et in basilica sancti Dionysii sepelitur: fuit autem providus in consilio, cautus in judicio, strenuus in militari disciplina, largus in eleemosynis, studiosus in componenda pace ecclesiarum, et præcipue devotus in ditandis sanctorum cœnobiis. Qui quamvis omnia loca sancta excoluisset, tamen præ cæteris monasteria sanctorum Dionysii, Martini, atque Mauritii excoluit, et omni ecclesiastica dignitate nobilitavit. Regnum ejus, sicut ipse vivens diviserat, filii ejus tenuerunt. Ega major domus cum Nantilda regina regnum Clodovei administrat.

Circa hæc tempora cum in castro Casino vasta solitudo existeret, venientes de Celmanicorum vel Aurelianensium regione Franci, venerabilis patris Benedicti ejusque germanæ Scolasticæ corpora auferunt, et in suam patriam absportant. Corpus sancti Benedicti in territorio Aurelianensi, in monasterio quod vocatur Floriacus, sepultum est. Porro sanctæ Scolasticæ in partibus Cenomanensium retigiosorum devotione conditum.

Rege Cuniberto mortuo, de regno Langobardorum inter principes magna fit controversia, plurimi interficiuntur, nonnulli excæcantur; mulieres etiam quæ se reginas fore jactaverant, naso et auribus abscisis deturpantur; ad extremum Heribertus dux Taurinensium regnum obtinuit.

Anno Dominicæ incarnationis 632 Leo augustalem dignitatem arripiens, Justinianum regno privavit, eumque exulem in Ponto servavit, regnumque Romanorum tribus annis rexit. Sergius papa in sacrario beati Petri apostoli magnam portionem ligni Dominicæ crucis reperit, quæ ex tempore illo ab omni populo in basilica Constantiniana, de exaltationis ejus osculatur ac adoratur. In Britannia Cudbertus, Lindisfarnensis ecclesiæ episcopus, clarus habetur, in Galliis Audoenus Rotomagensis, Eligius Noviomensis, Sulpitius Bituriaccensis episcopi, clari habentur. His etiam temporibus venerablilis vir Willibrordus, cognomento Clemens, de Britan-

VARIÆ LECTIONES.

[13] Arnual 2. *De S. Kiliano ejusque discipulo nulla mentio in cod.* 6.

nia gentis Anglorum, ob gratiam evangelii in Gallias transiens, a Sergio papa episcopus Fresonum consecratur, atque in eandem gentem ad prædicandum dirigitur.

Anno Dominicæ incarnationis 635 Tiberius regnavit annos 7. Hic contra Leonem insurgens, regnum ejus invasit, eumque toto quo ipse regnavit tempore, in eadem civitate in custodia tenuit. Gisulfus dux Beneventum et Campaniam igne, gladio et captivitate vastavit. Joannes Romanam regit ecclesiam. Hic universos captivos quos Gisulfus ceperat redemit, atque Langobardos domum redire fecit, cui successit alius Johannes.

Ludovicus rex, corpus beati Dionysii discooperiens minus religiose, licet, cupide, os bracchii fregit et rapuit, confestimque stupefactus in amentiam incidit, et post duos annos vitam cum regno finivit. Hoc tempore synodus Aquileiæ facta ob imperitiam fidei, quintum universale concilium suscipere diffidit, quæ synodus facta fuerat temporibus Vigilii papæ, contra hæreticos qui beatam Mariam solum hominem, non Deum et hominem, genuisse affirmabant, in qua synodo catholice institutum est, ut Maria semper virgo θεοτόκος diceretur, quia non solum hominem, sed vere Deum et hominem genuit.

Ea ætate claruit Lambertus Tungrensis ecclesiæ episcopus, qui dum regiam domum zelo religionis accensus increpasset, ab iniquissimo Dodone et aliis viris de palatio missis improvise conclusus intra domum ecclesiæ, in Leodio vico occiditur.

Anno Dominicæ incarnationis 642 Justinianus secundo Tiberio filio regnavit annos 6. Hic regnum rursus recipiens, eos qui se expulerant patritios occidit, Leonem quoque et Tiberium qui locum ejus usurparant, cepit, et in medio circo coram omni populo jugulari præcepit. Gallicinium vero patriarcham Constantinopolitanum erutis oculis Romam misit, Cyrumque abbatem, qui eum in Ponto exulem aluerat, episcopum in loco Gallicini constituit. Sisinnius et Constantinus Romanam regunt ecclesiam. Hunc Constantinum ad se venire jubens Justinianus, honorifice suscepit ac remisit; quem prostratus in terram pro suis peccatis intercedere rogans, cuncta ecclesiæ privilegia renovavit. Qui cum exercitum in Pontum mitteret ad comprehendendum Philippicum, quem ibi relegaverat, multum eum isdem papa prohibuit, sed tamen inhibere non potuit. Exercitus qui missus contra Philippicum fuerat, ad partem ejus se contulit, et eum imperatorem fecit, qui Constantinopolim contra Justinianum veniens, cum eo ab urbe miliario duodecimo pugnavit, et eum occidit, regnum adeptus est. Imperavit autem, ut præmisimus, hac secunda vice 6 annos, quem Leo in expulsione ipsius naribus detruncavit; qui post iterum assumpto imperio, quotiens defluentem guttam rheumatis manu detersit, pene totiens aliquem ex his, qui contra eum fuerant, jugulari præcepit.

Dum hæc in oriente aguntur, Ansprandus qui apud Bajoariam 9 exulaverat annos, cum Bajoariis Italiam venit, pugnavitque cum Heriberto rege eumque vicit; qui dum in Franciam fugere vellet, Ticinum fluvium ingressus cum equo transnatare conatus est, sed quia auro gravatus erat, aquis suffocatus extinctus est, Ansprandus regnum obtinuit 3 tantummodo menses. Post cujus interitum Liutprand, filius ejus in regali constituitur solio.

Apud Francorum quoque gentem Pippino vita exempto, ejus filius Carolus in principatu successit, licet per multa bella et certamina de manu Reginfridi eumdem principatum sustulerit. Nam cum in custodia teneretur, divino nutu ereptus aufugit, ac primum contra Reginfridum cum paucis bis terque certamen iniit, ad extremum eum apud Vinciacum magno certamine superavit. Cui tamen unam, ut ferunt, hoc est Andagavensem civitatem ad habitandum concessit, cunctam vero Francorum gentem ipse gubernandam suscepit.

Anno Dominicæ incarnationis 648 Philippicus regnavit annum unum et menses 6. Hic postquam imperiali dignitate confirmatus est, Cyro de pontificatu abjecto, ad gubernandum monasterium suum in Pontum redire præcepit. Hic Constantino papæ litteras pravi dogmatis direxit, quas ille respuit, statuitque populus Romanus, ne hæretici imperatoris nomen, aut chartas aut figuram solidi susciperent. Contra hunc Anastasius, qui et Artemius dictus est, insurgens eum regno expulit, oculisque privavit.

Anno Dominicæ incarnationis 650 Anastasius regnavit annos 3. Hic litteras Constantino papæ per Scholasticum patricium et exarchum Italiæ direxit, quibus se fautorem catholicæ fidei et sexti concilii prædicatorem esse declaravit. Defuncto Gisulfo duce Beneventano, Romaldus filius ejus locum ejus obtinuit.

Circa hæc tempora Petronax, civis Brexianæ urbis, divino amore compunctus, castrum Cassinum petiit, et monasterium sancti Benedicti, quod jam tunc 100 et 10 annos destructum manebat, reædificavit, multorumque monachorum pater ibi extitit. Gregorius papa constituitur; hic Bonifacium ex Britannia ortum episcopum ordinavit, et per eum in Germaniam verbum salutis prædicavit, et gentem illam sedentem in tenebris evangelica luce illustravit.

Carolus princeps contra Ratbodum, regem Fressonam, multa certamina conserit. Qui tyrannus divino nutu percutitur anno præfati principis 4; anno 5 regni sui pugnavit idem Carolus adversum Saxones, eosque vicit.

Anastasius imperator classem in Alexandriam contra Sarracenos direxit. Exercitus de medio itinere reversus, Theodosium imperatorem elegit, atque coactum in solio imperii confirmavit. Qui Theodosius apud Mycenas civitatem Anastasium gravi prælio vicit, septem milia de exercitu ceciderunt, datoque sibi sacramento, eum clericum fieri et presbyterum fecit ordinari.

Anno Dominicæ incarnationis 654 Theodosius re-

gnavit annum unum. Hic postquam regnum accepit mox in regia urbe imaginem illam, in qua sancta synodus erat depicta, et a Philippico erat dejecta, pristino in loco erexit. His diebus ita Tiberis fluvius inundavit, ut, utra alveum suum egressus, multa Romanæ fecerit exitia civitati, ita ut in Via lata ad unam et semis staturam excresceret, atque a porta sancti Petri usque ad pontem Molvium aquæ se descendentes conjungerent.

Anno Dominicæ incarnationis 655 Leo regnat annos 9. His temporibus Sarracenorum gens cum inmenso exercitu veniens, Constantinopolim circumdedit, ac per continuum triennium obsedit, donec civibus multa instantia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, bello, pestilentiaque perirent, ac sic pertesi obsidionis abscederent. Eorum maxima multitudo tempestate in mari periit, intra Constantinopolim vero tempore obsidionis 300 milia hominum pestilentia interiere.

Liutprandus rex ossa sancti Augustini episcopi a Sardinia transtulit, et in urbem Tycinensem cum debito honore sepelivit: idem rex Ravennam obsedit, classem invasit atque destruxit.

Carolus princeps 10 anno regni sui cum Bajoariis pugnavit, eosque vicit. Idem rex, quintodecimo anno regni sui Alamanniam ingressus, contra Lantfridum dimicavit, et sibi eandem gentem subjecit. Sextodecimo anno regni sui Vasconiam ingressus, Eudonem ducem Aquitaniæ bello perterruit.

17 anno Sarraceni ex Hispania cum uxoribus et parvulis venientes, Aquitaniam Galliæ provinciam quasi in ea habitaturi intrant; Carolus quidem, ut dictum est, cum Eudone Aquitaniæ principe tunc discordiam habebat, qui tamen, in unum se conjungentes, contra eosdem Sarracenos pari consilio dimicarunt. Nam irruentes Franci super eos, 375 millia ex eis interfecerunt. Eudo quoque super eorum castra irruens, pari modo multos interficiens, omnia devastavit. Mille tantum quingenti ceciderunt ex Francis, ut in epistola ab Eudone missa Gregorio papæ de eadem victoria continetur.

Ea tempestate Leo imperator sanctorum imagines depositas incendit, Romanoque pontifici Gregorio similia facere, si suam vellet habere gratiam, mandavit. Sed pontifex hoc facere contempsit. Omnis quoque Ravennæ exercitus vel Venetiarum talibus jussis uno animo restiterunt, et nisi pontifex eos prohibuisset, alium imperatorem super se constituerent.

Per idem tempus Liutprandus rex castra Æmiliæ, Feronianum et Montembellium, Brueta et Perticeta, Bononianum et Pentapolim Auximumque invasit, sed post aliquos dies, Romano pontifice elaborante, Romanis reddita sunt. Leo Augustus ad pejora progressus, est, ita ut compelleret omnes Constantinopolim habitantes tam vi quam blandimentis, sanctorum imagines deponere, et quascunque invenire potuit, incendio concremavit. Et quia plerique ex populo tale scelus fieri prohibebant, aliquanti ex eis capite truncati, alii

A parte corporis multati sunt; cujus errori Germanus patriarcha non consentiens, a propria sede depulsus est, et ejus in loco Anastasius presbyter ordinatur. Circa hæc tempora Carolus princeps Pippinum filium suum ad Liutprandum regem direxit, ut ejus juxta morem capillum incideret: qui ejus cæsariem incidens, ei pater effectus est, multisque eum ditatum regiis muneribus genitori remisit.

Carolus 18 anno regni sui cum exercitu in Wistracha venit, eamque suæ ditioni subjecit. Anno 20 regni sui iterum cum valida manu Vasconiam ingressus est, et Eudonem regno simul et vita privavit, sequenti anno contra filios ejusdem Eudonis dimicavit.

B Anno 22 regni sui Sarracenorum exercitus rursum in Galliam introiens multam devastationem fecit, contra quos Carolus non longe a Narbona bellum committens, eos sicut et prius maxima cæde prostravit.

Anno 24 regni sui iterato Sarraceni Gallorum fines ingressi, usque ad Provinciam venerunt, et capta Arelato, omnia circumquaque demoliti sunt. Tunc Carolus, ad Liutprandum regem mittens, auxilium contra Sarracenos exposcit, qui nihil moratus cum omni Langobardorum exercitu in ejus adjutorium properavit: quò comperto gens Sarracenorum mox ab illis regionibus aufugit.

Anno 26 regni sui Carolus bellicosissimus et victoriosissimus princeps Francorum moritur.

C Fiunt igitur, ni fallor, anni ab incarnatione Domini computati a quadragesimo secundo anno imperii Octaviani, usque ad ultimum Leonis Augusti annum, qui temporibus Caroli principis regnasse cognoscitur, 718, menses 3, dies 2.

Discernamus etiam, si placet, eosdem annos Domini per tempora pontificum Romanorum, et videamus, quomodo sibi tempora principum et præsulum adinvicem comparata respondeant.

Beatus Petrus apostolus Romæ in episcopali cathedra sedit annos 25, menses 2, dies 2.

| | sedit | annos | menses | dies |
|---|---|---|---|---|
| Linus | | | | |
| | | 11 | 3 | 13 |
| Cletus | — | 12 | 1 | 11 |
| Clemens | — | 9 | 2 | 10 |
| D Anacletus | — | 9 | 2 | 10 |
| Euvaristus | — | 9 | 10 | 2 |
| Alexander | — | 10 | 7 | 1 |
| Xistus | — | 10 | 2 | 1 |
| Telesphorus | — | 11 | 3 | 21 |
| Yginus | — | 4 | 3 | 3 |
| Pius | — | 19 | 4 | 3 |
| Anicetus | — | 11 | 4 | 3 |
| Sother | — | 9 | 6 | 21 |
| Eleutherius | — | 15 | 3 | 2 |
| Victor | — | 10 | 2 | 10 |
| Zepherinus | — | 8 | 6 | 10 |
| Calixtus | — | 6 | 2 | 10 |
| Urbanus | — | 4 | 10 | 13 |
| Pontianus | — | 9 | 5 | 2 |

| Antherus | sedit | annos | menses | dies |
|---|---|---|---|---|
| | | 12 | 1 | 12 |
| Fabianus | — | 14 | 11 | 11 |
| Cornelius | — | 2 | 2 | 2 |
| Lucius | — | 3 | 3 | 3 |
| Stephanus | — | 7 | 5 | 2 |
| Sixtus | — | 1 | 10 | 23 |
| Dionysius | — | 6 | 2 | 4 |
| Felix | — | 4 | 3 | 25 |
| Eutichianus | — | 1 | 1 | 1 |
| Gaius | — | 11 | 4 | 12 |
| Marcellinus | — | 9 | 4 | 25 |
| Maroellus | — | 5 | 7 | 22 |
| Eusebius | — | 6 | 1 | 3 |
| Melchiades | — | 4 | | |
| Silvester | — | 24 | 10 | 10 |
| Marcus | — | 2 | 8 | 20 |
| Julius | — | 15 | 2 | 6 |
| Liberius | — | 6 | 3 | 4 |
| Felix | — | 1 | 3 | 2 |
| Damasus | — | 18 | 3 | 12 |
| Siricius | — | 15 | | |
| Anastasius | | 3 | | 10 |
| Innocentius | — | 15 | 2 | 21 |
| Zosimus | — | 1 | 3 | 11 |
| Bonifacius | — | 3 | 8 | 7 |
| Celestinus | — | 8 | 10 | 17 |
| Sixtus | — | 8 | | 19 |
| Leo | — | 21 | 1 | 13 |
| Hilarius | — | 6 | 3 | 10 |
| Simplicius | — | 15 | 1 | 7 |
| Felix | — | 8 | 11 | 18 |
| Gelasius | — | 4 | 8 | 18 |
| Anastasius | — | 1 | 11 | 24 |
| Symachus | — | 15 | 7 | 27 |
| Hormisda | — | 9 | | 17 |
| Mercurius | — | 2 | | 26 |
| Felix | — | 4 | 2 | 14 |
| Bonifacius | — | 2 | | 26 |
| Agapitus | — | | 11 | 18 |
| Silverius | — | 1 | 5 | 11 |
| Vigilius | — | 18 | 6 | 26 |
| Pelagius | — | 11 | 10 | 18 |
| Joannes | — | 12 | 11 | 26 |
| Benedictus | — | 4 | 1 | 28 |
| Pelagius | — | 10 | 2 | 10 |
| Gregorius | — | 14 | 6 | 10 |
| Sabinianus | — | 1 | 5 | 9 |
| Bonifacius | — | 8 | | 22 |
| Honorius | — | 12 | 11 | 13 |
| Severinus | — | | 2 | 4 |
| Joannes | — | 1 | 9 | 18 |
| Theodorus | — | 6 | 5 | 18 |
| Martinus | — | 1 | 1 | 26 |
| Eugenius | — | 1 | 8 | 24 |
| Vitellianus | — | 6 | | |
| Adeodatus | — | 4 | 2 | 5 |
| Donus | — | 1 | 5 | 10 |
| Agathos | — | 2 | 6 | 4 |

A

| Leo | sedit | annos | menses | dies |
|---|---|---|---|---|
| | | | 10 | 17 |
| Benedictus | — | ′ | 10 | 12 |
| Joannes | — | 1 | | 9 |
| Conon | — | | 11 | |
| Sergius | — | 14 | 8 | 23 |
| Joannes | — | 3 | 2 | 12 |
| Joannes | — | 2 | 6 | |
| Sisinnius | — | | | 20 |
| Constantinus | — | 7 | | 15 |
| Gregorius | — | 16 | 9 | 11 |
| Gregorius | — | 10 | 8 | 25 |
| Zacharias | — | 12 | 3 | 14 |

Fit ergo, ut arbitramur, summa horum a temporibus beati Petri apostoli usque ad Zachariam
B papam, qui principio regni Pippini Romanam gubernat ecclesiam, anni 703, menses 8, dies 26. Quivus si addamus quindecim annos Octaviani, 23 Tiberii, 3 Caii, similiter 3 Claudii, quia 4 Claudii anno Petrus apostolus Romam venit, et ipse jam annus in pontificatu ejus computatur, colliguntur anni 747; supercrescunt itaque anni pontificum annos principum Romanorum 29 annis. Quid horum potius sequendum sit, prudens lector videat. Illud tamen pro certo scimus, quod nec augustorum, nec antistitum numerus annorum cyclis Dionysii concordat, siquidem in alio plus, in alio minus invenitur. Nam secundum Dionysium anno Dominicæ incarnationis 741 Carolus princeps moritur, et Pippinus suscepit principatum;
C potest autem fieri ut vitio scriptoris numerus sit depravatus annorum.

Hæc idcirco, ab ipso incarnationis Domini anno exordium capientes, usque huc perduximus, ut quia sequens libellus a nostra parvitate editus, per ejusdem incarnationis Dominicæ annos tempora principum et gesta declarat, iste nihilominus, quo tempore, quod in loco, vel quid sub unoquoque principe actum sit, summatim demonstrat. Triumphos quoque sanctorum martyrum et confessorum, quibus in locis, vel sub quibus regibus coronam gloriæ perceperunt, nominatim aperiat. Igitur ubi iste finitur, ille consequenter initium capiat, et ubi ille incipit, iste finem sortiatur.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

D

## INCIPIT LIBER DE GESTIS REGUM FRANCORUM.

Anno Dominicæ incarnationis 741 Carolus filius Pippini, major domus et bellicosissimus dux Francorum, defunctus est.

Anno Dominicæ incarnationis 742 Carolomannus et Pippinus filii ejus duxerunt exercitum contra Hunoldum ducem Aquitanorum, et ceperunt castrum quod vocatur Lucas, in eodem itinere diviserunt regnum Francorum inter se, in loco qui dicitur Vetus Pictavis; posthæc Carolomannus eodem anno Alamanniam cum exercitu vastavit.

Anno Dominicæ incarnationis 743 Carolomannus et Pippinus contra Odilonem, ducem Bajoariorum, duxerunt exercitum, et inierunt pugnam, et victores

effecti. Carolomannus absque fratre in Saxoniam perrexit, et cepit castrum quod dicitur Hochseoburch per placitum et pacis conditionem, et Theodericum Saxonem obsidem accepit; qui, sacramentis datis, in patriam dimissus est redire, sed posthabito sacramento fefellit [14].

Anno Dominicæ incarnationis 744 iterum Carolomannus et Pippinus Saxoniam cum exercitu ingressi sunt, et rursus captus est supradictus Theodericus.

Anno Dominicæ incarnationis 745 Carolomannus confessus est suo germano Pippino, quod mente disposuisset mundum relinquere, et pro amore Dei regnum terrenum deserere, ut in futura vita centuplicatam reciperet possessionem. Et in hoc anno nullam fecerunt expeditionem, sed præparavit se uterque, Carolomannus ad iter quod decreverat, et Pippinus, ut germanum suum ad locum honorifice cum muneribus et debita munificentia prosequeretur.

Anno Dominicæ incarnationis 746 Carolomannus Romam perrexit, ibique se totondit, et, in Sarapte monte monasterium ædificavit in honore sancti Sylvestri, ibique aliquod tempus moram faciens, exinde ad sanctum Benedictum in Cassinum usque pervenit, et ibi monachus effectus est. Fertur autem de hoc sancto viro exemplum memorabile. Cum adhuc Romæ positus in monasterio quod sibi ædificaverat, ab omnibus propter regiam nobilitatem, et, quod majus est, propter contemptum regni terreni et gloriam præsentis seculi, veneraretur et laudibus extolleretur, timens vir Deo plenus favorem laudis humanæ, qui tanta pro Christo reliquerat, fugam magis arripere disposuit, quam vanæ gloriæ subjacere. Et hoc tantummmodum uno fido socio confessus, quem ab infantia in omnibus fidelem probaverat, cum eo noctu omnibus aufugit insciis, et ad Casinum montem usque pervenit, nihil secum portans ex omnibus bonis quæ corpori erant necessaria, nudus Christum secutus est. Et juxta morem portam monasterii pulsans, colloquium patris monasterii expetiit, in cujus præsentiam cum venisset, mox in terram corruit, se homicidam esse, se reum omnium criminum protestans, misericordiam exposcit, pœnitentiæ locum exquirit. Pater cum hominem peregrinum esse cognovisset, interrogat cujus patriæ aut gentis esset; at ille confessus est se Francum esse, et ex Francia pro tali scelere migrasse, exilium libenter ferre paratum, tantum ut patriam cœlestem non amitteret. Spiritualis pater, ejus precibus annuens, præcepit eum in cella novitiorum recepi una cum suo collega, ibique probari secundum quod regula jubet, et tanto arctius quanto barbaræ et ignotæ gentis homo erat, implens illud apostolicum: « Probate spiritus si ex Deo sunt. » Itaque probatus in omni patientia, sociatus est congregationi una cum collega, post emensum anni circulum professus stabilitatem, conversionem morum, et obedientiam secundum regulam sancti Benedicti. Cœpit autem irreprehensibiliter inter fratres conversari, omnibus virtutibus pollens. Accidit autem, ut, juxta quod mos est, ad coquinæ officium hebdomadarius deputaretur; quod cum libenter quidem faceret, sed in multis ignoranter offenderet, cocus vino exæstuans ei alapam dedit dicens: Ita te fratribus deservire oportet? Cui ille motus, placido vultu respondit: Indulgeat tibi Dominus, frater, et Carolomannus. Neque enim cuiquam nomen suum prodiderat, ne ex vocabulo agnosceretur. Rursus cum in quibusdam cibariis administrandis errasset, iterum a coco percussus est, cui eadem quæ supra imprecatus est. Et cum jam tertio a coco crudeliter cæderetur, indignatus ille comes individuus suæ peregrinationis, quod tantus vir a tam vili persona tam contumeliose afficeretur, jam ferre non valens, arripuit pilum, unde panis in holera fratrum mittendus conterebatur, et eum omni annisu percussit, dicens: « Nec tibi Deus parcat, serve nequam, nec Carolomannus indulgeat. » Fratres hoc audito valde commoti sunt, quod homo alienigena et pro misericordia receptus talia facere præsumpsisset. Protinus itaque custodiæ mancipatur, ut die sequenti talis præsumptio acrius vindicaretur. In crastinum productus de custodia in medio conventu sistitur; percunctatus cur manus extendere in fratrem ministrum ausus fuisset, respondit: « Quia, inquit, vidi servum nequiorem omnibus, virum meliorem et nobiliorem omnium quos in terra conversari scio, non solum verbis dehonestari, sed etiam plagis affici. » Furore nimio exagitati, quod eum, qui peregrinus venerat, cæteris prætulisset, interrogant quis esset ille, qui bonitate et nobilitate omnes anteiret? cur saltem patrem monasterii non excepisset? Ille necessitate compulsus celare non valens, quod Deus jam manifestari volebat, ait: « Iste est Carolomannus quondam rex Francorum, qui pro Christi amore regnum et gloriam mundi dereliquit, qui de tanta excellentia ita se humiliavit, ut modo a vilissimis personis non solum contumeliis afficiatur, verum etiam verberibus affligatur. » Quo audito tremefacti a sedibus surgunt, pedibus ejus se prosternunt, veniam postulant de contemptu, ignorantiam profitentur; ille contra in terram provolutus, cum lachrymis negare cœpit, hæc non esse vera, non se esse Carolomannum, sed hominem peccatorem et homicidam; collegam suum perterritum propter commissum piaculum hæc excogitasse. Quid plura? Cognitus ab omnibus cum magna reverentia est observatus. Hæc non passi sumus præterire; nunc ad chronica revertamur.

Anno Dominicæ incarnationis 747 Gripho fugit in Saxoniam, et Pippinus iter faciens per Turingam,

VARIÆ LECTIONES.

[14] Fefellit. His temporibus fundari cœptum est Fuldense cœnobium a sancto Bonifacio archiepiscopo n solitudine Bochenia 3.

in Saxoniam introivit usque ad fluvium Missacha in loco qui dicitur Scahaningi, et Gripho, collecta manu, una cum Saxonibus super fluvium Obacro sedit in locum, qui dicitur Orhemum.

Anno Dominicæ incarnationis 748 Gripho de Saxonia egressus est, in Bajoariam pervenit, ipsumque ducatum sibi subjugavit. Hiltrudem cum Thassilone cepit, et suæ ditioni subjecit. Suideger venit in solatium supradicti Griphonis. Hæc audiens Pippinus cum exercitu illuc venit, omnesque supranominatos sibi subjugavit, Griphonem et Lantfridum secum duxit in Franciam, Thassilonem ducem Bajoariorum constituit. Griphonem vero in partibus Neustriæ misit, et ei 12 comitatus dedit; inde iterum Gripho fugiens Wasconiam petiit, et ad Waipharium ducem Aquitanorum pervenit.

Anno Dominicæ incarnationis 749 Burchardus Wirziburgensis ecclesiæ episcopus, et Folradus capellanus missi sunt Romæ ad Zachariam papam, ut interrogarent de regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regiam potestatem, reges tamen vocabantur, si bene essent an non? Et præfatus papa mandavit Pippino, melius sibi videri illum regem vocari qui potestatem haberet, quam illum qui sine regali potestate manebat, et ne perturbaretur Christianitatis ordo, per auctoritatem apostolicam jussit Pippinum regem creari, et sanctæ unctionis oleo inungi.

Anno Dominicæ incarnationis 750 Pippinus secundum morem Francorum electus in regem, et unctus per manum sanctæ memoriæ Bonifacii Mogontiacensis urbis archiepiscopi et elevatus est a Francis in regno in Suessionis civitate. Hildericus vero, qui falso rex vocabatur, attonsus est et in monasterium missus.

Anno Dominicæ incarnationis 751 Pippinus rex in Saxoniam iter fecit, et Hildegarius episcopus occisus est a Saxonibus in castro quod dicitur Wigberc, et tamen Pippinus rex victor extitit, et pervenit usque ad locum qui dicitur Rimiæ, et reversus est in Franciam, ubi ei nuntiatum est quod Gripho, qui in Vasconiam fugerat germanus ejus occisus est. Stephanus papa in Franciam venit, solatium et adjutorium quærens pro justitiis sancti Petri. Venit autem et Carolomannus, monachus et germanus supradicti regis, per jussionem abbatis sui in Franciam, quasi ad conturbandam petitionem apostolicam. Hoc anno natale Domini in Theodonis villa, pascha in Carasiaco domnus rex celebravit.

Anno Dominicæ incarnationis 752 supradictus Stephanus papa confirmavit Pippinum sancta unctione in regem, et cum eo inunxit duos filios ejus Carolum et Carolomannum ad regiam dignitatem. Eodem anno sanctus Bonifacius archiepiscopus annuntians Dei verbum, in Fresia a paganis interfectus, martyr Christi occubuit. Walfridus [15] abba in Italia clarescit.

Anno Dominicæ incarnationis 753 [16] Pippinus rex per apostolicam invitationem Italiam ingressus est, justitiam Petri apostoli quærens. Haistulfus rex Langobardorum supradictam justitiam contradicendo, Thermopylas, id est clusas, Langobardorum petiit, et obviam Pippino regi et Francis venit, et commisso prælio, Domino auxiliante et beato Petro intercedente, Pippinus cum Francis victor extitit. Eodem anno Stephanus papa reductus est ad suam sedem per missos regis Pippini, Folradum et aliis plurimis; incluso vero Haistulpho rege in Papia civitate, necessitate ductus justitiam sancti Petri pollicitus est faciendam. Ex hac promissione rex Pippinus obsides 40 recepit, et cum sacramenta firmata reversus est in Franciam. Nec superfluum judicavimus, si epistolam ejusdem papæ Stephani hac de causa scriptam huic operi inseramus: continet enim hunc modum: « Stephanus episcopus, servus servorum Dei. Sicut nemo se debet jactare de suis meritis, sic non debent opera Dei, quæ in illo per suos sanctos fiunt sine suis meritis, silere sed prædicare, sicut angelus admonet Thobiam: unde ego pro oppressione sanctæ Ecclesiæ a rege atrocissimo et blasphemo et nec dicendo Haistulfo, ad optimum et sancti Petri fidelem domnum Pippinum Christianissimum regem in Franciam veni, ubi egrotavi usque ad mortem, et mansi aliquod tempus apud pagum Parisiacum in venerabili monasterio sancti martyris Dionysii; quem cum jam medici desperarent, fui sicut in oratione in ecclesia ejusdem beati martyris subtus campanis, et vidi ante altare dominum Petrum, et magistrum gentium dominum Paulum, et tota mente illos recognovi de illorum surcariis, et tunc beatum dominum Dionysium ad dextram domini Petri subtilem et longiorem; dixitque bonus pastor dominus Petrus: Hic frater noster postulat sanitatem. Et dixit beatus Paulus: Modo sanabitur. Et appropinquans, misit manum suam ad pectus domini Dionysii amicabiliter, respexitque ad dominum Petrum, et dixit dominus Petrus ad dominum Dionysium hilariter: Tua gratia est sanitas ejus. Et statim beatis Dionysius thuribulum incensi et palmam in manu tenens cum presbytero et diacono, qui in parte stabant, venit ad me et dixit ad me: Pax tecum, frater, noli timere, non morieris, donec ad sedem tuam prospere revertaris; surge sanus, et hoc altare in honore Dei et apostolorum Petri et Pauli, quos vides, dedica, missas gratiarum agens. Moxque sanus factus sum, et volebam implere quod mihi præceptum erat, et dicebant qui ibi aderant, quod dementabam. Quapropter retuli illis et regi suisque omnibus ex ordine quæ videram, et quomodo sanatus fuerim, et implevi quæ jussa sunt mihi omnia. Gesta sunt autem hæc anno ab incarnat.

VARIÆ LECTIONES.

[15] waltfridus 7. walfredus et walifredus 8-12. wolfridus 5. *Paulum Diac. aut Strabonem innuere videtur.* [16] A. d. i. 752 pippinus rex 2.

Dom. 753. 5 Idus Aug. » Quo Christi roboratus virtute, inter celebrationem consecrationis præfati altaris et oblationem sacrificii, unxit in reges [17] Francorum regem Pippinum et duos filios ejus Carolum et Carolomannum. Sed et Bertradam conjugem ipsius regis, indutam cycladibus regiis gratia Spiritus sancti septiformis consignavit in Dei nomine, atque Francorum proceres apostolica benedictione sanctificans, auctoritate sancti Petri sibi a Christo tradita obligavit, et obtestatus est, ut nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula, ipsi vel quique ex eorum progenie orti, regem super se præsumant aliquo modo constituere, nisi de eorum progenie, quos et divina providentia ad sedem apostolicam tuendam eligere, et per eum, videlicet sancti Petri vicarium, immo Domini Jesu Christi, in potestatem regiam dignata est sublimare et unctione sacratissima consecrare. His interpositis, ad chronicam redeamus. Cum Pippinus rex, ut supra expressum est, Italiam ingressus esset, Carolomannus monachus Vienna civitate remansit una cum Bertrada regina, ubi languore correptus diem clausit extremum.

Anno Dominicæ incarnationis 755 cum audisset Pippinus rex ea non esse vera quæ Haistulphus pro miserat de justitiis sancti, Petri iterum Italiam ingressus, Papiam obsedit, Haistulphum obsidione cinxit, et rursum de justitiis sancti Petri firmitatem dedit, ut stabiles permanerent, et insuper Ravennam cum Pentapoli et omni Exarcato conquisivit et sancto Petro tradidit. Cum autem reversus esset Pippinus rex in Franciam, meditabatur supradictus Haistulphus ea fallere quæ promiserat. Quadam vero die cum venationibus inserviret, percussus est Dei judicio, vitamque cum regno finivit ; quomodo vero missus est Desiderius in regno, in subsequentibus dicemus.

Anno Dominicæ incarnationis 756 misit Constantinus imperator regi Pippino cum aliis donis organum, et rex Pippinus tenuit placitum suum in Compendio, ibique Thassilo venit dux Bajoariorum, et suus effectus est, per manus sacramentaque multa juravit Pippino et filiis ejus supra corpus sancti Dionysii et sancti Germani et sancti Martini ; similiter et ejus homines meliores fecerunt.

Anno Dominicæ incarnationis 757 Pippinus rex in Saxoniam iter fecit, et in munitiones Saxonum per virtutem introivit, et in loco qui dicitur Sitnia multæ strages factæ sunt de populo Saxonum. Et tunc promiserunt se omnem voluntatem regis facturos, tributum etiam præsentandum, equos scilicet 300 per singulos annos.

Anno Dominicæ incarnationis 758 natus est Pippino regi filius, cui supradictus rex nomen imposuit suum ; qui vixit annos duos, et in tertio defunctus est. Eodem anno celebravit natalem Domini in Longolare, et pascha in Iopila.

Anno Dominicæ incarnationis 760 Pippinus rex cernens Waifarium, ducem Aquitanorum minime consentire, ut justitias faceret ecclesiis quæ erant in Francia de rebus et possessionibus illarum quæ in suo ducatu erant, iniit consilium cum Francis, ut iter pergeret in Aquitaniam, et supradictas justitias quæreret, et pervenit usque in locum qui dicitur Thedoad. Quod cum cognovisset Waifarius, timore perterritus mittit legatos, Otbertum et Dawinum, et dedit obsidem Adalgarium suum propinquum, et mandavit Pippino se omnia redditurum, quidquid supradictus rex quærebat in causis ecclesiasticis, et celebravit natalem Domini in Carisiaco, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 761 Waifarius minime cogitans et obsidibus et sacramentis datis, ut se vindicaret de injuria, quam a Francis præterito anno fuerat perpessus, exercitum misit, qui usque ad Cabillonem civitatem venerunt, vastantes omnia. Et cum supradictus rex synodum teneret in villa quæ dicitur Duria, nunciatum est ei, quod Waifarius perpetrasset ; protinus exercitum movit, et Aquitaniam ingressus multa castella cœpit, scilicet Brudellum, Clarum montem, Cantelam, Avernum, et pervenit usque ad Leomodicas, vastando omnia, et celebravit natalem Domini in Carisiaco, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 762 rex Pippinus Aquitaniam cum exercitu vastavit, et cœpit civitatem Bituricas, et castrum quod dicitur Toarcis, et celebravit natalem Domini in villa Gentiliaco, et pascha similiter.

Anno Domicæ incarnationis 763 rex Pippinus habuit placitum suum in Niveruis, et quarto ingressus est Aquitaniam, ibique Thassilo, dux Bajoariorum, postpositis sacramentis, fraudulenter se inde subduxit, omnia beneficia oblitus, quæ rex avunculus ejus ei fecerat, et Bajariam regressus amplius noluit videre supradicti regis faciem. Rex autem Aquitaniam perlustrans usque ad Cadurciam venit, et per Lemodicas reversus, in Franciam venit. Et facta est hyems valida, et celebravit rex natalem Domini in villa quæ dictur Longolare, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 764 rex Pippinus habuit placitum suum in Wormatia, et causam diligenter pertractavit inter Waifarium et Thassilonem ; celebravit natalem Domini in Carisiaco, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 765 rex placitum suum habuit apud Attiniacum, et eodem anno sicut et superiori nusquam profectus est. Celebravit autem natalem Domini in Aquis villa, et pascha similiter.

VARIÆ LECTIONES.

[17] *unxit in reges etc.... et consecrare disposuit*, cf. Clausulam de consecratione ap. Bouq. t. V, p. 9, 10.

Anno Dominicæ incarnationis 766 rex Pippinus perrexit in Aquitaniam, et placitum suum habuit in Aurelianis civitate, et restauravit Argentonium castrum, quod antea Waifarius destruxerat, ibique Francos dimisit ad continendam Aquitaniam; similiter et in Bituricas fecit, et celebravit natalem Domini in Salmoniaco, et pascha in Gentiliaco.

Anno Dominicæ incarnationis 767 rex in supra dicta villa synodum magnam habuit inter Romanos et Græcos de sancta Trinitate, vel de sanctorum imaginibus, et post hæc Aquitaniam ingressus est per Narbonam ; cepit autem Tolosam et Gavaldanem, et celebravit pascha in civitate Vienna. Eodem anno mense Augusto iterum Aquitaniam ingressus, usque Bituricas venit, ibique synodum tenuit, et inde profectus, usque ad Garonnam venit, multas rupes et speluncas cepit, nec non castra Scoraliam et Torinnam et Petrociam, et reversus est Bituricas. Ibi nuntiatum est ei de obitu Pauli papæ ; ibi etiam celebravit natalem Domini.

Anno Dominicæ incarnationis 768 rex Pippinus iter faciens Remistagnum cepit, ad Sanctones civitatem usque pervenit, et ibi cepit matrem Waifarii et sororem ejus et neptas ejus : inde perrexit in loco qui dicitur Montes, ibi Heriwicus venit ad eum, qui habebat aliam sororem Waifarii, et inde reversus pacha celebravit in castro quod dicitur Sels. Post hæc adsumens secum Bertradam reginam ad Sanctonas civitatem pervenit, ibique reginam cum famulis dimisit, et Petragorico perrexit, et interempto Waifario cum triumpho victoriæ ad Sanctones reversus est, ibique moram faciens post aliquot dies ægrotare cœpit, et inde profectus Turonis venit, et ad orationem ad sanctum Martinum perrexit ; inde egressus Parisius ad sanctum Dionysium vix pervenit, ibique diem clausit extremum 8 Id. Octobr. et domnus Carolus et Carolomannus elevati sunt in regnum, Carolus in Noviomo civitate, Carolomannus in Sessionis 7 Id. Octobris, et celebravit Carolus natalem Domini in Aquis, pascha in Rodoma civitate.

Anno Dominicæ incarnationis 769 Carolus rex Aquitaniam cum exercitu intravit, eo quod Hunaldus disposuisset rebellare, et totam Aquitaniam et Vasconiam, auxiliante Deo, in deditionem recepit, et Hunaldi iniqua consilia dissipavit. Inde digressus ad Coloniensem civitatem venit, et inde sumpsit plures Francorum cum armis et omnibus utensilibus eorum, et abiit super flumen Dordoniam, et ædificavit ibi castrum quod dicitur Fronticis, et in dicto præsidio Francos collocavit. Deinde missos direxit ad Lupum Vasconem, mandans ut sibi Hunaldum cum uxore repræsentaret, qui ad eum confugerant. Adductus est prædictus Hunaldus cum uxore ad nominatum castrum, A quem cum recepisset, in Franciam reversus est, et celebravit natalem Domini in Duria, et pascha in Leodio vico publico.

Anno Dominicæ incarnationis 770 Carolus habuit synodum in Wormatia civitate, et Berta regina perrexit in Bajoariam, et inde Italiam ingressa est, et rex celebravit natalem Domini in Mogontia et pascha in Heristellio.

Anno Dominicæ incarnationis 771 Carolus rex synodum habuit ad Valentinianas, et eodem anno Carolomannus rex defunctus est in villa Salmontiaco 2 Non. Decembris. Venit autem Carolus ad villam Carboniacum, ubi venerunt ad eum Folcarius et Folradus capellani cum aliis episcopis et sacerdotibus, Werinus et Adalhartus comites, cum B aliis primatibus qui fuerunt Carolomanni. Uxor vero Carolomanni cum perpaucis Francis partibus Italiæ perrexit, et celebravit rex natalem Domini in Adtiniaco et pascha in Heristellio.

Anno Dominicæ incarnationis 772 Carolus rex synodum habuit in Wormatia, et inde perrexit in partes Saxoniæ, et primo impetu Heresburgh castrum cepit, et ad Ormensul usque pervenit, et ipsum fanum destruxit, et aurum et argentum quod ibi repperit abstulit. Erat autem tunc siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supra dicto loco, et dum vellet ibi rex duos aut tres dies manere, ut prædictum fanum funditus destruere posset, et aqua exercitui deesset, subito divina largiente gratia omnibus insciis in quodam torrente aquæ C effusæ largissimæ, ita ut omnis exercitus sufficienter haberet. Destructo fano, rex super Wiseram fluvium venit, et ibi cum Saxonibus placitum habuit, et accepit 12 obsides, et reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini in Heristellio, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 773 rex pervenit ad hyemandum in Theodonis villa, ubi eum adiit missus Adriani papæ nomine Petrus, invitans eum una cum Francis, ut pro Dei amore, seu pro justitia sancti Petri acquirenda super Desyderium et Langobardos veniret. Venit prafatus legatus per mare usque in Massiliam, inde per terram usque ad regem, et ideo per mare venit, quia viæ clausæ fuerunt a Langobardis Romanis. Tunc rex fi-D deles consuluit, utrum petitionibus apostolici assensum præberet ; omnibus hoc collaudantibus, illis in partibus profectus est, Genevamque civitatem veniens synodum tenuit, et ibi exercitum divisit in duas partes. Ipse cum una parte per montem Cinysium perrexit, et misit Bernardum avunculum suum cum reliqua parte per montem Jovis. Conjunxerunt autem se uterque exercitus ad clusas. Quod cum cognovisset Desyderius, regi et Francis cum armatis occurrit [18]. Tunc rex castra posuit ad easdem clusas, et misit occulte unam scaram de electis viris per montana. Hoc sentiens Desyderius statim clusas

**VARIÆ LECTIONES.**

[18] cum armatis occurrit. *Hinc omissis mediis sequitur annus* 794. Cum vero audissent se ex duabus partibus, *etc.; illa vero post anni* 801 *verba.* Hujus factionis fuere principes *inserta sunt.*

reliquit, et quam citius potuit, Papiam ingressus est. Rex autem cum omnibus anxiliante Domino, et intercedente beato Petro, sine læsione Italiam ingressus est, et cum ad Papiam pervenisset, Desyderium intrinsecus latitantem obsedit, ibique in sua castra celebravit natalem Domini, et pascha in Roma.

Anno Dominicæ incarnationis 774 rex dum in illis partibus pro hujusmodi negotio moram faceret, Saxones occasione accepta, postpositis sacramentis, in finibus Francorum impetum fecerunt, et usque ad castrum quod nominatur Buriaburg venerunt; quorum adventum incolæ loci præsentientes, in jam dictam munitionem se receperunt. Igitur cum præfata gens sæviens cœpisset forinsecus villarum ædificia concremare, venerunt ad quandam basilicam in loco qui dicitur Friedislar, quam sanctæ memoriæ Bonifacius martyr consecravit, atque per prophetiæ spiritum prædixit quod nunquam incendio cremaretur. Cœperunt autem præfati Saxones omni intentione certare adversus eandem basilicam, quemadmodum eam per quodlibet ingenium igne cremare potuissent. Et dum hæc agerent, apparuerunt quibusdam Christianis qui erant in castello, simul quibusdam paganis qui in eodem erant exercitu, duo juvenes in albis vestimentis, qui ipsam basilicam ab igne protegebant, et propterea non potuerunt neque interius neque exterius ignem accendere. Interea nutu divino majestatis pavore perterriti, in fugam conversi sunt, nemine persequente. Inventus autem est postea unus ex eisdem Saxonibus mortuus juxta ipsam basilicam, flexis genibus, acclinis supra pedes, habens ignem et ligna in manibus, et velut ore flaret basilicam crematurus. Dum hæc aguntur, Carolus a Roma reversus venit Papiam, ipsamque civitatem armis cepit, insuper Desyderium regem cum uxore sua et filia, omnemque thesaurum palatii, ibique venientes omnes Langobardi de cunctis civitatibus Italiæ, ejus se subdiderunt dominationi. Adalgisus vero filius Desyderii regis, fuga lapsus mare introivit, et Constantinopolim perrexit. Carolus subjugata Italia et ordinata, custodiam Francorum in Papia dimittens cum magno triumpho in Franciam reversus est; et cum venisset in locum qui dicitur Hengilimheim, misit quatuor scaras in Saxoniam: tres pugnam cum Saxonibus inierunt, et Deo auxiliante victores extiterunt; quarta vero scara non habuit pugnam, sed capta præda magna reversi sunt in Franciam, et celebravit rex natalem Domini in Carisiaco, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 775 rex habuit synodum in villa quæ dicitur Duria, et inde Saxoniam pergens Sigiburgh castrum cepit, Heresburgh reædificavit, super Wisaram fluvium venit in locum qui dicitur Brunisberg, ubi occurrerunt ei Saxones volentes ripam supradicti fluminis defendere: auxiliante Domino et Franci decertantibus, fugatis Saxonibus, Franci ambas ripas occupaverunt, et multi Saxones occisi sunt. Tunc rex, dividens exercitum, sumpsit secum partem, perrexitque usque ad Obacerum fluvium, ubi omnes orientales Saxones venientes cum Hassinone duce eorum, dederunt obsides juxta quod placuit regi, et juraverunt sacramenta. Simul eo revertente venerunt Angrarii in pago qui dicitur Bucki una cum Brunone duce eorum, et fecerunt sicut orientales Saxones fecerant. Interea cum Francis qui super fluvium Wisaram remanserant, Saxones pugnam commiserunt, et, Deo largiente, Franci victoria potiti sunt, et plures ex Saxonibus interfecti sunt. Hæc audiens rex, iterum super Saxones cum exercitu irruens multam stragem fecit, et prædam copiosam cepit super Westphalos, et coacti obsides dederunt. Obsidibus itaque receptis, et præda multo capta, rex in Franciam reversus, ubi nuntiatum est ei, quod Rotgandus Langobardus postponens fidem et sacramenta adversus eum rebellare disponeret; statim illis in partibus iter arripuit, et celebravit natalem Domini in villa quæ dicitur Scezistadt in Elisacio.

* [*Eodem*[19] *tempore Veneciæ dux propter invidiam et insidias aliquantorum Venetiarum, dantes occasionem ei, ut Carolo regi Veneciam tradere vellet, a suis hominibus*[20] *captus est, et Constantinopolim ad Constantinum imperatorem in exilium transmissus est. Quam rem idem imperator diligenter exquirens et fraudulentas insidias Venetiarum aperte cognoscens, illorum incusationes pro nichilo duxit, et eundem ducem Anthipatrum patricii fecit. Quem cum legato et epistola sua ad Venetiam remisit, et in propria sede eum honorabiliter restituit. Nam post mortem ejusdem Constantini prædicti rebelles ducem interimere conabantur. Quorum consilium dux procaciter prævidens, Nicoforo imperatori illico nunciandum misit; animadvertens autem imperator hoc facinus, mox Nicetam patricium ad investigandum causam in Venetiam misit; qui illo veniens, patefactis culpis, duodecim ex illis infidis comprehendit; quos secum reducens jussu imperatoris in ergastulum cum vita destinavit.* 7.]

Anno Dominicæ incarnationis 776 Carolus rex Italiam ingressus, Forojulianorum partes petivit, Rotgaudum rebellem captum decollari jussit, ad Tarvisium civitatem venit, ibique pascha celebravit, et ordinatis rebus, derelictis custodibus ex Francis in civitatibus quæ adversus eum senserant, in Franciam cum prosperitate reversus est. Interea Saxones, cognita absentia regis, more solito ruptis sacramentis in unum conglobati, Heresburgh castrum aggrediuntur, fraudulenter Francis suadent, ut de castro exeant, et cum pace in patriam pergant. Sed cum illi fallacibus moni-

VARIÆ LECTIONES.

[19] Eodem tempore Veneciæ dux, *etc.*, *usque in finem*, *habetur in solo codice* 7. [20] a suis omnibus captus *codex.*

tis minime assensum præberent, machinas præparant, munitionem obsidione cingunt, et summis viribus certant, sed nihil proficiunt. Quadam itaque die cum iterum redivivo certamine bellum parassent, apparuit gloria Dei manifeste supra domum ecclesiæ, quæ erat infra ipsum castrum, videntibus multis, tam Christianis quam paganis. Nam duo scuta apparuerunt supra præfatam basilicam sanguineo colore flammantia, et velut in prælio quibusdam motibus agitantia. Itaque pagani hoc signum aspicientes, timore et formidine repleti mox in fugam conversi sunt, et in tantam amentiam devenerunt, ut, strictis gladiis, mutuis se armis confoderent. Quanto vero illi plus pavore perterriti fugerunt, tanto magis Christiani confortati omnipotentem Dominum laudabant, qui salvos facit sperantes in se. Ex prædicto igitur loco cum tanta confusione discedentes, venerunt ad aliud castrum quod appellatur Desuburgh (13), ubi voluerunt similiter facere, sed, Deo auxiliante Francisque eis viriliter repugnantibus, nihil prævaluerunt. Oppidani vero persecuti sunt eos usque ad flumen quod Lippa dicitur, et multos ex eis interfecerunt. Itaque rex Wormatiam veniens, synodum placitumque publicum ibi tenuit, et, concilio soluto, mox Saxonum fines penetravit, et velut ingens tempestas omnia prosternit, munitiones irrumpit; Saxones perterriti ad locum ubi Lippa oritur venerunt, ibi se et suam patriam regi tradiderunt, et spoponderunt se Christianos esse debere. Tunc rex una cum Francis restauravit Heresburgh castrum et aliud castrum super Lippam, ubi venientes Saxones una cum uxoribus et parvulis innumerabilis multitudo baptizati sunt in nomine sanctæ Trinitatis. Posthæc obsides quantos rex expetiit dederunt; reformatis autem castellis custodiisque dispositis, Carolus in Franciam revertitur, et celebravit natalem Domini in Heristellio et pascha in Noviomago.

Anno Dominicæ incarnationis 777 rex Saxoniam ingressus placitum tenuit in loco qui dicitur Padresbrunna, ubi omnes Saxones convenerunt, excepto Witichindis, qui cum paucis Saxonibus in partibus Nortmanniæ confugit. In eodem etiam loco venerunt Sarraceni de partibus Hispaniæ, quorum hæc sunt nomina. Ibina, Larabi et filius Devizefi, qui jam Joseph nominabatur, et gener ejus, ubi etiam multitudo Saxonum baptizata est et sacramenta secundum consuetudinem dederunt, ut perderent ingenuitatem et omnem hæreditatem, nisi conservarent susceptam Christianitatem et promissam fidelitatem regis et filiorum ejus, nec non etiam et Francorum. Carolus in Franciam reversus celebravit natalem Domini in Duciaco, et pascha in Aquitania in villa quæ dicitur Casinogilo.

Anno Dominicæ incarnationis 778 Carolus cum exercitu Hispaniam ingressus est, venit vero primo ad Pampilonem civitatem, deinde ad Cæsarau-
A gustanam urbem perrexit, ubi innumerabilis multitudo de partibus Burgundiæ et Austrasiæ vel Bajoariæ seu Provinciæ et Septimaniæ, pars etiam Langobardorum in auxilium Francorum convenerunt. Obsidione itaque cincta civitate territi Sarraceni, obsidione itaque cincta civitate territi Sarraceni, obsides dederunt et immensum pondus auri. Ejectis itaque Sarracenis de Pampilona, murisque ejusdem civitatis dirutis, Vasconibusque subjugatis, in Franciam revertitur.

Interea Saxones audientes quod Carolus cum Francis tam longa terrarum spacia ab eis esset separatus, suadente Widichindo secundum consuetudinem iterum rebellati sunt, et ad Duriam castrum, quod Coloniæ civitati contiguum est, us-
B que venerunt, cædibus, rapinis et incendiis omnia devastantes. Quod cum nuntiatum esset regi revertenti et jam commoranti Autisiodoro civitati, misit idem princeps scaram unam ex electis viris, quæ eorum violentiæ resisteret. Saxones audientes incolumitatem regis et adventum Francorum, in fugam conversi sunt; quos Franci e vestigio sequentes, repererunt eos super fluvium cujus vocabulum est Adarna, in loco qui dicitur Lihesi; ubi pugna cœpta et finita, Franci auxiliante Domino victores extiterunt, et multitudo Saxonum est ibi occisa. Et celebravit rex natalem Domini in Heristellio et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 779 Carolus venit in villam, quæ dicitur Compendium, ubi se obtulit
C Hildebrandus [Spoletanorum] dux cum muneribus, ejusque dominationi se subdidit. Eodem anno synodum tenuit in Durio, et post hæc Saxoniam ingressus usque ad Lippam venit. Conati sunt autem Saxones resistere in loco qui dicitur Buochol, sed nihil prævaluerunt. Aperta autem via Westfaluvos subjugaverunt et omnes Saxones qui ultra Wisaram commorabantur. Veniens autem rex in loco qui vocatur Medofulli, accepit obsides et sacramenta a Saxonibus, qui ab eo defecerant, et reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini in Wormatia civitate, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 780 Carolus Saxoniam ingressus ad Heresburgh venit, et inde ad locum ubi Lippa consurgit, et ibi synodum tenuit.
D Inde progressus ad Albiam fluvium venit, et in ipso itinere Bardogavenses et multi de Nortliudis baptizati sunt in loco qui dicitur Horheym, ultra Obaccrum fluvium, et pervenit usque ad locum ubi Jora confluit in Albia. Dispositis itaque tam Saxonibus quam Sclavis, in Franciam reversus est. Inito autem consilio, ut Romam pergeret orationis causa cum conjuge Hildegarda, celebravit natalem Domini in Papia civitate.

Anno Dominicæ incarnationis 781 Carolus iter pergens celebravit pascha in Roma, et ibi baptizatus est filius ejus Pippinus ab Adriano papa, qui et ipse eum de sacro fonte suscepit, et duo filii ejus a

NOTÆ.

(13) Reginonem annallum Laurissensium verba male intellexisse, nec hic de alio castro nisi de Sigiburgo sermonem esse posse quisque videt.

supradicto pontifice inuncti sunt in reges, idem Pippinus super Italiam, Ludowicus super Aquitaniam. Inde reversus venit Mediolanum, ubi baptizata est filia ejus Gisla ab archiepiscopo Thoma, qui et ipse eam a sacro fonte levavit. His ita peractis, reversus est in Franciam. Per id tempus legati apostolici, Formosus et Damasus episcopi, cum missis regis, Siculfo capellano et Euvardo magistro directi sunt ad Thassilonem ducem, commonentes et contestantes ex auctoritate apostolica, ut recordaretur priorum sacramentorum, et non aliter faceret, nisi sicut jurejurando jam dudum premisserat Pippino regi et filiis ejus. His admonitionibus consensit Thassilo, et sumptis obsidibus a rege, venit Wormatiam, ubi renovavit sacramenta, et dedit duodecim obsides; [sed non diu præfatus Thassilo promissa conservavit]. Celebravit autem rex natalem Domini in Carisiaco, et pascha simul.

Anno Dominicæ incarnationis 782, Carolus Coloniam veniens, Rhenum transiit et synodum tenuit ubi Lippa consurgit; ubi omnes Saxones convenerunt, excepto rebellis Wildichindus. Illuc etiam venerunt legati Godefridi regis Nortmannorum. Altdeni et Hosmundi, nec non etiam legati Avarorum missi a Cacano et Jugorro. Peracto placito, reversus est rex in Franciam. Saxones iterum fidem violant, arma corripiunt, suadente Widichindo. Rex autem ea tempestate miserat nuncios suos Adalgisum et Geilonem atque Conradum viros potentes, ut ducerent exercitum Francorum et Saxonum super Sclavos paucos, qui adhuc rebelles erant. Supradicti vero principes, cum jam in itinere essent audientes quod Saxones rebellassent, super eos arma verterunt, et commisso prælio multos ex eis interfecerunt, in qua pugna duo duces ceciderunt, videlicet Adalgisus et Geilo, in monte qui dicitur Suntdal. Hoc audiens imperator. cum Francis quos sub celeritate congregare potuit illuc perrexit, et pervenit usque ad locum ubi Alara confluit in Wisara. Tunc omnes Saxones iterum convenientes subdiderunt se sub potestate supradicti regis, et reddiderunt seditiosos, qui illam rebellionem maxime terminaverunt, ad occidendum quatuor mulia quingentos viros. Widichindus vero partibus Nortmanniæ aufugit. Interfectis itaque seditiosis exilioque damnatis rex in Franciam reversus est, et celebravit natalem Domini in Theodonis villa, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 783 obiit Hildegardis regina pridie Kalend. Maii, quod evenit tunc in vigilia ascensionis Domini, et rex iterum Saxoniam ingressus est, eo quod Saxones iterum rebellassent, et cum paucis Francis ad Thietmalli venit; ibi Saxones paraverunt pugnam in campo viriliter. Tunc rex cum Francis super eos irruit, et magnam stragem ex eis fecit, ita ut perpauci fuga elaberentur. Post peractam victoriam venit rex ad Paderbrunna, ubi coadunato exercitu, denuo super Saxones irruit, qui se sociaverant super fluvium, cujus vocabulum est Asa. Ibi iterum pugna inita, non minor numerus Saxonum cecidit, quam in superiori prælio ceciderat. Tunc rex Wisaram transiit, et ad Albiam usque pervenit, post hæc in Franciam revertitur. Eodem anno obiit Bertha regina 4 Id. Julii : et cum Wormatiam pervenisset rex, sociavit sibi in matrimonium Frastradanam reginam ; et celebravit natalem Domini in Heristellio, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 784 Carolus ingressus est Saxoniam, eo quod iterum rebellassent et cum eis aliqua pars Fresonum, et pervenit usque ad Huculvi, circueundo et vastando omnia. Erat autem nimia inundatio aquarum. Ipse igitur per Thuringiam ab orientali parte intravit super Hostfalaos, porro filium suum Carolum dimisit cum valida manu contra Westfalaos. Itaque rex Thuringiam ingressus, pervenit usque ad fluvium Albiæ, et inde ad Tagnfurt, deinde ad Scaininge, ex quo loco reversus est in Franciam. Westfalai vero congregaverunt se juxta Lippam, quibus occurrit filius regis in pago qui dicitur Dragini, et inierunt pugnam, quibus viriliter superatis, reversus est Wormatiam ad genitorem suum. Rex itaque consultis fidelibus, iterato hyemis tempore Saxoniam intravit, et celebravit natalem Domini Skidrioburch Wizzagawi super fluvium Ambra, in villa quæ dicitur Liuhidi.

Anno Dominicæ incarnationis 785 rex usque Adrine venit super fluvium Wisara, ubi confluit Wachna, et propter nimiam inundationem aquarum inde reversus est Heresburgh, ubi uxorem suam Fastradanam cum filiis et filiabus venire jussit, et ibi tota hyeme resedit. ibi etiam pascha celebravit, et multis vicibus scaras super Saxones misit, et eorum castra deprædatus est, et in Maio synodum ad Paderbrunna habuit, et inde iter pergens, nullo contradicente, totam Saxoniam circuivit. Venit autem in Bardingawi, et inde misit post Widichindum et Abbionem [20*], et utrosque ad se fecit venire, quos sacramento firmavit, ut in Franciam ad eum venirent. Qui, acceptis obsidibus, ad Attiniacum ad regem venerunt, ibique baptizati sunt, et tunc tota Saxonia subjugata est Francis ; et in eadem villa celebravit rex natalem Domini, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 786 Carolus misit exercitum suum partibus Britanniæ una cum misso suo Odulpho principe cocorum, ubi multa castella adquisierunt Franci, et eorum primates repræsentaverunt Wormatiam regi in publico conventu. Tunc rex videns se ex omni parte pacem habere, Romam perrexit orationis causa, et ut ibi cum missis imperatoris colloquium haberet, et celebravit natalem Domini in Florentia civitate.

Anno Dominicæ incarnationis 787 Carolus Romam venit, et a pontifice Adriano honorifice sus-

VARLÆ LECTIONES.

[20*] abbionem 4, 5a, d. 7, 9, 10, 11, 12; albionem *reliqui.*

ceptus est, ubi aliquot dies moratus est. Quod cum audisset Heregisus dux Beneventanorum, timore perterritus, misit Romaldum filium suum cum magnis muneribus ad regem, postulans pacem, et promittens se omnem voluntatem ejus facturum. Sed his suasionibus minime apostolicus credidit, sed magis hortatus est regem, ut Beneventi fines intraret, quod et fecit. Et cum Capuam venisset, Herigisus reliquit Beneventum et in Salernum secessit, ibique se munivit. Exinde misit filium suum Grimaldum (nam Romaldum rex secum retinebat) cum magnis muneribus, offerens obsides et promittens omnem fidelitatem, tantum ut ab impugnatione cessaret. Tunc rex cum consultu fidelium et sacerdotum, ne penitus episcopia et monasteria devastarentur, elegit duodecim obsides, et tertium decimum filium supradicti ducis Grimaldum, et accepta munera, juraverunt ei omnes Beneventani, et reversus est Romam, ibique celebravit pascha cum præsule sedis apostolicæ. Venerunt etiam in eodem loco missi Thassilonis Arnus episcopus et Henricus abbas, rogantes papam, ut pacem faceret, litemque terminaret inter Carolum regem et Tassilonem ducem. Ex qua causa multum decertavit apostolicus. Rex autem ad postulata respondit, se per multa tempora quæsisse, sed minime obtinere potuisse : nec tamen inobediens videretur esse monitis apostolicis, asseruit se in ejusdem papæ præsentia cum eisdem missis pacem velle firmare. Illis autem renuentibus, atque dicentibus non se audere pro seniore diffinitivam proferre sententiam, neque se ad hoc destinatos esse, videns apostolicus facta mendacia, et cognoscens instabilitatem ducis, iratus anathematizavit prædictum Thassilonem et omnes illi faventes, nisi fidelitatem quam regi Pippino et filio ejus Carolo promiserat, per omnia observaret; contestans per eosdem missos eundem virum, et monens ne per ejus obdurationem et perfidiam sanguis Christianorum funderetur, et terra devastaretur. Et si ipse dux nullatenus obedire vellet, tunc Carolus et exercitus ejus absoluti essent a Deo et sancto Petro, et quicquid in ducatu ejus perpetratum esset incendiis et homicidiis vel qualicunque malicia, totum hoc super Thassilonem et socios ejus verteretur, et rex et Franci essent innoxii. His verbis absolutis missis Thassilonis, rex oratione ad limina apostolorum completa, et benedictione percepta, in Franciam gressum dirigit, et Wormatiam ubi erat Frastradana conjux ejus pervenit, ubi synodum congregavit, et manifestavit sacerdotibus et optimatibus regni causas itineris, et qualiter versutia Thassilonis coram summo pontifice esset deprehensa. Misit itaque cum consultu fidelium ad eundem Thassilonem monens, ut apostolicis adhortationibus obtemperaret; qui cum nollet obedire, rex partibus Bajoariæ exercitum movit, et venit in loco qui dicitur Lechfeld, super civitatem Augustam, et venerunt orientales Franci et Thuringi et Saxones super Danubium in locum qui dicitur Faringa. Porro Pippinus rex de Italia cum exercitu venit ad Trientum. Tunc perspiciens se Thassilo ex omni parte esse circundatum, et videns quod Bajoarii magis essent fideles Carolo quam sibi, undique coarctatus venit ad eum tradens se manibus ejus ad servitium, reddensque ducatum sibi commissum a Pippino rege, et se in omnibus peccasse et male egisse confessus est; et denuo renovans sacramenta dedit duodecim obsides electos, et tredecimum filium suum Theodonem. Rex, receptis obsidibus, reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini in Engilinheim, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 788 rex congregavit synodum in præfata villa, ibique venit Thassilo, cœperunt autem eum Bajoarii accusare, quod fidem promissam violasset, suadente uxore Liutberga. Et objecta Thassilo denegare non potuit, sed comprobatus est se ad Avaros postea transmisisse, et in vitam fidelium regis consiliasse. Ad ultimum confessus est se dixisse, etiam si decem filios haberet, omnes mallet amittere, quam ita manere sicut juraverat. Ex his et aliis multis ab omnibus dijudicatus est ad mortem. Et cum omnes capitalem sententiam proclamarent, rex misericordia motus, eo quod consanguineus ejus esset, obtinuit ab ipsis Dei suis fidelibus ne moreretur. Interrogatus ergo a rege quid agere vellet, terræ prostratus licentiam in monasterium intrandi expetiit, ut ibi peccata sua deplorare potuisset. Similiter et filius ejus Thiodo fecit. Igitur attonsi sunt, et in monasterium missi. Pauci Bajoarii qui cum Thassilone senserant, in exilium sunt missi. Eodem anno commissum est bellum inter Græcos et Langobardos, ducibus Hildebrando de Spoleto, et Grimaldo de Benevento, et Winegiso a rege directo cum Francis, et fugati sunt Græci, et victores extiterunt Franci et Langobardi. Per idem tempus pugna commissa est inter Avaros et Francos, qui Italia habitabant, et, Deo largiente, victoriam obtinuerunt Franci. Tertia pugna commissa est inter Avaros et Bajoarios in campo Iboræ, et fuerunt ibi missi regis Grahamanus et Odocar cum aliquibus Francis, et Deo auxiliante victoria fuit Francorum seu Bajoariorum. Hæc omnia supradictus Thassilo et uxor ejus Liuthirga terminaverunt. Quarta pugna fuit contra Avaros, qui voluerunt vindicare eos qui in prælio superius dicto ceciderunt, sed, Deo adjuvante, victoria Christianis cessit. Post hæc Carolus ad Reganesburg venit, ibique marcas et fines Bajoariorum disposuit, indique reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini in Aquis palatio, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 789 rex Rhenum ad Coloniam transiit, et Saxoniam ingressus, ad Albiam fluvium venit; ibique duos pontes construxit, et ex utraque parte pontis castra ædificavit ex lignis et terra, et inde progressus Sclavorum fines intravit, et Sclavos cognomento Wiltzi suo dominio subjugavit. Fuerunt cum eo in eadem expeditione Franci et Saxones, Fresones autem navigio venerunt per Habola fluvium. Fuerunt etiam cum eo Sclavi Survi

et Abotridi, quorum princeps vocabatur Wisan. A Obsidibus itaqua receptis, reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini Wormatiæ, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 790 nullum iter fecit rex, sed in supradicta civitate rex celebravit natalem Domini, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 791 Carolus partibus Bajoariorum perrexit, et ad Reganesburg venit, ubi et exercitum suum convenire jussit; ibique cum consilio optimatum regni disposuit ire in Avarorum regnum propter maliciam intolerabilem, quam in Galliorum populos commiserunt et in ecclesiis Dei. Venit ergo cum exercitu usque ad Anisum fluvium, ubi triduanum jejunium cum letaniis fecerunt, postulantes pro salute exercitus, B et adjutorio Dei, et vindictam inimicorum. Rex itaque litora Danubii de australi parte tenuit, Saxones autem cum quibusdam Francis, et plurima multitudine Fresonum de Aquilonali, et ita pergentes venerunt ubi jam dicti Avares munitiones habebant paratas, de australi parte ad Chumberch, de aquilonali vero ripa in loco qui dicitur Camp; sic enim nominatur ille fluvius qui ibi influit in Danubium. Itaque avares cum ex utraque ripæ parte vidissent exercitum, et classem per medium fluvium venientem, tantus error, Deo faciente, super eos cecedit, ut, dimissis præsidiis munitionum, exercitus absque læsione Pannoniam introivit. Pervenit autem rex usque ad fluvium qui vocabatur Raba, omnia cædibus incendiis, rapinisque devastans, C et inde reversus Reganesburgh celebravit ibi natalem Domini, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 792 Feliciana hæresis condempnata est, quem Felicem Engilbertus in præsentiam Adriani pontificis adduxit, et post confessionem hæresim abdicavit, Eodem anno nulla expeditio facta est, sed tantum pons super naves ad flumina transeunda compactus est anchoris et funibus, ita cohærens, ut jungi et dissolvi possit, et celebravit rex natalem Domini in eodem loco idem Reganasburgh.

Anno Dominicæ incarnationis 793 Carolus de Reganesburgh proficiscens, ad fossatum magnum inter fluvios Alemonia et Radenza venit, ibique summi pontificis missi cum magnis muneribus in D præsentiam ejus venerunt; ibi etiam nunciatum est ei, Saxones iterum more solito fidem et promissa violasse. Inde navigio per Radenza Mohin ingressus, natalem Domini celebravit in Wurzaburhc.

Anno Dominicæ incarnationis 794 celebravit rex pascha in Franconofurt, ibique congregavit synodum magnam episcoporum Galliarum, Germanorum et Italorum, ubi fuerunt missi apostolici Theophilus et Stephanus episcopi. In hac synodo tertio condemnata est hæresis Feliciana, quam damnationem per auctoritatem sanctorum Patrum in libro conscripserunt, quem librum omnes sacerdotes manibus propriis conscripserunt. Eodem tempore obiit Frastradana regina, et in monasterio sancti Albani honorifice sepulta est. Pseudosynodus Græcorum, quam pro adorandis imaginibus fecerunt, a pontificibus rejecta est. Post hæc rex, diviso in duas partes exercitu, Saxoniam ingressus est: ipse per Thuringiam, Carolus vero filius ejus ad Coloniam Rhenum transivit. Saxones vero congregantes se in loco Finisfelt, præparaverunt se ad pugnam. Cum vero audissent se ex duabus partibus esse circundatos, dissipavit Deus consilia eorum, et quamvis fraudulenter Christianos se esse et fideles regi fore promiserunt. Rex in Franciam reversus, celebravit natalem Domini in Aquis palacio, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 795 rex venit Mogontia, ibique tenuit placitum suum in villa quæ dicitur Cuffinstein, in suburbio ejusdem urbis. Audiens vero quod Saxones secundum consuetudinem promissionem suam, quam de observanda Christianitate et fidelitate regis tenenda fecerant, irritam fecissent, cum exercitu Saxoniam intravit, et usque ad fluvium Albia pervenit ad locum qui dicitur Hliuni, in quo hisdem diebus Wizzam Abrotidorum rex a Saxonibus occisus fuerat: ibi etiam venerunt missi Thudun, qui in gente et regno Avarorum magnam potestatem habebat, affimantes quod item Thudun cum terra et populo suo se regi dare vellet, et ejusdem ordinatione Christianam fidem suscipere. Rex itaque afflictis magna ex parte Saxonibus eorumque terra vastata, acceptis obsidibus in Franciam rediit, et celebravit nat. Dom. Aquis, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 796 Adrianus papa obiit, et Leo mox in pontificatu successit, statimque misit regi legatos cum muneribus, claves etiam confessionis sancti Petri et vexillum Romanæ urbis direxit. Henricus, dux Forojulanorum, missis hominibus suis cum Wonomiro Sclavo in Pannonia, Iringum gentis Avarorum principem, longis retro temporibus qui eum civili bello fatigatis inter se principibus, improvise expoliavit. Caganus et Jugoro intestina clade interempti sunt, thesaurum priscorum regum multa seculorum prolixitate collectum idem dux Carolo ad Aquis palatium misit; quo accepto, peracta largitori omnium bonorum gratiarum actione, magnam partem inde Romam ad limina apostolorum misit per Engilbertum abbatem. Porro reliquam partem optimatibus, clericis sive laicis, cæterisque fidelibus suis largitus est. Per idem tempus Thudun secundum promissionem suam cum magna parte Avarum ad regem venit, et se cum populo suo et patria regi tradidit; et ipse et populus ejus baptizatus est, et muneribus susceptis redierunt ad propria. Eo tempore rex cum exercitu Saxoniam ingressus est, et Pippinus rex in Pannoniam cum exercitu introivit. Venit autem legatio Pippini regis ad patrem in Saxoniam, quæ dixit, quod Avares post interfectionem priorum ducum super se constituissent regem nomine Kaiam, et Pippinus contra eum certare disponeret. Rex peragrata Saxonia in Franciam se recepit, et in Aquis palatio filium suum Pippinum a Pannonia redeun-

tem et partem thesauri quæ remanserat adducentem lætus aspexit. [Et celebravit in eodem loco natalem Domini et pascha similiter.]

Anno Dominicæ incarnationis 797 Barcilona civitas Hispaniæ, quæ jam pridem a Francis disciverat, per Thatim, præfectum ipsius, Francis est reddita. Nam ipse ad palatium veniens, et civitatem cum semetipso regi tradidit. Eo tempore expeditio facta est in Saxoniam, et usque ad oceanum trans omnes paludes et invia loca pertransiit exercitus, et rex de Adulo hoc regressus — hoc enim loco nomen est, ubi oceanus Saxoniam alluit, — tota Saxonum gente in deditionem per obsides accepta, in Aquis palatio reversus est, ubi Abdellam Sarracenum, filium Ibin magni regis, qui a fratre regno pulsus in Mauritania exulabat, ipse semetipso commendante suscepit. In eodem loco et legatus Nicetæ qui tunc Siliciam regebat, nomine Theophilus, venit imperatoris epistolam portans, quem honorifice suspiciens, post aliquot dies absolvit. Ipse vero Novembri mense mediante, ad hyemandum cum exercitu Saxoniam intravit, positisque castris juxta Wisaram fluvium, locum castrorum Heristellium vocari jussit. Illuc legati gentis Avarorum cum muneribus magnis venerunt. De eodem loco Abdellam Sarracenum cum filio suo Ludowico in Hispaniam ire jussit, et filium suum Pippinum in Italiam remisit, ipse ad disponendum Saxoniam totum hyemis tempus impendens, ibi natalem Domini, ibi pascha celevravit.

Anno Dominicæ incarnationis 798 venit ad regem legatus Haldifonsi, regis Galliciæ et Asturiæ, nomine Frola, papilionem miræ magnitudinis præsentans. Et in ipso paschæ tempore, Nordliudi trans Albiam sedentes, seditione commota legatos regios qui tunc ad justitias faciendas apud eos conversabantur, comprehenderunt, quosdam ex eis trucidaverunt, cæteros ad redimendum servaverunt. Rex itaque collecto exercitu, de Heristelli ad locum qui Minda dicitur perrexit, et facto consilio, in desertores arma corripuit, et totam inter Albiam et Wisaram Saxoniam depopulando peragravit. Nortliudi contra Transachonem, ducem Abrothidorum, et Hebruinum, legatum regis, commisso prælio victi sunt. Cæsa sunt ex eis in eo prælio quatuor milia ; cæteri qui fugerunt, de pacis conditione tractare cœperunt. Rex, acceptis obsidibus a Saxonibus, in Franciam reversus est, et Aquis perveniens legationem Græcorum Constantinopoli missam suscepit. Erant enim legati Michahel patritius quondam Phrygiæ, et Theophilus presbyter, epistolam Hirenæ imperatricis ferentes. Nam filius ejus Constantinus imperator a suis comprehensus et exæcatus est. Hæc tamen legatio tantum de pace fuit ; quos cum absolvisset, absolvit etiam cum eis et Sisinnium fratrem Tharasii, Constantinopolitani episcopi, jam dudum in Italia prælio captum. Hoc anno sidus Martis in toto cœlo non comparuit. Insulæ Baleares a Mauris et Sarracenis deprædatæ sunt. Aldefonsus, rex Galliciæ et Asturiæ, prædata Olisopona ultima Hispaniæ civitate, loricas, A mulos captivosque Mauros regi per legatos, Frojam et Basilicum, hyemis tempore misit, et celebravit natalem Domini in eodem loco, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 799 Romani Leonem papam letania majore captum excæcaverunt, ac linguam ejus radicitus absciderunt; qui in custodia missus noctu per murum evasit, et ad legatos regis, qui tunc apud basilicam sancti Petri erant, Wirundum scilicet abbatem, et Winigisum Spolitanorum ducem veniens, Spoletum ductus est. Rex Saxoniam ingressus, apud Paterbrunna castris positis consedit, et inde diviso exercitu, Carolum filium suum cum medietate ad colloquium Sclavorum, et ad recipiendos Saxones qui ex Nortliudis venerunt, in Bardengavi direxit. In eodem loco Leonem papam summo cum honore suscepit, ibique reditum Caroli filii sui expectans, Leonem pontificem simili quo susceptus erat honore dimisit, qui statim Romam profectus est. Recepto cum prosperitate filio, Aquis repedavit, ubi legatus Michaeli Siliciæ præfecti, nomine Danihel, ad eum venit, atque inde cum magno honore dimissus est. Eodem anno gens Avarum a fide quam promiserat defecit, et Einricus, dux Forojulanorum, post tot victorias prospere gestas juxta Tharsicam, Liburniæ civitatem, insidiis civium oppressus est. Per idem tempus Geroldus, cum esset comes et Bajoariæ præfectus, commisso cum Avaribus prælio interficitur [et in Augia sepelitur] de quo in visione Witini legitur, quod inter martyres sit adnumeratus, Insulæ Baleares quæ a Mauris et Sarracenis deprædatæ sunt, postulato et accepto a Francis auxilio, a prædonum incursione defensati sunt, signa quoque Maurorum in pugna sublata regi præsentata sunt. Wido comes, qui Marcam contra Britones tenebat, cum sociis Britanniam ingressus totamque perlustrans, in deditionem recepit, et regi de Saxonia revertenti arma ducum qui se tradiderant inscriptis singulorum nominibus præsentavit. Tota itaque Britannia, quod nunquam antea fuit, Francis subjugata est. Eodem anno monachus quidam de Hierosolymis veniens, reliquias multas attulit regi ex parte patriarchæ Hierosolymitani. Azan, præfectus civitatis quæ dicitur Oscaclavis, regi munera misit. Celebravit rex natalem Domini in eodem palatio.

Anno Dominicæ incarnationis 800 rex absolutum Hierosolymitanum monachum, misit cum eo Zachariam presbyterum, de palatio suo, et per illum multam pecuniam misit per illa sancta loca ubi Dominus conversatus est corporaliter. Ipse medio Martio de Aquis egressus, litus oceani Gallici perlustratus est, et in ipso mari quod tunc a piratis infestabatur, classem instituit et præsidia disposuit. Pascha apud sanctum Richarium celebravit : indeque iterum perlitus oceani ad Rothomagum civitatem pervenit, ibique Sequana amne transmisso, Turonis ad sanctum Martinum orationis causa profectus est, ibique aliquotdies moratus est, propter adversam Liutkardæ

conjugis valetudinem, quæ ibidem et defuncta et humata est. Obiit autem pridie Non. Junii. Inde per Aurelianis ac Parisius regressus, Aquis palatium venit. Eodem anno pridie Non. Junii, contra morem et naturam aspera et gelu concreta fuit pruina, et 7 Id. Julii similiter, sed tamen nullam incommoditatem fructibus attulit. Mense Aug. Mogontia placitum tenuit, et inde movens cum exercitu Ravennam venit, ubi 7 dies moratus, Romam gressum direxit, filio suo Pippino cum exercitu in Beneventum misso. Itaque cum Romam venisset, occurrit ei pridie Leo papa et senatus Romanorum apud Nomentum, duodecimo ab Urbe lapide, et summa eum humilitate summoque honore suscepit, prandens cum eo in eodem loco. Igitur statim eum ad Urbem præcessit, et in crastinum in gradibus basilicæ beati Petri apostoli stans, missis obviam Romanæ urbis vexillis cum crucibus atque reliquiis, ordinatis etiam atque dispositis per congrua loca tam peregrinorum quam civium turmis, qui venienti laudes dicerent, ipse cum clero et episcopis ante gradus ecclesiæ eum humiliter suscepit, dataque benedictione in basilicam beati Petri apostoli cunctis psallentibus introduxit. Hoc autem factum est 8 Kal. Decemb. Post 7 vero dies rex concione vocata, cur Romam venisset patenter indicavit, et inde cotidie ad ea quæ venerat facienda operam dedit, inter quæ, quod maximum et difficillimum erat, de discutiendis criminibus quæ summo pontifici objecta erant. Causa itaque ventilata, cum nullus probator aut testis legitimus appareret, qui locum controversiæ subire præsumeret, præfatus pontifex coram omni populo in domo sancti Petri evangelium portans ambonem conscendit invocatoque sanctæ Trinitatis nomine, jurerando ab objectis se criminibus purgavit. Eadem die Zacharias presbyter cum duobus monachis, uno de monte Oliveti, altero de Bethleem, Romam venit, quos episcopus Hierosolymorum ad regem direxit, qui benedictionis causa claves sepulcri Domini ac loci calvariæ, claves etiam civitatis cum vexillo detulerunt; quos rex benigne suscipiens, aliquot dies secum detinuit, et mense Aprili remuneratos absolvit. Et celebravit ibi rex natalem Domini.

Anno Dominicæ incarnationis 801 cum rex ipso die natalis Domini ante confessionem sancti Petri ab oratione surgeret, Leo papa coronam capiti ejus imposuit, et a cuncto Romanorum populo ter acclamatum est : *Carolo Augusto a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria !* Et post laudes more antiquorum principum adoratus est, et ablato patricii nomine Imperator et Augustus est appellatus. Post paucos autem dies jussit eos, qui anno superiori pontificem deposuerant, exhiberi, et habita de eis quæstione secundum regem Romanam, ut majestatis rei capitali sententia damnati sunt, pro quibus tamen papa pio affectu apud imperatorem intercessit. Nam vita et membrorum integritas eis concessa est, cæterum pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt. Hujus factionis fuere principes Paschalis numiculator, et Campullus sacellarius, et multi alii nobiles Romani, qui omnes eadem sententia damnati sunt. Ordinatis itaque Romanæ urbis totius Italiæ, non tantum publicis, sed etiam ecclesiasticis rebus et negotiis, missaque iterum super Beneventanos cum Pippino filio hostili expeditione, ipse post pascha 4 Kalend. Maii Romam egressus est, et venit Spoletum, et dum ibi moraretur, 2 Kalend. Maii, hora noctis secunda terræmotus ingens factus est, quo tota Italia graviter concussa est ; quo motu tectum basilicæ beati Pauli apostoli magna ex parte cum suis trabibus corruit. Eodem anno loca quædam circa Rhenum et in Gallia et in Germania terræ motu tremuerunt, et pestilentia propter mollitiem Hyberni temporis facta est. Imperator de Spoleto Ravennam veniens, aliquot dies ibi moratus, Papiam perrexit. Ibi nunciatum est ei, legatos Aaron Amirmulin, regis Persarum, portum Pisæ intrasse, quibus obviam mittens, inter Vercellas et Eboreiam eos sibi fecit præsentari. Unus enim ex eis erat Persa de oriente, legatus regis Persarum, alter Sarracenus de Africa, legatus Admirate Habraham, qui in confinio Africæ in Fossato possidebat, qui Isaac Judæum, quem imperator ante quadriennium ad regem Persarum cum Lantfrido et Sigimundo miserat, reversum cum magnis muneribus nuntiaverunt. Nam Lantfridus et Sigimundus in itinere defuncti sunt. Misit itaque rex Herchenbaldum notarium in Liguriam ad naves parandas, ubi elephans et ea quæ deferebantur, subveherentur, ipse vero celebrato die nativitatis sancti Joannis baptistæ apud Heboreiam, Alpes transgressus in Galliam reversus est. Ipsa æstate capta est civitas Barcilona Hispaniæ, jam tunc minus plus biennio obsessa ; Zatun præfectus ejus et alii quam plures Sarraceni comprehensi sunt. Et in Italia Theate civitas similiter capta et flammis exusta est, ejusque præfectus Rotselmus comprehensus est. Castella quæ ad illam civitatem aspiciebant, in deditionem recepta sunt. Zatun et Rotselmus exilio damnati sunt. Mense Octobrio Isaac Judæus de Africa cum elefanto regressus, portum Veneris intravit, et quia propter nives Alpes transire non potuit, Vercellis hyemavit. Imperator Aquis natalem Domini celebravit.

Anno Dominicæ incarnationis 802 Hirene imperatrix de Constantinopoli misit legatum nomine Leonem ad imperatorem de pace confirmanda inter Francos et Græcos, et imperator Constantinopolim missit Jesse episcopum Ambianensem, et Elingaudum comitem, ut pacem cum ea statuerent. Pascha celebratum est in eodem palatio. Eodem anno 13 Kalend. Aug. venit Isaac cum elefanto et cæteris muneribus a rege Persarum missis in præsentiam imperatoris ; nomen elefantis erat Ambulator. Ostona civitas in Italia in deditionem recepta est. Luceria quoque frequenti obsidione fatigata, et ipsa in deditionem venit, præsidiumque Francorum in ea positum est. Imperator æstatis tempore in Arduenna venationibus operam dedit, et misso

in Saxoniam exercitu, transalbianos Saxones vastavit. Grimaldus Beneventanorum dux, in Luceria Winigisum comitem Spoleti, qui præsidio præerat, adversa valetudine fatigatum obsedit, et in deditionem accepit, captumque cum magno honore tenuit. Imperator Aquis natalem Domini celebravit.

Anno Dominicæ incarnationis 803 terræ motus Aquis palatio factus est, et mortalitas subsecuta est, Winegisus a Grimaldo redditus est. Missi imperatoris a Constantinopoli regressi sunt, et venerunt cum eis legati Nicofori imperatoris, qui tunc rem publicam regebat, quorum hæc sunt nomina : Michael episcopus, Petrus abbas, Calistus et Candidatus, qui venerunt ad imperatorem in Germania super fluvium Sala, in loco qui dicitur Saltz, et pactum faciendæ pacis in Christo susceperunt ; inde dimissi cum epistola imperatoris Romam venerunt, inde Constantinopolim regressi sunt. Imperator autem Bajoariam profectus est, et dispositis Pannoniarum causis, Aquis reversus est, ibi natalem Domini celebravit.

Anno Dominicæ incarnationis 804 imperator Aquis hyemavit, æstate vero in Saxoniam cum exercitu perrexit, omnesque qui trans Albiam et in Wibmohdi habitabant Saxones cum mulieribus et infantibus transtulit in Franciam, et pagos transalbianos Abrotidis dedit. Eodem tempore Godefridus, rex Danorum, venit cum classe sua et omni equitatu regni sui ad locum qui dicitur Sliestorp, in confinio regni sui et Saxoniæ ; promisit enim se ad colloquium imperatoris venturum, sed consilio suorum territus, propius non accessit, sed quicquid voluit per legatos mandavit. Nam imperator super Albiam fluvium sedebat, in loco qui dicitur Holdunsteti, et missa ad Godefridum legatione pro fugitivis retentis, mediante Septembrio Coloniam venit, deinde Arduenna ingressus, venationum jocis exercitatus Aquis reversus est. Medio Novembrio nunciatum est ei, Leonem papam cum eo natalem Domini celebrare velle ubicunque illi placuisset, quod gratanter suscepit. Et statim misso filio suo Carolo ad sanctum Mauritium, eum suscipere honorifice præcepit, ipse vero obviam illi Remorum civitate profectus est, ibique susceptum ad Carisiacum usque perductum, cum eo ibi natalem Domini celebravit, deinde Aquis perduxit, et honoratum magnis muneribus per Bajoariam ire volentem, a suis deduci fecit usque Ravennam. Causa autem adventus ejus hæc fuit : nuntiatum est imperatori, Jesu Christi Domini nostri sanguinem in Mantua civitate fuisse repertum ; imperator ad papam direxit, rogans ut veritatem rei perquireret ; qui, accepta occasione Roma exeundi, primo in Langobardiam, quasi pro inquisitione prædicta profectus est, deinde arrepto itinere subito ad imperatorem usque pervenit, mansitque apud illum dies octo, et, sicut dictum est, Romam repedavit.

Anno Dominicæ incarnationis 805 Cacanus,
A princeps Avarorum, imperatorem adiit, postulans sibi locum dari ab habitandum inter Sabariam et Carantanum, quia propter infestationem Sclavorum in pristinis sedibus manere non poterat ; quam imperator benigne suscepit, ejusdem precibus favit. Eodem tempore nisit exercitum cum filio suo Carolo super Sclavos qui vocantur Boemi ; qui omnem terram eorum depopulantes, ducem eorum qui appellabatur Letho occiderunt. Imperator Theodonis villam venit, indeque ad Romarici montem usque profectus, ibi venationibus exercitatus est, inde Theodonis villam reversus natalem Domini celebravit.

Anno Dominicæ incarnationis 806 venerunt Wilharius et Beatus duces Venetiæ, nec non et Paulus
B dux Iadoræ, atque Donatus ejusdem civitatis episcopus, legati Dalmatiæ, in præsentiam imperatoris cum magnis donis, et ordinatis tam Venetiis quam Dalmatiis, eorum missis absolutis, imperator cum primoribus et optimatibus Francorum de pace constituenda et conservanda inter filios suos, et de partitione regni placitum habuit. Et divisione facta, in tres imperium suum partitus est inter tres filios, ut scilicet unusquisque sciret quam partem tueri et regere debuisset, si illum [patrem] superviveret. De hac divisione testamentum fecit, et sacramentis interpositis à Francis confirmatum est, et Leoni papæ transmissum, ut hæc decreta manu sua firmaret ; quod et factum est. Posthæc imperator dimisso utroque filio in regnum sibi de-
C putatum, Pippino scilicet et Ludowico, de Theodonis villa profectus, navigio per Mosellam Rhenum ingressus, ad Niumagam in Batna venit, ibique tota quadragesima fuit, et sanctum pascha celebravit ; et inde Aquis rediens, Carolum filium in terra Sclavorum quæ dicitur Sorabi, super Albiam fluvium cum exercitu misit, in qua congressione Miliduoc Sclavus occisus est, duoque castella ab exercitu constructa sunt, unum super ripam fluminis Salæ, alterum super Albiam. Sclavisque compressis, ex hac parte in Behemicum cum Bajoariis atque Alamannis ingreditur, eorumque terram ex maxima parte vastavit. Eodem anno in Corsicam insulam contra Mauros qui eam vastabant, classis de Italia a Pippino missa est, cujus adventum Mau-
D ri non expectantes abscesserunt. Unus tamen ex Francis Hademarus nomine, comes civitatis Genuæ, cum imprudenter pugnaret, occisus est a Mauris. In Spania vero Navarri et Pampilonenses, qui superioribus annis ad Sarracenos transierant, in fidem recepti sunt. Classis a Nicophoro imperatore, cui Geta patricius [21] præerat, ad recipiendam Dalmatiam mittitur, et legati qui fere annos quatuor ad regem Persarum missi sunt, per ipsas Græcarum navium stationes transvecti, ac Tarvisium nullo adversariorum sentiente pervenerunt. Imperator celebravit natalem Domini Aquis palatio. Eodem anno fuit eclypsis lunæ. 4. Non. Septembr. ; erat statio solis tunc in 16 parte Vir-

VARIÆ LECTIONES.

[21] geta patricius 1, 2, 3, 5, 6, 7. getra patricius 8. niceta patricius 4, 9, 10, 11, 12.

ginis, luna autem morabatur in 16 parte Piscium. A

Anno Dominicæ incarnationis 807 eclipsis solis facta est 3 Idus Februar., stante utroque sidere in 25 parte Aquarii, et in eodem mense 4 Kalend. Martii, eclipsis lunæ facta est, et in eadem nocte apparuerunt acies in cœlo miræ magnitudinis, sole morante in undecima parte Piscium, et luna in 11 parte Virginis. Iterum 11 Kalend. Septemb. eclipsis lunæ facta est hora noctis, tertia sole posito in 5 parte Virginis, et luna in 5 Piscium. Ratbertus missus imperatoris, qui de oriente revertebatur, defunctus est, et legatus regis Persarum nomine Abdella, cum monachis de Hierusalem qui legatione Thomæ patriarchæ fungebantur, quorum nomina fuere Georgius et Felix. Georgius abbas B erat de monte Oliveti, et erat natione Germanus, et a parentibus Engilbaldus vocatus est. Pervenerunt itaque Aquis ad imperatorem munera ferentes, quæ prædictus rex cæsari miserat, scilicet papilionem et tentoria atrii, vario colore respersa, miræ magnitudinis et pulchritudinis. Erant enim omnia byssina, tam tentoria quam et funes eorum diversis tincta coloribus. Fuerunt etiam munera præfati regis pallia oloserica multa et valde pretiosa, et odoramenta, et balsamum atque unguenta. Misit præterea horologium ex aurichalco arte mechanica mirifice compositum, in quo 12 horarum cursus ad clepsydram vertebatur, cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, et casu suo subjectum sibi cymbalum C resonare faciebant, additis in eodem horologio ejusdem numeri equitibus, qui per duodecim fenestras completis horis exibant, et in cursu egressionis suæ totidem fenestras quæ prius erant apertæ, claudebant : nec non et alia multa erant in præfato horologio. Fuerunt etiam inter prædicta munera duo candelabra ex aurichalco miræ magnitudinis et proceritatis, quæ omnia Aquis reposita sunt. Imperator legatum et monachos per aliquot tempus secum retinens, postmodum eos in Italiam direxit, atque ibi tempus navigationis expectare jussit. Eodem anno Burchardum comitem stabuli sui, quod corrupte constabulum appellamus, cum classe misit in Corsicam, ut eam a Mauris defenderet, qui prædas illic exercebant. D Qui juxta consuetudinem suam de Hispania egressi, primo Sardiniam appulsi sunt, ibique cum Sardis prælio commisso, et multis suorum amissis — nam tria milia ibi cecidisse perhibentur — in Corsicam recto cursu pervenerunt ; ibi iterum in quodam portu ejusdem insulæ cum classe cui Burchardus præerat, prælio decertarunt, victique ac fugati sunt, amissis tredecim navibus et plurimis suorum interfectis. Adeo illo anno in omnibus locis adversa fortuna fatigati sunt, ut ipsi idcirco hoc accidisse testati sint, quod anno superiori contra omnem justitiam de Patalaria insula 70 monachos aspostatos in Hispania vendiderunt ; quorum aliqui per liberalitatem imperatoris iterum in sua loca reversi sunt. Niceta patritius, qui cum classe Constantinopolitana sedebat in Venetia, pace facta cum Pippino rege, et induciis usque ad mensem Augustum acceptis, statione soluta Constantinopolim regressus est, et celebravit imperator natalem Domini Aquis, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 808 hyems mollissima et pestilens fuit. Vere inchoante imperator Ninmaga profectus est, et celebrato ibi pascha, iterum Aquis repedavit ; ubi nutiatum est ei, Godefridum regem Danorum copias in Abrotides trajecisse, adversus quem Carolum filium suum cum exercitu misit, jubens vasano regi resistere, si Saxoniæ terminos aggredi temptaret. Godefridus expugnatis aliquantis Sclavorum castellis, cum magno copiarum suarum detrimento in patriam reversus est. Nam licet Drasconem ducem Abrotidorum loco pepulisset, Godelaibum alium ducem dolo captum patibulo suspendisset, Abrotidorum duas partes sibi vectigales fecisset, optimos tamen militum suorum et manu promptissimos amisit, et cum eis filium fratris sui nomine Reginbaldum, qui in oppugnatione cujusdam oppidi cum plurimis Danorum primoribus interfectus est. Imperatoris filius Albiam ponte junxit, et exercitum cui præerat Hilinones et Smeldingos, qui et ipsi ad Godefridum regem defecerant, quanta potuit celeritate transposuit, depopulatisque circumquaque eorum agris, transito iterum flumine, cum incolumi exercitu in Saxoniam se recepit. Fuerunt cum Godefrido in prædicta expeditione Sclavi qui dicuntur Wiltzi, qui propter antiquas inimicitias quas cum Abrotidis habere solebant, sponte se corpus eorum junxerunt, ipsoque in regno revertente, cum præda quam inter Abrotides cœperant et ipsi domum reversi sunt. Godefridus vero, priusquam reverteretur destructo emporio quod in oceani littore constitutum erat, et lingua Danorum Rerich dicebatur, et magnam regno illius commoditatem vectigalium persolutione præstabat, translatisque inde negotiatoribus soluta classe, ad portum qui Liestorph dicitur, cum universo exercitu venit ; ubi per aliquot dies moratus, limitem regni sui qui Saxoniam respicit, vallo munire constituit, et modo ut ab orientali maris sinu quem illi Hostarsal dicunt, usque ad occidentalem oceanum totam Egidoræ fluminis aquilonarem ripam munimentum valli prætexerat, una tantum porta dimissa, per quam carra et equites emitti et recipi potuissent. Diviso itaque opere inter duces, domum reversus est. Interea rex Nortdanibrorum de Britannia insula nomine Eardulf, regno et patria pulsus, ad imperatorem dum adhuc Miumagna moratur venit, et patefacto adventus sui negotio, Romam proficiscitur, Romaque rediens per legatos Romani pontificis et imperatoris in regnum suum reducitur. Fuit autem legatus apostolici Adulphus diaconus de Britannia, natione Saxo, et cum eo ab imperatore missi abbates duo, Rotfridus notarius et Nantharius de sancto Othmaro. Imperator, ædificatis per legatos suos super Albiam duobus castellis, præsidioque in eis contra Sclavorum in-

cursiones disposito, Aquis natalem Domini celebravit, et pascha similiter.

Anno Dominicæ incarnationis 809 classis de Constantinopoli missa, primo Dalmatiam, deinde Venetiam appulit, cunque ibi hyemaret, pars ejus ad Cumaculam insulam venit, commissoque prælio contra præsidium quod in ea positum erat, a civibus victi atque fugati sunt. Dux autem qui classi præerat, nomine Paulus, cum de pace inter Francos et Græcos constituenda, quasi sibi hoc esset injunctum, apud Pippinum regem agere moliretur, Willario et Beato Venetiarum ducibus omnes conatus ejus impedientibus, atque ipsis etiam insidias parantibus, cognita eorum fraude, discessit. Dum hæc in Italia aguntur, Ludowicus rex in occiduis partibus cum exercitu Hispaniam ingressus, Dertosam civitatem super ripam Iberi fluminis sitam obsedit, consumptoque in expugnatione illius aliquanto tempore, postquam eam tam cito capi non posse vidit, dimissa obsidione cum incolumi exercitu in Aquitaniam se recepit. Postquam Eardulfus rex Nortdanibrorum in regnum suum restitutus est, cum missi reverterentur, Adulphus diaconus captus est a piratis, sed postea redemptus est Romamque reversus. In Tuscia Populonium, civitas maritima, a Græcis qui Orobitæ vocantur, deprædata est ; Mauri quoque de Hispania Corsicam ingressi, in ipso sabbato sancto paschæ civitatem quandam deprædati sunt, et præter episcopum et paucos senes atque infirmos nihil in ea reliquerunt. Interea Godefridus, rex Danorum, per quosdam negotiatores mandavit duci qui Fresiam providebat, audisse se quod ei imperator esset iratus eo quod in Abrotides duxisset exercitum, et suos ultus esset injurias, addens se velle denegare quod ei objiciebatur, quod fœdus promissum irrupisset ; petivit etiam ut mitteret imperator suos missos trans Albim juxta terminos regni sui, et ipse cum suis ibi veniret,invicemque discussis causis,quæque emendationis digna erant,absque contradictione ibi corrigerentur.Quod cum imperatori nuntiatum esset,non abnuit,colloquiumque est habitum cum primoribus Danorum trans Albiam,multisque hinc inde prolatis, minime ad effectum res perducta est. Thrasco dux Abrotidorum, postquam filium suum postulanti Godefrido obsidem dederat, collecta manu; et auxilio a Saxonibus contracto, vicinos suos Wiltzos aggressus, agros eorum ferro et igne vastavit, regressusque domum cum ingenti præda, accepto iterum a Saxonibus validiori auxilio, Smeldingorum maximam civitatem expugnat, atque his prosperis successibus omnes qui eo defecerant, ad suam societatem redire coegit. Imperator itaque, cum ei multa de jactatione et superbia regis Danorum nuntiarentur, statuit trans Albiam civitatem ædificare. Francorumque in ea ponere præsidium ; cumque ad hoc per Galliam atque Germaniam homines congregasset, armisque ac cæteris ad usum necessarium rebus instructos, ad locum destinatum ducere per Fresiam jussisset, Trasco, dux Abroditorum, in emporio Rerich ab hominibus Godefridi dolo interfectus est. Imperator, postquam locus civitati constituendæ fuerat exploratus, Egbertum comitem huic negotio exequendo præficiens, Albiam trajicere, et locum jussit occupare. Est autem locus super ripam Sturiæ fluminis, vocabulo Essesfelt. Occupatus est itaque ab Egberto et comitibus Saxonibus, et circa Idus Martii muniri cœptus. Dum hæc circa Danos aguntur, Aureolus comes, qui in confinio Hispaniæ atque Galliæ trans Pyreneum contra Oscam et Cæsaraugustam residebat, defunctus est, et Amoroz præfectus in locum ejus intravit, missaque ad imperatorem legatione, se cum suis omnibus ejus obsequio traditurum promisit. Eclipsis lunæ accidit 7 Kalend. Januar.

Anno Dominicæ incarnationis 810 Amoros præfectus colloquium imperatoris expetiit in confinio Gallici et Hispanici litis ; in eo colloquio se promisit cum suis omnibus imperatoris manibus commendaturum, quod licet imperator annuisset, multis intervenientibus causis, remansit infectum. Mauri, de tota Hispania maxima classe collecta, primo Sardiniam, deinde Corsicam applicuerunt, nulloque in ea invento præsidio, insulam pene totam depopulati sunt. Dum hæc aguntur, Pippinus rex perfidia ducum Venetiorum incitatus, ipsam insulam bello terra marique vexabat, subjectaque Venetia ac ducibus ejus in deditionem receptis, eandem classem ad Dalmatiæ littora vastanda misit. Sed cum Paulus, Cefalaniæ præfectus, cum orientali classe ad auxilium Dalmatiis ferendum adventaret, regia classis ad propria regreditur. Ruodthrud, filia imperatoris quæ natu major erat, 8 Idus Jun. moritur. Imperator Aquis morabatur, ubi nuntiatum est ei, classem ducentarum navium de Nortmania in Fresiam applicuisse, ternaque prælia cum Fresonibus commisisse, Danosque victores tributum victis imposuisse, et jam 100 libras argenti a Fresonibus esse solutas, regemque Godefridum hæc omnia agere dixit. Qui nuntius adeo imperatorem concitavit, ut missis in omnibus circunquaque regionibus ad congregandum exercitum nuntiis, ipse sine mora palatio exiens, illas in partes tendere cœpit. Transito itaque Rheno flumine in loco qui Lippa dicitur, copias quæ nondum convenerant statuit opperiri. Ubi cum aliquot dies moraretur, elefas ille, quem ei Aaron rex Sarracenorum transmiserat, subita morte periit. Congregatis tandem copiis, quanta potuit celeritate ad Alarum fluvium contendit, castrisque positis minarum Godefridi regis præstolabatur eventum ; nam ille tyrannus superbiæ spiritu inflatus [12], se jactavit arroganter,quod cum imperatore congredi vellet.Sed cum imperator in loco memorato sederet, diversarum rerum legationes

VARIÆ LECTIONES.

[12] regis præstolabatur, *etc.*, *usque* inflatus 4, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, regis inflatus (*omissis mediis*) 1, 2, 5 ; *codex* 3 *ita emendavit* : ibique castra posuit, ex minis Godefridi regis iratus, qui se jactavit arroganter.

ad eum perferuntur ; nam et classem quæ Fresiam vastabat domum reversam, et Godefridum a quodam suo satellite interemptum, et castellum vocabulo Huobbuocki, Albiæ flumini contiguum, in quo Odo legatus imperatoris erat, et erat orientalium Saxonum præsidium, a Wiltzis captum, et Pippinum filium ejus, regem Italiæ, 8 Idus Julii de corpore migrasse, duasque legationes de diversis terrarum partibus, unam de Constantinopoli, alteram de Corduba, adventare pacis causa nuntiabatur. Quibus ille acceptis, disposita pro temporis conditione Saxonia, Aquis revertitur. Tanta in ea fuit expeditione boum pestilentia, ut pene nullus tanto exercitui superesset, quin omnes usque ad unum perirent, et non solum ibi, sed etiam per omne imperium hujus generis animalia perierunt. Aquis veniens mense Octobris, memoratas legationes suscepit, pacemque cum Nicophoro imperatore et cum Abulaz, rege Hispaniæ, fecit ; siquidem Venetiam Nicophoro reddidit, et Heinricum comitem dudum a Sarracenis captum Abulaz remittente recepit. Eo anno sol et luna bis defecerunt, sol 5 Idus Jun. et pridie Kal. Decem., luna 11 Kal. Julii, et 9 Kal. Januar. Corsica insula iterum a Mauris vastata est. Amoroz et Abdiraman, filius Abulaz, de Cæsaraugusta expulsus, et Oscam intrare compulsus est. Godefrido, ut diximus, mortuo, Hemmingus, filius fratris ejus, in regnum successit, pacemque cum imperatore fecit.

Anno Dominicæ incarnationis 811 absoluto atque dimisso, Arsafio spatario, legato Nicofori augusti, ejusdem pacis confirmandæ gratia legati ab imperatore Constantinopolim mittuntur, Haido episcopus Basiliensis, et Hug comes de Turonis, et Aio Langobardus de Forojulio, et cum eis Leo quidam spatarius natione Siculus, et Willarius dux Venetiæ, quorum alter ante annos 10 Romæ ad imperatorem, cum ibi esset, de Sicilia profugit, et redire volens patriam remittitur; alter propter perfidiam honore spoliatus Constantinopolim ad dominum suum duci jubetur. Condicta ab imperatore et Hemmingo, rege Danorum, pax propter hyemis asperitatem quæ inter partes commeandi viam claudebat, in armis tantum jurata servatur, donec redeunte veris temperie, viis apertis, advenientibus ex utraque parte, Francorum scilicet et Danorum, duodecim primoribus, super fluvium Agidoram, datis vicissim secundum ritum ac morem suum sacramentis pax confirmaretur. Proceres autem de parte Francorum hi fuere, Walach, Burchardus, Bernhardus, Egbertus, Theodericus, Ano, Osdag, Wichman, omnes comites : de parte vero Danorum in primis fratres Hemmingi Ancwin et Anganseo, deinde cæteri honorabiles inter suos viri, quorum nomina superfluum duximus annotare. Imperator itaque pace cum Hemmingo firmata, et placito generali secundum consuetudinem Aquis habito, in tres partes regni sui totidem exercitus misit, unum trans Albiam in Linones, qui et ipsos vastavit, et castrum Hohbuochi superiori anno a Wiltzis destructum restauravit, alterum in Pannoniam ad controversias Hunorum ac Sclavorum finiendas direxit, tertium super Brittones ad eorum perfidiam puniendam misit ; qui omnes rebus prospere gestis, domum reversi sunt. Ipse autem imperator ad classem videndam, quam præcedenti anno fieri et fabricari jusserat, ad Bononiam venit, farumque ibi ad navigantium cursus dirigendos antiquitus constitutam restauravit, et in ejusdem summitate nocte ignem accendit, inde ad Scalt fluvium veniens, in loco qui vocatur Gant, naves ad eandem classem ædificatas aspexit, et circa medium Novembrium Aquis venit, ubi obviaverunt ei legatis Hemmingi regis, Aovin et Hebbi, munera regis et verba pacifica deferentes. Fuerunt etiam Aquis adventum ejus præstolantes, qui de Pannonia venerunt, Canizauci princeps Avarum, et Thudun, et alii principes ac duces Sclavorum circa Danubium habitantium, qui a ducibus Francorum qui in Pannonias fuerunt missi, ad præsentiam principis jussi sunt venire. Interea Carolus, filius imperatoris qui major natu erat, obiit 2 Non. Decembris.

Anno Dominicæ incarnationis 812 Hemmingus Danorum rex moritur, cui cum Sigefridus nepos Godefridi, et Anilo nepos Herioldi succedere voluissent, neque inter eos de divisione regni conveniret, comparatis copiis et commisso prælio ambo moriuntur. Pars tamen Anilonis adepta victoria, fratres ejus Heroldum et Reginfridum reges sibi constituit, quam necessario pars victa secuta, eosdem sibi imperare non abnuit. In eo prælio 10,940 viri cecidisse memorantur. Nicoforus imperator post multas et insignes victorias, in Mœsia provincia, commisso cum Bulgaris prælio, moritur, et Michael, gener ejus, imperator factus, legatos domni imperatoris qui ad Nicophorum imperatorem missi fuerunt, suscepit in Constantinopolim, et absolvit; cum quibus et suos legatos direxit, Michaelem scilicet episcopum et Arsafium, atque Theognostum protospatarium, et per eos pacem a Nicophoro ceptam confirmavit; nam Aquisgrani ubi ad imperatorem venerunt, conscriptum pactum ab eo in ecclesia susceperunt, more suo, id est græca lingua laudes ejus dixerunt, imperatorem eum et Basileum appellantes : et in revertendo Romam venientes, in basilica sancti Petri apostoli eundem pacti seu fœderis libellum a Leone papa denuo susceperunt. Quibus dimissis, imperator generali conventu Aquis solempniter habito, Bernhardum filium Pippini nepotem suum in Italiam misit, et propter famam classis quæ de Africa et Hispania ad vastandum Italiam ventura dicebatur, Wallonem filium Bernhardi patruelis sui cum illo esse jussit, quousque rerum eventus securitatem suis adferret. Hæc classis partim in Corsicam, partim in Sardiniam venit, et ea quidem pars quæ ad Sardiniam venit, pene deleta est. Classis Nortmannorum Hyberniam insulam agressa, commissoque cum Scotis prælio, multis ex eis interfectis, cæteri fuga lapsi sunt. A Grimaldo, duce Beneventanorum, 25 milia sordidorum auri pro tributo imperatori so-

luta sunt. Eodem anno expeditio facta est in Wiltzos, et ab eis obsides accepti. Herioldus et Reginfridus, reges Danorum, missa ad imperatorem legatione, pacem petunt, et fratrem suum Hemmingum sibi remitti rogant. Hoc anno Idus Maii post meridiem solis eclypsis fuit.

Anno dominicæ incarnationis 813 imperator Aquis hyemavit, et incipiente vernali tempore Hamalarium qui episcopatum Treverensem tenebat, et Petrum abbatem monasterii de Nonantulas, propter pacem cum Michaele confirmandam Constantinopolim misit; ac deinde habito generali conventu, evocatum ad se de Aquitania Ludowicum filium, coronam illi imperialis dignitatis imposuit, Bernhardum nepotem suum Italiæ præfecit, regemque appellari jussit. Concilia quoque jussu ejus super statum ecclesiarum per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, quorum unum Mogontia, alterum Remis tertium Turonis, quartum Caballonis, quintum Arelatum congregatum est, et constitutiones quæ in singulis factæ sunt, ab imperatore confirmatæ sunt, quas qui nosse voluerit, in supradictis civitatibus invenire poterit, quamquam et earum exemplaria in archivo palatii habeantur. Eodem tempore missi sunt trans Albiam quidam Francorum et Saxonum proceres ad terminos Nortmanorum, qui pacem cum eis secundum petitionem ipsorum facerent, et fratrem regum eis, redderent; juramentis itaque ex utraque parte datis, pax firmata est. Tamen ea tempestate reges domi non erant, sed ad Westerfalt cum exercitu perrexerant, quæ regio ultima regni illorum erat, inter septentrionem et occidentem sita, contra aquilonem Britanniæ summitatem respicit, cujus principes ac populus eorum dominationem dedignabantur; quibus perdomitis cum reversi essent, et fratrem ab imperatore missum recepissent, filii Godefridi regis et nonnulli ex primoribus Danorum, qui jam dudum relicta patria apud Sueones exulabunt attractis undique copiis bellum eis intulerunt, et confluentibus ad se passim ex omni Danorum terra populorum turmis, commisso cum eis prælio, eos regno paterno expulerunt. Eodem anno Carolus imperator obiit, et Aquis in basilica sancti Salvatoris, et sanctæ Dei genitricis Mariæ honorifice sepultus est, quam basilicam ipse mirifico opere a fundamento ædificare fecit. Ludowicus, filius ejus, imperialia sceptra suscepit.

A Hæc quæ supra expressa sunt, in quodam libello reperi, plebeio et rustico sermone composita, quæ ex parte ad Latinam regulam correxi, quædam etiam addidi quæ ex narratione seniorum audivi. Cœtera quæ sequuntur, meæ parvitatis studio descripta sunt prout in chronicorum [23] libris adnotata inveni, aut ex relatione patrum auditu percipere potui [24]. Et de Ludowici quidem imperatoris, temporibus perpauca litteris comprehendi, quia nec scripta reperi, nec a senioribus, quæ digna essent memoriæ commendanda, audivi; de Hlotharii vero imperatoris et fratrum ejus, regum Francorum, gestis plura descripsi; ubi vero ad nostra tempora ventum est, latius sermonem narrationis protraxi: aliter enim, ut Hieronymus ait, narrantur B visa, aliter audita: quæ melius scimus, melius et proferimus.

DCCCXVIII.

Anno Dominicæ incarnationis 818 Bernhardus filius Pippini, rex Italiæ, Aquis evocatus ad imperatorem dolo capitur, et primo oculis, post vita privatur. Habuit autem iste Bernhardus filium nomine Pippinum, qui tres liberos genuit, Bernhardum Pippinum et Heribertum; qui Heribertus Rodulfum [25] comitem, filium Balduini [26] interfecit nostris temporibus, et non multum post occisus est a Balduino, satellite Baluini, fratris [27] Rodulfi, qui Balduinus hucusque (14) in Flandris ducatum tenet.

DCCCXXIX [28].

C Anno Dominicæ incarnationis 829 Tancradus, secundum abba Prumiensis [29] (15) monasterii, obiit, et Marcwardus [30] (16) ei in regimine successit, vir prudens et sacræ religioni deditus.

DCCCXXXVI (17).

Anno Dominicæ incarnationis 836 Brittones fœdera violant [31], et rebellare incipiunt cum duce suo nomine Murmano; contra quos imperator exercitum producit, sed non adeo prævaluit.

DCCCXXXVII (18).

Anno Dominicæ incarnationis 837 Murmanus rex Brittonum moritur, et Numenoio [32] apud Ingelenheim ab imperatore ducatus ipsius gentis traditur.

DCCCXXXVIII (19).

D Anno Dominicæ incarnationis 838 Hludowicus a

VARIÆ LECTIONES.

[23] theonicorum libris 2. theotonicorum libris 1. Theutonicorum libris 3. [24] percipere potui. Hæc quæ hic desunt, in exordio hujus libri inveniuntur et de ludewici 7. [25] rodulfum... rodulfi 1. 2. (ruodulfi), 5d. 7. 10. rodulphum.... rodulphi 3. rodolfum... rodolfi 8. roudolfum... roudolfi 9. ruodolfum... ruodolfi 11. ruodulfum... ruodolfi 12. rudolfum... rudolfi 5c. e. [26] balduuini, etc. 5d. 7. 8. 10. bardwini 9. 11. wardwini 12. ab aldwino 1. 3. 5c. d. e. 6. 7. 9. 10. 11. ab aldwino 12, [27] fratris *dcest* 2. 5c. d. e, frater 7. [28] a. d. 1. 836. 7. [29] prumiensis 9. 10. 11. 12. [30] marcuardus 2, marcunardus 1. 3. 5. 6. marquardus 11. marchwardus 9. 12. marcuuaidus 10. [31] violare et 6. *totus hic annus deest* 2. [32] numenoid 7. numendio 9. 10. 11. 12.

NOTÆ.

(14) Balduinus Rodulfi frater, in Flandris annis 879-918 ducatum tenuit.

(15) Recurrit ultimo loco in diplomate Ludovici et Lotharii anno 826. Hontheim Hist. Trever. I, p. 175.

(16) Anno 835 primo in Ludovici imp. charta pro monasterio Prumiensi nominatur. Hontheim l. c. p. 178.

(17-20) Numeri annorum a Reginone quidem scripti, falsi tamen sunt; res istæ annis 818, 833 et 834 contigerunt; Ebo autem anno 835 depositus est.

suis imperio privatur, et privatus custodiæ traditur, regnique monarchia Hlothario, filio ejus, per electionem Francorum datur [33]; rursumque a filio Hludowico et a Francis de custodia eruitur, ac in imperiali sede restituitur. Fuit autem hæc dejectio ex permaxima [34] parte facta propter multimodam fornicationem Judith, uxoris ejus.

DCCCXXXIX (20).

Anno Dominicæ incarnationis 839 Hlotharius, derelicta Francia, Italiam petiit. Ebbo, episcopus Remorum, in generali synodo deponitur, ac multi alii exilio damnantur, qui in dejectione imperatoris conspiraverant.

DCCCXL.

Anno Dominicæ incarnationis 840 Hludowicus imperator, dum filium Hludowicum trans Rhenum persequitur, morbo gravatur, et in navim missus, per Moinum [35] fluvium in Rhenum deducitur, ibique in insula juxta Ingelenheim vita decedit. Inde Mediomatrico [36] deportatus, in basilica sancti Arnulfi [37] honorabiliter sepulturæ mandatur. Statimque [38] Hlotharius Italia [39] regressus [40], imperium arripuit.

DCCCXLI.

Anno Dominicæ incarnationis 841 Hludowicus et Carolus, indigne ferentes quod regno paterno per omnia privati essent, exercitum undequaque contrahunt, ac mox fratrem bello aggrediuntur [41] apud Fontaniacum; in qua pugna ita Francorum vires attenuatæ sunt ac famosa virtus [42] infirmata, ut non modo ad [43] amplificandos regni terminos, verum etiam nec ad proprios tuendos imposterum sufficerent. Tandum non sine [44] gravi dispendio suorum Carolus et Hludowicus vicerunt.

DCCCXLII.

Anno Dominicæ incarnationis 842 tres supradicti fratres imperium Francorum inter se diviserunt; et Carolo occidentalia regna cesserunt, a Britannico oceano usque ad Mosam fluvium, Hludowico vero orientalia, scilicet omnis Germania usque Rheni fluenta, et nonnullæ civitates cum adjacentibus pagis trans Rhenum [45] propter vini copiam. Porro Hlotharius, qui et major natu erat et imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens regnum sortitus est, quod hactenus ex ejus vocabulo Hlotharii [46] nuncupatur, totamque Provinciam, nec non et omnia [47] regna Italiæ cum ipsa Romana urbe, quæ et modo ab omni sancta Ecclesia propter præsentiam apostolorum Petri et Pauli speciali quodam veneratur privilegio, et quondam propter Romani nominis invictam potentiam orbis terrarum domina dicta fuerat [48].

DCCCXLVII [49].

Anno Dominicæ incarnationis 847 Hetti [50] (21), Trevirorum episcopus [51], ex hoc seculo transiit, et Thietgaudus [52] kathedram ejus obtinuit.

DCCCLI [53].

Anno Dominicæ incarnationis 851 obiit Hirmingardis [54] regina (22), conjux Hlotharii imperatoris, venerabilis et Deo acceptabilis matrona, quæ tres filios Hlothario genuerat [55], videlicet Hludowicum, Hlotharium et Carolum.

DCCCLIII (23) [56].

Anno Dominicæ incarnationis 853 Nordmanni [57] Britannicum mare navigio girantes, hostia Ligeris fluminis occupaverunt, et repentina irruptione civitatem Namnetis [58] invadunt, omniaque cædibus, incendiis ac rapinis depopulantes, pontificem civitatis ipso die sabbato sancto [59] paschæ, cum baptismum ex more celebraret, in basilica interficiunt, clerumque trucidant; omnemque circumquaque regionem devastantes, primum [60] Andegavensem, deinde Turonicam occupant urbem, ac velud immanis tempestas cuncta prosternit, ita cuncta consumunt. Templum etiam præcellentissimi pontificis Martini incendio cremant. [61] Tunc primum Nordmannorum classis, ut aiunt, Ligeris attigit litora.

Eodem anno Egil abba monasterii Prumiensis [62] constituitur. Circa hæc tempora (24) Carolus Pippinum, regem Aquitaniæ, nepotem suum cepit, ipsis Aquitanis eum prodentibus, eo quod pace so-

VARIÆ LECTIONES.

[33] electionem fratrum datur 7. 8. 9. 10. 11. 12. [34] ex maxima 1. 3. [35] moin 1. 2. 3. mogonum 5. 8. magonum 9. 10. 11. 12. [36] mediomatricum 2. 5. 6. medio martio 3. medio matricorum civitatem 7—12. [37] arnolfi 2. 3. 5. [38] satim 6. *sqq.* [39] Italiam 3. 5. 11. [40] regressus 7—12. [41] aggrediuntur bello 7. 9—12. [42] formosa virtus 9—12. [43] non modo non ad 5c. [44] tamen non sine 7—12. [45] ythenum. ytheni *loco* rhenum, rheni 7. [46] lotharii 1. 2. 7. 8. lotharii regnum 3. lothar 6. lotharia 9—12. lotharingia 5. [47] nec non omnia 2. 3. 5. 6. [48] Anno 844. Lotharius regem Sclavorum Gestionulum occidit, et Sclavos sibi subjugavit. Anno 846. Ludoicus rex Pannoniam subegit, et inde rediens Bohemos vastavit 3. *in margine vetusta manu. ex Ann. Fuld. a.* 844. 846. [49] 851. 9—12. [50] hetto 5. 9 hecti 7. [51] archiepiscopis 7. 9—12. [52] thietgandus 5. thietgaudus 1. thioetgaudus 3. thitgaudus 2. [53] 852. 9—12. [54] herimingardis 1. 2. 5. hermingardis 3. ermengardis 4. yrmingardix 7. irmingardis 8—12. [55] genuit. [56] *anni numerus deest* 7. 10. DCCCLIIII. 1. 2. [57] nortmani, britani, cum mare 5. [58] namnetem 31 [59] sancti paschæ 5. [60] primum ad andagavensem 5. [61] cremaverunt 5. 6. [62] pruniensis 9—12.

NOTÆ.

(21) Anno 846 apud Hontheim l. c., p. 184, ultima vice occurrit.

(22) Ex Rabani epitaphio XIII Kal. Aprilis. Cf. Ann. Bertin. an. 853.

(23) Anno 843. Cf. Fragmentum historiæ Britanniæ Armoricæ, auctore coævo, apud Martene Thes. anecd., III, 381, et Bouquet VII, 46.

(24) Cf. Ann. Bertin. ann. 852, et Fuld. an. 85, sqq.

luta eadem provincia a suis indigenis devastaretur, et multa illic mala impune patrarentur, et captum cum consilio episcoporum ac procerum attondit, et habitu monachico indutum Suessionis in monasterium sancti Medardi misit. Inde, duobus monachis [63] consentientibus simul et opem ferentibus, fuga dilapsus est; sed iterum captus, in Silvanectis [64] (25) castro munitissimo custodiæ mancipatur. Fuit vero iste Pippinus filius Pippini, filii Hludowici imperatoris, de quo ferunt, quod eum pater, videlicet Hludowicus imperator, dum adhuc puerilis esset ætatis [65], voluerit ad clericatus officium promovere, ac Drogoni episcopo Mettensi [*M.*, fratri suo, patruo scilicet pueri, 7-12], avunculo videlicet suo, commendare [66], erudiendum [67] liberalibus simul et ecclesiasticis disciplinis. Sed paternis votis Hlotharius ejusdem pueri frater obvius [68], nequaquam permisit eum attondi, sed vi abstraxit de manu patris. Erat enim isdem puer, ut aiunt, ingentis [miræ, 7-12] pulchritudinis, cui postmodum Hludowicus imperator [69], pater suus, cum inter filios suos imperium [70] divideret, Aquitaniam tantum provinciam concessit. Sed non ei in prosperum cessit, quod a Dei cultura et servitio [71] revocatus est [72]; ebrietatibus enim et comessationibus die noctuque vacans, ad extremum mente captus, in maniacam [73] incidit passionem, et præsentem vitam cum dedecore amisit, successorem relinquens Pippinum filium, de quo paulo [74] superius mentionem fecimus.

DCCCLV.

Anno Dominicæ incarnationis 855 Hlotarius, convocatis primoribus regni, imperium filiis suis divisit [75]; Hludowico Italiam tradidit, eumque imperatorem appellari fecit, æquivoco vero, id est Hlothario, regnum quod ex suo nomine vocatur concessit, Carolo autem, qui junior natu erat, Provinciæ regnum largitus est. Dispositis itaque atque ordinatis regni negotiis, valedicens suis, reliquid [76] seculum, atque in Prumia monasterio [77], veniens, comam capitis deposuit, habituque sanctæ conversationis suscepto, in religionis professione diem clausit extremum, 3 Kal. Octobris.

DCCCLVI.

Anno Dominicæ incarnationis 856 [78] Hlotharius rex Thietbirgam [79] reginam sibi in matrimonium junxit; ex qua conjunctione maxima ruina non illi solum, sed etiam omni regno ejus accidit, sicut in subsequentibus [80] luce clarius apparebit.

DCCCLVIII (26).

Anno Dominicæ incarnationis 858 [81] Carolus rex, filius Hlotharii imperatoris, moritur; qui Provinciam regebat, et ex regno quod tenuerat, facta est non modica controversia inter Hlotharium regem et avunculum [patruum, 4, 7-12] ejus Carolum.

DCCCLIX.

Anno Dominicæ incarnationis 859 Hlotharius Hucberto [82] abbati ducatum [83] inter Jurum et montem [84] Jovis commisit, eo quod tunc fidelissimus putaretur, utpote affinitate conjunctus propter sororem Thietbirgam.

DCCCLX.

Anno Dominicæ incarnationis 860 Egil [85] abbatiam Prumiensem sua sponte dimisit, et Ansbaldus [86] (27) in regimine successit, vir omni sanctitate et bonitate conspicuus. His (28) temporibus Hludowicus senior, frater Hlotharii imperatoris, plurima bella strenuissime gessit adversus Sclavorum gentes; siquidem Marahensium [87] regna ingressus, armis cuncta perdomuit, capto eorum principe nomine Rastiz [88], cui etiam propter violata fœdera oculos effodere [erui, 7-12] jussit [89].

Ea tempestate (29) inter principes Caroli magnum discordiarum ac litium eferbuit incendium. [90] Denique Lambertus, qui ducatum tenebat inter Ligerim et Sequanam, Vivianum [91] (30) potentem virum dolo interfecit; rursus eundem Lambertum (31) Gauzbertus [92] comes cum aliis æque dolo [93] trucidavit. Isdem Gauzbertus (32) jussu Caroli decollatus est. Destitutam terram principibus et consilio nudatam perspicientes Brittones, arma corripiunt, fines regni

VARIÆ LECTIONES.

[63] monachis in hoc 1. [64] captus insula Nectis 5. m silua noctis 7. [65] ætate 7. puerulus esset, voluerit 2. [66] drogoni episcopo mettensi avunculo videlicet suo commendare 1. 2. 3. (4.) 5. 6. [67] erudiendum illum 6. [68] obvius *deest* 5. [69] hludowicus imperator *deest* 1. 3. 6. [70] inter filios suos imperium *deest* 1. 3. 6. inter filios suos *deest* 5. [71] dei servitio 4. 7. 9-12. [72] servitio subtractus est 5. 7. 9-12. [73] in amaniacam 7. in amanicam 9. 10. amenciam 11. 12. [74] paulo *deest* 7. 9-12. [75] imperium suum inter filios divisit 1. 2. 3. 6? [76] suis mundum reliquit 5. 6? [77] prumiam monasterium 5. 6? prumia monasterium 4. [78] 855. *in loco raso*. 11. 12. [79] thietbergam 5. *constanter*. [80] in sequentibus 1. 3. 4. 6. [81] 856. 11. 12. (*in loco raso*). 859. 1. 2. 10. [82] buberto 7. hugberto 3. 11. 12. [83] ducatum *deest* 5. 7. [84] monte 7. [85] Exgil 2. [86] auspaldus 5. [87] mirahensium 3. [88] rastix 1. rastrix 3. rastitz 2. 5. 6. rastri. 11. [89] oculos effodiare jussit 2. [90] efferunt incendium 9—12. [91] vivinianum 7. juvianum *cod S. Godeh.* [92] ganzbertus, etc. 5. gausbertus, etc. 9-12. [93] comes æque dolo 5. aliis dolo 7—12. aliis multis tr. 7.

NOTÆ.

(25) *Senlis.*

(26) Anno 863.

(27) Anno 861 primo in Diplomatibus occurrit. Hontheim l. c., p. 198.

(28) Rastiz anno 870 captus est. Ann. Fuld.

(29) Anno 848 (Chron. Britannicum apud Bouquet VII, 221) aut 849. (Ann. Bertin.) Carolus a Nomenvio victus est.

(30) An. 851, ex Chron. Aquitan. seu Memmiano, et Engolism.

(31) An. 852, Ann. Bert.

(32) Anno 853; cf. chron. Aquitan. sive Memmianum et Engolismense an. 852.

Francorum invadunt, Ligerim transeunt, et usque Pictavis progrediuntur, cædibus, rapinis, et incendiis omnia depopulantes, oneratique ingenti præda ad propria redeunt. Ad (33) compescendam vero hujus præsumptionis insolentiam Carolus cum magno exercitu Brittaniam intravit. Pugna committitur, Saxones (34) qui conducti fuerant, ad excipiendos velocium equorum anfractuosos recursus in prima fronte ponuntur, sed primo impetu, spiculis Brittonum perterriti, in acie se recondunt. Brittones more solito huc illucque cum equis ad hujuscemodi conflictum exercitatis discursantes [94], modo confertam [95] Francorum aciem impetunt, ac totis viribus in medio [96] spicula torquent, nunc fugam simulantes [97], insequentiam nihilominus pectoribus spicula figunt. Franci qui cominus [98] strictis gladiis pugnare consueverant, attoniti stabant, novitate ante inexperti [99] discriminis perculsi, nec ad insequendum idonei, nec in unum conglobati tuti. Nox superveniens bellum [100] diremit. Multi ex Francis interfecti, quamplurimi vulnerati, innumerabiles equi perierunt. Sequenti die rursus pugna inchoatur, sed graviori infortunio [101] finitur. Quod cernens Carolus, nimio terrore dissolutus, nocte inscio exercitu clam aufugit, de relicto papilione, tentatoriis, et omni regio apparatu. Mane facto, cum exercitus fuga lapsum regem comperisset, nimia formidine repletur, nihilque aliud nisi de fuga meditatur; Brittones clamore irruunt, et castra Francorum omnibus divitis referta [102] invadunt, omnemque belli copiam, capessunt, fugientia Francorum agmina insecuntur, obvios quosque aut ferro cædunt, aut vivos capiunt; reliquos fuga servavit. Ditati itaque Brittones opibus Francorum armisque instructi, in sua se recolligunt.

DCCCLXI (35)

Anno Dominicæ incarnationis 861 [103] Carolus [104-105] placitum habuit in Compendio, ibique cum optimatum consilio Rodberto [106] comiti ducatum inter Ligerim et Sequanam adversum Brittones commendavit, quem cum ingenti industria per aliquod tempus rexit.

DCCCLXII (36).

Anno Dominicæ incarnationis 862 [107]. Nomenoius [108] rex Brittonum moritur, divino nutu percussus. Nam cum ecclesias Dei devastaret, et confinia crudeliter depopularetur, eo quod Carolo debitam fidelitatem servarent, quadam die, cum equum ascendere vellet, ut cœptam maliciam consumaret, repente vidit ante se sanctum [109] Maurilionem [110] episcopum astare, sibi hæc torvo vultu et terribilibus oculis ingeminantem: *Desine jam, crudelis prædo, ecclesias Dei devastare.* His dictis, baculum quem manu gestabat elevans, eum in capite percussit; qui a suis in domum reportatus, vitam cum regno finivit. Fuit autem iste Maurilio [111] episcopus Andegavensis urbis [112]. cujus civitatis termini cohærebant finibus Brittaniæ, et ideo ab eis graviter depopulabantur [113] Filius Nomenoi, Herispoius [114], regnum paternum obtinuit.

DCCCLXIII (37).

Anno Dominicæ incarnationis 863 Carolus [115] iterum cum immenso exercitu fines Brittonum intravit, sed minime ut optaverat prævaluit; novissime autem [116] cum eis pacem fecit. Datis itaque ex utraque parte obsidibus et sacramentis, Herispoius rex ad eum venit, ejusque dominationi se subdidit. Carolus magnis muneribus honoratum Herispoium in regnum abire permisit; ipse [117] in Franciam revertitur.

DCCCLXIV.

Anno Dominicæ incarnationis 864 Hlotharius rex cœpit (38) occasiones quærere, qualiter Thietbirgam reginam a suo consortio separare potuisset, quam exosam habebat propter Waldradam [118], quæ ejus fuerat concubina, cum adhuc adolescens esset in domo paterna. Hanc siquidem, diabolo inflammante, nimio diligebat amore. Guntarium itaque, Coloniensis urbis pontificem, qui eo tempore erat archicapellanus, rex primo per subintroductos missos, deinde per semetipsum super hujuscemodi dissidio omni arte aggreditur, et ut facilius assensum præberet, promisit se ejusdem episcopi neptem in matrimonium accepturum, tantum ut predictam Thiebirgam ejus aliorumque episcoporum auctoritate et licentia repudiare quacumque ratione [119] potuisset. Qui, ut erat levis animo ac inconsideratus actione, protinus omni intentione [120] in rem [121], introducitur, vana spe, ut postea claruit, seductus. Rursus idem

VARIÆ LECTIONES.

[94] discurrentes 5. [95] consertam 1. 3. 9—12. [96] in medium 6. 8—12) [97] fugam simulante 1. 2. 3. 4. 5. 6. fugam simulantium 3. nim fugam 7. nunc fugati 9. 10. 11. nec fugati 12. [98] qui quo minus 5. [99] novitate autem in experti 1. 2. 3. 4. 5. 6. [100] superveniens prœlium 1-4. [101] sed priori infortunio 4. [102] referta divitiis 7—12. [103] 862. 7. *anni numerus deest* 10. [104-105] carolus rex 1. [106] Redberto 7. roudberto 9. rudberto 10. ruodberto 3. 11. ruodperto 12. roberto 4. rudperto 2. rotberto 1. [107] 862. 7. [108] numeneus 1—3. 5. 7. numeneius 4. nomeneius 8. nomecius 9. 11. 12. dometius 10 *sed infra* nomenoi 9—12. nomenei 8. numenoi 2. nomine oiherispoius 7. [109] sanctum *deest* 7. 9—12. [110] maurilonem 5. maurilinomen 2. maurilium 4. sanctum maurilionem 8. [111] maurilo 5. [112] andegavensis civitatis 7—12. [113] depopulabatur 5. [114] herispius 5. [115] carolus vero 7—12. [116] novissime cum 7—12. [117] ipse autem in 7—12. [118] *Waldradæ nomen in codice* 7. *nonnunquam* Vuldrada *scribitur, ut et in ann. Fuldensibus,* [119] quacumque occasione 4. [120] intentatione 5. [121] in rem *deest* 1—3. 5. 6.

NOTÆ.

(33) Cf. not. 29.

(34) Saxones Baiocassini, jam apud Gregorium Turonensem obvii.

(35) Cf. Ann. Bertin. an. 859; 861.

(36) Anno 851. Cf. ann. Bert.

(37) Anno 851. Cf. Ann. Bert.

(38) Cf. Ann. Fuld. et Bert. ad ann. 863.

Guntharius Thietgaudum, archiepiscopum Trevirensem, hac de causa alloquitur, et sciens [122] esse virum simplicem, nec adeo in divinis Scripturis eruditum canonicisque sanctionibus exercitatum, ex utriusque Testamenti paginis quasdam sententias profert, quas aliter quam ecclesiastica regula docet edisserens, virum improvidum secum in foveam trahit, cæcus cæco ducatum præstans. Quid plura? facta sunt omnia, quæ huic commento videbantur esse necessaria. Concilium Mettis (39) convocant [123], reginam quasi canonice evocatam [124] in medio statuunt, testes producunt una cum scriptis, qui valde gravia crimina imponentes [125], inter alia protestati sunt, quod eadem Thietbirga confessa fuisset, semetipsam fratris germani incestuoso concubitu esse pollutam. Continuo statuta patrum de incestuosis recitantur, et non solum a legitimo viro separatur, verum etiam omnis copula maritalis inhibetur penitentia juxta modum culpæ indicitur, et tali nefaria [126] machinatione diu exoptata voluntas regis adimpletur.

Non multo post interjecto tempore (40) iterum conventum synodalem Aquisgrani [127] coadunant, ubi rex libellum suæ proclamationis obtulit, ubi continebatur, qualiter in quadam fœmina Thietbirga nomine, factiosis perfidorum hominum argumentis fuerat defraudatus, imo non mediocriter repetivit, quod judicio episcoporum dissidii sententiam pertulisset. Quæ si idonea esset conjugali thoro, et pestifera incestus pollutione fœdata non fuisset, nec vivæ vocis confessione publice condemnata, sponte eam retineret: porro se incontinentem esse professus est, et sine copula juvenilis ætatis ardorem ferre non posse. Allatis [128] itaque diversorum consiliorum voluminibus, multa de incestuosis replicata sunt; quibus recitatis, hanc diffinitivam sententiam protulerunt: « Credimus illam non fuisse idoneam ac legitimam conjugem, neque a Deo [129] præparatam esse uxorem, quæ publica confessione incestuoso fornicationis crimine denotata probatur. Quodcirca glorioso principi nostro pro sua in divino cultu devotissima affectione [130] aque victorissima regni tuitione, cui non solum nos; verum etiam (omnis 7-12) canonica [131] auctoritas interdixit incestuosum conjugium, legitimum matrimonium a Deo illi concessum non denegamus, juxta indulgentiam dicentis Apostoli: *Melius est nubere quam uri.* » His ita patratis, Waldrada jam in publicum procedit stipata obsequentium multitudine, omnisque regia aula resultat, Waldradam reginam esse. Guntharii [132] episcopi neptis ad regem accersitur, ac semel, ut aiunt, ab eo constupratur, atque cum cachinno et omnium derisione ad avunculum remittitur. Igitur agentibus fratribus Thietbirgæ reginæ, hæc omnia ad notitiam Nicolai papæ deferuntur, qui eo tempore Romanæ præsidebat Ecclesiæ.

DCCCLXV (41).

Anno Dominicæ incarnationis 865 missi sunt Hagano [133] et Rodoaldus [134], apostolicæ sedis legati, in Galliam, ad discutiendum, utrum res ita se haberet, sicut [135] summo pontifici nunciata fuerat: qui in Francia venientes, pecunia corrupti, magis faverunt iniquitati quam æquitati. Tamen ad regem pervenientes, cum ei declarassent legationis suæ causas, tale responsum ab eo acceperunt, se nihil aliud egisse, nisi quod episcopi ipsius regni in generali synodo sibi agendum præmonstrassent [136]. Dederunt autem idem legati consilium regi, ut illos episcopos [137] qui illi [138] sinodo præfuerant, ad sedem apostolicam destinaret, qui verbis ac scriptis universali papæ satisfacerent. Legati immensis ditati opibus, Romam regressi sunt, nuntiaveruntque præsuli quæ in Galliis viderant et audierant, adjicientes [139] se nullum [140] sapientem episcopum in regno Hlothrii invenisse, qui ad liquidum canonicis [141] esset institutus disciplinis. Interea (42) Thietgaudus et Guntharius archiepiscopi Romam profecti sunt, ea animi intentione, ut et regem innoxium in supradicto facto demonstrarent [142], et se cum cæteris coepiscopis ecclesiastica atque apostolica [143] exercuisse decreta, stultitiæ (quidem 7-12) elogio [144] denotandi, qui illam (beati 6, 7-12) Petri [145] sedem aliquo pravo dogmate fallere posse arbitrati sunt, quæ nec fefellit [146], nec ab aliqua hæresi unquam falli potuit. Itaque cum in præsentiam [147] Nicolai papæ venissent, libellum obtulerunt, in quo continebantur gesta synodalia, quæ in Mediomatrico et Aquis [148] ab eis statuta fuerant. Qui cum a notario coram omnibus recitatus esset, interrogavit pontifex, si hæc scripta verbis confirmarent [149]? Responderunt, inconveniens videri, ut quod propriis manibus roboraverant, verbis infirmari [150] mallent Et sic ne repulsa nec admissa eorum assertione, jussi sunt ire ad hospitia

VARIÆ LECTIONES.

[122] alloquitur sciens 5. [123] convocat 5c e. [124] canonice vocatam 7. 12. [125] imponebant 5. [126] et tam nefaria 7—2. [127] aquisgrani 4. 5. [128] Allatis etc. *usque* replicata sunt *deest* 7—12 [129] neque a deo 5. *et alii.* [130] devotissima assertione 2. 3. 4. 5. [131] etiam canonica 1—6. [132] gunterius *constanter in* 5. [133] agano 10. [134] rodojaldus 9—12. [135] habet sicut 5c. [136] demonstrassent 4. [137] ut episcopos qui eidem synodo 7—12. [138] *deest* 8. [139] adiciente *usque* disciplinis *deest*. [140] nullum se 1. 3. [141] qui aliquantum canonicis 7. [142] facto monstrarent 7. 9—12. [143] atque apostolica *deest* 7. [144] eulogio 9—12. [145] petri apostoli 7. [146] nec se fefellit 5. [147] præsentia 7—12. [148] mediomatrico urbe vel aquis 7—12 mediomatrico urbe et acquis 2. 5. [149] verbis infirmare 7—12. verbis infirmarent 4. [150] verbis infamari 1. 3.

NOTÆ.

(39) An. 860. Aquisgrani, non metis celebratum est,

(40) An. 862. Cfr. Concil. Labb. T. VIII, et Ann. Bert. ad h. a.

(41) Cf. Ann. 863.

(42) Anno 864. Cf. Ann. Bert.

sua, quousque revocarentur. Paucis ergo interpositis diebus [151], ad synodum quam papa congregaverat sunt accersiti, ubi eorum damnata et anathematizata sunt scripta, et ipsi, omnibus adjudicantibus episcopis, presbyteris ac diaconibus [152], sunt depositi et omni ecclesiastica dignitate privati. Qui tam turpiter dehonestati, Hludowicum imperatorem, fratrem Hlotharii regis, adeunt, qui ea tempestate Beneventanis morabatur in partibus, scriptis ac dictis vociferantes, se injuste esse depositos, ipsi imperatori et omni sanctæ ecclesiæ injuriam esse factam, cum nunquam auditum sit vel uspiam lectum, quod ullus metropolitanus [153] sine conscientia principis vel præsentia aliorum metropolitanorum fuerit degradatus. Adjecerunt insuper multa alia, blasphemantes eundem papam, quæ hic superfluum duximus enumerare, existimantes ejusdem se imperatoris adminiculo simul et intercessionis ope et criminis objecti abolere [154] notam, et pristinæ dignitatis recuperare statum. Sed spes eorum frustrata est, quamvis imperator omnibus votis illis opitulari voluisset. Thietgaudus depositionis suæ a sede apostolica prolatam sententiam patienter ferens, juxta præcedentem consuetudinem nihil omnino de sacro ministerio contingere præsumpsit; Guntharius vero superbiæ spiritu inflatus, vetitum sibi officium usurpare ausu temerario non expavit, parvipendens apostolicam excommunicationem. Revertuntur igitur in Franciam debita confusione respersi [155]. Et d ɪm iterum ac tertio [156] sedem apostolicam ob reparationis et restitutionis gratiam, [157] adissent, novissime in Italia [158] infirmitate præventi, peregrini et exsules moriuntur, communione laicali sibi tantum concessa.

## DCCCLXVI.

Anno Dominicæ incarnationis 866 Arsenius (43) episcopus, apocrisiarius (44) et consiliarius Nicolai papæ, vice ipsius directus est in Franciam; quo perveniens tanta auctoritate et potestate usus est, ac si idem summus præsul advenisset. Convocato denique episcoporum conventu, Hlotharium regem alloquitur, ut unum e duobus eligat, aut propriæ reconcilietur uxori, abdicato Waldradæ pellicis consortio, aut protinus anathematis gladio feriretur, ipse omnesque ei in hoc scelere favorem præstantes. Hac necessitate constrictus [159], vellet nollet, Thietbirgam reginam in matrimonium recepit, interposito jurisjurandi sacramento, se illam ita in reliquum habere, sicut æquitatis jura dictant legitimam uxorem esse tenendam, nec eam a se separaret, nec ipsa vivente aliam super eam induceret. Posthæc Waldradam ex auctoritate Dei et sancti Petri et verbo domni apostolici Romam ire jubet, ut pro se rationem reddere studeat [160]. Engildrudam quoque [161], uxorem quondam Bosonis [162] comitis, a sede apostolica excommunicatam esse, omnibus declaravit, quia proprium deseruerat maritum, et Wangerum, suum vasallum, in Gallias secuta fuerat [163]; quam excommunicationem cum omnibus qui aderant episcopis renovavit.

Post hæc eadem Engildrudis [164] prædicto Arsenio in Wormatia civitate se repræsentavit, in quo loco præfatus episcopus Hludowico regi occurrerat. Juravit igitur in præsentia ipsius missi sacramentum, hunc modum continens: « Ego Engildrudis, filia quondam Mathfridi comitis, quæ fui uxor Bosonis comitis, vobis [165] domno Arsenio episcopo, misso et apocrisiario sum ɪæ sanctæ catholicæ [166] atque apostolicæ sedis, et per vos domno [167] meo Nicolao, summo pontifici et universali papæ, juro per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et per hæc quattuor Christi dei [168] Evangelia [169], quæ ore osculor [170] et manibus propriis tango [171], quia amodo relictam illam maliciam [172] quam in prænominato Bosone viro meo exercui, ut ovis quæ perdita fuit, ad [173] sanctam catholicam atque apostolicam [174], sub eadem obligatione qua domnus Nicolaus, summus pontifex et universalis papa, me obligavit, revertar Ecclesiam, et iɪ Italico regno [175], aut vobiscum aut ante vos, quoquomodo provideritis, ibo, et quicquid domnus apostolicus [176] jusserit vel terminaverit adimplebo, vel perficere [177] non recusabo. » Sed tam horribile jusjurandum non adimplevit. Siquidem usque Danubii fluenta cum eodem Arsenio perrexit, ibique ad quempiam consanguineum pro caballorum adminiculo [178] ire condixit, et ad Augustam civitatem ad eundem missum se reversuram [179] pollicita est. Tali occasione gressum retorquens [180], ex Alamannia in Franciam repedavit: quod cum supradictus [181] Arsenius cognovisset, epistolam misit omnibus archiepiscopis et episcopis [presbyteris 7], atque omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus Galliæ, Germaniæ ac Neustriæ [182] commorantibus, obtestans omnes per

VARIÆ LECTIONES.

[151] ergo (vero) paucis interjectis diebus 7—12. [152] diaconi 7. 9—12. [153] metropolita 1. 3. [154] aboleri 5. [155] confessione repulsi 5. [156] atque tertio 7—12. [157] apostolicam reparationis et r. gratia 7. [158] in italiam 7. [159] necessitate compulsus vel constrictus 5. [160] reddere debeat 7—12. [161] quoque *deest* 1—3, 5. 6. [162] busonis, etc. 5. [163] secuta fuerit 2. 3. 5. 6. est 7—12. [164] engildruda 5. engiltrudis 4. 7. *Engildrudis juramenti verba non leguntur in* 4. hengiltrudis 7. [165] comitis tibi domno 7—12. [166] apocr. sanctæ catholicæ 7—12. [167] per vos *deest* 7. 9—12. per te 8. [168] christi dei *deest* 9—12. [169] christi evangelia 7. 8. [170] obosculor 7. [171] manibus tango 7—12. [172] reliota illa malitia 7—12. [173] ovis perdita ad 7—12. [174] cath. et apostolicam 7—12. [175] italicum regnum 2. 7—12. [176] quiequid domnus apostolicus i. v. t. adimplebo *deest* 7—12. [177] proficiscere 9, proviciscere 12. proficisci 11, proficere 10. [178] perrexit i. a. q. c. p. c. adminiculo *deest* 7. [179] eum reversura 7. [180] torquens 5. [181] sepedictus 7—12. [182] nustriæ 2. nestriæ 9—12.

NOTÆ.

(43) Cf. Ann. Fuld. et Bert. an. 865.

(44) Id est referendarius, cancellarius, aut legatus.

auctoritatem Dei omnipotentis et beatorum [183] principum Petri et Pauli, et domni pontificis et universalis papæ [Nicolai 8-10, 12], ut nullus eam in suam parrochiam reciperet, sed eam funditus in omnibus ecclesiis suis prædicarent excommunicatam, et ab omni christianorum communione sequestratam, insuper et anathematis vinculo innodatam [184], et inter impias et scelerosas damnatam, donec de pestiferis factionibus suis atque perpetrato perjurio ante domni apostolici præsentiam dignam acciperet pœnitentiam.

His summatim commemoratis, revertamur ad Hlotharii regis ingemiscendam causam. Legatus itaque apostolicæ sedis, compositis [185] in Gallia rebus, Romam unde venerat reversus est. Rursusque Waldrada ejusque complicibus decertantibus, regis animus adversum Thietbirgam commovetur, excitantur iræ, et in sopitis discordiarum et odiorum cineribus denuo copiosus ignis accenditur. Despicitur, abhominatur reicitur [186], adulterii crimen impingitur, omnique ingenii arte exquiritur, qualiter puniri quasi rea possit. Illa prævidens imminere sibi mortis periculum, latenter aufugit, et ad Carolum perveniens, ejus se tuitioni commisit ; quod cum, fama divulgante, Nicolaus [187] papa cognovisset, misit Carolo regi epistolam collaudatoriam [188] (45), hæc continentem :

« Inter alios sanctæ Ecclesiæ religiosos propugnatores, et veritatis [189] strenuos defensores neminem magis super Thietbirgæ, gloriosæ reginæ, contritione sollicitum, neminem magis ipsius incommoditatibus condoluisse quam vestræ pietatis affectum recolimus. » Et post congruentem exhortationem addidit : « Excellentiam vestram nollumus ignorare, adeo Hlotharium regem Thiebirgam. conjugem suam, diversis afflictionibus subdidisse. et innumeris pressuris contra præstita juramenta [190] subegiss`, ut nobis coacta nunc scriberet, regia se velle exui dignitate seu copula [191], et sola [192] privata vita fore contentam. [193] Cui nos scripsimus [194], non hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam conjux ejus Hlotharius [195] didicimus, ipse Hlotharius elegisset. Verum, sicut multorum relatu [196] didicimus, ipse Hlotharius conventum celebrare disposuit [197], et eandem Thietbirgam examini proprio et judicio [198] subicere meditatur. Et siquidem eam præstigiis falsitatis suæ vel

A argumentosis ambagibus potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua uxor, vult eam penitus a se sequestrare. Sin autem vult eam tanquam propriam quidem uxorem admittere [199], sed deinde quasi mœchata fuerit, insimulare, atque propter hoc [200] hominem suum et hominem Thietbirgæ ad monomachiam [201] impellere, et si homo ipsius reginæ ceciderit, disponit hanc sine dilatione perimere. Quæ quantum sint omni divinæ legi contraria, magnitudo prudentiæ vestræ, credimus, jam advertit. Sed et nos hinc aliquid strictim volumus demonstrare, prius asseverantes quod de retroacta controversia Thietbirga non debet ulterius ad itteratam responsionem provocari, quoniam quod bene semel definitum est et interpositis sacramen-
B tis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ubi [202] fuerit major auctoritas, retractari. Deinde quod ecclesiæ refugium quærens, ecclesiasticum judicium semper expetens, submitti non debet seculari [203] judicio. Post hæc vero, cum nos ex utraque parte, id est tam [204-205] a Hlothario quam a Thietbirga, fuerimus provocati judices, nosque amborum controversiam executi simus, ad nullos alios convenit super hoc negotio judices convolare, cum secundum sacros canones a judicibus quos communis consensus elegerit, non liceat provocare, et ubi concessa est provocatio, non nisi ubi major est auctoritas [206], liceat provocare [207]. Itaque, cum non sit apostolicæ sedis auctoritate, quæ amborum negotium executa est, usquam major auctoritas, nesci-
C mus si alicui liceat de ejus judicio judicare, vel ejus retractare sententiam. » Et post pauca : « Illud vero quod Hlotharius Thietbirgam de adulterio criminatur, quis non videat dolo esse plenum ? Denique, si, ut ipse jactat, uxor ejus non est, quid pertinet [208] ad eum illi de adulterio calumniam texere, cum nec mœchari potuit [209], si alicujus uxor non extitit [210] : porro si a Hlothario de adulterio accusatur, et, si convicta [211] fuerit, ultio præparatur, necesse est, ut fateatur uxorem. » Et quibusdam interpositis : « Præterea sive de conjugii fœdere, sive de adulterii crimine judicium sit agitandum, nulla ratione patet Thietbirgam cum Hlothario posse legalem inire conflictum, vel legitimum controversiæ subire certamen, nisi prius ad tempus suæ fuerit reddita pote-
D stati, sed et suis [212] consanguineis libere sociata ; inter quos etiam locus providendus est, ubi nulla sit vis [213] multitudinis formidanda, et non sit difficile testes

VARIÆ LECTIONES.

[183] et sanctorum principum petri 7—12. beatorum apostolorum 4. [184] innodatam donec 7—12. [185] sedis receptis compositis 7. [186] abominatur rea citatur 5e. [187] *Nicolai epistolæ desunt in* 4. [188] exhortatoriam et collaudatoriam 4. [189] propugnatores veritatis 5c. e. [190] contra præscripta juramenta 5d. 8—12. contra scripta i. 7. [191] dignitate sine copula 5. dignitatem 7. [192] et solam 5 [193] contempta 7, [194] nos rescripsimus 5. 7—12. [195] conjux ejus hlotharius eandem vitam 7. 9—12. [196] relatione 7. 9—12. [197] disponit 7—12. disposuit 1. 2. 3. 5. 6. [198] exanimi proprio judicio 5c. e. [199] uxorem accipere 3—12. [200] atque post hoc 1. 3. pro hoc 2. [201] monachiam 5. [202] fortassis ibi 5. [203] secularium judicio 1. 3. [204] [205] utraque parte idem tam 5. 7. 9—12. [206] auctoritas est. 1. 3. [207] et ubi concessa est . . . . liceat provocare *deest* 2. 5c. e. 6. [208] non est non pertinet 5. [209] potuit 1—3. 5—12. [210] uxor non existit 5. 7. 9—12. [211] victa 5. [212] potestati seu et suis 2. 3. 5. 6. [213] ubi nulla vis 5.

NOTÆ.

(45) Inter Nicolai epistolas n. 33. Bouq.

producere vel cæteras personas, quæ tam a sanctis canonibus quam a venerandis Romanorum legibus in hujuscemodi controversiis requiruntur. Verum hæc non ut fiant dicimus, quæ sine decreto et ordinatione nostra fieri non posse supra docuimus. »

Accensus itaque idem sanctissimus pontifex zelo Dei, quo fuerat Finees [214] sacerdos quondam inflammatus, Waldradam ipso die purificationis sanctæ Dei genitricis Mariæ, in basilica excommunicavit, et ab omni Christianorum consortio separavit, destinavitque [215] epistolam omnibus episcopis per Germaniam et Gallias constitutis causas et modum excommunicationis continentem (46). Cujus sensum quam verborum seriem causa brevitatis potius [216] placuit [217] ponere.

« Decreveramus quidem circa Waldradam, mœcham et pertinaciter in impœnitentia permanentem, vindictæ modum minus districte temperare, et juxta quod merebatur, non ita pro tanto scelere [218] sententiam in eam justæ punitionis proferre, nisi obstinato animo in mœchiæ [219] volutabro perenniter permanere proposuisset. Igitur, quia monita nostra et crebras exhortationes contempsit, quia culpam suam nec dum cognovit nec confessa est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exequendam suscepimus, veniam postulavit postremo cum recto itinere nos illi fuerat adeundum, et beati Petri apostoli suffragia requirenda, retro est conversa post Sathanam, necnon et Thietbirgæ reginæ dolos struere, cœpta interitus meditatione, non cessat [220] : cum egregio apostolo dicimus, quod contra eam contraque ejus similes sæpius replicandum est, quia secundum duritiem suam et cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ. Idcirco nos eam de factis suis excommunicamus [221], donec ecclesiæ Christi, nobisque præcipue, qui ejus principaliter curam gerimus, quique causam ipsius exsequi ac investigare cœpimus, satisfecerit, donec etiam sinistram omnem suspicionem consilium nostrum suscipiens adimat, a pretiosi [222] corporis et sanguinis Domini perceptione, atque ab omnimodo consortio sanctæ ecclesiæ [223], sancti Spiritus beatorumque apostolorum Petri et Pauli judicio, et nostræ mediocritatis, fecimus prorsus [224] cum universis complicibus et communicatoribus fautoribusque suis prorsus extorrem. Hanc [225] sententiam 4. Non. Februarii a nobis promulgatam meminimus, eamque scripto vobis destinavimus, et ne labor noster inanis [226] constituatur, spiritualia nobiscum [227] vestra fraternitas adversus jam dictam mœcham et communicatores ejus arma sustollat, et in parrochia sua excommunicatam hanc fautoresque suos viva voce [228] unusquisque denunciet, donec nostro speciali judicio [229] dignæ se pœnitentiæ submittat. »

Direxit etiam Hlothario regi idem reverendissimus pontifex epistolam (47), hæc continentem : « Audito revertente [230] misso nostro correctionis tuæ, ut ita dicamus, initio, gratias Deo condignas egimus, et ut tibi quoque grates competibiles [231] referremus, animum præparavimus. Sed, heu! adversa nuntia venientia [232] hujus intentionis nostræ proposito celeriter obviarunt. [233] Quapropter compulsi sumus mutare vocem, et qui ad gratiarum actiones os aperire [234] disposueramus, in [235] luctus et increpationes adhuc [236] officium linguæ coacti dirigimus. Didicimus enim, te qui prolixo tempore in scelere permanens, Ecclesiæ Dei non modicum nocuisti, nocere adhuc, et qui in sordibus eras, sordescere adhuc. Siquidem, ut opinamur, tibi non sufficit solum adulterium perpetrasse, nisi apponas, ut etiam animas [237] hominum perjurii laqueis irretitas in extremum demergas interitum. Sed quid mirum, si paucorum animabus per perjurium exitium [238] acquisisti, quando in tanta sublimitate positus per exemplum tuæ mœchiæ [239] tot hominum milia in perditionis chaos præcipitaveris ? Illud autem, quod Thietbirga, quasi Waldradæ testimonium dicens, eam fuisse tuam legitimam uxorem volens aut invita frustra conatur astruere, quandoquidem illius nullo prorsus [240] hinc testimonio quis indigeat, cum magis nos ita sentiamus quod justum est, et intelligamus quod æquum, ut etiam [241] Thietbirga mortua, tu nullis legibus, nullis regulis unquam Waldradam in uxorem possis aut permittaris assumere. Utrum ergo Waldrada legitima tua fuerit aliquando conjunx, ecclesia Dei satisfactione Thietbirgæ non eget. Unum tamen scimus [242], quoniam [243] nec nos nec eadem Ecclesia Dei, auctore Deo [244] qui adulteros judicabit, te, si [245] Waldradam quandocumque resumpseris, etiam Thietbirga decedente, dimittet modis omnibus impunitum. » Et post pauca : « Itaque summo studio præfatam [246] Thietbirgam, conjugem tuam, tanquam propriam carnem fovere ac diligere procurato, et ne illam a te separare ullo pacto consentias, vigilanter attende ; unde si vult a te discedere, corripe, immo corrige [247] eam, et a tali intentione per omnia revo-

VARIÆ LECTIONES.

[214] finees *deest* 5. [215] destinavit 1. 2. 5. 6. et destinavit 3. [216] sensum potius quam v. s. c. b. placuit ponere 7. 9—12. *cod. S. Godeh.* [217] ponere placuit 9—12. [218] pro scelere 2. 5. 12. [219] in mœchio volutabro 1. 3. [220] necnon et a thietbirgæ reginæ cœpta interitus meditatione non cessat 1—3. [221] excommunicavimus 5d. [222] adimat ac preciosi 1—3. 5. 6. [223] sanctæ ecclesiæ *deest* 7. 9—12. [224] et mediocritatis auctoritate extraneam fecimus prorsus 5c. e. [225] cum u. c. et c. f. suis Hanc 7—12. [226] lavester 5a. d. labor inanis 5c. e. [227] spiritualis nobiscum 5. [228] suos una voce 3. 5. 7 9—12. [229] nostro judicio 7—12. [230] revertenti 5. [231] competibiles *deest* 7. 9—12. [232] venientia *deest* 5. [233] obviaverunt 3. [234] actiones eos aperire 5 [235] disposueramus et in 7. 9—12. [236] adhoc 5, adhuc *deest* 7. 9—12. [237] animabus perjurio 5. 9—12. [238] animas ad exitium 1—3. 6. [239] tuæ mœchæ 5. [240] nullus prorsus 5. [241] æquum est etiam 7. [242] scimus *deest* 1. 2. scito 3. [243] quomodo 5d. [244] auctore deo *deest* 5d. [245] judicabit et si 5d. [246] præfatam *deest* 7—12. [247] corrige immo corripe 5.

NOTÆ.

(46) Inter Nicolai epistolas n. 27. BOUQUET.

(47) N. 34. epistolarum Nicolai. BOUQUET.

care satage. Jam vero si amore pudicitiæ separationem quærat et conjugalis connubii solutionem efflagitet [248], certum et apostolo dicente : « Quoniam *mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir ;* » verum si et ipse pudicitiam sectatus religionis obtentu copulam dissolvere vis, tantum ne simulate fiat, concedimus. Nam licet sit scriptum : *Quod* [249] *Deus conjunxit, homo non separet;* Deus tamen, et non homo separat, quando divini amoris intuitu, ex consensu utriusque conjugis matrimonia dissolvuntur. Si ergo hoc modo vis, gratuito permittimus animo, celeremque præbemus assensum ; aliter autem fieri mutuam vestram separationem prohibemus. Porro si sterilitas accusatur, cogites Saram nonagenariam. Annam quoque, simul et Helisabeth [250]; quam tamen sterilitatem fortasse non facit infœcunditas [251], sed iniquitas. Ergo, gloriosissime rex, esto propria contentus uxore, et præter illius, alterius ne quæras consortium. Igitur consilium nostrum accipe, et monita nostra tanquam affectuosi patris amplectere, atque ab omni pravitate mentem, linguam, corpusque refrena, præcipue Waldradæ pellicis tuæ et dudum a te repudiatæ communionem declinans, et ejus consortium perpetuæ oblivioni [252] tradens. Excommunicata est enim, et usque ad præsentiam nostram ab omni Christianorum contubernio sequestrata, sicut totus jam novit occidens, et jam jamque [253] per missos nostros minime cum plagis cæteris oriens ignorabit. Quamobrem cavendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro unius mulierculæ passione et brevissimi [254] temporis desiderio, vinctus et obligatus ad sulphureos fœtores et ad perhenne traharis exitium. « Et paucis interpositis epistolam sic concludit : [255] » Hæc autem nos tibi nunc scripsisse, et quasi inter nos et te nostra verba excessus tuos corripientia discurrisse sufficiat ; cæterum præcave, ne quando nobis [256] secundum Domini præceptum [257] duos aut tres testes adhibeamus, immo vero ne hoc ecclesiæ sanctæ dicamus, et, quod non optamus, de cætero fias sicut ethnicus et publicanus. »

Ecce ex multis pauca notare curavimus, ut sic nescientibus ex parte fierent cognita, ut tamen scientibus non per omnia essent onerosa. Qualem [258] vero exitum hujus pestiferi mor. i pernicies attulerit apostolico renuens mederi antidoto, quantaque [259] regni dispendia ex hac mortifera contagione, sicut supradictus sanctissimus papa [260] Spiritu sancto afflatus prædixerat, illata sint, in subsequentibus [261] suo in loco demonstrabitur [262].

Circa (48) hæc tempora Hludowicus rex fratris sui [263] Caroli regnum cum exercitu ingressus est, gestiens occidentalia regna suo subjugare dominatui, fratrisque præripere [264] debitam portionem, quæ ei sorte ac funiculo hæreditatis competenter acciderat, oblitus germanitatis ac consanguinitatis fœdera, oblitus pacti, quod jam dudum mutua conventione pepigerant [265], immemor etiam sacramentorum, quibus se cum magnis execrationibus coram Deo obligaverat. Præbuerant [266] ad hoc facinus peragendum talia [267] occasionum [268] incitamenta fomitem. Carolus, ut [269] præmisimus, quosdam ex nobilioribus regni aut publice adjudicatos gladio percussit, aut dolo deceptos [270] perdidit. Cæteri formidantes ne similia paterentur, Hludowicum regem trans Rhenum commorantem sollicitant, ejusque [271] animum ad obtinendum fratris regnum illiciunt, promittentes semetipsos una cum regno ejus ditioni tradituros [272]. Hac persuasione, ut animi regum avidi et semper inexplebiles sunt, facile in spem introductus, cum valida manu, ut diximus, terminos regni intravit. Carolus, sentiens vires [273] regni a se defecisse, in ultimis finibus Aquitaniæ fugæ latibulum [274] quæsivit. Hludowicus, ut cœperat, regnum obtinuit, ac usque Senonis civitatem [275] pervenit. Dimisso vero exercitu in Germaniam ad propria redire, cum optimatibus regni cœpit negotia disponere ; sed subito fortuna mutatur. Nam principes qui eum in regnum introduxerant, videntes quod [276] longe aliter incederet erga eos [277], quam existimaverant, pœnitudine tacti ad Carolum revertuntur. Carolus ex desperatis rebus vires se recepisse congaudens, contractis undique copiis, fratrem bello aggredi tentat. Ille intuens, et a suis quos secum adduxerat, et ab his quos ibi acquisisse visus fuerat, se esse destitutum, maturius fugam arripuit, et cum debita confusione fines regni [278] excessit.

Hac tempestate Hucbertus [279] abba, frater Thietbirgæ reginæ, contra Hlotharium regem rebellare exorsus est ; collecta quippe prædonum valida manu, rapinas cœpit exercere, interfectisque aut fugatis Hlotharii fidelibus, qui finitima possidebant loca, agros villasque eorum suæ factionis sectatoribus distribuit. Ad hujuscemodi temeritatem comprimendam Hlotharius rex semel, iterum atque tertio exercitum produxit, frequenter etiam cum ducibus armatorum

VARIÆ LECTIONES.

[248] efflagitat 1. flagitet 7. 9—12. [249] quos 5. [250] elizabeth 5c. elizabeth 5a. e. [251] fœcunditas 5d. [252] obligationi 2. 5a d. [253] et jam quoque 3. 5c. e. et jamque 2. 5a. d. [254] percelleris sententiæ passione et brevissimi 5d. [255] epistolam sic concludit *deest* 7—12. [256] ne cum nobis 5c. e. [257] secundum præceptum 5. [258] qualiter 7. 9—12. [259] quantoque 5d. [260] contagione fecit supradictus papa 5. [261] Prædixerat quæ in subsequentibus 5. [262] demonstrabimus 5. [263] rex fratris sui *deest* 7. [264] fratris præripere 7. 9—12. fratrique 8. fratrique etc, *usque* coram Deo obligaverat *deest* 4. [265] pepigerat 3. 5. [266] præbuerat 1—3. 5. 6. [267] talem 6. 5. [268] occasionem 3. 7. 9—12. [269] carolus qui et ut 5. [270] deceptus 7. [271] ejusdem 5d. [272] subdituros 7. [273] viros regni 1. 2. 5. 6. 7. 9—12. ?? [274] aquitaniæ lugiæ latibulum 5. aq. fugie. *corr.* eugie lat. 2. [275] usque retnensem civitatem 5. [276] videntesque quod 5c. [277] erga eos incederet 7—12. [278] regni fines 7. 9—12. [279] hubertus 5. eubertus 7.

NOTÆ.

(48) Anno 858 et 859. Cf. Ann. Fuld. et Bertin.

multitudinem direxit; sed minime hanc præsumptionem extinguere potuit, quia loca inaccessibilia inter [280] Jurum [281] et Alpes Penninas [282] seditiosis munitissimum præbebant receptaculum, et regi exercituique ejus, propter concava vallium et prærupta montium, artissima [283] itinera et difficilem [284] ingressum [285]. Attamen idem acephala (49) Huobertus novissime a Conrado [286] comite peremptus est juxta castrum, quod Urba (50) dicitur.

Anno Dominicæ incarnationis 866 [287] (51). Herispoius [288], rex Brittonum, a suis interficitur, et Salomon dux in loco ejus subrogatur. Erat enim isdem vir [289] strenuus et bellicosus, et tam forma quam animo ad regni gubernacula coaptatus (52). Carolus tertio super Brittones cum exercitu irruere disponit, sed cum ad terminos gentis appropinquasset, audito quod ad resistendum totis viribus parati essent, subito mutata voluntate, magis elegit pacem suscipere quam bellum inferre; facta itaque pactione cum Salomone, quam dudum cum Herispoio fecerat, discessit [290].

DCCCLXVII.

Anno Dominicæ incarnationis 867 Nordmanni (53) oram [291] Legeris fluminis occupantes, Namnetensem [292], Andegavensem, Pictavensem atque Turonicam provinciam iterato crudeliter depopulari cœperunt; contra quos Ruotbertus [293] qui marcam [294] tenebat, et Ramnulfus [295] dux Aquitaniæ, collecta multitudine aciem dirigunt. Illi sentientes se ab exercitu [296] insequi, cum summa acceleratione ad classem repedare contendunt; sed cum appropinquare insequentium multitudinem cernerent, cognoscentes se effugere non posse, quandam villam ingrediuntur, ubi se, quantum hora permisit, communiunt. Erat autem in eadem villa basilica pergrandis ex lapide constructa, in qua maxima pars Nordmannorum introivit cum duce eorum nomine Hastingo. Ruotbertus et Ramnulfus cum sociis super eos irruunt [297], quoscunque extra basilicam reppererunt [298], absque mora trucidant. Ad ecclesiam [vero 7-12] pervenientes, cum vidissent locum munitum, et animadvertissent non modicam turbam paganorum intrinsecus latitantem, parumper deliberantes, castra in circuitu statuunt, tentoria figunt, ut in crastinum, exstructis aggeribus applicatisque machinis, hostes totis viribus expugnarent; declinabat quippe jam sol ad occasum. Ruotbertus [quoque 7, 9-12] nimio calore exæstuans, galeam et loricam deposuit, ut aura collecta paulisper refrigeraretur [299], cumque unusquisque in positione castrorum intenderet, repente Nordmanni a munitione exiliunt, et cum ingenti clamore super Ruotbertum ac socios [301] impetum faciunt. [300] Sed quamvis repentini et subitanei casus etiam fortissimos viros in bello conturbare soleant, tamen arma quam citius [302] corripiunt, hostes viriliter excipiunt, et cedentes in basilicam redire compellunt. Ruotbertus absque galea et lorica accurrens, cum incautius dimicaret, et inimicos ultro [303] insequeretur, interfectus est in introitu ipsius ecclesiæ; ejus corpus jam exanime Normanni, intrinsecus trahunt. Porro Ramnulfus, cum eminus stans eventum rei specularetur, a quodam Nordmanno per fenestram basilicæ sagittæ ictu graviter vulneratus est, et a suis ex certamine eductus [304], vix triduo supervixit. Tali infelici infortunio pugna commissa est et [305] finita; exercitus amisso capite errore [306] pariter ac mœrore repletus, solvit eadem hora obsidionem, et ad propria revertitur; Nordmanni ovantes ad classem dirigunt gressum [307].

(54) Non multo [308] post interjecto tempore Hugo [309] abba in locum Ruotberti substitutus est, vir strenuus, humilis, justus, pacificus, et omni morum honestate fundatus; si quidem Odo [310] et Ruotbertus, filii Ruotberti, adhuc parvuli erant, quando pater extinctus est, et idcirco non est illis ducatus commissus.

Per idem [311] tempus gens Sarracenorum in Benevento [312] ex Africa veniens, universam pene regionem illam invaserunt, cædibus, rapinis ac incendiis omnia depopulantes. Contra (55) quos Hludowicus imperator exercitum contrahit, et veritus ne forte adversus innumerabilem hostium multitudi-

VARIÆ LECTIONES.

[280] inaccessibilia erant inter 5. [281] juram 1. 2. 5. [282] alpes appenninas 5. [283] præbebant etc. *usque* artissima *deest* 1 — 3. 5. [284] itinera difficilem 1. 2. 3. [285] loca quæ inaccessibilia inter jurum et alpes appenninas seditiosis sunt munitissima præbent intrantibus difficilem ingressum 3. seditiosis sunt munitissima, præbent tamen itinerantibus difficilem ingressum. Attamen *Cod. S. Godeh.* ingressum præstantia 5. [286] chuonrado 3. chonrado 7. chunrado 9 — 12. [287] a. d. i, 867. *codd.* 3. 8. 9 — 12; *qui et quemque deinceps numerum uno augent.* [288] herisposius . . herisposios 5. hierispoius 7. [289] enim iste vir 1. 3. 5. 6. 9 — 12. [290] abcessit 4. decessit 5 d. [291] ora 7. 9 — 12. [292] occupantes nam Mettensem 5. [293] rotbertus 7. rodbertus 8. robertus 4. rutbartus 11. 12. rothbertus 10. rubertus 5 c. e. [294] marcham 2. 3. 4. marchiam 5. [295] rannulfus 1. 3. 4. ranulfus 5. 6 ? ramolfus *et* ramnulfus 2. ramnolfus 8. arnulfus 7. [296] se exercitus 5. [297] super irruunt 1. 2. 5. [298] reperierunt 1. 3. reperiere 2. 5. reperiunt 4. [299] refrigeretur 5. [300] ad socios 5 c. sociosque ejus 7 — 12. [301] impetum fecerunt 3 5. 6. [302] quanto citius 6. [303] ultra 3. 5. [304] educto 5 d. [305] commissa et 5. [306] capite mœrore 4. [307] gressum *deest* 5 d. [308] multum 1. [309] hug. 3. [310] oudo 9. 11. udo 5. 6. 7. 10. [311] id 5. [312] beneventum 4. 5 c. e. 8.

NOTÆ.

(49) *Acephala* qui caput suum, regem videlicet aut regulam monasticam, non agnoscit; rebellis aut clericus conjugatus.

(50) Orbe, a septentrione Lausannæ.

(51) A. n. 857. Cf. Ann. Bert.

(52) An. 863. Cf. Ann. Bert.

(53) Cf. Ann. Bert. an. 866. et Fuld, an. 867.

(54) [An. 866.] ef. Ann. Bertin.

(55) Ann. 866. Cf. Erchempertii Aist., c. 32. et Ann. Bert. an. 866.

nem vires regni non sufficerent, ad Hlotharium [313] fratrem in Gallias legatos mittit, omnino exposcens, ut ad præfatæ nequissimæ gentis vires extenuandas audaciamque refrenandam sibi cum Dei auxilio, virtute quoque Francorum, opitularetur. Qui nihil cunctatus, exercitum cum ingenti industria undequaque contrahit, fratrique quanta potuit celeritate in adjutorium venit. Ubi plurima bella gesta sunt, non solum fortiter, sed etiam feliciter, Deo opem ferente, inter hæc exercitus Hlotarii gravi peste fatigatur ; ex (56) insueto quippe calore et intemperie aeris dissolutus, dysenteriæ vel lienteriæ [314] morbo corripitur, ex qua plaga innumerabilis multitudo extincta est ; plurimi etiam aranearum [315] morsibus perierunt, ut jam tunc daretur intelligi, quod propter duritiam [cordis 8 — 12] et cor impœnitens Deus non solum Hlothario, verum etiam omni regno ejus adversaretur. Revertitur itaque in Franciam non sine gravi, ut dictum est, dispendio suorum.

DCCCLXVIII.

Anno Dominicæ incarnationis 868 Nicolaus, sanctissimus et beatissimus papa, post multos pro Christo labores et post multa [316] pro sanctæ ecclesiæ inviolabili statu certamina, migravit (57) ad cœlestia regna, recepturus pro administrata fideliter sibi credita dispensatione a largissimo Domino immarcescibilem gloriæ coronam : de cujus Deo placitis actibus plura poterant dici relatu digna, nisi brevitati studentes, causas rerum magis summatim notare quam explanare [317] proposuissemus. Denique post beatum Gregorium usque in præsens nullus præsul in Romana urbe pontificali honore sublimatus illi videtur æquiparandus. Regibus ac tyrannis imperavit, eisque ac si dominus orbis terrarum auctoritate præfuit ; episcopis et sacerdotibus religiosis ac Domini mandata observantibus humilis, blandus, pius [318], mansuetus apparuit, irreligiosis et a recto tramite exorbitantibus terribilis atque austeritate plenus extitit, ut merito credatur alter Helias, Deo suscitante, nostris in temporibus exsurrexisse [319], et si non corpore, tamen spiritu et virtute [320].

Huic sanctissimæ memoriæ viro Adrianus in pontificatu successit. Quod cum Hlotharius rex certa relatione [321] comperisset, ei talia scripta direxit : « infausta relatio et inambigua [322] hactenus manens, ut ita dicamus, acriter nostræ serenitatis transverberavit aures, intimando quod beatæ recordationis domnus Nicolaus ab hac lachrymarum valle vocante Christo decesserit, cum sanctis ut credimus inæstimabiliter coronandus. Nec differt, ut omnis christiana religio de tanto pontifice doleat, et [323] omnis ordo ecclesiasticus [324] de prudentissimo papa ingemiscat ; revera nos potius deflemus, qui causas nostræ calumniæ et fraudulentas æmulorum nostrorum querimonias tam benigno patri æquitatis ac justitiæ lance ponderandas ac determinandas [325] ad tempus et in parte commisimus ; sed, quod lugubriter [326] replicamus, plus apud sanctitatem illlius valuere nostrorum [327] inimicorum insidiæ et simulatæ deceptiones, quam nostra simplex et pura defensio. Nos enim litteris et verbis indesinenter proclamantes et diversis legationibus eadem repetentes, humiliter postulavimus, ut nos et accusatores nostri juxta divinas et humanas leges sui pontificii [328] audientiam mereremur, ut ratio docet, nostram præsentiam exhibendo : sed semper repulsi sumus. » Et [329] post pauca : « Sed quia Deus omnipotens, princeps pastorum, in illa sancta sede vestri pontificatus apicem sublimavit, si tempus arriserit [330], vestrum multipliciter desideramus conspectum, et vestris [331] Deo dignis animari colloquiis, ac melliflua benedictione potiri [332]. » Et in fine ipsius epistolæ : « Interea modis omnibus obsecramus, ut de vestra optabili prosperitate litteris vestris celsitudinem nostram certam reddentes, caræ filiationis munus nobis impartiri [333-334] dignemini. »

Ad hæc supradictus papa rescripsit, sedem sancti Petri semper paratam esse dignam satisfactionem suscipere [335], nec quod divinæ humanæque leges juste decernunt, unquam repulisse ; itaque si se immunem ab objectis sciret, cum omni fiducia sedem apostolicam oporteret adire, ut expetitam benedictionem perciperet ; si autem culpam recognosceret, nihilominus absque hæsitatione venire festinaret, condigna pœnitentiæ remedia suscepturus.

His temporibus (58) gens Vulgarum [336] ferocissima ac bellicosa, relictis idolis abrenuntiatisque gentilium superstitionibus, in Christum ex permaxima [337] parte credidit, et abluta salutari baptismatis unda, in religionem christianam transiit. Directi sunt autem a sede apostolica in eandem gentem sacerdotes ac viri religiosi (59), qui populum adhuc rudem divinis informarent præceptis, et incultam barbariem sacris dogmatibus excolentes, Christo gratum habi-

VARIÆ LECTIONES.

[313] hlotharium *deest* 5. [314] clienteriæ 1 — 3. 5. 7 — 12. elienteriæ 4. [315] araniarum *corr.* a ranarum 1. a ranarum 3. [316] et post multa 1. 5. et post *deest* 2. 4. 5d. [317] explicare 4. [318] p. ac m. 7 — 12. [319] resurrexisse 5. exresurrexisse 2. [320] ut merito *usque* virtute *deest* 4. [321] certa relatione *deest* 7 — 12. *Epistolæ hujus non nisi argumentum refertur in* 4. [322] in ambiguo 1 — 3. [323] ut 11. 12. [324] *deest* 1 — 3. [325] terminandas 5. [326] lugubrius 5. [327] *deest* 5. [328] pontificatus 5c. d. pontifici 5c. [329] *deest* 5e. e. [330] tempus admiserit 3. [331] et nostris deo 5. [332] potiri in fine 1. 3. 6. [333-334] inpertire 2. [335] percipere 7. 9 — 12. recipere 8. [336] vulgarorum *cod. S. Godeh.* ulgorum 7. vulgorum 9 — 12. bulgarum 1. 5. bulgarorum 5d. [337] ex pro maxima 9. ex maxima 3. 10. christum pro maxima 1 — 3. 6. in pro maxima 7. et pro m. 5.

NOTÆ.

(56) A λύω et ἔντερα, idem quod dysenteria.

(57) Cf. Ann. Bertin. an. 867.

(58) Cf. Ann. Fuld. an. 866, 867 ; Ann. Bert. an. 866.

(59) Mense Augusto, indictione 14 ; id est an. 866 Cf. Nicolai I Vitam, cap. 68.

taculum præpararent. Ut ejus vere sanctæ devotionis opus prosperum obtineret effectum, Hludowicus, christianissimus rex, qui Germanis imperabat non mediocre præbuit supplementum [338]. Ferunt autem de hujus gentis rege, quod a tanta [339] perfectione post perceptam baptissimi gratiam cœperit, ut diebus ornamentis regiis indutus coram populo procederet, noctibus vero sacco vestitus [340] latenter ecclesiam intrans, super pavimentum ipsius basilicæ, subtrato tantum sibi cilicio, prostratus in oratione jaceret Non post multum tempus divina inspiratione commonitus [341] regnum terrenum dimisit, ut in cœlis æternaliter regnaret cum Christo; et ordinato in suo loco in [342] regem [343] filio suo majore [344] natu, comam capitis deposuit, habituque sanctæ conversationis sususcepto, monachus (60) effectus est, eleemosynis, vigiliis et orationibus die noctuque intentus. Interea filius ejus quem regem constituerat, longe a paterna intentione et operatione recedens, prædas cœpit exercere, ebrietatibus, commessationibus et libidinibus vacare, et omni conamine ad gentilitatis ritum populum noviter baptizatum revocare; quod cum pater audisset, nimio zelo accensus, sacrum habitum deposuit, et militiæ cingulum resumpsit, et cultu regio indutus, adsociatis sibi Deum timentibus, filium persecutus est : quem mox absque difficultate cepit, oculosque ejus effodit [345], et in carcerem misit; deinde convocato omni regno suo, filium juniorem regem constituit, interminatus coram omnibus similia fore passurum, si in aliquo a recta christianitate deviaret. His ita patratis, deposito cingulo et resumpto sanctæ religionis habitu, monasterium ingressus [346], in sancta conversatione reliquum vitæ præsentis [347] tempus duxit [348].

DCCCLXIX.

Anno Dominicæ incarnationis 869 Hlotharius Romam [349] profectus est, quo cum pervenisset, ab Adriano pontifice honorifice susceptus est. Qui ab eodem præsule sciscitatus, monita pii patris domni Nicolai cum omni vigilantia hactenus observata [350] haberet et præstitum jusjurandum inviolato fœdere custoditum [351], ab illo deceptus qui in veritate non stetit, qui non solum mendax est, sed etiam pater omnis mendacii, respondit se ita omnia observasse, ac si divinitus sibi essent imperata. Cumque proceres et optimates qui cum eo venerant, eadem testificarentur, nec ulla opposita persona inveniretur, quæ adversus regiam auctoritatem legitimum auderet controversiæ inire certamen, universalis papa talia prosequitur: « Si vestræ testificationis verbis veritas suffragatur, cum omni alacritate mentis omnipotenti Deo multiplices gratiarum actiones referimus. Restat ergo, fili karissime, ut ad confessionem sancti Petri accedas, ubi Deo propitio salutarem hostiam pro tua non tantum [352] corporis quam animæ incolumitate immolabimus, ex qua te nobiscum participare oportet, ut per hanc participationem membris Christi, unde abcisus videbaris [353], merearis incorporari. » Finita igitur missarum sollempnia [354], invitat summus pontifex eundem regem ad mensam Christi; acceptoque in manibus corpore et sanguine Domini, ita eum alloquitur : « Si innoxium te recognoscis a prohibito atque interdicto tibi a domno [355] Nicolao adulterii scelere, et hoc fixa mente statutum habes, ut nunquam diebus vitæ tuæ Waldradæ, pellicis tuæ, dudum a te repudiatæ, miscearis nefario concubitu, fiducialiter accede, et sacramentum salutis æternæ tibi ad remissionem peccatorum profuturum percipe : si autem tua conscientia te accusat et letali [356] vulnere sauciatum proclamat, aut iterum redire mente disponis in mœchiæ volutabro [357], nequaquam sumere præsumas, ne forte ad judicium et condemnationem tibi eveniat [358], quod fidelibus ad remedium præparavit divina providentia. » Qui mente captus, obduratus pariter et obcœcatus, absque retractatione communionem corporis et sanguinis Domini [359] de manu pontificis sumpsit, non expavescens illam sententiam quæ dicit : *Horribile est* [360] *incidere in manus Dei viventis. Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit.* Deinde conversus idem præsul [361] ad sequaces ac fautores regis, unicuique communionem obtulit in hæc verba : « Si domino ac regi tuo Hlothario in objecto adulterii crimine favorem [362] non præstitisti, neque consensum præbuisti, et Waldradæ et aliis ab hac sede apostolica excommunicatis non communicasti, corpus et sanguis Domini nostri Jesu Christi prosit, tibi in vitam æternam ! » Igitur quisquis in his læsum sciens ausu temerario communionem sub tali contestatione porrectam sumere præsumpsit, divino judicio percussus, ab hac luce subtractus est, antequam subsequentis

VARIÆ LECTIONES.

[338] sublevamen *cod. S. Godeh.* [339] quod in tanta 3. *cod. S. Godeh.* tanta 5 c. e. 7. [340] ceperit quod diebus sacro vestitus 5a. e. sacro vestitu 5c. d. sacco indutus *cod. S. Godeh.* [341] commotus 5. [342] *deest* 5. in suum locum *cod. S. Godeh.* 5. 7. 9. — 12. [343] rege 6. [344] ordinato . . . regem filium suum majorem 1. 5. rege filio suo qui erat major 3. *cod. S. Godeh.* [345] cepit oculisque erutis in 7. 9. — 12. [346] in monasterium i. 1 — 3. 6. ad m. regressus 4. [347] præsentis *deest* 2. [348] deduxit 7. [349] hloth. rex roman 7. [350] diligentia hactenus conservata 7 — 12. [351] custoditum quod ab 1. 2. 5. qui ab 3. 6. 7. 9 — 12. [352] non tam corporis 3. 4. 5c. e. [353] a. esse videbaris 5. abscisus 5e. d. e. 6. [354] finitis i. m. sollempniis 4. 7 — 12. finitis i. m. solennibus 5c. d. finito i. m. officio 3. [355] *deest* 5. [356] te accusat te letali 5c. d. [357] volutabrum 4. 5c. d. 7 — 12. [358] tibi adveniat 2. 3. 4. 5. 6. 11. [359] *deest* 7. 9 — 12. [360] *deest* 1. 2. 5. [361] isdem præsul 1. [362] fautorem 2 5.

NOTÆ.

(60) Nondum erat monachus anno sequenti ; nam legatus ejus synodo Constantinopolitanæ interfuit anno 869. BOUQUET.

anni rediret principium; perpauci qui se a communione substraxerunt, vix mortis periculum evaserunt [363].

Porro Hlotharius Roma egressus, morbo corripitur, et Placentia civitate [364] perveniens, diem clausit extremum 6 Idus August. Tanta autem strages in præfati regis populo facta est, ut non peste perisse, sed hostili gladio corruisse virtus ac nobilitas totius regni videretur, quæ eo tempore tantæ fœcunditatis erat, ut in modum densarum segetum pullulans, veluti quodam examine [365] imperii fines [366] repleverit.

Carolus [367], certa relatione comperiens Hlotharium regem obisse, mox regnum illius occupare [368] nititur, Mettisque [369] perveniens, ab Adventio, præfatæ urbis episcopo, et nonnullis [370] aliis primoribus favorabiliter exceptus, in regnum sublimatur [371], indeque digrediens, Aquisgrani palatium ingressus est, eo quod sedes regni [372] esse videretur. Ubi multo plures ad eum confluxerunt [373].

Carebat autem ea tempestate urbs Trevirorum et Colonia Agrippinensis pontificibus; siquidem, ut præmisimus, amborum præsules in Italia ad hac luce subtracti sunt. Inito autem rex cum optimatibus consilio, Bertulfum, nepotem [374] supradicti Adventii episcopi, ecclesiæ Trevirorum præfecit. Actum [375] est autem, ut iste vir episcopalem obtineret dignitatem, interventu et ope prædicti Adventii, qui eo tempore [376] plurimum apud regem poterat [377], eo quod illi assentando in adipiscendis regni negotiis ambitiosius faveret.

Porro Coloniæ Agrippinæ rex Hilduinum [378] abbatem præponere [379] tentavit in pontificali cathedra, fecitque a Francone [380], episcopo Tungrensis [381] dioceseos, in Aquis palatio presbyterum ordinari ad titulum sancti Petri prædictæ metropolis.

Dum hæc in regno Hlotharii aguntur, Hludowicus rex infirmitate detentus, in Bajoariorum finibus lecto decumbebat. Audiens itaque a fratre sæpedictum regnum taliter invasum, ægre tulit, et cum omni festinatione legatos direxit, qui eum obnixe rogarent, ut ab hac temeraria invasione cessaret, nec solus [382] indebita præsumptione usurparet, quod utrisque hæreditario jure æqualiter competebat; regno [383] decederet [384], quousque Deo pristinam sospitatem [385] reddente, venire posset, ut pariter colloquerentur, et de ejusdem regni statu [386] quod justitiæ et æquitatis jura dictabant, pari voluntate decernerent. His cum tali mandato præmissis, interim Liudbertum [387], archiepiscopum Magontiacæ [388] urbis, occulte Coloniam dirigit hortaturque, ut omni arte satageret ordinationem Hilduini prævenire, et ex ipsius civitatis clero episcopum consecrare studeret [389] per electionem civium. Qui, assumptis secum aliis episcopis, recto itinere Diuza [390] castrum pervenit, et formidans ne forte insidiæ sibi a Caroli fautoribus molirentur [391], nequaquam Rhenum transiit, sed destinatis missis, mandavit ut honestiores ex clero et nobiliores ex populo sibi ad idem castrum occurrerent. Illis jussa complentibus, episcopus ex parte regis eos alloquitur, ut sibi consulerent, et quam citius ex proprio grege [392] præsulem eligerent; se ad hoc destinatum esse, ut quemcunque communi consilio præficiendum decernerent, statim consecraret. Ad hæc illi respondent, Hilduino episcopatum [393] esse datum, jamque presbyterum ad ipsam sedem ordinatum, omnesque pene manibus datis ejus dominationem susceptam haberent, nulla ratio permitteret [394] ut alium eligerent. Quibus ille econtra: *Si electionem vobis* [395] *a rege concessam despicitis, in arbitrio et potestate regis est, quem vobis velit dare episcopum* [396]*; tamen pro certo scitote, quod ante triduum alium quam Hilduinum habebitis* [397] *episcopum*. His auditis unanimiter elegerunt Willibertum, venerabilem virum, quem nimium renuentem ac refugientem ordinavit (61), prædictus [398] antistes, cum aliis consacerdotibus, et cum omni clero et populo Rheni fluenta transfretavit, et eum honorifice in sede [399] pontificali imposuit, omnibusque rite peractis, sub [400] omni [401] celeritate recessit. Carolus comperta ordinatione nimio furore accenditur, ac mox Coloniam proficiscitur; quippe dum hæc agerentur a missis Hludowici, Hilduinus apud Aquis [402] palatium in regio [403] obsequio morabatur. Willibertus episcopus et omnes qui in ejus ordinatione [404] consenserant, Rhenum transeuntes sævitiam regis declinaverunt. Rex cum neminem reperisset, in quem suas injurias ultum ire posset [405], via qua venerat regressus est. Interea iterum legati a Hludowico mittuntur, orantes ut a regno discederet; sed cum

VARIÆ LECTIONES.

[363] evasere 7. 9-12. [364] placentiam civitatem 2. 3. 5 — 12. [365] quoddam examen 4. 5. [366] fines imperii 7. — 12. impleverit 1 — 3. 5. 6. [367] *Carolus hic et aliis in locis Calvus audit* 4. [368] mox i. o. ditionem n. 5. [369] mitasque 1 — 3. 6. 8. [370] nonnullis *deest* 4. 7 — 12. [371] sublimatus 5. [372] sedes regis 5. [373] confluxere 5. [374] bertulfum s. a. propinquum 3. [375] Actum *usque* faveret *deest* 4. Dictum 1. 2. 5. [376] quia eo tempore 3, 4. [377] plurimum apud eum valuit 7 — 12. [378] hildouinum 7 [379] abbatem præferre 7 — 12. a. præficere [380] francione 2. [381] tungrensi episcopo in 7 — 12. [382] nec solus *usque* decederet *deest* 4. [383] sed regno d. 3. [384] discederet 7 — 12. [385] (pristinam) sanitatem 7 — 12. [386] statu regni 7. 9 — 12. [387] luidpertum 3. 5. luitpertum 10. luipertum 7. lutbertum 9. 11. 12. [388] mogoncianæ 9 — 12. moguntiæ 1. 3 ? 5. magonciæ 2. [389] studeret *deest* 7. 9 — 12. (4. 8.) [390] duizam 3. 6 — 12. diuza 1. 2. duiza 5a — d. [391] fautoribus struerentur 5c. e. [392] grege sibi 7. 9 — 12. hilduinum episcopum 5. [393] ratione permitterent 5. [394] nobis... nobis 5. [395] tamen.., episcopum *nonnisi in* 4. 6. 8. [396] habetis 6. [397] prædictus *deest* 7. [398] eumque honorifice sedi 7. 9 — 12. [399] *deest* 7 9 — 12. [400] peractis ad sua omni 5c. [401] aquas 1. 3. 4. 5c. [402] in regis 7 — 12. [403] ordinationem 5. [404] ulcisci posset 4. 5.

NOTÆ.

(61) Anno 870, XVII Kal. Febr. Cf. Ann. Colon.

minime acquiesceret, novissime Liudbertum archiepiscopum et Altfridum [406] episcopum (62) de Saxonia [407], prudentissimum virum, Hludowicus legatos dirigit, mandans ut unum e duobus eligeret, aut cito a regno recederet [408], aut sibi cum fratre pugnandum foret. Qui eum tanta ingenii arte tantaque constantia aggrediuntur, ut absque dilatione recederet, et in proprio regno se reciperet. Post hæc supradicti reges conventum celebrare disponunt, in loco qui dicitur Marsana (63), juxta Mosam.

DCCCLXX.

Anno Dominicæ incarnationis 870 [409] Hludowicus et Carolus una cum optimatibus et proceribus suis ad Marsanam venientes, regnum quondam Hlotharii æquis partibus inter se [410] diviserunt. Qualiter [411] autem hæc divisio [412] facta sit, quia omnibus pene notum est [413], supervacuum diximus adnotare.

Carolus, conventu absoluto, ad Heristellium [414] perrexit, quia ei idem [415] palatium in parte acciderat; Hludowicus vero ad Aquis [416] palatium rediit, ubi duobus fere mensibus lecto decubuit, adversa valitudine præventus.

Denique cum a partibus orientis veniens Ribuariorum terminos intrasset, in quandam regiam villam, nomine Flameresheim [417] (64), ad hospitium divertit, cumque solarium domus conscendisset stipatus obsequentium multitudine, repente ipsum solarium, quod nimia vetustate erat [418] putredine resolutum, trabibus fractis corruit, et inter ruinas ejus rex graviter attritus est, ita ut duæ costæ ejus a sua compage [419] disjungerentur. Et cum omnes accurrissent, eumque perisse arbitrarentur, ipse a loco in quo ceciderat surgens, suis se repræsentavit, asserens se nihil mali passum, et ultra quam credi potest dissimulato [420] languore, sequenti die contra fratrem ad Marsana [421] proficiscitur. Tanta hujus principis duritia, tanta animositas fuit, ut cum etiam fragor fractarum costarum adinvicem collidentium a nonnullis audiretur, nemo tamen propterea audierit [422] eum suspirium trahentem vel gemitum emittentem.

Per idem tempus [423]: (65) Carolus Carolomannum, filium suum, oculis privavit. Siquidem prædictus rex ex Hirmindrude [424] regina tres filios susceperat, Carolum scilicet, Carolomannum et Hludowicum; sed duo ex his infeliciter perierunt; nempe Carolus levitate juvenili ductus, temptare [425] volens Albuini, fratris [426] Bivini [427] et Bettonis audaciam ac sæpe laudatam constantiam, alium se esse simulans, cum ex venatione vespertinis horis idem Albuinus quadam die reverteretur, super eum solus impetum fecit, veluti equum in quo sedebat [428] violenter ablaturus. Ille nihil minus existimans quam filium regis, evaginato gladio ex adverso eum in capite percussit, moxque terræ prostravit, deinde multis vulneribus confossum semivivum reliquit, arma pariter et caballum secum [429] auferens; debilitatis [430] ergo membris, ac vultu deformatus, pauco tempore supervixit. Albuinus, cognito quod filius regis [431] esset, in quem talia exercuerat, celeriter aufugit mortisque [432] periculum declinavit [433].

Porro Carolomannus cum adhuc esset puerulus, jussu patris attonsus, clericus effectus est, dehinc [434] procedente tempore ad diaconatus officium, quamvis invitus atque coactus, in præsentia genitoris ordinatus est, legitque publice evangelium, et pontifici missam celebranti juxta morem ministravit. Post hæc per apostasiam recedens ab ecclesiastica religione, abiciens ac spernens [435] negligenter gratiam quæ ei data erat per impositionem manus, alter Julianus efficitur. Collecta quippe prædonum non modicatur turba, ecclesias Dei cœpit devastare, ea qua pacis sunt impugnare, cuncta diripere, et inaudita mala perpetrare; pro quibus cum crebro a patre correptus fuisset, nec tamen ullatenus a cœpta pravitate [436] cessaret, novissime ex præcepto patris ei oculi eruuntur [437], ut supra meminimus; justo Dei judicio lucem exteriorem amittens, qui interiorem, quæ Christus est, a suo pectore effugaverat, in tenebras exteriores missus, qui interioribus sua sponte se tradiderat [438]. Orbatus [439] itaque Hludowicum avunculum [patruum 4, 7-12] suum adiit, miseriarum [440]

VARIÆ LECTIONES.

[406] adalfridum 7. [407] de saxonia hildem hemensem *cod. S. Godeh.* [408] discederet aut 7 — 12. *ita et codex Frising. cf. Aretin Beitrage z. Gesch. u. Lit. Bd.* 7. *p.* 240. [409] *anni numerus* 871 *in cod. S. Godehardi; qua ratione et numeri* 871, 872, 874, 876, 877, 878, 880, 889. *aucti.* [410] inter se partibus. 7. 9 — 12. (8). [411] qualiter *usque* adnotare *deest* 4. [412] divisio hæc 7. 9 — 12. [413] notum sit 5. [414] haristallium 7 — 12. [415] quia eidem 5. p. ei in 7. 9—12. idem ei p. 8. [416] aquas 5. [417] flamersheim 5. [418] vetustate et putredine r. fuerat 5—12. [419] compagine 7. 9—12. [420] simulato 5 d. [421] die obviam fratri marsanam 7. (8). 9—12 [422] propter hoc audiret 5. 7. nemo tamen senserit eum propter hoc condoluisse. Per 11. 12. (9. 10.) [423] Per idem tempus *et reliqua usque in finem anni, in codice* 8. *anno* 873 *Adalgisi fugam sequuntur*. Per id tempus 5. [424] hirmandrude 5a. d. irmandrude 7. 9. irmendruda 10. irmindrude 11. 12. hirmentrude 4. [425] perierunt, unus temptare 7. 9—12. [426] fratris Bivini *deest* 1—3. 5. 6. [427] buuini 9. buouini 11. 12. [428] sedebat *deest* 2. 5. [429] caballum suum secum 5. [430] debilitatis 7 — 12. [431] regis filius 4. 5. [432] aufugiendo mortis 2. 5. 6. 7. 9—12. [433] periculum devitavit 7. 9—12. [434] est deinde 5. 7. 9—12. [435] abiciens et spernens 7. 9—12. [436] a cœpta pravitate desisteret *cod. S. Godeh.* ullatenus accepta pravitas 5. [437] oculi eruti sunt 7. [438] in tenebras *usque* tradiderat *deest*, 4. [439] orbatusque 5. [440] miseriarum et *deest* 4.

NOTÆ.

(62) Mildesheimensem.
(63) *Mersen.*
(64) Vicus ignotus.
(65) Anno 873. ann. Bertin.

et calamitatum [441] suarum ærumnas apud eum lugubriter deplorans [442]; ille miseratione motus, Absternacum [443] (66) monasterium sancti Willibrordi [444], ei ad subsidium vitæ præsentis concessit, ubi non multo post tempore mortuus est et sepultus [445].

DCCCLXXI.

Anno Dominicæ incarnationis 871 Adrianus (67) papa migravit ad Dominum, et Johannes summi pontificii culmen [446] adeptus est.

His diebus Adalgisus, dux Beneventanus, Græcorum persuasionibus corruptus, adversus Hludowicum imperatorem manum levavit. Etenim ejus hortatu plurimæ civitates provinciarum Samnii, Campaniæ et Lucaniæ a Hludowico recedentes, Græcorum dominationi se subdiderunt. Quibus cognitis, imperator in provincia Samnitica [447] exercitum transfert, petiturus harum provinciarum caput Beneventum [448], ditissimam et opulentissimam civitatem. Adalgisus adventare exercitum sentiens, timore perterritus ad callida argumenta convertitur, et Benevento egressus imperatori ultro se offert, paratum se esse et semper fuisse ad ejus obsequium profitetur, numquam defectoribus se assensum [449] præbuisse juramento confirmat; deinde muneribus regem sibi conciliat, ac mox in pristinam recipitur gratiam. Imperator in Campaniam et Lucaniam ad civitates quæ defecerant copias transponit, quas absque difficultate in deditionem recepit, excepto [450] Capuam, quæ, quia quadro [451] lapide erat constructa, audaciam repugnandi civibus præbuit. Cingitur [452] itaque obsidione, omnisque aditus intrandi vel exeundi [453] penitus intercluditur, regio [454] in circuitu vastatur, cuncta hostili rapacitate diripiuntur; novissime vites, oliveta [455] et ceteræ [456] fructiferæ arbores radicitus exciduntur. Capuani, desperatis rebus, episcopum civitatis adeunt, corpus sancti Germani episcopi, cujus animam venerabilis pater Benedictus in sphæra ignea [457] ab angelis in cœlum viderat deferri [458], in feretro levant, et sic portis apertis supplices castra imperatoris petunt, orantes ejusdem sancti interventu sibi veniam largiri. Augustus, ut totis pietatis visceribus affluebat, misericordia motus, erratus atque excessus [459] benigne indulsit, præcepitque exercitui ab excidio retrahere manum [460]. Expulsis itaque Græcis, custodes ex numero satellitum in civitatibus quas receperat locat, et sic Beneventum [461] proficiscitur, ubi aliquantisper decreverat immorari. Exercitus longa civitatum obsidione fatigatus, genitale solum cœpit suspirare, post emensos labores quietem desiderare [462], conjugum [463] ac liberorum dulces amplexus [464] ante oculos mentis reducere [465], et hac ex causa paulatim cotidie [466] diffluere. Interim Adalgisus [467], ut erat callidus ingenio, imperatorem alloquitur, cur vires suorum, nullis existentibus causis, profligaret, cur agros villasque suæ ditioni subditas hostiliter depopulari permitteret; oporteret, ut et fessis optata quies concederetur [468], et regio quæ jam pene [469] devastata erat, clementia principis salvaretur. Flexus his suggestionibus, imperator exercitum [470] pro maxima parte absolvit et ad propria redire [471] permisit; ipse cum [472] paucis in eodem loco remanet, nil adversi suspicatus [473]. Adalgisus regem destitutum suorum viribus [474] cernens, jamdudum conceptam iniquitatem parturit, et cum suæ conspirationis sectatoribus [475] palatium, in quo imperator meridie quiescebat, occupare nititur. Rex a strepitu et clamore irruentium excitatus, lecto desilit, arma corripit, cum perpaucis corporis sui custodibus ad ostium domus turbatus repentina irruptione, procedit, aditumque ferro intercludens, hostem a liminibus arcet. Adalgisus sentiens non sine discrimine ostia domus, esse penetranda, ab introitu pedem retrahit, palatiumque flammis jubet exuri. Interea rex dextras [476] sibi dari petit, pacemque obnixe deposcit; cui responsum est, non aliter petita impetraturum, nisi prius jurejurando devovisset, nunquam se diebus vitæ suæ Beneventi fines intraturum neque ex calumnia quam tunc patiebatur, vindictam aliquando exacturum. Allatis itaque sanctorum pignoribus, necessitate constrictus sacramentum quod ab eo exigebatur juravit, statimque postera die a Benevento [477] exivit.

DCCCLXXII.

Anno Dominicæ incarnationis 872 Hlodwicus (68) imperator Romam venit, ibique conventum celebrans, coram summo pontifice multa super Adalgisi tyrannide conquestus est. Tunc [478] a senatu Romanorum idem Adalgisus tyrannus atque hostis reipublicæ declaratur, bellum etiam [479] adversus eum decernitur. Joannes [480] papa imparatorem a jura-

VARIÆ LECTIONES.

[441] et calamitatum *deest* 7. 9—12. [442] deplorans qui m. 7. 9—12. [443] afternacum 3. absternatum 5. absternacum 1. 2. 4. epternacum 7. 9 — 12. [444] willibrodi 1 — 3. 5. 6. [445] mortuus et sepultus 5c. [446] pontificis culmen 5. culmen pontificii [447] provinciam samnitum 5c. [448] peritus harum provinciarum capit beneventum *cod. S. Godeh.* [449] defectoribus assensum 7. 9 — 12. [450] excepta 4. 5c. 8. [451] quadrato 2. 3. 5. 6. 7. [452] præbuit. circumcingitur obsidione 7. [453] vel exeundi *deest* 5. [454] regio *deest* 5. [455] vites et oliveta et 5d. [456] oliveta ceteræque 7 — 12. [457] in spera ignea 4. 7. (8) 9 — 12. [458] videt deferri 7. 9—12. [459] reatus atque excessus 1. erratis atque excessui 5c. [460] manum retrahere 7. (8.) 9—12. [461] et sic in beneventum 7. 9—12. sic *deest* 1—3. 5. 6. [462] desyderare 5. [463] conjugium 5a. [464] amplectus 5d. [465] revocare 5. [466] cotidie paulatim 7—12. [467] interea adalgisus 7—12. [468] optata concederent 5. concederetur 2. [469] quæ pene 5d. 7. [470] exercitum et pro 5. ex maxima parte 7. ex permaxima parte 4. [471] propria repedare 1—3. 5. 6. [472] ipse vero cum 7—12. [473] nil mali suspicatus 7—12. [474] suis viribus destitutum 5c. [475] sectoribus 5. [476] rex indutias 5. [477] a benevento postera die 7—12. [478] tunc *deest* 1. 2. 7. [479] etiam *deest* 1. 2. [480] joannes autem papa 7—12.

NOTÆ.

(66) *Efternach* prope Treveros, ubi S. Willibrordus sepultus erat.

(67) Cf. Ann. Bertin. an. 872.

(68) Hæc anno 873 facta sunt, siquidem Joannes papa mense demum Decembri anni 872 ordinatus est.

mento quo se obligaverat, auctoritate Dei et sancti Petri absolvit, adfirmans nihil sibi [481] obesse, quod ob mortis periculum evadendum coactus fecerat, nec sacramentum esse dicendum, quod contra salutem republicæ, quamvis cum multis exsecrationibus, fuerit prolatum [482]. His exhortationibus principis animum [483] ad rediviva certamina provocat. Tamen, ne a suis perjurus diceretur, nequaquam ipse contra tyrannum procedit, sed reginam cum exercitu dirigit. Adalgisus, certis [484] indiciis colligens, bellum adversum se summis viribus [485] parari, hostemque se ac tyrannum esse denunciatum, suæ nequitiæ conscius metu percellitur [486], et spem vitæ in fuga ponens, in Corsicam insulam secessit, ibique ad tempus delituit [487].

DCCCLXXIII.

Anno Dominicæ incarnationis [488] 873, locustarum inæstimabilis multitudo mense Augusto ab oriente veniens, totam pene pervastavit Galliam. Quae majores erant quam cæteræ locustæ, habebantque [489], sena alarum remigia, et, mirum dictu [490], ut castrorum acies distinctis ordinibus per aera ferebantur, vel terræ incumbentes castra metabantur [491]. Duces cum paucis exercitum itinere unius diei præibant, quasi loca apta multitudini provisuri. Circa horam nonam, ubi duces pridie venerant, insidebant, nec a loco occupato movebantur, quousque sol suum repræsentaret ortum; tunc per turmas suas proficiscebantur, ut in parvis animalibus disciplinam militarem cerneres. Segetibus vescebantur, quæ ab eis ita depastæ sunt, ut veluti immani tempestate consumptæ viderentur. Spatium diurni itineris quatuor aut quinque milibus [492] extendebatur. Pervenerunt autem usque ad mare Britannicum superficiem [493] terræ cooperientes, in quo [494], Deo volente, violento ventorum flattu [495] impulsæ, atque in profundum absportatæ dimersæ [496] sunt. Æstu vero atque refusione oceani rejectæ, litora maritima repleverunt, tantaque congeries facta est, ut ad instar [497] montium cumulatæ coacervarentur: ex earum fœtore ac putredine aer corruptus, diram pestem finitimis generavit, ex qua multi perierunt [498].

Per idem tempus Carolus Andegavensem obsidebat urbem. Denique Nordmanni postquam Rodbertum et Ramnulfum, et alios nonnullos [499] generosæ stirpis viros, qui patriæ terminos armis tuebantur, Deo habitatoribus terræ adversante, occiderunt, cum nemo inveniretur qui eorum violentiæ A [500] resisteret, sollicitati [501] paucarum civitatum vel regionum direptione, ex præda singularum [502], quantæ opes universarum essent animo prospicientes, Andegavis civitatem, civibus fuga dilapsis, vacuam reperientes, ingrediuntur; quam cum munitissimam et pro situ loci inexpugnabilem esse vidissent, in lætitiam effusi, hanc suis suorumque copiis tutissimum receptaculum adversus lacessitas bello gentes fore decernunt. Protinus navibus per Medanum (69) fluvium deductis muroque applicatis, cum [503] mulieribus et parvulis veluti in ea habitaturi intrant, diruta reparant, fossas vallosque [504] renovant, et ex ea prosilientes, repentinis incursionibus [505] circumjacentes regiones devastant. Quod cum Carolo tam perniciosa pestis in B visceribus regni interclusa nunciata esset, illico ex omnibus regni quæ suæ ditioni parebant, veluti ad commune incendium exstinguendum exercitum colligit, atque castris in circuitu positis, civitatem obsidione cinxit. Et quia Medana fluvius a partibus Brittaniæ urbis murum adluebat [506], Salomoni regi Brittonum mandat, ut, contractis auxiliis, citius adventaret, ut communem hostem communibus viribus expugnarent. Qui, assumptis secum multis Brittonum milibus, super ripam fluminis Medanæ tentoria figit. [507] Igitur ex omnibus partibus urbe obsidione circumdata, multis diebus undique summa virtute dimicatur, et nova et exquisita machinamentorum genera applicantur, sed conatus regis prosperitatis effectum [508] non obtinuit, quia C et loci facies non facilem præbebat accessum, et paganorum valida manus, quia pro vita res erat, summo resistebat conamine. [509] Exercitus [510] immensae multitudinis cum longæ obsidionis tædio, fame et gravi pestilentiæ morbo attereretur, cernentes Brittones urbem inexpugnabilem, conati sunt fluvium a suo alveo derivare, ut, exsiccato naturali meatu, naves Nordmannorum invadere possent. [511] Cœperunt itaque fossam miræ profunditatis ac latitudinis aperire, quæ res tantum formidinis [512] metum Nordmannis ingessit, ut absque dilatione ingentem pecuniam Carolo pollicerentur, si, soluta obsidione, eis ex suo regno liberum præberet egressum. Rex, turpi cupiditate superatus, pecuniam recepit, et ab obsidione [513] recedens, hostibus vias [514] patefecit. Illi, conscensis navibus, D in Ligerim revertuntur, et nequaquam, ut spoponderant, ex regno ejus recesserunt; sed in eodem loco manentes, multo pejora et immaniora, quam antea fecerant [515], perpetrarunt [516].

VARIÆ LECTIONES.

[481] sibi *deest* 5. [482] fuerit probatum 2. 5. [483] animus... provocatur 5. [484] *deest* 9—12. [485] visceribus 2. 5. [486] metu perterritus 5. [487] latuit 5. 7 — 12. [488] incarnationis 874, 1. 2. 3. 5. 8. 9 — 12. *Tota narratio de locustis deest* 4. [489] habebant 7. 9 — 12. [490] dictu est ut 5. [491] metebantur 2. metiebantur 5. [492] miliaribus 5. [493] br. et superficiem 5 c. e. [494] quod 1. 3. 5 c. e. [495] flatu ventorum 7. 9—12. [496] demersæ 5. 8. [497] ut instar 7 — 12. [498] ex qua m. p. *deest* 7 — 12. [499] nonnullos *deest* 5. [500] inviolentiæ 2. [501] sollicita 7. [502] regionum deceptione 1 — 3. 5. vel regionem direptionem et ex præda singula 7. [503] muroque applicatis cum *deest* 1 — 3. 5. [504] vallumque 1. 3. 5 c. e. vallesque 7. [505] repentinis cursionibus 5 c. d. [506] abluebat 5. [507] fixit 1 — 3. 5. 6. [508] affectum 5 a. [509] conamine resistebat. 7. [510] exercitus vero cum 4. 9 — 12. [511] invadere non possent 5 c. [512] tantæ formidinis 1—5. [513] et obsidione 7—12. [514] viam. 4. 5. [515] fecerant fecerunt 4. fecerunt 5. 7. 9—12. [516] perpetrarunt *deest* 5. 7.

NOTÆ.

(69) *Mayenne.*

## DCCCLXXIV.

Anno Dominicæ incarnationis 874, Hludowicus imperator, qui Italiæ regnum regebat, moritur (70). Fuit vero iste princeps pius et misericors, justitiæ deditus, simplicitate purus, ecclesiarum Dei [517] defensor, orphanorum et pupillorum pater, eleemosynarum largus largitor, servis Dei humiliter se submittens [518], ut justitia ejus maneret in seculum [519] et cornu ejus exaltaretur in gloria [520].

Eodem anno Salomon, rex Brittonum, a Pasquitano [521] et Vurfando [522], ducibus suis, dolo interficitur; post cujus mortem cum hii duo regnum ejus inter se dividere vellent, sed in divisione dissentirent, eo quod maxima pars Pasquitani partibus faveret, bellum ab utrisque summis viribus instauratur. Pasquitanus, quanquam majore multitudine abundaret, Nordmannorum tamen auxilia pecunia conducit, eaque ad supplementum virium suo exercitui miscet, et mox contra æmulum ad pugnam proficiscitur. Vurfandi satellites [523] videntes vires regni ad Pasquitanum concessisse, cœperunt ab eo diffugere, ut vix mille cum eo in acie remanerent, qui et ipsi cæperunt suadere ut secederet [524] mortisque periculum declinaret; se cum paucis innumeram multitudinem sustinere non posse. Ad haec ille respondit: *Absit*, inquit, *optimi commilitones, ut hodie faciam quod nunquam feci, scilicet ut inimicis meis terga vertam, et gloria* [525] *nominis nostri infametur. Melius est* [526] *nobiliter mori, quam ignominia vitam servare; nec diffidendum de victoria; fortunæ vires cum hostibus experiamur. Neque enim salus est in multitudine, sed potius in Deo.* Hujuscemodi exhortationibus animatis sociis [527], super triginta et eo amplius, ut ferunt [528], adversariorum milia irruit [529]; clamor in cœlum tollitur, pugna summa viriute conseritur. Vurfandus cum suis [530], confertissimam [531] hostium aciem irrumpit, et veluti herba pratorum recisa ante acumen falcis cadit, et uberrimæ segetes, procella tempestatis desæviente [532], prosternuntur, ita ferro cædit sternitque omnia. Raro in illo [533] regno in ullo prœlio tantum sanguinis fusum est. Pasquitanus, ut mactari suos more pecudum vidit, cum paucis, quos gladius necdum consumpserat, fugit. Porro Nordmanni, qui in auxilium fuerant convocati, monasterium sancti Melani [534] episcopi ingressi sunt, ibique se more solito communiunt, et succedente nocte fuga dilapsi, ad naves revertuntur. Fuit vero

A gestum hoc prælium in campis juxta civitatem Redonis [535] (71). Erat hic Vurfandus genere inter suos clarus, sed virtutum experimentis [536] nobilitate clarior, quæ tanta fuit in illo [537] ut animi magnitudine viriumque gloria inter suos, ut diximus, nulli videretur [538] esse secundus; ad cujus audaciam mentisque constantiam demonstrandam unum et multis ponere placuit. Nam Salomon [539] rex cum [540] hyemis tempore aliquando contra Nordmannos castra posuisset, ut ab eorum incursione fines regni sui tueretur [541], ibique multis diebus resideret, quadam die cum sermo inter socios teneretur de audacia et duricia Nordmannorum, prædictus [542] Vurfandus se [543] ultra vires præsumens arroganter jactavit, si rex cum exercitu

B recederet, se tantummodo audere cum suis in eodem loco remanere, et tribus diebus post discessum [544] regis immorari. Distabant vero castra Brittonum a Nordmannorum classe tantum octo milibus [545]. Nuntiata sunt verba quæ Vurfandus quasi leviter protulerat, nescio a quo, Hastingo, duci paganorum [546]. Non multo post interjecto tempore, datis [547] quingentis vaccis, Salomon pacem cum Nordmannis fecit, et acceptis obsidibus cum redire in regnum disponeret, legatus Hastingi eum taliter alloquitur: *Nuntiatum est domino meo, te tantum virum habere, qui se jactet, quod, te recedente, solus* [548] *cum suis hoc in loco audeat remanere. Si ergo tantus est quantus sibi videtur, incunctanter remaneat, quia dominus meus vult*

C *eum videre, audacisque viri desiderat notitiam habere.* Interrogatus autem Vurfandus a rege, utrum tale aliquid professus esset, respondit se talia dixisse, et hæc eadem factis velle [549] probare; protinusque licentiam ibi remanendi petit. Cum a principe objurgaretur [550], cur tam fatua obstinatione detentus, pro verbis inaniter in ventum [551] prolatis vellet mori suosque morti tradere, nullatenus acquievit, asserens, nisi remanendi [552] licentiam daret, nequaquam illi fidelis in reliquum foret. Sed cum Salamon inrevocabilem [553] ejus animum perspexisset, dare ei solatium ex suis satellitibus voluit; quod renuit suscipere, affirmans, si alios quam suos secum haberet, jam non essent vera quæ spoponderat. Rex cum omnibus copiis in

D regnum recessit, et Vurfandus in eodem loco cum ducentis fere [554] viris remansit, ibique quinque diebus expectavit. Sexta nocte Hastingus quendam captivum absolvit a vinculis [555], et eum ad Vurfan-

VARIÆ LECTIONES.

[517] *deest* 5. [518] servorum dei humilis servitor 1 — 3. 5. [519] seculum seculi 5. [520] exaltaretur in secula 7. 9 — 12. [521] parquitano *et* partiquano 7. pastiquano 8 — 12. *constanter*. [522] wurfando *constanter* 11. 12. [523] vurfandi milites vid. 6. [524] secederent... declinarent 5. [525] vertam ut gloria 5 c. e. [526] *deest* 1. 2. 5. 6. [527] animati socii 5 c. e. animarum sociis 5 a. d. [528] ut referunt 6. [529] irruunt 4. 5. [530] suis in c. 3. 5c d. [531] consertissimam 5 d. [532] sæviente 4. [533] ullo 1 — 3. 6. [534] melanii 7 — 12. menelai *cod S. Godeh.* [535] rodonis 2. 5. [536] experimentis *deest* 3. experimentis et n. 4. 5. [537] in illo fuit 4. [538] videatur 2. 5 a. d. [539] nam cum salomon r. h. 5. 8. [540] cum *deest* 1. 2. 7. [541] sui tueretur prædictus vurfandus 4. [542] *deest* 5. [543] *deest* 6. [544] decessum 3. 5. 7. dicessum 2. excessum 9 — 12. [545] miliaribus 5. [546] paganorum duci 4. 7 — 12. [547] datisque 5. [548] solis cum suis 1. [549] eadem facere velle 1 — 5. [550] objurgatus 5. [551] proverbiis inaniter inventum 5. [552] manendi 6 — 12. [553] salomon irrationabilem *codex S. Godehardi*. [554] ducentis ferme 7. [555] absolutum a vinculis ad 7.

NOTÆ.

(70) Obiit anno sequenti.

(71) *Rennes*.

dum direxit, mandans ut sibi ad vadum cujusdam torrentis inter tertiam et secundam [556] supervenientis diei horam [557] occurreret, ut mutuis colloquiis fruerentur. Qui, nihil cunctatus, arma corripere sociis imperat, et ad conditum locum absque mora pergit, prospiciensque vadum torrentis inter suos et adversarios quasi limitem fore, nullo modo ibi consistere voluit, sed transvadato gurgite ultro obviam hostibus procedit. Nordmanni admirantes animositatem et audaciam [558] viri, ab eo declinaverunt, nec eum bello lacessere [559] ausi sunt. Ille autem usque [560] ad horam sextam [561] intrepidus expectans, cum neminem adversæ partis [562] venire cerneret, cum suis ad propria reversus est. Nec illi animus minus in mortem invictus quam in hostem fuit. Denique post peractam victoriam morbo gravatus [563] ad extremum deducitur; cujus invaletudinem [564] cum persensisset Pasquitanus, resumptis viribus fautores ejus bello aggreditur [f. ipsius 6 aggredi parat 6-12]. Qui timore perterriti [565] ad ducem confugiunt, et cum lachrimis ei minas Pasquitani aperiunt, petentes contra imminens periculum consilium. At ille hortatur ut adversus hostem audacter [566] procedant suum vexillum ferentes, polliceturque victoriam. Qui cum respondissent, sine ejus præsentia non audere cum adversariis congredi, spiritum qui una cum viribus corporis jam pene effugerat resumens, quia nec pedibus neque [567] equo poterat ire, jubet se in lecto portari, et ante aciem inimicorum exponi, et sic subire certamen. Quod cum satellites fecissent [568], mox hostes in fugam versi sunt. Patrata victoria, eum cum reportare vellent domum, inter manus militum spiritum, qui tantummodo in pectore palpitabat, exhalavit. Paucis autem interpositis diebus Pasquitanus et ipse defunctus est. Post horum duorum continuas mortes Judicheil [569], ex filia Herispoji [570] regis natus, et Alanus, frater memorati Pasquitani, Britanniam inter se partiti sunt; inter quos etiam multa jurgia et bella fuerunt. Sed Judicheile [571] in prælio, quod contra Nordmannos magis audacter quam provide gesserat, interempto, in ditione [572] Alani omnis Britannia [573] concessit, qui et hanc strenue hactenus gubernat (71 *).

Eodem anno (72) Carolus Romam perrexit, et datis apostolico Johanni [574] et Romanis magnis muneribus, imperator creatur.

DCCCLXXVI.

Anno Dominicæ incarnationis 876 [575], Hludowicus rex apud Franconofurt palatium diem clausit extremum 5 Kalendas Septembris, sepultusque [576] est in monasterio sancti Nazarii, quod Lorasham [577] nuncupatur. Fuit autem iste princeps Christianissimus, fide catholicus, non solum secularibus, verum etiam ecclesiasticis disciplinis sufficienter instructus; quæ religionis sunt, quæ pacis, quæ justitiæ, ardentissimus executor [578]. Ingenio [579] callidissimus, consilio providentissimus, in dandis sive subtrahendis publicis dignitatibus discretionis moderamine temperatus: in præliis [580] victoriosissimus, armorum quam conviviorum apparatibus studiosior, cui maximæ opes erant instrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem quam auri fulgorem. Apud quem nemo inutilis valuit, in cujus oculis perraro utilis displicuit, quem nemo muneribus [581] corrumpere potuit, apud quem nullus, per pecuniam, ecclesiasticam [582] sive mundanam dignitatem obtinuit, sed magis ecclesiasticam [583] probis moribus et sancta conversatione, mundanam [584] devoto servitio et sincera fidelitate. Habuit autem hic gloriosissimus rex, cujus memoria in benedictione est, reginam, nomine Hemmam, sibi in matrimonium [585] junctam, quæ nobilis [586] genere fuit, sed, quod magis laudandum nobilitate mentis multo præstantior; ex qua tres filios suscepit excellentissimæ indolis, videlicet Carlomannum, Hludowicum et Carolum, qui felici sorte post decessum [587] patris imperii moderati sunt gubernacula [588].

Carolus, audito [589] quod frater a seculo recessisset, nimia, ut aiunt, exultatione perfusus est, arbitratus portionem regni Hlotharii quam idem frater tenuerat, in suos libitos [590] concessuram. Exercitum ergo quanta potuit celeritate adunavit, et cum omnibus viribus regnum ingressus, ad Aquis palatium venit; ubi paucis diebus moratus, Coloniam profectus est.

Dum [591] hæc aguntur in memorato regno, Carlomannus [592], primogenitus Hludowici Italiæ fines intraverat [593], cupiens eam paterno suoque subjugare dominatui Siquidem Hludowicus imperator jam, ut diximus, ab hac luce subtractus fuerat, et Carolus imperatoris nomen reportans ex Italia recesserat [594] Carolus vero, frater ejus, in Alamannia morabatur. Porro Hludowicus, qui ad patris obi-

VARIÆ LECTIONES.

[556] tertiam secundamque 1. [557] horas 5. 5. [558] animositatem atque audaciam 7—12. [559] bello lacerare 5. [560] ille usque 4. 7—12. [561] sextam ad horam 1. usque sextam horam 7. 9—12. [562] neminem advenire contrariæ partis 7. [563] morbo graviter 4. 5. [564] valetudinem 1—3. 5c. e. [565] perterriti timore 1—3. 6. [566] audacter *deest* 1—3. [567] nec 4. 7—12. [568] fecissent ejus 5c. d. e. [569] uuidicheil 1. 3. indicheil 5. indicheil 8. [570] herispoi 1. 3. herispon 5. [571] uuidicheilo 1. 3. indicheile 3. vidicheile 8. indicheil 7. [572] ditionem 4. 5. [573] brittonia 7. [574] johanne 1. 9. [575] A. d. i. 877. 3. 886. 5d. 9—12 [576] sepultus 1—3. 5. 6. [577] lorasam 1. 2. loraszam 3. [578] *deest* 3. [579] ingenuo perprudens *cod. S. Godeh.* [580] prælio 1—3. 5. [581] fulgorem apud quem nemo muneribus 7. [582] ecclesiasticam *usque* ecclesiasticam *deest* 7. [583] magis ecclesiam 2. 5. 6. [584] mundana 2. 5. 6. [585] matrimonio 7. [586] nobili g. [587] 7. discessum 1. [588] *deest* 7. [589] Carolus autem audito 5. [790] in suos libitus 7. *cod. S. Godeh.* in suos liberos 1. 3. 5. 6. [591] cum 1. 2. [592] carolomannns 5. *constanter.* [593] intravit 1—3. [594] excesserat 1. 2. 4. 5. 7. 8—10. 12.

NOTÆ.

(71 *). Obiit anno 907.

(72) Carolus statim Ludovico imperatore defuncto anno 875 Romam ivit, et die Natalis Domin. coronatus est.

tum fuerat funerisque ejus obsequia condigno honore celebraverat, apud Franconofurt, principalem sedem orientalis regni, residebat; cui cum nunciatum esset quod Carolus, avunculus [patruus 3, 4, 8] ejus, jam regni paterni terminis occupatis, circa Rheni fluenta [595] castra posuisset, nimio furore accenditur, statimque legatos ad eum dirigit, orans ut memor esset germanitatis atque consanguinitatis, memor esset [596] nominis domini nostri Jesu Christi, cujus mentionem coram nonnullis testibus facientes ipse et frater, quando regnum inter se diviserunt, terribili essent alternam pacem adinvicem pacto polliciti, et pertimescens tantum nomen [597] in vanum accipere, redderet Domino juramenta sua, fœdus quod ad alterutrum [598] pepigerant inviolabile maneret; parceret gladio, et humanum fundere sanguinem tam dira cupiditate infectus formidolosius exhorresceret; foret sua sorte contentus, et funiculo hæreditatis divinitus sibi collato pacifice frueretur [599], aliena jura non invadens, non subtrahens, non perturbans; non esset in tanto viro vanæ gloriæ typhus [600], non supercilii fastus, non alterius usurpandi terminos ambitio; sed justitia, caritas et concordia regnaret, ac summum pax [601] inter illum et nepotes teneret omnino fastigium. Sed hujuscemodi [602] monita Carolus sprevit, asserens se cum fratre non cum nepotibus pepigisse. Interim Hludowicus exercitum ex Saxonia, Thuringia [603] et orientali Francia congregat, et ut in filio non tantum [604] paternos vultus, quantum animi subtilitatem artiumque ingenia reco gnosceres [605], castra e regione Coloniæ contra castra Caroli super ripam fluminis magno apparatu collocat, ipse autem cum omni [606] hostili virtute inter Confluentes et Andrenacum [607] Rhenum transisse. Tunc primum animadvertit Carolus se a castris Hludowici esse illusum. Movit ergo [610] absque mora exercitum, et cum [611] quinquaginta et eo amplius, ut ferunt, milibus in pago Meginense non longe ab Andrenaco [612] (73) castello adversus eum ad pugnam procedit, sed non salvatur rex in multa [613] virtute, fallax enim equus ad salutem. Siquidem inito certamine Reginarius comes, qui regium vexillum ferebat, primo impetu extinguitur; confertissimæ acies Hludowici a sociis irrumpuntur, et, sicut ignis in stipula [614] immissus furit [615] et in momento cuncta devorat, ita vires adversariorum ferro conterunt [616], terræ prosternunt [617]. Exercitus Caroli graviter cæsus terga vertit, et Hludowici victoria fuit. Carolus videns suos fugere, et ipse fuga vitam servavit, sero secum revolvens, quanti discriminis sit, æquitatis jura divinarum humanarumque legum institutionibus roborata immoderatæ cupiditatis ambitione violari [618] velle. Acta est autem hæc strages 8 Idus Octobris. Post hæc convenerunt [619] tres supradicti fratres in loco qui dicitur Sualifelt [620] (74), et ibi diviserunt paternum regnum. Carlomannus sortitus est Bajoariam, Pannoniam et Carnutum [621], quod corrupte Carantanum dicitur, nec non et regna Sclavorum, Behemensium et Marahensium [622]; Hludowicus orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Fresiam, [623], et partem regni Hlotharii: porro Carolo Alamannia in partem [624] cessit et aliquæ civitates ex regno Hlotharii.

DCCCLXXVII.

Anno Dominicæ incarnationis 877, Carolus senior Romam secundo profectus est, ubi jampridem imperatoris nomen a præsule sedis apostolicæ Johanne ingenti pretio emerat; regnumque Italiæ magis in transeundo vidit, quam fruendo potitus est. Ab urbe Roma in Langobardiam [625] reversus, Bosoni [626], germano Richildis [627] reginæ, Hirmingardem, filiam Hludowici imperatoris, in matrimonium junxit [628]. Dies nuptiarum tanto apparatu tantaque ludorum magnificentia celebratus est, ut hujus celebritatis gaudia modum excessisse ferantur. Dedit insuper eidem Bosoni Provinciam, et corona [629] in vertice capitis imposita, eum regem appellari jussit, ut more priscorum imperatorum regibus videretur dominari [630]. Evolutis deinde paucis diebus, Papiam ingreditur; in qua cum in disponendis [631] publicarum rerum negotiis animum intenderet, repente [632] nuntiatum est ei, Carlomannum cum ingenti armatorum

VARIÆ LECTIONES.

[595] rhenum fluvium 5. [596] consang. memor esset juramenti quod fratri suo fecerat; contentus foret funiculo, etc, 4. [597] nomen tantum 7. 9—12. [598] quod alterutrum 5a. d. quod uterque pepigerat 5c, e. [599] collato, et aliena non invaderet, sed justitia, caritas et concordia inter illum et nepotes summum teneret fastigium 4. [600] gloriæ tibus 8—12. g. triumphus 7. typus *reliqui*. [601] pacis 5. [602] hujus commodi 5. [603] turinga 7. [604] filio tantum 5. [605] recognosceret 5d. [606] omni *deest* 5. [607] confluentes et arduennam 5. [608] transiit 5. [609] nec fuit 7. [610] *ita* 6. vero *reliqui præter* 5d. *in quo conjunctio desideratur*. [611] exercitum cum 5. [612] andernaco 5. [613] salvatur ex multa 5. [614] stipulam 3. 5. [615] immissus fuerit 2. 3a. d. [616] conterunt et terræ 5c. e. 1. 3. [617] conteruntur . . prosternuntur 6. [618] violare 4. 5. [619] cum venerunt 5. [620] saulifelt ibi 5c. d. salevelt 11. 12. sualivelt 4. 7. 8. sualivent 9. 10. [621] carno tum 11. 12. caruntum 8. [622]. et marahensium *deest* 1. 3. [623] frisiam 5c. e. 2. 3. 7. 9—12 [624] carolus alamanniam et aliquas civitates 5. (aliquot) 1—3. in parte 4. [625] roma in barcham 1. 2. r. in bracham 3. [626] buosoni 2. [627] rihhilæ 7. bosoni germanchildis r. 2. 5. bosoni germani richildis r. 3. *et cod. Frising*. [628] junxit 6. [629] coronam 1. 4. 9—12. [630] ab urbe roma *usque* dominari *deest* 4. [631] cum disponendis 1. 2. 5. [632] repentine 1. 2. 5. 6.

NOTÆ.

(73) Andernacum, in medio fere pago Meginensi situmt. Cf. mappam in D Guntheri codice dipl. Rheno-Mosellano, T. II.

(74) Pagus ad fluvium Alemonam, in quo Carolus M. fossam duxerat, majoris pagi Retiensis pars.

multitudine Langobardorum terminos[633] introiisse. Mox pavore solutus, Ticinum[634], Padumque transit, et summo annisu in Gallias repedare contendit. Sed priusquam Alpium præeminentia juga angustaque itinera attingeret, ægritudine pulsatur; quam protinus mors subsecuta[635] finem vitæ imposuit. Est aut fama, quod a quodam Judæo, qui vocabatur Sedechias[636], poculum mortis ei propinatum sit, qui ei familiarius adhærebat, eo quod in medendis corporum passionibus singularem experientiam habere diceretur; porro hic sycophanta[636] erat, et magicis præstigiis incantationibusque mentes hominum deludebat. Obiit vero pridie Nonas Octobris[638]. Corpus ejus levatum in[639] feretro, a suis extra Italiam deportatur; sed quia fœtor intolerabilis ex putredine cadaveris bajulantes gravabat, compulsi sunt illud terræ commendare[640]. Post aliquantos annos ossa ejus translata sunt et Parisius in monasterio santi Dionysii honorifice sepulta. Cui successit in regnum filius Hludowicus.

DCCCLXXVIII.

Anno Dominicæ incarnationis 878, eclipsis lunæ magna facta est mense Octobrio, die 15[641]. Item eodem mense eclipsis solis accidit, die 29[642] circa horam nonam.

Paucis interjectis diebus (75), Hludowicus rex, filius Caroli, qui Balbus appellabatur, eo quod impeditioris et tardioris esset eloquii, abhac luce subtractus est. Fuit vero iste princeps vir simplex ac mitis, pacis, justitiæ et religionis amator. Habuit autem, cum adhuc juvenilis ætatis flore polleret, quandam nobilem puellam[643], nomine Ansgard, sibi conjugii fœdere copulatam, ex qua duos liberos suscepit elegantis formæ ac ingentis animi virtute præstantes: horum unus Hludowicus, alter Carlomannus vocabatur. Sed quia hanc sine genitoris conscientia et voluntatis censu suis amplexibus sociaverat, ab ipso patre ei postmodum[644] est[645] interdicta, et interposito jurisjurandi sacramento, ab ejus[646] consortio in perpetuum separata. Tradita est autem eidem ab eodem patre Adalheidis[647] in matrimonium, quam gravidam ex se reliquit idem rex cum obiret; quæ tempore pariendi expleto, enixa est puerum, cui nomen avi imposuit, eumque Carolum vocitari fecit.

DCCCLXXIX.

Ano Dominicæ incarnationis 879, [648] Boso[649] de quo[650] paulo superius mentionem fecimus, audita morte Hludowici, a Provincia egreditur, totamque Burgundiam occupare nititur. Denique nonnullos episcopos partim minis, partim suasionibus, in societatis fœdera colligit, et Lugdunum ingressus, ab Aureliano, ejusdem urbis metropolita[651], et aliis pontificibus in regem super præfatum Burgundiæ regnum inungitur pro nihilo ducens adolescentes filios Hludowici, et velut degeneres despiciens, eo quod jussu Caroli eorum genitrix spreta atque repudiata fuerit. Quæ res illi magis[652] attulit continuum cladium[653] ac periculorum dispendium, quam gloriæ et dignitatis emolumentum. Siquidem jam dicti adolescentes, Hludowicus et Carlomannus, industria ac studio Hugonis abbatis et aliorum procerum in regnum sublimati sunt[654], et eumdem Bosonem diebus vitæ suæ omni instantia sunt persecuti. Nec solum illi, verum etiam alii[655] reges Francorum per succedentia tempora adeo graviter nomen ejus[656] tulerunt atque exosum habuerunt, ut irrecuperabili ejus dejectione et mortis exitio non modo principes ac duces, sed etiam eorum satellites, sacramentis exsecrationibus obligarentur. Fuit autem tam perspicacis ingenii, ut cum a multis, ut[657] dictum est, regibus et regnis[658] assidue insectatus sit, a nullo tamen aut capi aut circumveniri aliquando potuerit; tantæ moderationis, ut cum sibi faventes proscriptionibus damnarentur bonisque omnibus privarentur, nunquam insidiis suorum militum fuerit petitus neque fraude proditus cum utrumque hostes sæpe tentassent[659].

Per idem[660] tempus Hludowicus qui Austrasiis imperabat, cognita morte æquivoci sui, regnum illius invadere disposuit[661] et transvadata Mosa imperii fines occupavit. Cui occurrerunt[662] duo memorati fratres[663] cum valida manu; sed intercurrentibus vicissim legationibus, nequaquam pugna committitur, sed pax roboratur. Adolescentes, quippe ut[664] fœderatus ab eis recederet Hludowicus, portionem regni Hlotarii, quam avus paterque tenuerat, ex integro illi concesserunt, addita insuper Atrabatis abbatia sancti Vedasti. Facta itaque pactione datisque sacramentis, cum in regnum idem[665] rex reverteretur (66), repente obviam habuit Nordmannorum innumeram multitudinem, juxta Carbonariam[666], in loco qui vocabatur Timiun[667] (77) cum ingenti præda ad

VARIÆ LECTIONES.

[633] lang. ditionem 1. 5. lang. regna 3. [634] ticianum 2. 7. 8. titinum 9 — 12. [635] subsecuta est *nonnulli cod.* [636] judeo sedechias qui vocatur 7. [637] hic sicarius plane erat 5. hic sicca planta erat. 2. *cod. S. Godeh.* hic sicopanta erat 7. hic sicut prebatus erat 9 — 12. [638] obiit vero non. oct. 4. [639] levatum est in 3. 5. [640] compulit illud t. mandare 5. [641] die 15. 4. [642] 28. 4d. [643] puellam nobilem 4. 5. [644] postmodum ei 7 — 12 [645] *deest* 5. [646] ab eis 2. [647] adheleidis 4, adheleidis 5c. e. 8. adaltheidis 1. 2. adheleith 3. adalcheidis 7. [648] DCCCXXVIII, 6. [649] Boso, *etc.*, *usque* hostes sæpe tentassent *deest* 4. [650] boso de cujus 7. [651] metropolitano 5. [652] res obtulit illi magis c. 1 — 3. 5. [653] continuam clam odium 5. claudium 2. [654] sublimatorum et 5. [655] *deest* 3. [656] adeo ejus nomen graviter 7. 9 — 12. a. n. e. g. 8. [657] multis sicut dictum 3. [658] et regnis *deest* 3. *cod. S. Godeh.* [659] sæpe certassent 2. 5. cum utrorumque hostes sæpe inter se decertassent 3. *cod S. Godeh.* [660] Per id 5. [661] disponit 7 — 12. [662] concurrerunt 2. [663] fratres memorati 7 — 12. [664] quo impetu f. 5. [665] in regnum cum idem 7. 9 — 12. [666] carbonariam 1. 2 carbonaria 7.

NOTÆ.

(75) Cf. Ann. Bertin. a. 879.

(76) Cf. Ann. Fuld. a 880,

classem repedantem, cum quibus absque mora conflixit, et Deo propitiante maximam ex eis partem gladio prostravit. Reliqui fuga [667*] dilapsi, in supradictum [668] fiscum regium [669] se communiunt, ubi Hugo [670], filius regis ex pellice natus, cum incautius [671] dimicaret, graviter vulneratus, ab hostibus rapitur et inter manus adversariorum animam reddit [672]. Rex existimans, quod adhuc filius vivus ab inimicis servaretur, exercitum [673] ab impugnationis infestatione jubet cessare, ut quocumque pacto illum incolumem recipere posset. Interea nox superveniens [674], regem cum suis redire ad castra compulit. Nordmanni cadavera suorum flammis exurentes, noctu diffugiunt, et ad classem dirigunt gressum. Rex diluculo consurgens, cum filium extinctum reperisset, nimio dolore afficitur; corpus ejus in loculo compositum [675] ad Loresheim [676] monasterium imperat deferri, ibique tumulari.

DCCCLXXX.

Anno Dominicæ incarnationis 880, Carlomannus rex paralysi dissolutus diem clausit extremum VII Nonas Aprilis, sepultusque est cum debito honore in Baoaria [677], in loco qui dicitur Hodingas [678] (78). Fuit vero iste præcellentissimus rex litteris eruditus, Christianæ religioni deditus, justus, pacificus, et omni morum honestate decoratus [679]; pulchritudo ejus corporis insignis, vires quoque in homine admirabiles fuere; nec inferior animi magnitudine [680]. Plurima quippe [681] bella cum patre, pluriora sine patre, in regnis Sclavorum gessit, semperque victoriæ triumphum reportavit; suis mitis, hostibus terribilis apparuit; alloquio blandus, humilitate ornatus, in ordinandis regni negotiis singulari solertia præditus, sic prorsus, ut nihil ei [682] deesse regiæ majestatis competens [683] videretur.

Huic ex legitimo matrimonio non est nata soboles propter infœcunditatem conjugis, sed ex quadam nobili femina filium elegantissimæ speciei suscepit, quem Arnolfum [684] nominari jussit, ob recordationem reverendissimi Arnolfi, Mettensis ecclesiæ episcopi, de cujus sancto germine sua aliorumque regum [685]. Francorum prosapia A pullulaverat; quod [686] non casu accidisse, sed quodam præsagio portentoque futurorum actitatum [687] videtur. Siquidem ab illo genealogia [688] regum cœlitus provisa per intervalla temporum secundis incrementorum successibus [689] cœpit exuberare quousque in magno Carolo summum imperii fastigium non solum Francorum, verum etiam diversarum gentium regnorumque obtineret. Post cujus decessum [690], variante fortuna, rerum gloria quæ supra vota fluxerat, eodem quo accesserat modo cœpit [691] paulatim diffluere, donec deficientibus non modo regnis, sed etiam ipsa regia stirpe partim immatura ætate pereunte, partim sterilitate conjugum [692] marcescente, hic solus de tam numerosa regum posteritate idoneus inveniretur, B qui imperii Francorum sceptra susciperet; quod in subsequentibus suo in loco [692*] lucidius apparebit.

Hludowicus, comperto [693] quod frater ejus [694] obiisset, Bajoariam ingressus Raganasburch [695] venit, ubi omnes optimates regni ad eum confluentes ejus ditioni se subdiderunt. Concessit autem idem rex Arnolfo Carantanum [696], quo ei pater jam pridem concesserat, in quo situm est castrum munitissimum, quod Morsaburch [697] (79) nuncupatur, eo quod palude impenetrabili locus vallatus, difficillimum adeuntibus præbeat accessum.

DCCCLXXXI.

Anno Dominicæ incarnationis 881, Carolus de Alamannia C egressus Langobardorum fines occupavit, ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem accepit; et Romam perveniens, a præsule apostolicæ sedis Johanne, et senatu Romanorum favorabiliter cum magna gloria imperator creatus est.

Per idem [698] tempus Nordmannorum classis Wal[699] fluvium ingressa, Niumaga [700] palatio regio applicuit, ibique castra posuit. Quod factum cum ad notitiam Hludowici perlatum esset [701], absque dilatione cum exercitu venit, et munitionem obsidione clausit. Conserto nonnullis diebus certamine, non adeo prævaluit, quia paulatim ingentis magnitudinis mirisque operis hostibus tutissimum præbebat receptaculum.

VARIÆ LECTIONES.

[667] thimnin 5. thimuin 2. *cod. S. Godeh.* thurium 7. thimum 4. 8. 9. 10. timum 11, 12. [667*] reliqui in fugam 1—3. [668] supra dictum *deest* 5. [669] in supradicto fisco regio 1. 3. [670] hug. 3. [671] incautus 6. [672] inter adversariorum arma recidit 5. [673] exercitus 2. 5. [674] nox desuper veniens 1—3. 5. [675] in loco compositum 1—3. 5. 6. [676] lorsheym 5. Jorasam 3. *cod S. Godeh.* Joresham 1. [677] Baiobariam 1. [678] huodingas 7—12. [679] decorus 6. [680] magnitudine. Permulta... plurima sine 5. [681] quoque 6 [682] sic ut prorsus ei nihil deesse in regiæ majestatis competentia videretur 5. [683] in regiæ majestatis competentia 4. [684] arnolphum 5. *ita constanter.* arnulphum 4. arnolfum 8. [685] aliorumque germinum *cod. S. Godeh,* aliorumque germanorum francorum 1. 5. aliorumque germanum francorum 2. [686] quond non *usque* conjugum marcescente *deest* 8. [687] actum 7. [688] siquidem genealogia 1—3. 5. 7. [689] successionibus 5. [690] cujus mortem 2. [691] fortuna recessit gloria... eodemque quomodo accesserat cepit. 7. 9—12 [692] conjugium 5c. [692*] suo loco 6. [693] Hludowicus comperto *usque* gloria imperator creatus est *deest* 7. [694] *deest* 4. 5. 6. 8—12. [695] rastibonam 5. 6. [696] corantanum 5. [697] morsburh 1. mos burch 2. 3. morsburgk 5. mosaburh 8. mosaburt. 10. mosaburc 11. 12 [698] per id 5. [699] walam 1. 3. 5. [700] neumago 5. niumago 4. 8. [701] perlatum est 5.

NOTÆ.

(77) *Thuin* ad Sabim.
(78) *Alten-Œttingen* ad Œnum.
(79) Erat parœchia et castrum antiquum in Karinthia inferiori, milliario Germanico a Klagenfurto remotum, non longe e lacu Klagenfurtensi.

In qua congressione captus est ab adversariis [702], Eberhardus [703] Saxo [704], filius Meginhardi [705] comitis, et captivus ductus [706]; quem postea [707] mater Evesa [708] magno pretio dato incolumem recepit. Postremo rex, accepta pollicitatione, quod si ab obsidione cessaret, Nordmanni continuo regno [709] ejus decederent, cum omnibus copiis recessit. Illo recedente, pagani palatium una cum munitione exurentes flammis [710], navibus ascensis [711], hostia Rheni repetunt.

Item eodem anno mense Novembrio duo reges Nordmannorum, Godefridus et Sigifridus [712], cum inæstimabili multitudine peditum et equitum consederunt in loco qui dicitur Ahslon [713] (80), juxta Mosam [714]. Et primo quidem impetu finitima loca depopulantes, Leodium civitatem, Trajectum [715] castrum, Tungrensem urbem incendio cremant; secunda incursione Ribuariorum finibus effusi [716], cædibus, rapinis ac incendiis cuncta [717] devastant, Coloniam Agrippinam, Bunnam [718] (81) civitates cum adjacentibus castellis, scilicet Tulpiacum [719], Juliacum [720] et Niusa, igne [721] comburunt; post hæc Aquis palatium [722], Indam, Malmundarias et Stabulaus [723] monasteria in favillam redigunt.

DCCCLXXXII.

Anno Dominicæ incarnationis 882. Arduennam percurrentes, Prumiam monasterium ingrediuntur ipso die Epiphaniæ Domini, ubi triduo commorantes, omnem in circuita regionem depopulati sunt. In quo loco innumera multitudo peditum ex agris et villis in unum agmen conglobata, eos quasi pugnatura [724] aggreditur. Sed Nordmanni cernentes ignobile vulgus non tantum inerme [725], quantum disciplina militari [726] nudatum, super eos cum clamore irruunt, tantaque cæde prosternunt, ut bruta animalia, non homines mactari viderentur. His itaque patratis, onerati præda ad castra redeunt. Illis discedentibus, ignis qui in diversis habitaculis accensus remanserat, cum nullus esset qui eum extingueret [727], monasterium consumpsit.

Dum hæc aguntur, Hludowicus rex morbo gravatus, apud Franconofurt moritur 13 Kal. Sept. (82), sepultusque est juxta patrem in Lorasham [728] cœnobio [729]. Habuit autem Liutgardam [730] reginam in matrimonium copulatam, ex qua filium unicum susceptit, quem nomine suo Hludowicum appellavit. Sed cum [731], ut præmisimus, post obitum fratris ad obtinendem regnum ejus Bajoariam intrasset [732], et Reganesburch moraretur, idem puerulus de fenestra palatii cecidit [733], et confractis cervicibus statim expiravit; quæ non tantum inmatura quam inhonesta [734] mors [735], non solum regi et reginæ, verum etiam omni domui [736] regiæ maximum luctum ingessit. Nordmanni, audita morte regis, nimio exultant tripudio, et jam non de conflictu, sed de præda cogitant. Igitur cum omnibus viribus a minutione [737] exiliunt [738], et Trevirorum nobilissimam civitatem Galliarum (83), Nonis Aprilis, die sacratissimæ Cœnæ Domini occupant, in qua usque sancto die [739] Paschæ fessa ab itinere corpora recreantes, omne territorium [740] urbis circumquaque usque ad solum demoliti sunt; deinde civitatem flammis exurentes, Mediomatrico [741] dirigunt aciem. Quod cum comperisset [742] ejusdem urbis antistes [743] Walo, adjuncto sibi Certulfo [744] episcopo (84) et Adalhardo [745] comite, ultro illis obviam ad pugnam procedit. Inito certamine, Nordmanni victores extiterunt. Isdem Wala [746] episcopus in prælio [747] cecidit, cæteri fugerunt. Pagani iter quod cœperant deserentes, cum ingenti præda summa celeritate ad classem revertuntur.

Ea tempestate Carolus imperator in Italia morabatur, ubi diversis legationibus Germaniæ ac Galliæ pulsatur, ut ad suscipienda regna sibi hæreditario jure competentia festinaret, et periclitanti imperio succurreret, quod, capite amisso, ludibrio hostibus erat. Qui nihil tardatus, cum omnibus copiis in Franciam venit, et cum Langobardis, Bajoariis, Alamannis, Thuringis, Saxonibus, Fresonibus et omnibus regnis suæ ditioni subditis, Nordmannos in supradicto loco obsidere exorsus est; sed conatus

VARIÆ LECTIONES.

[702] est adversarius 1—3. 5. [703] everhardus 1. 4. 8. [704] saxo *deest* 7. 11. saxi *cod. S. Godeh.* meguinardi 1. meginardi 4. [706] ducitur 1. 2. 5. [707] quoad postea 1. 5. quod p. 2. [708] enessa 5a d. enesse 5c. e. everso 7. [709] continuo e regno 3. 4. 5. [710] flammis exurentes 4. 7—12. [711] n. accensis 2. 4. 5. 7. [712] sigefridus 2. 3—5. [713] haslon 2. 4. 8. 9. 11. 12. haslou 5. aslon 7. haslion 10. [714] mosa 7. [715] terjectum 2. træctum 7. trejectum 4. 8. [716] effusi *deest* 7. 9—12. [717] inc omnia 4. 5. [718] bonnam 5c. e. [719] scilicet julpiacum 7. [720] juliacum 4. 7. viliacum 8—12. vilpiacum 1—3. vilipiacum 5. [721] nuis 5. musa 3. [722] aquis palatium 7. [723] idem amalimundarias et stabilius 5. [724]. eos quasi pagna 1—3 multitudine 1. 2. 4. 5. eos expugnatura 5. [725] non tantum inorme 2. 7. 9—12. innerme 8. [726] militari *deest* 1—3. 5. 6. [727] extingueret et m. 5a. d. [728] Jorosan 1. 3. Jorosam 2. Jorasam 2. Jorasheim 8—12. Joresham. [729] sepultus est in Joresheim juxta patrem in cœnobio 5 (1—3). [730] Juogardem 1. Juidgardam 5a. [731] sed ut. . . bajoariam ingressus 1. 2. 4. 5. [732] sed ut. . . fratris dum ad ingressus est 3. [733] fenestra cecidit 1—5. [734] quantum inhonesta 4. sed inhonesta 1—3. 5. [735] quæ tam immatura mors 3. [736] domo 2. 5e. 6. 7. 9—12. [737] cum omni ammoditione 1. 2. 5. cum omni festinatione 3. cum omni admiratione 5c. e. [738] exibunt 2. exibant 3. exeunt et 6. [739] sanctum diem 4. 5. [740] omne tentorium 5. [741] mediomatricum 5. [742] reperisset 5. [743] urbis episcopus 5. 6. 8. 9—12. walo *deest* 1—3 6. 7. 9—12 [744] bertolfo 3. 5. 7—12. [745] andalhardo 5. [746] walla 1—3. 5. wiala 7. walu 11. walo 4. 8. [747] in prælio *deest* 1—3. 5.

NOTÆ.

(80) Vide Ann. Fuldenses.
(81) *Bonn... Zulpich, Iülich, Neuss.*
(82) Cf. Ann. Fuldenses.
(83) De hoc Trevirensi excidio cf. Gesta Trevirorum, quæ eadem fere verba habent.
(84) Bertulfus, Trevirorum archiepiscopus; Adalhardus a Lotharingiæ scriptoribus comes Metensis vocatur, nec male. Gesta Trevirorum post *Adalhardo comite, ad Remiche* addunt.

ejus parum effectum obtinuit, quamquam, ut diximus, ex diversis regnis et gentibus inæstimabilis multitudo in unum confluxisse [748], indignatione cœlesti super populum Christianam religionem profanantem desæviente. Novissime rex Godofridus Nordmannorum ea conditione Christianum se fieri pollicetur, si ei munere regis Fresia [749] provincia concederetur, et Gisla [750], filia Hlotharii, in uxorem daretur. Quæ ut [751] optaverat [752] adeptus, baptizatus est, et ex sacro fonte ab imperatore susceptus. Sigifrido et reliquis Nordmannis immensum pondus auri et argenti expositum est, et tali tenore fines regni excedunt.

DCCCLXXXIII.

Anno Dominicæ incarnationis 883 [753] Hludowicus rex [754], frater Carlomanni, moritur (85) apud sanctum Dionysium, ibique honorabiliter tumulatur, quem omnes Galliarum populi nimio planctu lamentati sunt. Fuit enim vir [755] virtutis maximæ [756], regnumque sibi subditum a paganorum infestatione [757] potenter viriliterque defendit. Inter cætera quæ strenue gessit, illud præcipue prælium commendatur, quod adversum Nordmannos in loco qui vocatur Sodaltcurt [758] (86) summis viribus exercuit ; quo certamine, ut ferunt, plusquam octo milia adversariorum gladio [759] prostravit. Carlomannus frater regnum illius obtinuit. Eodem tempore Bertulfus, Trevirorum episcopus, migravit ad Dominum VI Idus Februar. [760], cui successit in pontificali cathedra per electionem cleri et totius plebis Ratbodus [761] reverendissimus antistes, VI Idus Aprilis [762]. His etiam diebus Ruodbertus [763] præsul ab eodem episcopo [764] Ratbodo in Mettensi ecclesia consecratur, X Kalendas Maii.

Circa hæc tempora Hugo [765], filius Hlotharii, in spem recuperandi paterni regni ab aliquibus discordiarum ac litium sectatoribus introducitur, omnesque qui justitiam et pacem execrabantur, ad eum confluxerunt, ita ut in paucis [766] diebus innumera multitudo prædonum ejus dominationi se submiserit. [767] Inter quos etiam nonnulli ex primoribus regni vana spe seducti, manibus datis accedunt [768], videlicet Stephanus, Ruodbertus, Wicbertus [769], Thietbaldus comites, Albricus et frater ejus [770] Stephanus [771], tantaque rapina et violentia ab his in regno fit, ut inter horum et Nordmannorum malitiam nil differret, præter quod a cædibus et incendiis abstinerent. Sic omnipotens Deus iratus regno Hlotharii adversabatur, et talibus incrementorum cladibus vires ejusdem regni radicitus exterminabat, ut prophetia sanctissimi Nicolai papæ simul et [772] maledictum quod super idem regnum protulerat, adimpleretur.

Hoc etiam tempore idem Hugo Wicbertum comitem, qui ab ineunte ætate sibi faverat [773], interfecit [774] ; paucis dehinc interpositis diebus, Bernarium, nobilem virum sibique fidelissimum, dolo trucidari [775] jussit, pulchritudine illius captus uxoris, quam absque momento sibi in [776] matrimonium jungit. Vocabatur autem mulier Friderada [777], quæ antequam Bernario sociaretur, copulata fuerat Engilrammo [778] potenti viro, ex quo filiam peperit, quam postmodum Richwinus [779] comes in conjugium accepit, quam etiam propter stuprum commissum idem comes decollari jussit.

DCCCLXXXIV.

Anno Dominicæ incarnationis 884 Nordmanni qui ab Ahslon [780] recesserant, Somnam fluvium [781] intrant, ibique consederunt. Quorum creberrimas incursiones cum Carlomannus sustinere non posset, pecuniam pollicetur, si a regno ejus recederent. Mox avidæ gentis animi ad obtinendam pecuniam exardescunt, et 12 milia pondera argenti puri atque probati exigunt, totidemque annis pacem promittunt. Accepta tam ingenti pecunia, funes a litore solvunt, naves concendunt, et marina litora repetunt. Interea Carlomannus venatum perrexit, ubi et ab [782] apro graviter vulneratus, post modicum vitam cum regno amisit, sepultusque est apud sanctum Dionysium. Aiunt autem quidam, quod a quodam suo satellite improvide arma ferenti [783] vulneratus fuerit, et quia non sponte sed invitus hoc facinus commiserat, idcirco a rege celatum sit [784], ne innoxius morti traderetur.

Nordmanni, cognita morte regis, protinus in regnum revertuntur. Itaque Hugo abba et cæteri proceres legatos ad eos dirigunt, promissionem et fidem datam violatam esse proclamant. Ad hæc illi respondent, se cum Carlomanno rege, non cum alio aliquo fœdus pepigisse ; quisquis ille esset

VARIÆ LECTIONES.

[748] confluxit 1— 3. 5 7. 9—12. [749] frisia 5. 7. 9—12. [750] gissa 5e. [751] qui ut 5. [752] optavit 4. 5. 6. [753] DCCCLXXXVIII. 9. 11. 12. [754] rex *deest* 5. [755] vir *deest* 2—5 [756] maximæ *deest* 2. 7 — 12. [757] infestinatione 3. [758] sodalcurth 2. sodalcurch 5. sodaltcur 7. sodalcurt 8 *Codex Frising. econtra* sodaltcurt ; *ita et cod S. Godehardi.* [759] milia hominum gladio 1—3. 5. [760] idus septembr. 2. 5. 6 ? II idus febr. 7. idus febr. 4. [761] rabbodus 1. radbodus 3. rapodus 2. [762] VII° idus apr. 2. 5. 6 ? [763] rutbertus 1. rudpertus 2. 5d. ruopertus 5a. rupertus 5c. e. ruothpertus 7. rotbertus 4. 8. routbertus 9. rutbertus 10. ruotpertus 11. rutpertus 12. [764] eodem archiepiscopo 7—12 [765] hug 3. [766] ut paucis 5. [767] se subdiderint 5. [768] accendunt 1. 3. [769] witbertus 5. [770] ejus *deest* 7. 9—12. [771] ruotbertum, wicpertum. albicum et fratrem ejus stephanum. [772] simul etiam 1. 5. [773] qui ab ineunte ætate sibi faverat *deest* 1. 2. 3. [774] interimit 1. 2. 3. [775] trucidare 5. [776] momento in 1—3. 5. [777] friderath 2. fridera 3. friderach 5. friderat 9—12. [778] engilranno 1. 2. 4. 5. engelranno 5c. e engelgrammo 8. [779] richininus 5. [780] aslon 6. qui ab his longe 9—12. [781] sonnum fluvium 5. somnum 2. [782] ubi ab 1. 2. quidam *deest* 7—12 [783] ferente 1—3. c. e. [784] celatum est 4. 5.

NOTÆ.

(85) Obiit an. 882, mense Augusto. Bouq.

(86) *Saulcourt*, Picardiæ oppidum.

qui [785] in regnum ejus succederet, ejusdem numeri et quantitatis pecuniam daret, si quiete ac pacifice imperium tenere vellet, Territi hujuscemodi mandatis optimates regni ad Carolum imperatorem missos dirigunt, eumque ultro in regnum invitant, eique advenienti ad Gundolfi [786] villam obviam procedunt, et manibus sacramentisque juxta morem datis, ejus ditioni se subjiciunt [787].

Eodem anno Nordmanni qui in Chinheim ex Denemarca [788] venerant, absentiente Godefrido, Rhenum navigio [789] ascendunt, et Diusburch [790] oppido occupato, munitionem in eodem loco more solito construunt, et in eo [791] tota hieme resident. Contra quos Heinricus dux castra posuit, et nullatenus prædas agere permisit. Redeunte vernali tempore, castris exustis, maritimis locis [792] se recipiunt.

[His etiam diebus Nordmanni a Somna [793] exeunt, et rursus in regno Hlotharii revertentes, in loco qui dicitur Lovon [794] (87) castrametati sunt in confinio ejusdem regni, et continuis incursionum infestationibus [795] utraque regna fatigant: ad quorum malitiam compescendam imperator semel et iterum exercitum misit, sed nihil dignum memoria adversus tantam violentorum [796] rapacitatem [797] actum est [798].]

DCCCLXXXV.

Anno Dominicæ incarnationis 885 Hugo rebellare disponens contra imperatorem, legatos ad Godefridum in Frisia [799] occulte dirigit, eo quod illi esset adfinitate conjunctus propter sororem quam in conjugium acceperat, hortaturque ut in patriam mitteret et auxiliatorum [800] validam manum undique contraheret, et cum omnibus viribus sibi opem ferret, quatenus regnum paternum evindicare armis potuisset [801]; et si id ejus industria virtutisque suffragio prosperitatis effectum obtineret, medietatem ipsius regni pro munere pollicetur. His suasionum promissionibus Godefridus veluti veneno infectus, occasionis fomitem inquirit, qualiter ac si justa ratione [802] a fidelitate imperatoris se subducere prævaleret, statimque Gerolfum [803] et Gardolfum, comites Fresonum, legatos ad Cæsarem dirigit, mandatque, si vellet, ut in ea [804] quam pollicitus fuerat [805] fidelitate perseveraret, finesque sibi regni commissos ab incursione propriæ gentis defensaret [806], Confluentes [807] Andrenacum et Sincicha [808] et nonnullus alios fiscos obsequiis [809] imperialibus deditos sibique [810] largiretur propter vini affluentiam, quæ in his locis [811] exuberabat [812], eo quod terra quam ex [813] munificentia principis possidendam perceperat [814], minime vini ferax esset. Agebat autem hoc ea animi intentione, ut si petita sibi largirentur [815], suos in visceribus regni immiscere [816] posset et varios eventus speculari; si autem et denegarentur [817], nihilominus offensus in sibi prohibitis [818], quasi justitia dictante, rationalibus desævire [819] posset rebellionisque causas [820] suscipere. Quorum callida machinamenta et factionum conspirationes cum persensisset imperator, cum Henrico, viro prudentissimo, altiori consilio pertractat, quo ingenio hostem quem in regni extremitatibus introduxerat, extinguere posset, et sciens esse loca [821] inaccessabilia exercitui propter diversarum aquarum innumeros decursus et impenetrabiles paludes, magis in arte quam virtute [822] experiri statuit. Legatos igitur responso suspensos absolvit, et ad Godfridum redire permisit, asserens per suos missos de omnibus legationum suarum causis ea responsa redditurum quæ sibi et eidem Godefrido essent decentia [823], tantum ut in cœpta fidelitate perseveraret. Post hæc Heinricum ad eundem virum mittit; et ut [824] fraus quæ struebatur occultaretur, cum eo Willibertum, venerabilem episcopum Coloniæ Agrippinæ. Qui (88) suis satellitibus secreto imperat, ut per Saxoniam properantes, non agmine facto, sed sparsim sibi occurrerent, loco et die quo cis condixit [825]; ipse cum perpaucis Coloniam venit, et assumpto [826] secum [827] præfato episcopo, mox in Batuam [828] proficiscitur, Godefridus, audito eorum adventu, illis obviam procedit ad locum qui dicitur Heripich [829] (89), in quo Rheni fluenta et Wal uno se alveo resolvunt, et ab invicem longius recedentes Batuam provinciam suo gurgite cingunt. Hanc insulam ingredientes

VARIÆ LECTIONES.

[785] qui ei in regnum succ. 7. 9-12 qui ei in regnum ejus succ. 6. [786] gundulphi 4. gundfi 8. gundolphi 5. [787] se subdiderunt 5. [788] chincheim et denemarca 2. 5a. d. chincheim et denemarham 5c. e. denimarca 4. 7—12. [789] rhenum in niumaga navigio *cod. S. Godeh*: [790] diusburch 5. duspurch. 11. 12. duusburh 7. [791] in ea 5. [792] exustis ad maritima loca 5c. e. [793] a sono 5. [794] louen 5. [795] continuis ejusdem regni infest. 1—3. 5, 6. [796] violentiorum 5a. [797] rapacitatem *deest* 2. [798] His etiam diebus etc. *usque* actum est *deest* 8—12 *cf. infra a.* 886. [799] frisiam 5c. e. [800] mitteret auxiliorum 5c. e. mitteret et auxiliorum 3—12. [801] posset 1—3 5. 6. [802] ac si juxta rationem 1—3 5. 6. [803] gerolphum et gardolphum 1. 3. 5. c. d. gerulfum et gardulfum 4. gerulfum et cardulfum 8. [804] vellet cum ea 5. [805] pollicitus est 6. [806] defenderet 5c. e. [807] confluentem 4. 5. [808] sucicha 5a. d. sucicham 5c. de [809] alios fines obsequiis 5. [810]. sibi 3. 4. 8. 12. [811] qui in his locis 7. 9—12. [812] locis erat 1—3. 5. [813] ex *deest* 7. 9—12 [814] perciperet 2. [815] petita larg. 7. 9—12 [816] immisceri 2. 5a d. 7. 9—12 [817] autem denegarentur 5. autem ea denegarentur 4. autem ea denegarentur 9—12 [818] prohibitos 2. 3. 5. [819] racionabilius dictante desevire 7. [820] causa 5a. d. causam 1—3. [821] sciens loca 1—3. 5. [822] quam ex virtute 1—5. [823] essent convenientia 4. 5. [824] mittit ut 5. [825] quo eis concidit 1.—3. quo eis constituit 6. quos eis edixit 5. quo se ei concidunt 7. [826] assumpto cum 5. [827] secum *deest* 1— 3. [828] battuam 5d. baccuam 3. [829] herispirch 9. 11. 12 arispich 10.

NOTÆ.

(87) *Lowen*.
(88) Id est, Heinricus.
(89) Modo ibi exstat locus Heerwen.

episcopus et comes, multa a Godefrido audiunt, multa ex parte imperatoris respondent, dies ad occasum vergitur, soluto colloquio insula excedunt, hospitia repetunt in crastinum reversuri. Heinricus episcopum hortatur, ut die subsequenti Gislam [830], uxorem Godefridi, extra insulam evocaret, eamque ad pacis studium provocare [831] satageret, interim ipse cum Godefrido causam Everhardi [832] comitis agitaret, cujus rerum [833] possessio ab eo violenter diripiebatur. Deinde persuadet eidem Everhardo ut de injustitia quam patiebatur in medio adsurgens se proclamaret, et cum a ferocis et barbaræ gentis homine durius et contumeliosius [834] verbum sibi esset prolatum, absque mora evaginato gladio eum summo annisu in capite percuteret [835] antequam a terra elevari posset. Quid plura? Ab Evarhardi primo percussus, et a satellitibus Heinrici [836] confossus Godefridus moritur, omnesque Nordmanni qui in Batua reperti sunt, trucidantur [837]. Non multis post interpositis diebus Hugo ejusdem Heinrici consilio ad Gundulfi villam promissionibus attractus, dolo capitur, et jussu imperatoris ab eodem Henrico ei oculi eruuntur, omnesque faventes dehonestantur. Post hæc in Alamaniam [838] in monasterio [839] sancti Galli mittitur, inde postea [840] in patriam revocatur; novissime, temporibus Zuendebolchi [841] regis, in Prumia [842] monasterio manu mea attonsus est — eram enim tunc temporis in eodem loco Dominici ovilis, quamvis non idoneus, tamen custos — ubi non post multos annos moritur et sepelitur.

DCCCLXXXVI.

Anno Dominicæ incarnationis 886, Nordmanni (90) a Somma [843] fluvio exeunt, et rursus in regno Hlotharii revertentes, in loco qui dicitur lovon [844] castra sedesque statuunt, scilicet in confinio utriusque regni, et continuis incursionum infestationibus utraque regna fatigant; ad quorum ingenitam malitiam compescendam, imperator semel et iterum exercitum misit, sed nihil dignum adversus tantam violentorum rapacitatem actum est.

Eodem anno [845] Ansbaldus, abba Prumiensis cœnobii, summæ sanctitatis ac religionis vir, ad cœlestem patriam transiit 4 Idus Julii, cui successit in regiminis loco Farabertus [846] venerabilis pater 8. Idus Aug.

DCCCLXXXVII.

Anno Dominicæ incarnationis 887, Nordmanni a Lovon recedentes Sequanam ingrediuntur [847], et Parisius applicantes, castra ponunt, et civitatem obsidione claudunt; contra quos imperator Heinricum ducem exercitu vernali tempore dirigit, sed minime prævaluit. Erant enim, ut ferunt, triginta et eo amplius adversariorum milia, omnes pene robusti bellatores.

Denuo æstivo tempore, antequam segetes in manipulos redigerentur, idem Heinricus cum exercibus utriusque regni Parisius [848] venit, et circumstantibus legionibus ipse cum perpaucis [849] propius accedens, munitionem circuit, situm loci contemplatur, aditumque perquirit, quo exercitui cum hostibus minus periculosus [850] pateret congressus. Porro Nordmanni audientes appropinquare exercitum, foderant foveas, latitudinis unius pedis et profunditatis trium, in circuitu castrorum, easque quisquiliis et stipula operuerant, semitas tantum discursui necessaria intactas reservantes; pauci igitur latrunculi qui latitabant in concavis viarum itineribus, videntes Heinricum appropinquare, cito [851] surgunt a locis in quibus [852] delituerant, provocantque virum telis, et voce lacessunt. Ille animi magnitudine indignitatem rei [853] non ferens, super eos irruit, et mox in cæcis foveis [854] equus cui insidebat impegit, et cum ipso [855] in terram [856] corruit; hostes summa cum festinatione advolantes [857], antequam a loco elevaretur, eum terræ confodiunt; et aspiciente universo exercitu, absque mora [858] trucidant, arma auferunt, et spolia ex parte diripiunt. Agminibus autem impetum facientibus, vix cadaver examine eruitur, et a suis usque Suessionis [859] deportatum [860], in basilica sancti Medardi sepelitur. Exercitus, amisso duce, ad propria revertitur.

Eodem tempore Hugo abba, magne potestatis [861] vir et [862] magnæ prudentiæ, Aurelianis moritur, et apud sanctum Germanum Antisiodoro [863] tumulatur. Ducatus quem tenuerat et strenue rexerat, Odoni [864] filio Rodberti, ab imperatore traditur, qui ea tem-

VARIÆ LECTIONES.

[830] gissam 5e. gisalam 7. [831] studium revocare 2. 3. 5. [832] eberhardi 5. [833] cui rerum 2. 5. [834] contumeliosis 5d. [835] percutit. 4. 5. — *Post vocem* percuteret *aliquid excidisse videtur, e. g.* ab hominibus Heinrici protinus trucidandum. [836] et satellitibus 5. [837] trucidabantur 7 — 12. [838] alamanniam 3. 5c. d. 7. 9—12. [839] monasterium 1? 3.-5. 7. 9—12. [840] interim postea 5d. [841] zuendebochi 1. zuendeboldi 3. zundibolchi 5. zeindibachi 7. 9. zunentibolchi 4. zuendibolcho 8. zendibachi. 10 zendibachi 11. 12. [842] brumia 7. [843] sanne 5a. sonn 5c. d. [844] loven 5. *ita* et *infra.* [845] Eodem anno *usque* idus aug. *deest.* 4. [846] sarabertus 5. [847] ingrediuntur parisiis 5c. d. ingrediuntur, castra metati sunt in confinio ejusdem regni et parisius 9. — 12. [848] parisiis 5c. e. *ita fere semper.* [849] paucis 7. 8. [850] periculosis 5a. d. [851] appropinquantem quare cito 5. [852] locis quibus 4. 5. [853] rei *deest* 5. [854] mox incertis foveis 1. 3. 5, mox incestis 2. [855] cum ipse 5a. d. [856] eum in terra 1. 5 [857] festinatione advolantes antequam *deest in codd.* 1—3; *quorum loco cod.* 3. *post.* summa *vocem* celeritate *inseruit.* [858] mora eum 5. [859] sessionis 7. suuessionis 5a. d. [860] deportatur 2. 5. [861] magnæ pietatis 5. [862] vir magnæ 7. [863] autissioduro 2. autisiodure 1. antisiodoro 5. (8.) abisiodoro 7. autissiodoro 4. 9-12. [864] adoni filio 1. 3.

NOTÆ.

(90) Cum eadem narratio supra an. 884 iisdem fere verbis occurrat, ibi tamen in codicibus 9-12 omittatur, Regino vagam illam sententiam, *His etiam diebus*, veritate magis perspecta, omisisse, et narrationem suo loco restituisse videtur.

pestate Parisiorum comes erat, et cum Gozzilino [865], ejusdem urbis episcopo, contra Nordmannorum assiduam impugnationem civitatem totis viribus tuebatur. A

His etiam diebus prædictus Gozzilinus episcopus inter ipsas obsidionum pressuras migravit a seculo, in cujus loco substitutus est ab imperatore [866] Haschiricus [867] episcopus.

Post hæc imperator Galliarum populos perlustrans, Parisius cum immenso exercitu venit ibique adversus hostes castra posuit, sed nil dignum imperatoria majestate [868] in eodem loco gessit [869]. Ad extremum, concessis terris et regionibus quæ ultra Sequanam erant, Nordmannis ad deprædandum, eo quod incolæ illarum sibi obtemperare nollent, recessit, et recto itinere in Alamanniam B perrexit [870]. Et primo quidem [871] Liudwardum [872], episcopum Vercellensem, virum sibi percharum et in administrandis publicis utilitatibus unicum consiliarium, objecto adulterii crimine, eo quod reginæ seeretis familiaris quam oportebat immisceretur [873], a suo latere cum dedecore [874] repulit; deinde paucis interpositis diebus, conjugem Richardem [875] — sic enim Augusta vocabatur — pro eadem re in concionem vocat, et, mirum dictu [876], publice protestatur, nunquam se carnali coitu cum ea [877] miscuisse, cum plus quam decennio legitimi matrimonii fœdere ejus consortio esset sociata. Illa e contra non solum ab ejus, sed etiam ab omni virili commixtione se immunem esse profitetur, et de virginitatis integritate gloriatur, idque se C approbare Dei omnipotentis judicio, si marito placeret, aut singulari certamine, aut ignitorum vomerum examine, fiducialiter adfirmat; erat enim religiosa femina. Facto [878] dissidio, in monasterio [879] quod in proprietate sua construxerat, Deo famulatura recessit.

His ita gestis, imperator corpore et animo cœpit ægrotare. Mense itaque Novembrio circa transitum sancti Martini Triburias venit, ibique conventum generalem convocat. Cernentes optimates regni, non modo vires corporis, verum etiam animi sensus ab eo diffugere, Arnolfum, filium Carlomanni, ultro [880] in regnum attrahunt, et facta conspiratione ab imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim transeunt, ita ut in triduo vix aliquis remaneret, qui saltem [881] officia humanitatis [882] impenderet. Cibus tantum [883] et potus ex Liudperti episcopi (91) sumptibus administrabatur [884]. Erat res spectaculo digna, et æstimatione sortis humanæ rerum varietate miranda. Nam sicut ante secunda fortuna rebus ultra quam arbitrari posset affluentibus, tot tantaque imperii regna sine laborum sudoribus, sine laborum certaminibus [885] attraxerat, ita ut post magnum Carolum majestate, potestate, divitiis, nulli regum Francorum videretur esse postponendus, ita nunc adversa velut in ostentatione [886] fragilitatis humanæ deficiens [887], quæ fortuna [888] cumulaverat, cuncta inhoneste in momento abstulit, quæ prospero arridens successu, quondam gloriose attulerat. Mittit ergo ad Arnolfum ex imperatore effectus egenus [889], et desperatis rebus non de imperii dignitate, sed de victu cottidiano cogitans, tantum alimentorum copiam ad subsidium vitæ præsentis supplex exposcit; dirigit etiam Bernhardum filium, quem ex pellice [890] susceperat, cum exeniis [891], eumque ejus fidei commendat. Miseranda rerum facies, videre imperatorem opulentissimum non solum fortunæ ornamentis destitutum, verum etiam humanæ opis egentem, Concessit autem ei [892] Arnolfus rex nonnullos fiscos [893] in Alamannia, unde ei alimonia præberetur; ipse vero, compositis in Francia feliciter rebus, in Bajoariam revertitur.

Eodem anno [894] Witgarius episcopus de Augusta civitate obiit, et Adalbero, nobilis generis magnique ingenii ac prudentiæ vir, cathedram ejus obtinuit, et ei in episcopatu [895] successit.

DCCCLXXXVIII.

Anno Dominicæ incarnationis 888, [896] Carolus imperator, tertius hujus nominis et dignitatis, obiit pridie (92) Idus Januar., sepultusque [897] est in Augea [898] monasterio. Fuit vero hic [899] Christianissimus princeps, Deum [900] timens, et mandata ejus ex toto corde custodiens, ecclesiasticis sanctionibus devotissime parens, in eleemosynis largus, orationi et psalmorum melodiis indesinenter deditus, laudibus Dei infatigabiliter intentus, omnem spem et consilium suum divinæ dispensationi committens, unde et ei omnia [901] felici successu concurrebant in bonum, ita ut in regna Francorum

VARIÆ LECTIONES.

[865] gozlinus . . gozlini 1. 2. gozelinus . . gozelino 3. [866] ab imperatore *deest* 7. [867] aschiricus 4. haischericus 8. aschirinus 3, [868] imperatore majestati 2. imperatoris m. 6. imperatoriæ majestati 9-12. imperator in 7, [869] dignum ab imperatore in eodem loco factum est 3. [870] alamanniam recessit 5. [871] quidem tempore 1. 7. [872] liutwardum 3. liutwardum 4. liwardum 8-10. lifardum 11. litsardum 12. [873] oportebat insereretur 6. [874] decore 2. [875] richardem 4. [876] mira dictu 7. 9-12. [877] cum ea *deest* 1. 2. 5. [878] femina ea acto 1. 5. [879] monasterium 5. discidio in Andelam monasterium ancillarum Dei in Alsatia 8. [880] ultra 5d. [881] saltim 7. 9-12. [882] saltim vel verba humanitatis 7. [883] cibus tamen 1. 3. 5. [884] administrabatur illi 6. [885] sudoribus et certaminibus 5. [886] ostensione 5. [887] destruens 4. 7. 9-12. [888] fortuna *deest* 7. 9-12. [889] egenus ex 5. [890] quem de pellice 6. [891] xeniis 5. [892] *deest* 1. 5. [893] fiscos cortis regia in 7. [894] eodem anno *usque* successit *deest* 7. [895] episcopatum 5. [896] DCCCLXXXVIIII. 2. 10. [897] sepultusque in 7. 9-12. [898] augia 2. augia insula 3. *cod. S. Godeh.* [899] *deest* 7. 9-12. [900] princeps Deum 4. [901] omnia *usque* omnia *deest* 3.

NOTÆ.

(91) Moguntini.
(92) Legendum *obiit die Idus Januar.* CF. Ann. Fuld. et Necrologium Sangallense.

quæ prædecessores sui non sine sanguinis effusione cum magno labore acquisierant [902], ipse perfacile in brevi temporum spatio sine conflictu, nullo contradicente, possidenda perceperit [903]. Quod autem circa finem vitæ dignitatibus nudatus bonisque omnibus spoliatus [904] est, tentatio fuit, ut credimus, non solum ad purgationem, sed quod majus est, ad probationem : siquidem hanc, ut ferunt, patientissime toleravit, in adversis secuti [905] in prosperis gratiarum vota persolvens, et ideo coronam vitæ, quam repromisit Deus [806] diligentibus se, aut jam accepit, aut absque dubio accepturus est. Post cujus mortem regnaque ejus ditioni paruerant, veluti legitimo destituta hærede, in partes a sua compage revolvuntur, et jam non naturalem dominum præstolantur, sed unumquodque [907] de suis visceribus regem sibi creari [908] disponit, quæ causâ magnos bellorum motus excitavit; non quia principes Francorum deessent, qui nobilitate, fortitudine et sapientia regnis imperare possent, sed quia inter ipsos æqualitas generositatis, dignitatis ac potentiæ discordiam augebat [909], nemine tantum cæteros præcellente, ut ejus dominio reliqui se submittere dignarentur. Multos enim idoneos principes ad regni gubernacula moderanda Francia genuisset, nisi fortuna eos, æmulatione virtutis, in perniciem mutuam [910] armasset.

Igitur quædam pars Italici populi Berengarium [911], filium Everhardi [912], qui ducatum Forojulanorum [913] tenebat, regem sibi statuunt, quædam Widonem [914], filium Lantperti, ducem Spolitanorum [915], æque regia dignitate sublimandum decernunt; ex qua dissensionum controversia tanta strages ex utraque parte postmodum facta est, tantusque humanus sanguis effusus, ut juxta Dominicam vocem [916], regnum in seipsum divisum desolationis miseriam pene incurrerit. Ad extremum Wido victor existens, Berengarium regno expulit. Pulsus itaque Arnolfum regem adiit [917], ejus patrocinia contra hostem exposcit. Quid vero Arnolfus fecerit, qualiter Italiæ regnum bis cum exercitu penetraverit [918] suo in loco [919] commemorabitur.

Interea Galliarum populi in unum congregati, cum consensu Arnolfi Odonem [920] ducem, filium Rodberti, de quo paulo superius mentionem fecimus, virum strenuum, cui præ cæteris formæ pul- A chritudo et proceritas corporis et virium sapientiæque magnitudo inerat, regem super se pari consilio et voluntate creant; qui rempublicam viriliter rexit, et contra assiduas deprædationes Nordmannorum indefessus propugnator extitit.

Per idem tempus [921] Ruodolfus, filius Chuonradi, nepos Hugonis abbatis de quo supra meminimus, provinciam inter Jurum [922] et Alpes Penninas [923] occupat, et apud sanctum Mauritium (93) adscitis secum quibusdam primoribus [924] et nonnulis sacerdotibus coronam sibi imposuit, regemque se appellari jussit. Post hæc mittit legatos per universum regnum Hlotarii, et suasionibus pollicitationibusque episcoporum ac nobilium virorum mentes in sui favorem demulcet. Quod cum nunciatum B esset Arnolfo, illico cum exercitu super eum irruit; ille per artissima itinera fuga dilapsus, in tutissimis rupium locis salutis præsidium quæsivit; omnibus itaque [925] diebus vitæ suæ (94) Arnolfus et Zuendiboldus, filius ejus, eumdem Ruodolfum persecuti sunt, nec tamen eum lædere [926] potuerunt, quia, ut supra expressum est, loca in accessibilia, quæ in multis solis hibicibus [927] pervia sunt [928], insequentium confertas acies [929] procul ab ingressu repellebant.

Eodem anno Nordmanni qui Parisiorum urbem obsidebant, miram et inauditam rem, non solum nostra, sed etiam superiore ætate, fecerunt. Nam cum civitatem inexpugnabilem esse persensissent, omni virtute omnique ingenio laberare cœperunt, C quatenus urbe post tergum relicta, classem cum [930] omnibus copiis per Sequanam sursum possent evehere, et sic Hionnam [931] (95) fluvium ingredientes, Burgundiæ fines absque obstaculo penetrarent. Civibus autem omni instantia prohibentibus ascensum fluminis, naves per siccum plusquam duorum passuum milibus trahunt, et taliter [932] declinato omni periculo, iterum eas Sequanæ [933] fluentibus immergunt; et post [934] paulum Sequanam relinquentes, Hionnam [935] ut disposuerant [936], et sub omni celeritate navigantes, Senonis applicuerunt, ibique castris positis, per continuos sex menses eandem urbem obsidione claudunt, totamque pene Burgundiam rapinis, cædibus ac incendiis demoliuntur. Sed civibus fortiter repugnantibus, Deo protegente, nequaquam [937] præfatam civitatem capere potue-

VARIÆ LECTIONES.

[902] in bonum cum labore acquisierant 7. [903] perceperat 7. 9-12. [904] bonisque spoliatus 2. [905] toleravit in adversis, sicuti 5. [906] quam promisit deus 3. [907] unusquisque 7. [908] creare 9-12. [909] augebant 1. 2. 5. [910] fortuna nos æmulatione . . . mutua 7. [911] berngarium 9-12. [912] ennarhardi 5. [813] foro julianorum 5. [914] guidonem 5. [915] lantperti spolitanorum ducis (8.) 9-12. [916] vocem dominicam 7. 9-12. [917] itaque ad arnolfum 5. arnolfum adiit 3. [918] penetravit 5d. [919] suo loco 5. [920] ottonem 5. [921] per id tempus 5. [922] juram 5. [923] alpes apenninas 3. [924] prioribus. [925] omnibusque 5. [926] tamen laedere 7. 9—12. [927] quæ solis ybicibus 3. [928] quæ semitis tantam pervia 6. [929] consertas acies 1—8. [930] classe et cum 3. [931] sursum possent evehere et sic hionnam *deest* 1—3. 5. [932] trahunt taliter 5c. e. [933] iterum classem Sequanæ 6. [934] immergunt. post 5c. e. [935] relinquentes in ennam 1. 2. r. in vi viennam. [936] disposuerant intrant 11. 12. [937] nequaquam *usque* quamquam *deest* 7.

NOTÆ.

(93) *Saint-Maurice* ad Rhodanum in Vallensium pago.

(94) Hæc igitur post Zuendibaldi obitum scripta sunt.

(95) *Yonne*.

runt, quanquam [938] omni laborum sudore, omniumque artium et machinamentorum ingenio id multipliciter pertentassent. Inter [939] ipsas vero obsidionum angustias Everhardus, ejusdem loci metropolita, vir totius sanctitatis et sapientiæ nitore fulgidus, corporeis vinculis absolutus, ad cœlestem patriam transiit; in cujus sathedra [940] sublimatus est Waltharius, nepos Waltharii Aurelianensis urbis episcopi, longe inferior prædecessor moribus, religione et philosophiæ studio.

DCCCLXXXIX.

Anno Dominicæ incarnationis 889 [941], gens Hungarorum [942] ferocissima et omni belua crudelior, retro ante seculis ideo inaudita quia nec nominata, a Scythicis regnis [943] et a paludibus quas Thanais [944] sua refusione in immensum porrigit, egressa est. Sed priusquam ipsius gentis acta crudelia stilo persequamur [945], non superfluum videatur, si de Scithiæ situ Scytharumque moribus historiographorum dictu sequentes, aliquid commemoremus. Scythia (96), ut aiunt, in orientem [946] extensa, includiditur [947] ab uno latere Ponto, ab altero montibus Riphæis, a tergo Asia et Ithasi [948] (97) flumine. Patet autem multum in longitudinem et latitudinem. Hominibus hanc [949] inhabitantibus inter se nulli fines; perraro enim agrum exercent, nec domus illis ulla, aut tectum vel sedes est, armenta et pecora semper pascentibus; et per incultas [950] solitudines errare solitis. Uxores liberosque secum in plaustris vehunt, quibus [951] corris [952] imbrium hiemisque causa tectis [953] pro domibus [954] utuntur. Nullum scelus apud eos furto gravius, quippe sine tecti munimento pecora et armenta alimentaque habentibus [955] quid inter silvas superesset, si furari liceret? Aurum [956] et argentum non perinde ut reliqui mortales appetunt, venationum et piscationum exercitiis inserviunt (98), lacte et melle vescuntur. Lanæ his usus ac vestium ignotus [957], quanquam continuis frigoribus afficiantur, pellibus tantum ferinis ac murinis induuntur. Imperium (99) Asiæ ter quæsivere, ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti [958] aut invicti [959] mansere; nec virorum magis quam feminarum virtutibus claruere, quippe cum ipsi Parthos Bactrianosque, feminæ autem eorum Amazonum regna condiderunt, prorsus ut res gestas virorum mulierumque considerantibus incertum sit, uter apud eos sexus illustrior fuerit [960]. Darium, regem Persarum, turpi a Scythia summoverunt [961] fuga, Cyrum cum omni exercitu trucidaverunt, Alexandri Magni ducem Sopiriona [962] pari ratione [963] cum universis copiis deleverunt; Romanorum audiere, non sensere arma. Laboribus et bellis asperi, vires corporum [964] immensæ. Abundant vero tanta multitudine populorum, ut eos genitale solum non sufficiat alere. Septemtrionalis (100) quippe plaga, quanto magis ab aestu solis remota est et nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum et propagandis gentibus coaptata: sicut et contra [965] omnis meridiana regio, quo solis est fervori vicinior, eo semper morbis abundat, et educandis minus est apta mortalibus: unde fit, ut tantæ populorum multitudines arcto [966] sub axe oriantur, ut non immerito universa illa regio Thanai tenus [967] usque ad occiduum, licet et propriis loca in ea singula nuncupentur nominimus, generali tamen vocabulo Germania vocitetur. [968] Ab hac ergo populosa Germania sæpe innumerabiles [969] captivorum turmæ abductæ, meridianis populis pretio distrahuntur [970]; multæ quoque ex ea, pro eo quod tantos mortalium germinat [971] quantos alere vix sufficit, frequenter gentes egressæ sunt, quæ nihilominus et partes Asiæ, sed maxime sibi contiguam Europam afflixerunt. Testantur hoc ubique urbes erutæ per totam Illyricum [972] Galliamque, sed maxime miseræ Italiæ [973], quæ pene illarum omnium est gentium experta sævitiam.

Ex supradictis igitur locis gens memorata a finitimis sibi populis, qui Pecinani vocantur [974], a priis sedibus expulsa est, eo quod numero et virtute præstarent, et genitale, ut præmisimus, rus exuberante multitudine [975] non sufficeret ad habitandum. Horum itaque violentia effugati ad ex-

VARIÆ LECTIONES.

[938] nequaquam eam obtinuerunt quanquam (7) 9. — 12 [938] Inter ipsas *etc. deest* 4. [940] cathedram 1 — 3. 5. [941] DCCCCXXVIIII. 7. 9 — 12. [942] hungarium 2. ungarium 7. [943] ungariorum 9. 12. [944] scythis regnis 5e. scithis regnis 2. [945] tanais 5c. e. [946] præsequamur 5a. d. [947] oriente 1. 2. 4. 5.. 7 — 12. [948] induitur 5. [949] itasi 8. 11. 12. ethasi 7. [950] latitudinem, omnibus hanc 2. 5a. d. [951] per multas 5a. d. [952] quibus *deest* 1 — 5a. d. 6 — 12. [953] carris imbrium 4. tecti 9 — 12. [954] hiemis causæ pro tectis domibusque 6. [955] habent. Aurum 5. quid nisi silva 7. præter silvas 4. quid illis 3. 5. quid eis superesset 8. quid superesset 9 — 1 . [956] si figurari liceret aurum 2. [957] lanæ usus ac vestium ignari sunt 3. vestimentorum 7. [958] inacti 2. 7. [959] invisi 5d. — [960] inlustrior sit 2. [961] summa moverunt 2. 5d. [962] zopyriona 5c. e. [963] patri ratione 2. [964] corporis 3. 5. [965] et econtra 5. [966] actos 1. archos 2 archos 2 archi 3. [967] thanaitenus *deest* 7. 9 — 12. regio a thanai fluvio 5. [968] germaniæ sepe annumerabitus 5c. e. germaniæ sæpe innumerabitur 1. 2. 5a. d. germania nominetur 3. germaniæ sæpe nominetur 4. [969] vocabulo nortmanniæ sæpe innumerabiles 7. [970] pretio traduntur 5. [971] germinat 5a. d. [972] illiriam 5. [973] misera italia 3. 6. [974] pecinati 2. pezinati 2. pezinati 6. pecenati 7. pecenaci 8 — 12. vocabuntur 7. [975] exuberante multitudine *deest*. 3.

NOTÆ.

(96( *Scythia ut aiunt* usque *induuntur* desumpta ex Justino, lib. II, cap. 2.

(97) *Ithasi*, lectio codicum Justini, pro quo Bongars induxit *phasi*.

(98) *Venationum et piscationum exercitiis inserviunt*. Hæc desiderantur in Justino.

(99) *Imperium Asiæ* usque *corporum immensæ* ex Justino lib. II, cap. 3.

(100) *Septentrionalis* usque *experta sævitiam*, ex Pauli Diac. Hist. Langob. lib. I.

das, quas possent incolere terras, sedesque statuere, valedicentes patriæ iter arripiunt. A Et primo quidem Pannoniorum et Avarum [976] solitudines [977], pererrantes, venatu ac piscatione [978] victum cottidianum quæritant; deinde Carantanorum, Marahensium ac Vulgarum [979] fines crebris incursionum infestationibus irrumpunt, perpaucos gladio, multa milia sagittis interimunt; quas tanta arte ex corneis arcubus dirigunt, ut earum ictus vix præcaveri possit. Cominus (101) enim in acie præliari, aut obsessas expugnare urbes nesciunt. Pugnant autem [980] procurrentibus equis, aut terga dantibus. sæpe etiam fugam simulant; nec pugnare diu possunt. Cæterum intolerandi forent, si quantus est impetus, vis tanta et perseverantia esset. Plerumque in ipso ardore certaminis prælia B deserunt, ac paulo post pugnam ex fuga repetunt, ut cum maxime vicisse te putes, tunc ibi discrimen subcundum sit. Quorum pugna, quo cæteris gentibus inusitata [981], eo et periculosior. Inter horum et Brittonum conflictum hoc unum interest, quod illi missilibus, isti sagittis utuntur. Vivunt non hominum sed beluarum more. Carnibus siquidem [982], ut fama est, crudis vescuntur, sanguinem bibunt, corda hominum quos capiunt particulatim dividentes veluti pro remedio devorant, nulla miseratione flectuntur, nullis pietatis visceribus commoventur. Capillum usque ad cutem ferro cædunt [983]. Equis (102) omni tempore vectantur; super illos ire, meditari, consistere ac colloqui solent. Liberos (103) ac servos suos equitare et [984] C sagittare magna industria docent. Ingenia (104) illis tumida, seditiosa, fraudulenta, præcocia. Quippe eandem ferocitatem feminis quam viris adsignant, semper in externos aut in domesticos motus inquieti, natura taciti, ad faciendum quam ad dicendum promptiores [985]. Hujus igitur nefandissimæ gentis crudelitate non solum memoratæ regiones, verum etiam Italiæ regnum ex permaxima parte devastatum est.

Eodem anno Nordmanni a Senonica urbe recedentes, denuo Parisius cum omnibus copiis devenerunt. Et cum illis descensus [986] fluminis a civibus omnino inhiberetur, rursus castra ponunt, civitatem totis viribus impugnant, sed Deo, opem ferente, nihil prævalent. Transactis paucis diebus, iterum Sequanam cum classe ascendunt, et matronam fluvium ingredientes, Trecas civitatem incendio cremant, et usque Virdunensem [987] ac Tullensem urbes cuncta circumquaque depopulantur [988].

His [989] etiam diebus Liudpertus, Magontiæ urbis præsul, rebus [990] humanis sublatus est, in cujus loco subrogatus est Sunzo [991], vir religiosus ac simplex, sacris litteris sufficienter imbutus [992], qui in Vulda [993] monasterio sub regimine abbatis ab ineunte ætate nutritus et conversatus [994] fuerat, annitente [995] Boppone [996] Thuringorum duce, et Arnolfo rege annuente.

DCCCXC.

Anno Dominicæ incarnationis 890 [997], Arnolfus rex concessit Zuendiboldo [998], Marahensium Sclavorum regi, ducatum Behemensium, qui hactenus principem suæ cognationis ac gentis super se habuerant, Francorumque regibus fidelitatem promissam inviolato fœdere conservaverant [999], eo quod illi antequam in regni fastigio sublimaretur, familiaritatis gratia fuerit connexus: denique filium ejus, quem ex pellice susceperat, a sacro fonte levavit, eumque ex nomine suo Zuendibold appellari fecit. Quae res non modicum discordiarum et defectionis præbuit incita-

VARIÆ LECTIONES.

[976] pannoniorum et viarum s. 7. [977] ayarorum solitudinem 7. [978] ac spacione 2. 5a. d. 9 — 12. [979] bulgarum 4. 5. 7. 8. [980] pugnant aut 2. [981] inusitatior 4 — 6. [982] siquidem *deest* 2. 5. [983] Equis omni tempore vectantur *deest in codicibus æque ac editionibus omnibus; codex* 1 *habet* capillum usque ad cutem tari ac colloqui solent; 2. capillum usque ad vitem tari ac colloqui; 3. caballos supra modum tempari solent; *de* 6 *nihil prolatum ideo cum* 5. 7. 9. 10. 11. 12. *legere censendus est* capillum neque ad cutem ferro cœdunt, super illos ire, meditari, consistere ac colloqui solent; 3 capillos usque ad verticem ferro cædunt. Super illos ire, consistere, metari ac colloqui solent; 8. *demum* capillum usque ad cutem ferro cædunt, super equos ire, consistere, colloqui et meditari solent. *Quam annalistæ Saxonis lectionem, quæ levissima mutatione textui medelam adferre videtur, quominus recipiam, obstat, quod Reginonis verba ab annalista non ita sincera exscribi, sed plerumque contrahi immutarive soleant, Cum igitur et vox* illos *in integra Justini sententia reperiatur, ac non unum vocabulum corruptum sed plura hoc loco excidisse codicum discrepantia ostendat, ex ipso Justino remedium petii. Nec tamen, Reginonis in adoptandis aliorum verbis consilium spectans, integram Justini sententiam recipiendam censui, quæ enim voces.*» Equis omni tempore vectantur « *excipiunt* » illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt « *an in Ungaros quoque quadrarent, valde dubitabam. Cæterum Justini editiones non* meditari *sed* mercari *habent, cui* codicis 4: (*Ann. Mettensium*) metari *proxime accedit:* meditari *autem genuinam et Justini et Reginonis lectionem esse, ipse sententiarum nexus satis superque evincit.* [984] equitare ac 1 — 3. 5. 6? 7. [985] proniores 1. 5. 6? [986] decursus 1 — 3. 5 [987] verdensem 5. virdenensem 2. [988] depopulantes 2. 5. [989] His etiam diebus *etc. deest* 4. [990] praesul e rebus 1 — 3. 5. [991] sinzo 7. [992] suff. instructus 1 — 3. 5. [993] in fuldal. 3. 5. 8 — 12. [994] conversatus est 5. [995] fuerat annitente *deest* 1 — 3. 5. 8 — 12. [996] bobpone 2. bobpone 1. popone 3. 6. boppone 7. poppone 5. 8 — 12. [997] DCCCXI. 7. [998] zuendibolch 1. zundeboldus, zundibolch, zundibolhc 2. cendebolt 3. zundebolch, zundeboldus 5. zuendiboldus, zuendibolche 7. zuentibolh, zuentibolcus 4. zuendibolth, zuendibolc 8. zendebolch, zendibolch, zuendibolch 9 — 12. [999] conservaverunt 5a. d.

NOTÆ.

(101) *Cominus* usque *subeundum sit,* ex Justini lib. XLI, c. 2.

(102) *Equis* usque *solent*, ex Justini lib. XLI, c.3.

(103) *Liberos* usque *docent*, ibid. cap. 2.

(104) *Ingenia* usque *dicendum promptiores*, ibid. cap. 3, ubi tamen legitur: *Quippe violentiam viris, mansuetudinem mulieribus adsignant.*

mentum. Nam et Behemi [1000] a fidelitate diutius custodia recesserunt, et Zuendibold ex adjectione alterius regni vires non parvas sibi accessisse sentiens, fastu superbiæ inflatus, contra Arnolfum rebellavit. Quod cum cognovisset Arnolfus, cum exercitu regnum Marahensium ingressus, cuncta quae extra urbes reperit, solotenus demontus est. Ad ultimum cum [1001] et cæteræ fructiferæ arbores radicitus exciderentur, Zuendibold pacem poposcit [1002], et dato filio obside, hanc [1003] sero promeruit,

Per idem [1004] tempus Nordmanni a Matrona fluvio exeuntes, Parisius revertuntur, et quia omnimodis [1005] descensus fluminis per pontem [1006] prohibebatur, tertio castra locant, et iterato certamine prædictam urbem impugnant. Sed civibus, qui continuis operum [1007] ac vigiliarum laboribus induruerant, et assiduis bellorum conflictibus exercitati erant, audaciter [1008] reluctantibus, Nordmanni, desperatis rebus, naves per terram cum magno sudore trahunt, et sic alveum repetentes, Britanniæ finibus classem trajiciunt. Quoddam castellum in Constentiensi [1009] (105) territorio, quod ad sanctum Loth (106) dicebatur, obsident, et accessum ad fontem aquæ ex toto prohibentes, oppidanis siti arescentibus, fit deditio, eo pacto ut, vita tantum concessa, cætera tollerent. Illis a munitione progressis, gens perfida fidem et promissa data prophanat [1010], omnesque absque respectu jugulat; inter quos episcopum Constantiensis ecclesiæ interimunt.

Erat tunc temporis inter Alanum et Indicheil, duces [1011] Brittonum, non parva de partitione regni dissensionum controversia. In hoc ergo schismate [1012] et divisione, non tantum terrarum quantum terrarum quantum mentium [1013], pagani Brittones reperientes, super eos fiducialiter irruunt. Illi dum privatum singulorum, non commune universorum [1014] bellum ducunt, et auxilium ferre alter alteri recusat, quasi victoria unius non omnium foret, graviter ab hoste læduntur; cæduntur passim; et usque ab Blavittam [1015] (107) fluvium omnis eorum possessio diripitur. Tunc primum intelligentes, quantam sibi perniciem, quantas adversariis vires discordia administraret [1016]; per internuntios se invicem confirmant, tempus et locum eundi indicunt [1017], bellumque communibus viribus construunt. Itaque Judicheil qui erat adolescentior, cupiens gloriam nominis sui [1018] exaltare, non expectato Alano cum sociis, prælium conserit, multa milia hostium cædit, reliquos in quendum vicum fugere compulit. Quos cum ultra quam oporteret improvide persequeretur, ab ipsis extinguitur, gnarus quia vincere [1019] bonum [1020] est, supervincere non est; periculosa est enim desperatio. Post hæc Alanus, coadunata omni Britannia, tale votum vovit, ut si adversarios per divinam virtutem posset superare, decimam partem omnium bonorum suorum Deo et sancto Petro Romam destinaret. Omnibus autem Brittonibus idem votum spondentibus ad pugnam procedit, et commisso prælio tanta strage hostes fudit [1021], ut vix quadringenti viri ex quindecim [1022] milibus ad classem repedarent.

Hac [1023] tempestate sanctissimo et in divinis humanisque rebus prudentissimo Williberto episcopo ab hac luce subtracto, Herimannus [1024], venerabilis vir, per electionem cleri ac [1025] plebis ecclesiæ Coloniensi præficitur. Circa hæc etiam [1026] tempora Salomon [1027], Constantiensis ecclesiæ antistes, recessit a sæculo; in cujus loco successit Salomon, qui hac ætate abbatiam sancti Galli tenebat vir non solum nobilitate verum etiam prudentiæ ac sapientiæ virtutibus, insignitus, qui præfatæ urbis tertius ejus [1028] nominis dignoscitur esse pontifex.

## DCCCXCI.

Anno Dominicæ incarnationis 891 [1029], Nordmanni duobus continuis præliis in Britannia graviter attriti, in regnum Hlotharii classem transferunt, et castris metatis [1030], prædas exercent. Contra quos Arnolfus rex exercitum dirigit, jubetque super Mosam tentoria figere, transitumque fluminis hostibus probibere. Sed antequam exercitus in unum colligeretur ad condictum locum juxta castrum Trajectense (108), Nordmanni superiora tenentes, circa Leodium Mosam transierunt, et hostilem expeditionem a tergo relinquentes, in sylvis et paludibus Aquis palatio contiguis disperguntur; obvios quosque perimunt plurima [1031] plaustra vehicula, in quibus alimenta exercitui deferebantur, capiunt. Quæ fama cum ad exercitum pervenisset, qui jam ipse ipso die nativitatis sancti Johannis baptistæ pene [1032] in unum convenerat [1033], non tam tremor quam stupor mentes omnium occupavit. Principes vero [1034] concione convocata, non tam de periculo quam de re dubia consu-

VARIÆ LECTIONES.

[1000] behemi 4. 4. 7—12. beheimi 2. behemani 3. bohemi 5. boemi 8—12. [1001] ultimum ne ceteræ 5. ultimum et ceteræ 1. 2. 9—12. ultimum tunc et c. 7. ultimum et c. f. a. cum radicitus 6. [1002] pacem poscit 5. [1003] hanc pacem 5. [1004] id 5. [1005] omnimodus 91. 3. 5. [1006] per pontem *deest* 3. [1007] civibus, continuis enim operum 5. [1008] audacter 7—12. [1009] constantinensi... constantinensis 7. 9—12. [1010] violat 7—12. [1011] ducibus 2. 5a. d. [1012] scismate 7. 9—12. [1013] montium 5c. e. [1014] commune omnium d. b. 7. 9—12. [1015] usque blavillam 1. blavitam 3. 5. blavertam 7. [1016] administraretur 5a. d. [1017] locum ei indicunt 5. [1018] sui nominis 7. 9—12. [1019] ignarus cui vincere 5. [1020] supervincere bonum non 5. [1021] effudit 4. 5. [1022] ex XII. 3. 7. 9—12. [1023] hac tempestate... pontifex *deest*. 4. [1024] hermannus 1. 5. [1025] cleri ac *deest* 7. [1026] etiam *deest* 5. [1027] salemon 3. [1028] ejusdem 7. 9—12. hujus 2. 5. [1029] DCCCXC. 2. 9. 11. 12. [1030] castra metati 5. 6. 7. 9—12. [1031] plurima *deest* 4. 5. [1032] pene *deest* 6. bene 7. [1033] convenerant 1. 5. 7. 9—12. [1034] vero *deest* 1. 2.

NOTÆ.

(105) *Coutances.*
(106) *Saint-Lô.*
(107) *Blavet*, in cujus ostio *Port-Louis et Lorient.*
(108) *Mastricht.*

lunt, incerti utrum (109) Ribuariorum[1035] fines intrantes Coloniam tenderent, aut [1036] per Prumiam transeuntes Treveris [1037] dirigerent gressum [1038], vel certe congregatam adversum se multitudinem [1039] pertimescentes, transvadata Mosa ad classem festinarent. Inter hæc nos superveniens, conventum solvit. Postera die cum aurora radios suæ lucis repræsentaret [1040], omnes armantur, et levatis vexillis per descensum fluminis [1041] expediti [1042] ad pugnam gradiuntur [1043]. Cumque torrentem qui Gulia [1044] (110) dicitur transissent, acies pariter substituerunt; dehinc deliberant, ne omnis exercitus incassum fatigaretur, quod [1045] unusquisque procerum duodecim ex suis mitteret, qui in unum agmen redacti hostes investigarent. Hæc sermocinantibus subito [1046] apparuerunt speculatores Nordmannorum. Quos cum omnis multitudo, inconsultis ducibus, confuso ordine insequeretur, peditum turmas in quadam villula [1047] offendit [1048], qui in unum conglobati, facile sparsim supervenientes repellunt, atque retrorsum redire cogunt. Deinde perstrepentibus secundum morem pharetris, clamor in cœlum tollitur, pugna committitur. Equites Nordmannorum, audito clamore, summa cum festinatione advolant, et ingravato [1049] prælio Christianorum exercitus, peccatis facientibus. heu proh dolor! terga vertit. In quo prælio episcopus Magontiacæ [1050] urbis, Sunzo, et Arnolfus comes occubuerunt, necnon innumera multitudo nobilium virorum. Nordmanni, patrata victoria, castra divitiis omnibus [1051] referta invadunt, et trucidatis quos in bello ceperant, onerati præda ad classem revertuntur. Fuit vero hæc cædes facta 6 Kalendas Julii [1052].

Dum hæc aguntur, Arnolfus rex in Bajoariorum extremitatibus morabatur, insolentiam Sclavorum reprimens; cui cum nuntiata esset suorum strages hostiumque victoria, primo pro amissis fidelibus nimium tristatur [1053], et querelam cum gemitu deponit, quod Franci, eotenus [1054] invicti adversariis terga darent: deinde indignitatem rei animoso in pectore versans [1055], in hostem accenditur, et congregato ex orientalibus regnis exercitu, mox Rheno transmisso, circa litora Mosæ castra statuit. Interjectis diebus Nordmanni ex superiori pugna elati, cum omni virtute ad deprædandum proficiscuntur; contra quos rex cum expeditis ad pugnam procedit. Illi cernentes acies appropinquare, super fluvium qui Thilia (111) dicitur, ligno et terræ congerie more solito se communiunt, et cachinnis et exprobrationis agmina lacessunt, ingeminantes cum insultatione et derisu, ut memorarentur Guliæ, turpisque fugæ, cædisque patratæ, post modicum similia passuri. Rex, felle commotus, exercitum jubet descendere, et pedestri congressione cum adversariis decertare [1056]. Qui dicto citius ab equis desilientes, clamore exhortationis dato, præsidium inimicorum irrumpunt, et Deo vires cœlitus administrante, eos usque ad internicionem [1057] ferro cædunt, terræque prosternunt, ita ut ex innumerabili multitudine vix residuus esset qui ad classem adversum nuntium reportaret. Rebus, feliciter gestis, Arnolfus in Bajoariam revertitur.

Eodem [1058] anno Hatto [1059], venerabilis abba, in Magontiacensi ecclesia metropolitanus [1060] consecratur, qui hactenus in Augio monasterio multorum pater extiterat [1061] monachorum.

DCCCXCII.

Anno Dominicæ incarnationis 892 [1062], mense Februario, Nordmanni qui ad naves remanserant, Mosam transeuntes Ribuariorum pagum ingressi sunt, et [1063] secundum crudelitatem sibi ingenitam cuncta devorantes, pervenerunt usque Bunnam [1064]. Inde digressi, occupaverunt quandam villam quæ Landulfesdorf [1065] (112) nominatur [1066], ubi occurrit eis exercitus Christianorum, sed nihil dignum quod [1067] virtuti adscribatur egit. Nocte superveniente, recesserunt Nordmanni a jamdicta villa et formidantes hostilem impetum, nequaquam ausi sunt se committere planioribus atque campestribus [1068] locis, sed silvas semper tenentes, exercitum vero a læva post tergum relinquentes, quanta poterant velocitate ad Prumiam [1069] monasterium aciem dirigebant, ipsisque jam jamque [1070] irruentibus, abba et congregatio fratrum vix fuga dilapsi sunt. At Nordmanni

VARIÆ LECTIONES.

[1035] rubuariorum 7. [1036] ut 4. 5a. d. [1037] treveros 5. treverim 7. 8. 9. 10. 12. prumia 2. [1038] gressum dirigerent 7—12. [1039] congregata... multitudine 1. 2. 3. 4. 5. 11. [1040] aurora illucesceret 7. 9—12. [1041] fluminis ex spe 6. [1042] expediti *deest* 1—5. 8. [1043] pugnam procedunt 7—12. [1044] gulib. 5. jügila 3. [1045] fatigaretur ut u. 2. 6. 8. fat. sed u. 7. 9—12. [1046] subito *deest* 7—12. [1047] quandam villulam 1. 2. quandam villam 3. [1048] insequerentur... offendunt 5. [1049] etgravato 7. 9—12. [1050] moguntiæ 5. magontinæ 7. [1051] omnibus divitiis 1. 2. [1052] VII° Kal. 7—12. [1053] contristatur 7—12. [1054] eatenus 1. 3. 4. 5. [1055] rei animo versans 7—12. [1056] decertari 2. 4. 5a. d. 9—12. [1057] internecionem irrumpunt 6. [1058] eodem . . monachorum *deest* 4. [1059] hattho 2. atho 7. hatho 9. atto 10. [1060] metropolita 2. 9—12. [1061] extitit 5. 7. 9—12. [1062] DCCCXCI. 10. [1063] ingressi et 4. 5. [1064] bonnam 5. usque ad bunnam 7. 9—12. [1065] landulfesdorph 1. landulfestorph 2. landolfasdorf 7. landuluestorph. 4 landolfestorp 8. landolfesdorf 9. 11. 12. landofesdorf 10. landolfesdorff 5. [1066] dicitur 5. [1067] quid virtuti 5d. [1068] planioribus et camp. 7—12. pl. vel camp. 8. [1069] prumiæ 2. 3 4. [1070] jamque *deest* 5.

NOTÆ.

(109) Incerti utrum (*scil.* Nordmanni) Ribuariorum, etc.

(110) Prope Marsnam Mosam influit, *die Geule.*

(111) Dyle.

(112) Honthemius hodiernum Leudesdorff contra Andernacum ad dextram Rheni ripam esse putat (*Hist. Trevir.* I, p. 220 a); sed ex loco nostro in sinistra ripa quærendum crediderim.

monasterium ingressi, omnia depopulati sunt, et A quosdam ex monachis interficientes, plurimamque familiam trucidantes, reliquos captivos duxerunt [1071]. Inde exeuntes Arduennam intrant, ubi quoddam castrum in quodam præeminenti monte noviter constructum, in quod [1072] innumera multitudo vulgi confugerat, adgrediuntur et absque mora expugnant; interfectisque [1073] omnibus, cum ingenti præda ad classem redeunt, oneratisque navibus cum omnibus copiis transmarinas repetunt regiones.

Per [1074] idem [1075] tempus Farabertus, abbas Prumiensis cœnobii, curam pastoralem sua sponte per concessum regis deposuit, et ego, quamvis indignus, secundum regularem auctoritatem per electionem fratrum in regimine successi; in quo tamen [1076] non diutius immoratus, æmulis agentibus, B Richarium, fratrem Gerhardi et [1077] Mathfridi [1078], invidiosum mei negotii successorem sustinui. Obsecro [1079] autem ne lectori onerosum videatur, si rem ab origine repetam, et qualiter hujusmodi negotium ad effectum perductum fuerit, simplici sermone pandam. Absurdum enim videtur, ut qui aliorum [1080] actiones et rerum gestarum causa explanare proposui, negotium quod ad me pertinet, silentio prætermittam [1081],

(*Multa desunt.*)

præsertim poplitibus [1082] veniam posco lectori [1083], eo quod verbosus in hac relatione, ultra quam decuit, extiti. Necessitas enim compulit [1084], ut non solum facta, sed etiam dicta in ordine [1085] ponerem, propter invidentium et adversantium calumniosam querelam.

Hæc de retroactis causis transcursisque temporibus ex multis pauca commemorasse sufficiat. Nam de modernis temporibus idcirco reticere disposuimus, quia si veritatem rerum gestarum ad liquidum stylo executi fuerimus, proculdubio odium et offensam [1086] quorumdam, qui adhuc superstites sunt incurremus; si autem a veritate recedentes aliter quam causa se habeat scripserimus, nihilominus adulationis et mendacii notam incurremus, quia omnibus pene res cognita est. Posteris ergo hoc latius [1087] explanandum relinquimus; sed ne hæc per omnia intacta præteriisse culpemur [1088], res tantum gestas ex parte summatim annotare curabimus.

Igitur anno supra memorato, mense Julii, Waltgarius [1089] comes, nepos [1090] Odonis [1091] regis, filius scilicet avunculi ejus Adalhelmi [1092], adversus eundem regem cum consilio quorumdam rebellionis arma levavit, Lugdunum Clavatum ingressus [1093], omni annisu regiæ potestati contraire nititur [1094]. Quod cum Odo [1095] cognovisset, civitatem obsidione cinxit, quam absque mora in deditionem recepit. Deinde omnibus primoribus qui tunc ibi aderant, adjudicantibus, eundem Waltgarium [1096] decollari jussit, eo quod in conventu publico contra regem et dominum suum gladium evaginasset. Post hæc in Aquitaniam proficiscitur contra ramunulfum [1097] et fratrem ejus Gozbertum [1098], et Ebulonem [1099] abbatem de sancto Dionysio, et allios nonnullos qui ejus imperiis obtemperare renuebant, ut eorum insolentiam reprimeret.

Item eodem anno mense Augusto, 5 Kalendas [1100] Septembr. [1101] Megingaudus [1102] comes, nepos supradicti Odonis regis, dolo interfectus est ab Alberico [1103] et sociis ejus in monasterio sancti Xysti quod vocatur Rotila [1104] (113); cujus corpus [1105] Treverim deportatum, apud sanctum Maximinum est sepultum.

Per idem tempus Arnt [1106], Wirziburgensis ecclesiæ C venerabilis episcopus, hortatu et suasione Popponis, Thuringorum ducis, ad pugnam contra Sclavos profectus, in eadem pugna occiditur; cujus cathedram Ruodulfus [1107], licet nobilis stultissimus tamen, frater scilicet [1108] Chuonradi et Gebehardi comitum obtinuit, et ei in episcopatu successit.

Arnolfus Zuendiboldo filio honores Megingaudi [1109] comitis ex parte largitur.

Boppo [1110], dux Thuringorum [1111], dignitatibus exspoliatur, et ducatus quem tenuerat Chuonrado commendatur, quem pauco tempore tenuit, et sua

VARIÆ LECTIONES.

[1071] abduxerunt 4. 5. [1072] in quo 1—5. [1073] interfectis 1. 2. 5. 9—12. [1074] per idem *usque* annotare curabimus *deest* 4. [1075] per id. 5. [1076] in quo tamen *usque* sustinui *deest* 1. 2. 3 (4). 6. [1077] gerahrdi et mathfridi 7. gerardi et mathfredi 10. gerhardi et *deest* 9. 12. gerhardi *deest* 11. geuchardi 8 [1078] matfridi 5c. e. 8. [1079] obsecro *usque* calumniosam querelam *deest* 7—12 [1080] quia aliorum 1. 3. 5. [1081] prætermittam. *Post hanc vocem totam de Reginonis electione et depositione narrationem excidisse, præterita* decuit, extiti, compulit, ponerem, *in sententia eam excipiente usurpata clare indicant* [1082] poplite flexo 3. [1083] lectoris 1. 5. [1084] enim exigit 5c. e. com..... 2. compulit *deest* 5c. d. [1085] ordine dicam 2. 5. [1086] offensam incurremus q. 7. 9—12. [1087] latius hoc 7. 9—12. [1088] præterisse videamur vel culpemur 7. præterisse videamur 9—12. [1089] waltharius 5. [1090] ottonis 5. [1091] nepos ruodolfi regis 7. 9—12. [1092] adalhalmi 2. [1093] lugdunum tum ingressus 5. [1094] omni nisu regionis ærma levavit et lugduinum clavatum ingressus omni nisu regiæ 7, [1095] cum oydo 7. [1096] walgarium 5. [1097] ramnolfum 2. 5. 12. arnulfum *al.* ranulfum 7. [1098] gozbertum ebulonem 5c e. [1099] eubulonem 9—12. [1100] augusto 5. Kal. *deest* 2. 5. [1101] 5. kal. septemb. *deest* 6. [1102] megingandus 5. [1103] albrico 2. [1104] sotila 1. 2. 5. rottila 7—12. [1105] cujus corpus *usque* sepultum *deest* 1—4. [1106] arn 7—12. arnt *etc. usque* successit *in cod.* 8. *ad annum* 889 *referuntur* [1107] rodulfus *cod. Fris.* [1108] licet n. st. tamen *deest* 1—4. 6. scilicet *deest* 1—6. Chuonradi comitis 1—4. 6. [1109] meginhardi comitis 7. 9—12. [1110] poppo 3 5. 7—12. popo 4. [1111] duringorum *sæpius* 7.

NOTÆ.

(113) Videtur esse *Rethel* ad Mosellam; Browerus enim Ann. Trev. II, n. 28, ad Mosellæ ripam proxime Sircium (*Sierech*) situm dicit.

sponte [1112] eum reddidit. Deinde Buchardo [1113] comiti committitur, qui hunc [1114] hactenus strenue [1115] gubernat.

Odone rege in Aquitania commorante, Francorum principes ex permaxima [1116] parte ab eo deficiunt, et agentibus Folcone [1117] episcopo [1118], Heriberto [1119] (114) et Pippino comitibus, in Remorum civitate Carolus filius Hludowici, ex Adalheide [1120] regina, ut supra meminimus, natus, in regnum elevatur (115).

## DCCCXCIII.

Anno Dominicæ incarnationis 893 Arnolfus Bajoaria [1121] egressus Franconofurt venit, et Rhenum transiens, civitates quæ in regno Hlotharii sunt ex maxima parte circuivit, in quo itinere ingentia dona illi ab episcopis oblata sunt.

Odo, compositis rebus in Aquitania, in Franciam revertitur, et cum Ruodberto [1122] fratre Carolum fugat, defectoresque [1123] persequitur.

Ebulo, abba de sancto Dionysio, cum quoddam castrum in Aquitani situm ardentius expugnaret, ictu lapidis periit, monasterium sancti Dionysii Odo ad suum servitium revocat.

Carolus vires Odonis ferre non valens, patrocinia Arnolfi supplex exposcit. Æstivo siquidem [1124] tempore jam dictus rex conventum publicum Wormatia [1125] civitate celebravit, ubi Carolus venit, et Arnolfum [1126] magnis [1127] muneribus sibi conciliat, regnumque quod usurpaverat, ex ejus manu percepit. Jussum est etiam [1128], ut episcopi et comites qui circa Mosam residebant, illi auxilium ferrent, et eum in regnum inducentes, in sede regia inthronizarent. Sed neutrum horum illi quicquam profuit [1129]. Denique Odo rex hoc [1130] audiens, cum exercitu super ripam Axani (116) fluminis sedit, et copias Arnolfi intrare in regnum [1131] nullatenus permisit. Duces regis, cernentes Odonem viriliter paratum esse ad pugnam [1132], ab eo declinaverunt [1133], et ad propria reversi sunt. Carolus autem [1134] in Burgundiam secessit, et Odonem Parisius revertente, rursus regni fines [1135] occupat, Odonis fideles insectatur: sicque alternatim [1136] ex utraque parte multi pereunt, ingens malitia, innumerabiles rapinæ et assiduæ prædæ fiunt.

## DCCCXCIV.

Anno Dominicæ incarnationis 894 [1137] Arnolfus cum valido exercitu Langobardarum terminos intravit, et circa purificationem sanctæ Mariæ castrum quod nuncupatur Pergamum, armis cepit, et Ambrosium comitem ipsius civitatis, laqueo ante portam ipsius urbis [1138] in quadam arbore suspendit; unde tantus timor super reliquas civitates cecidit, ut nullus auderet contradicere, sed omnes obviam procederent venienti. Pervenit autem usque Placentiam, inde conversus [1139] per Alpes Penninas, Galliam intravit, et ad sanctum Mauritium venit [1140], Rodulfum [1141] quem quærebat, nocere non potuit, quia montana conscendens in tutissimis locis se [1142] absconderat, regionem inter Jurum [1143] et montem Jovis exercitus graviter attrivit.

Post hæc [1144] Wormatiam venit, ibique [1145] placitum tenuit, volens Zuendibold, filium suum [1146], regno Hlotharii præficere; sed minime optimates prædicti regni ea vice assensum præbuerunt.

Soluto conventu, cum ad Lorasham [1147] isdem princeps venisset, Hludowico filio Bosonis, matre Hirmingarde [1148] interveniente, quasdam civitates cum adjacentibus pagis, quas Rodulfus tenebat, dedit; sed et hoc ei in vacuum cessit, quia eas nullo modo de potestate Rodulfi eripere prævaluit.

Eodem anno Wido, qui Italiam regebat et imperatoris tenebat nomen, moritur. Lambertus [1149], filius ejus [1150], regnum obtinuit, et Romam veniens, dyadema imperii a præsule sedis apostolicæ sibi imponi [1151] fecit.

Per idem tempus Hildegardis, filia Hludowici regis, fratris Carlomani et Caroli a quibusdam ad [1152] Arnolfum accusata, regiis possessionibus privatur, et privata in exilium destinatur, in monasterio puellarum quod Chemissem [1153] (117) dicitur; sed non multum post tempus [1154] in gratiam rediit [1155], et sua ex majori parte recepit [1156].

Circa hæc etiam tempora Zuendibold, rex Marahensium Sclavorum, vir inter suos prudentissimus et ingenio callidissimus, diem clausit extremum; cujus regnum filii ejus pauco tempore infeliciter tenuerunt, Ungaris [1157] omnia usque ad solum depopulantibus.

### VARIÆ LECTIONES.

[1112] tenuit quia sponte sua 9—12. [1113] burkardo 11. 12. [1114] qui eum 5. 6? 7—12. [1115] qui eum aliquuandiu strenue 8. [1116] ex maxima 3. 7. [1117] falcone 5. [1118] archiepiscopo 2. 4. 5. 7—12. [1119] heriperto 7. [1120] adelheide 5. [1121] bajoariam 5. [1122] rodoberto 5. [1123] defectores 2. 4. 5a. d. [1124] siquidem *deest* 1. 2. 6. [1125] wormatiæ 5c. e. [1126] arnolfum multis sibi muneribus 7. 9—12. [1127] multis 8 [1128] jussum est enim etiam 1. 2. 6. [1129] præfuit 2. [1130] hoc *deest* 5. [1131] arnulfi regnum intrare 7. 9—12 [1132] ad pugnam esse paratum 7. 9—12. [1133] declinarunt 1. autem *deest* 2. 3. [1135] fines regni 1. 2. [1136] et sic alternatim 2. [1137] DCCCXCIII. 9—12 [1138] civitatis ante portam urbis 7. (8) 9—12. [1139] conversus est 1. 5. [1140] et sanctam usque m. pervenit 1—3. 5. [1141] rodulfo 3. 5. 6? [1142] se locis 7. 9—12. [1143] Juram 1? 3? 5. 6? [1144] hæc *deest* 5. [1145] ibi 2. 6. ubi 4. [1146] suum *deest* 1. 2. 4. 6. [1147] lorassam 3. lauresham 7. lauresheim 8—12. [1148] irmingarde 7. 9—12. [1149] lampertus 5a. c. e. lambertus 5d.. [1150] ejusdem 7 [1151] apostolicæ ei imponi 5. [1152] apud s. coram a.nolfo 1 5c. e. [1153] cremisse 8. [1154] temporis 1. 5. [1155] redit. 2. [1156] cœpit 2. 5a. d. [1157] ungariis 3. 7.

### NOTÆ.

(114) Heribertus et Pippinus nepotes Bernardi, regis Italiæ, fuerunt.

(115) Carolus rex coronatus est die 28 mensis Januarii anni 893. Non advertit Regino auctorem a quo hæc exscripsit (?) annum inchoare a Paschate. BOUQUET.

(116) *Aisne*, alias Axona vocata.

(117) Est Chiemsee; cf. Ann. Fuld. an 895.

DCCCXCV.

Anno Dominicæ incarnationis 895 synodus magna celebrata est apud Triburias contra plerosque seculares, qui auctoritatem episcopalem imminuere tentabant : ubi viginti sex [1158] episcopi cum abbatibus monasteriorum residentes, plurima decreta super statum sanctæ ecclesiæ scripto roboraverunt.

Post hæc Arnolfus Wormatim venit, ibique optimatibus ex omnibus regnis suæ [1159] ditioni subditis sibi occurrentibus, conventum publicum celebravit, in quo conventu omnibus assentientibus atque collaudantibus Zuendibold filium regno Hlotharii præfecit.

In eodem placito Odo [1160] rex cum magnis muneribus ad Arnolfum venit, a quo honorifice susceptus est, omnibusque impetratis pro quibus venerat, cum in regnum reverteretur, Folconem [1161] episcopum et Adalongum [1162] comitem sui mansionarii (118) ad Arnolfum cum exeniis [1163] a Carolo missis venientes in media via offenderunt, super quos cum clamore impetum faciunt. Episcopus fuga dilabitur [1164], Adalongus mortali vulnere sauciatur, sarcinæ diripiunt : prædictus comes in Trigorio [1165] (119) in villa quæ dicitur Belthomus [1166], sepelitur.

Eodem anno Zuendibold, collecto inmenso exercitu, cupiens amplificare terminos regni sui, quasi Carolo adversus Odonem auxilium laturus, Lugdunum Clavatum [1167] venit, et civitatem obsidione cinxit; sed minime eam capere potuit, quamvis multis diebus summis viribus certatim dimicatum esset. Audiens autem Odonem cum exercitu advenire, qui ea tempestate in Aquitania morabatur, cum omnibus copiis recessit, et in proprio regno [1168] se recepit. Ea tempestate Ludelmus [1169] venerabilis vir, in Tullensi ecclesia a metropolitano Rathbodo [1170] (120) ac suis suffraganeis episcopus consecratur.

DCCCXCVI.

Anno Dominicæ incarnationis 896 Arnolfus, secundo Italiam ingressus, Romam venit, et urbem Romanam cum consensu summi pontificis armis cepit. Quod retro ante [1171] seculis ideo inauditum, quia non factum fuit, excepto quod Galli Senones cum Brennone duce multo ante nativitatem Christi tempore semel fecerunt. Mater Lantberti, quæ ad præsidium a filio [1172] relicta fuerat, cum suis latenter aufugit. Arnolfus civitatem ingressus, a Formoso, apostolicæ sedis præsule, cum magno [1173] honore susceptus [1174] est, et ante confessionem sancti Petri coronatus, imperator creatur. [1175] Inde revertens paralisi morbo gravatur, ex qua infirmitate diu languescit. Eodem [1176] anno Lantbertus, filius Widonis, de quo superius paulo [1177] mentionem fecimus, vita decedit, et Hludowicus, filius Bosonis, a Langobardis invitatus, a provincia egressus Italiam intrat.

Per idem tempus circa festivitatem sancti Andreæ Albericus [1178] comes, qui Megingaudum [1179] occiderat, a Stephano, fratre Walonis, interficitur.

DCCCXCVII.

Anno Dominicæ incarnationis 897 [1180] Stephanus Odacar [1181], Gerardus [1182] et Matfridus comites honores et dignitates quas a rege (121) acceperant, perdunt. Zuendibold Treveris cum exercitu venit [1183], terram [1184] quam præfati tenuerant, inter suos dividit [1185], monasterium ad Horrea (122) et monasterium sancti Petri, quod Mettis situm est, sibi reservans.

Post hæc patrem super uxore quam accipere desiderabat, per legatos consulit. Ejus hortatu [1186] ad Ottonem comitem (123) missum dirigit, cujus filiam [1187], nomine Odam, in conjugium exposcit. Ille petitionibus ejus gratanter [1188] assensum præbuit, eique filiam tradidit, quam post pascha celebratis nuptiis sibi in matrimonium sociavit. Eodem anno Arnolfus Wormatiam venit, ibique placitum tenuit, ubi ad ejus colloquium Zuendibold occurrit, et interventu imperatoris Stephanus, Gerhardus et Matfridus cum filio reconciliantur.

Ea [1189] tempestate inter Rodulfum, episcopum Wirziburgensem, et filios Heinrici ducis, Adalbertum [1190], Adalhardum et Heinricum, magna discordiarum lis et implacabilis odiorum controversia ex parvis [1191] minimisque rebus oritur, et ve

VARIÆ LECTIONES.

[1158] viginti tres 9 — 12. [1159] suæ regnis 7. 9 — 12. [1160] udo 7. [1161] fulconem 1. falconem 1. falconem 5d. [1162] adalungum 3. [1163] xeniis 1 — 5. arnolfum xeniis 5. [1164] elabitur 5d. (8). [1165] in territorio 3. [1166] belthonnus 5, beltonius 3. belthonus 2. beltolmus 8. [1167] lugdunum deprædatum venit 5. [1168] propria regna 1. 3. 5. *deest*. 2. [1169] Indelinus 5. Indamus 7. ludewicus 11. 12. ludhelmus 3. [1170] ratboldo 5a. c. e. rodbaldo 5d. [1171] ante *usque* ante *deest* 2. [1172] quæ a præsidio filii 7. [1173] *deest* 5c. e. [1174] susceptus ante 5c. e. [1175] creatus est 5c, e [1176] Eodem *usque* walonis interficitur *deest* 4. [1177] paulo superius 7. 9-12. [1178] albricus 1. 5. alpricus 5. [1179] megingandum 5. meginhardum 9-12. [1180] DCCCCXCVII. 7. [1181] odocar 5. [1182] gerhardus 5. 8. [1183] veniens 3. 5. 8. [1184] venit terramque quam 7. 9-12. [1185] suos filios dividit 7. 9-12. [1186] consulit cujus hortatu 1. 3. 4. 5. [1187] ejus filiam 1-5. [1188] ejus graviter 4. 5. [1189] Ea tempestate *usque* devastantur *deest* 4. [1190] adalbertum *deest* 5. [1191] ex paucis exord. 5.

NOTÆ.

(118) Qui mansionem principi parabant. Cf. Hincmarum de Ordine palatii, cap. 23.

(119) Est pagus Trechirgowe, ad sinistram Rheni ripam a Bacharaco usque ad Confluentes. Delineationem ejus in V. Cl. Guntheri Cod. dipl. Rheno-Mosellano, T. II, Habes, ubi tamen finibus justo arctioribus circumcluditur ; nam villa Belthomus ibi omissa, est hodiernum *Beltem*, e septentrione vici Castellaun positum.

(120) Archiepiscopo Treverensi.

(121) Id est Arnolfo. Cf. an. 899.

(122) Treveris.

(123) Ottonem Saxonem, Heinrici regis patrem esse, Eccard. Franc. Orient. II, p. 773, contendit.

lut ex per modica scintilla ingens incendium excitatur, ita de die in diem succrescens, in immensum [1192] dilatatur. Et dum de nobilitate carnis, de parentum numerosa multitudine, de magnitudine terrenæ potestatis, ultra quam decet [1193] se extollunt, in mutuis cædibus prorumpunt, innumerabiles ex utraque parte gladio pereunt, truncationes manuum ac pedum fiunt ; regiones illis subjectæ rapinis et incendiis solotenus devastantur.

DCCCXCVIII.

Anno Dominicæ incarnationis 898 [1194] Odo rex ægritudine pulsatur, et mense Januario, tertio die ejusdem mensis, diem clausit extremum [1195], et apud sanctum Dionysium cum debito honore sepulturæ mandatur. Principes in unum congregati, pari consilio et voluntate Carolum super se regem [1196] constituunt.

Eodem anno Zuendibold Reginarium, ducem sibi fidissimum et unicum consiliarium, nescio cujus instinctu, a se reppulit, et honoribus, hæreditatibus quas in suo regno habebat interdictis, eum extra regnum infra 14 [1197] dies secedere jubet. [1198] Ille, adjuncto sibi Odacro [1199] comite et quibusdam aliis, cum mulieribus et parvulis [1200] et omni suppellectili [1201] in quendam tutissimum locum qui Durfos [1202] (124) dicitur intravit, ibique se communivit. Quod cum rex cognovisset, coadunato exercitu, castrum [1203] expugnare conatus est, sed minime prævaluit propter paludes et multiplices refusiones, quas in prædicto loco Mosa fluvius facit. Rege ab obsidione recedente, præfati comites Carolum adeunt, et eum cum exercitu in regnum introducunt. Zuendibold, quamvis sero intelligens se circumventum [1204], cum paucis [1205] fuga dilabitur. Carolus recto itinere Aquis [1206] [Tucicha 6] venit, deinde Niumagam [1207] perrexit. Interea Zuendibold ad Franconem episcopum (125) venit, et eum cum omnibus suis secum adsumens [1208], Mosam transiit, et ad Florichingas [1209] (126) venit, ubi omnes proceres regni qui in illis partibus erant ad eum confluxerunt. [1210] Ex [1211] desperatis itaque rebus vires se recepisse congaudens, resumpta fiducia, contra æmulum ad pugnam proficiscitur. Carolus a Niumaga revertens [1212] Prumiam venit, et inde adversus Zuendibold copias transfert [1213] ; sed appropinquantibus ex utraque parte exercitibus, nequaquam pugna committitur sed intercurrentibus legatis pax firmatur, sacramenta jurantur ; Carolus, transvadata Mosa, in suum regnum regreditur.

Dunc hæc [1214] in Francia geruntur, inter Hludowicum et Berengarium in Italia (127) plurimæ congressiones fiunt, multa certaminum discrimina vicissim sibi succedunt. Novissime Hludowicus Berengarium fugat [1215], Romam ingreditur, ubi a summo pontifice coronatus, imperator appellatur.

Per idem tempus Eworhardus [1216] dux, filius Meginhardi [1217], a Waltgario Fresone, filio Gerulfi [1218], cum venatum [1219] pergeret, dolo trucidatur ; ducatus quem tenuerat, Meginhardo fratri ab imperatore committitur.

B

DCCCXCIX.

Anno Dominicæ incarnationis 899 [1220], Zuendibold colloquium habuit cum optimatibus Arnolfi et Caroli et suis apud sanctum Goarem ; ex regno Arnolfi interfuerunt Hatto [1221] archiepiscopus, Chuonradus et Gebehardus [1222] comites, ex parte Caroli Haschiricus [1223] episcopus et Odacar [1224] comes. Qui vero in eodem conventu seorsum sine [1225] præsentia regis pertractatum sit, postea eventus rei luce clarius manifestavit.

Eodem [1226] anno Richarius abbas monasterii Prumiensis constituitur. Qualiter autem ergo me actum sit, idcirco hoc in loco notare distuli, ne forte injuriis provocatus, ultra quam christiana patientia permittit, persecutionis meæ causas exaggerasse viderer, et ne prolixæ rationis oratio, quæ multiplex atque perplexa est, fastidium inferret audientibus. Rex enim gestas, ut supra præmisimus [1227], notare studuimus, non rerum gestarum causas certis rationum indiciis enucleare. [1228] Et qui in aliorum actionibus brevitati studemus, in nostris verbositatis vitium cavere debemus.

C

Zuendibold denuo cum exercitu ad Durfos venit, munitionem [1229] totis viribus expugnare molitur. Sed cum minime conatus ejus proficeret, episcopis [1230] jubet, ut Reginarium et Odacrum et socios eorum anathematizarent ; sed cum illi anathematis sententiam proferre recusarent [1231], minis [1232-1233], exprobationibus et contumeliis

VARIÆ LECTIONES.

[1192] succrescens immensum 3. 5. in immenso 2. [1193] ultra quam dicetur se 7. 9-12. quam deceret 2. [1194] DCCCXCVII. 7. [1195] mensis januarii die tertio diem clausit extremum 5. [1196] *deest* 4. 5. [1197] infra XIII. 4. [1198] jussit 5c. e. [1199] odocro 4. [1200] mulieribus parvulis 1. 5c. e. [1201] supellectile 5c. e. [1202] durfors 9. 11. 12. dorfos 10. [1203] castra 7. 9-12. [1204] intelligens circumventum 1. 2. [1205] cum perpaucis 7. 9-12. [1206] aquis *deest* 7-12. [1207] neumagum 5. [1208] et omnibus .. adsumptis 5c. e. [1209] forichingas 2. florinchas 3. forichmagas 5. floricingas 8. flortthingas 4. [1210] confluxerant 7. 9-12. [1211] confluxerunt. Et ex 5. [1212] neumago reversus 5. [1213] inde a zuendibold copias transfertur 7. [1214] Dum hæc... committitur *deest* 4. [1215] berengario fugato 7. [1216] euorhardus 2. euerhardus 9-12. eberhardus 3. (5). [1217] meginardi 1-3. 5. 6. [1218] gerolfi 5. kerulfi 3. [1219] venatu 2. 7. 9-12. [1220] DCCCCXCVIII. 7. [1221] hattho 2. [1222] gebelhardus 5. [1223] hascrichus 7. aschiricus 4. haischericus 8. [1224] odoacar 9-12. [1225] seorsum suæ p. 7. [1226] Eodem anno *usque* cavere debemus *deest* 4. [1227] promisimus 1. 3. 5c. e. [1228] indiciis enodare 1. 5. [1229] multitudinem 1-3. 5. [1230] episcopus 1—3. 5a. c. e. 6 ? episcopos 5d. [1231] episcopo . . anathematizaret . . ille . . recusaret 9—12. [1232-1233] nimis 5e. 7. nimiis 9—12.

NOTÆ.

(124) Idem pag. 781 prope Dordrechtum ponit, quod ibi Mosa in paludes refundatur. Fortasse *Doverem* prope *Heusden* est.

(125) Leodiensem.

(126) *Florenge*, prope Theodonis villam.

(127) Cf. Muratori, *Annoli d'Italia* ad. an. 900.

utitur, et sic soluta obsidione unusquisque ad propria rediit.[1234] A

Ea [1235] tempestate Odilbaldus [1236] sanctus vir, Trajectensis ecclesiæ præsul, e rebus [1237] humanis sublatus, ad cœleste regnum transivit, in cujus loco subrogatus est Ratbodus [1238], venerabilis antistes.

Circa confinia memorati anni Arnolfus imperator migravit a seculo [1239] III Kal. Decembris, sepultusque est honorifice in Odingas [1240] [in Radispona [1241] in basilica sancti Hemmerammi [1242] martyris, quem ipse dum vixit multum veneratus est [1243] 9-12], ubi et pater ejus tumulatus jacet [1244].

DCCCC.

Anno [1245] Dominicæ incarnationis 900 proceres et optimates, qui sub ditione [1246] Arnolfi fuerant, B ad Foracheim [1247] in unum congregati, Hludowicum, filium præfati principis, quem ex legitimo matrimonio susceperat, regem super se creant (128), et coronatum regiisque ornamentis indutum in fastigio regni sublimant.

Dum hæc in Germania aguntur, inter Zuendiboldum et primores [1248] regni inexpialis oritur dissensio propter assiduas deprædationes et rapinas quæ in regno fiebant, et quia cum mulieribus et ignobilioribus regni negotia disponens, honestiores et nobiliores quosque deiciebat, et honoribus et dignitatibus exspoliabat. Pro hujuscemodi itaque causa omnibus odiosus efficitur. Certatim igitur ad Hludowicum transeunt, eumque in regnum introducunt, et in Theodonis [1249] villa, ma- C nibus datis, ejus dominationi se subjiciunt. Hludovico trans Rhenum eunte, Zuendibold, coadunatis quoscunque potuit [1250], civitates regni circuit [1251], incendiis ac rapinis cuncta devastat, arbitratus, defectores qui propter ejus insolentiam et immanem malitiam ab eo defecerant, immaniora et pejora faciens ad se revocare posse. Hludowicus in regnum rursus accersitur, et a comitibus Stephano, Gerardo [1252] et Matfrido circa Mosam isdem Zuendibold in prælio interficitur, Idibus Augusti [1253]. Eodem anno Gerardus comes Odam, uxorem ejusdem Zuendiboldi regis, sibi in matrimonium copulat.

DCCCCI.

Anno Dominicæ incarnationis 901 [1254] (129) gens Hungarorum [1255] Langobardorum fines ingressa, cædibus, incendiis ac rapinis crudeliter cuncta devastat. Cujus violentiæ ac belluino furori cum terræ incolæ in unum agmen conglobati resistere conarentur, innumerabilis multitudo ictibus sagittarum periit; quamplurimi episcopi et comites trucidati sunt [1256]. Liudwardus [1257], episcopus Vercellensis ecclesiæ, Caroli quondam imperatoris familiarissimus et consiliarius a secreto [1258], assumptis secum opibus atque incomparabilibus thesauris, quibus ultra quam æstimari potest [1259] abundabat, cum effugere eorum cruentam ferocitatem omnibus votis elaboraret, super eos inscius incidit, ac mox interficitur; opes quæ secum ferebantur, diripiuntur.

Eodem [1260] anno Stephanus comes, frater Walonis [1261-1262], cum in secessu residens nocturnis horis alvum purgaret, a quodam per fenestram cubiculi sagittæ toxicatæ ictu graviter vulneratur, ex quo vulnere eadem nocte extinguitur.

DCCCCII.

Anno Dominicæ incarnationis 902 [1263] Adalbertus cum fratribus Adalhardo et Heinrico, collecta valida manu, adversus Eberhardum et Gebehardum [1264] et Rodulfum fratres, de quibus paulo superius mentionem fecimus, ex castro quod Babenbergk [1265] dicitur prosiliens, ad pugnam processit [1266]. Cujus impetum illi [1267] viriliter excipientes, ferro aciem irrumpunt, obvios quosque terræ prosternunt, nec ante desistunt, quam adversariorum agmen fugam inire compellant; in quo certamine Heinricus interfectus [1268], et Adalhardus captus [1269], et postmodum [1270] jussu Gebehardi decollatus est. Eberhardus etiam multis vulneribus confossus in prælio cecidit, ubi finito conflictu inter cadavera occisorum a suis inventus, domum reportatur [1271]. et paucis interpositis diebus et ipse moritur.

DCCCCIII.

Anno Dominicæ incarnationis 903 [1272] Adalbertus Rodulfum episcopum de Wiziburgensi ecclesia fugat [1273], et res et possessiones præfatæ ecclesiæ cru-

VARIÆ LECTIONES.

[1234] redit 7. 9—12. [1235] Ea tempestate *usque* antistes *deest* 4. [1236] odalbaldus 7. 9—12. odibaldus 3. [1237] præsul rebus 5. [1238] radoldus 5. ratbodus 2. [1239] migravit ad Dominum III. Kal. 7. [1240] odingas 1. 2. 4. 5a. d. 6. huodingas 8. odingis 3. 5c, e. otdingas 7. [1241] radispona civitate 10. [1242] emmerammi 9. 10. [1243] *Hæc verba jam in codice Frisingensi, unde codd.* 9—12. *fluxerunt, deleta eorum loco lectio vulgata recepta, et margini adscriptum est* « perdes omnes qui loquuntur mendatium.» *Marianus quoque Scotus et Otto Frising.* in Odingas *sepultum scribunt.* [1244] jacet. ipse construxit monasterium sancti emmerammi martyris in ratispona 8. [1245] *folium unum cum annis* 900—902 *excidit in codice* 2. [1246] sub seditione 1 ? 5 sub deditione 6. [1247] forachaim 1. forachem 5. forcheim 11 12. [1248] prioribus 5a. priores 5 c. e. primoribus 5d. [1249] introducunt eunt theodonis 5a. d. [1250] quasque potuit 5. 7. [1251] circuivit 3. [1252] gerhardo . . gerhardus 5. [1253] idibus augusti *deest* 9. 11. 12. idus 5 a. d. 11. [1254] DCCCCII, 3. [1255] hungarium 5a. ungarium 7. hungariorum 4. 5d. ungariorum 8 — 12- [1256] trucidantur 4. 5. [1257] ludmardus 5. liutwardus 3. 8. [1258] consiliarius secreto 9. 11. 12. [1259] poterat 11. poterant 12. [1260] Eodem anno *usque* extinguitur *deest* 4. [1261-1262] uuldonis 7. [1263] DCCCC. 7. DCCCCIII. 3. [1264] gebelhardum..gebelbardi 5. gebehardum *deest* 4. [1265] babenber 5 c. babenberch 7. 8. 9. banbert 10. babenberk 11. 12. [1266] procedit 7. [1267] illi *deest* 1. 4. 5. [1268] interfectus est et 5a d. 9. 11. 12. [1269] captus est et 5a. d. [1270] post modicum 7. [1271] deportatur 3. 7. [1272] DCCCCIIII 3. DCCCCII. *Fris.* [1273] fugat res 1. 3. 5.

NOTÆ.

(128) Die 21 Januarii.
(129) Cf. Ann. Fuldenses et Muratori, *Annali d'Italia* ad an. 900.

delissime depopulatur, filios etiam Eberhardi simul A
cum matre a propriis hæreditatibus et honoribus regio munere concessis exire compellens, ultra Spehtheshart [1274] (130) secedere cogit.

Circa hæc tempora (131) Folco, Remorum archiepiscopus [1275], a quodam Winemaro [1276], satellite Balduini [1277] comitis (132), interfectus est. Causa autem hujus interfectionis hæc fuisse memoratur. Prædictus Balduinus Atrabatis [1278] castrum videlicet abbatiam sancti Vedasti, nullo sibi concedente invaserat, quam Carolus rex ei auferens, Folconi episcopo eanden in beneficium largitus est. Quod Balduinus ægre ferens, misit ad jamdictum episcopum Winemarum, obsecrans, ne honores quos hactenus tenuerat atque possederat, ipse cupiditate ductus sibi usurparet; insuper etiam ingentia B
dona [1279] pollicitus est, si ejus ope et interventu præfatam possessionem obtinere posset. Sed cum episcopus minime assensum præberet, et, nescio [1280] quid durius et amarius quam oportebat, responderet, ille, diabolo instigante, furore nimio succensus, ab eo divertit, et quandam sylvam cum sociis ingressus, cum idem Folco a Compendio palatio a rege reverteretur, super eum irruit, et eum absque mora trucidavit. In Remorum cathedra Heriveus [1281] sublimatus est, qui eundem Winemarum cum multis aliis episcopis excommunicavit, et pro tam inaudito scelere perpetuo anathemate condemnavit [1282].

DCCCCV.

Anno Dominicæ incarnationis 905 [1283] (133) Hlu- C
dowicus, filius Bosonis, quem supra meminimus imperatoris nomen esse sortitum, Berengarium de Italia expulit, atque omne illud regnum suæ ditioni subegit. Cernens autem nullum [1284] sibi resistere aut posse aut audere, ultra quam oportebat de securitate præsumens, ea quæ pacis et quietis sunt cœpit cogitare. Absoluto itaque exercitu, um perpaucis Veronam ingressus est, adhortante Adalhardo [1285] præfatæ urbis episcopo. Cives autem hoc Berengario summa cum festinatione notum fecerunt, qui eo tempore in Bajoaria exulabat. Ille nil moratus, contractis [1286] undique copiis Veronam pervenit, atque improvidum virum dolo cepit, et captum luminibus privavit. Siquidem cives qui partibus ejus favebant, portas civitatis ei aperientes, eum nocturno tempore intra muros receperunt, et sic insperate [1287] et absque præmeditatione Hludowicus non solum regno, sed etiam oculis privatus est. Tandem itaque Berengarius regnum Italiæ multis cædibus cruentatum, infaustis infortunatisque prœliis diu quæsitum [1288], cum hujuscemodi triumpho obtinuit. Eodem anno in mense Augusto hæc mutatio regni facta est.

DCCCCVI.

Anno Dominicæ incarnationis 906 [1290] Chuonradus comes filium suum Chuonradum misit cum armatorum non modica manu, ut irruerent super Gerardum et fratrem ejus Matfridum, eo quod honores suos et Gebehardi fratris ejus [1291], videlicet possessionem sancti Maximi et sanctæ Mariæ ad Horrea, violenter invasissent; quibus exercitus ex regno Hlotharii sociatus est. Pervenerunt autem usque in pago Blesiaco [1292] (134), rapinis et incendiis hæreditatem et possessionem supradictorum fratrum ac satellitum eorum depopulantes. Porro Gerardus et Matfridus a castro, in quo se munierant, legationem mittentes pacem petierunt; qua concessa, datis ex utraque parte sacramentis, usque in octava [1293] paschæ, exercitus ad propria discessit.

Dum hæc in regno Hlotharii aguntur, Chuonradus senior in Hessia [1294], in loco qui dicitur Friedeslar [1295], cum multa turba peditum et equitum residebat, crebras incursiones Adalberti suspectas habens; frater vero ejus Gebehardus [1296] in Wedereiba [1297] (135) cum omnibus quos sibi adsociare poterat, ejusdem Adalberti præstolabatur repentinam irruptionem. Nec eos fefellit per omnia rerum eventus; siquidem Adalbertus vires adversariorum extenuatas esse sentiens [1298], eo quod in tribus partibus essent divisi, oportunuum et diu exoptatum tempus advenisse gaudens, congregatis sociis, mox arma corripit; et primo quidem simulat, se contra Gebehardum [1299] copias transferre velle, ut et illum bello perterreret, et fratrem securiorem redderet; deinde

VARIÆ LECTIONES.

[1274] spetheshart 1. 3. spehtesharth 2. spectheshart 5. speteshart 10 — 12. spetitheshart 8. spechtheshart 4. [1275] folcho archiepiscopus 9 — 12. fulco 2. [1276] winimaro *etc.* 3. 5. 7. 8. winimare 9—12. [1277] baiduvini 7. *constanter*. [1278] atrebatis 3. [1279] ingentia bona 5d. [1280] præberet nescio 2. [1281] henricus 1 ? 5c. e. herineus 5a. d. heinbertus 9. heimbertus 10. hembertus 11. 12. hireneus 8. [1282] condemnavit. *Quæ hinc inde sequuntur, omnia desunt in codice* 4. [1283] DCCCCV. 3. 7—12. *et cod Fris.; in codice* 1. *prima manu* DCCCCIIII. *recentiori vero* DCCCCV. 2. 5. DCCCCIV; *de codice* 6. *mihi non constat.* [1284] nullum esse aut posse nocere ultra 5. [1285] adelardo 1. adelhardo 5. adalardo 7. [1286] tractis. 2. undique *deest* 3. [1287] insperato 5c e. inspirate 1—3. [1288] diu quæsitum *deest* 3. [1289] cometa 7. 9—12. oometes 8. [1290] anno et supra 1—3. anno d. i. DCCCC. 5. anno d. i DCCCCVI. 7—12. *et cod. Frising de codice* 6. *nobis non constat.* [1291] fratris videlicet 7. 9 — 12. fratris sui 8. [1292] pagum blesiacum 5e e. pagum blasiacum 3. [1293] octavis 2. 7. 9—12. [1294] hesia 2. henessia 7. [1295] frideslar 1. 3. 5. 7—12. [1296] fratrem.... gerhardum 5. [1297] wederabia 1 ? wenteibacum 3. wedereina 2. wetreiba 7. wedria 8. wedereia 9—12. [1298] extenuatas sentiens 1. 2. [1299] gerhardum 5.

NOTÆ.

(130) *Spessart* nemus.

(131) Cf. Ann. Vedastinos an. 900.

(132) Flandrensis.

(133) Hoc anno quæ narrantur accidisse, probat Muratorius in Annalibus ad h. a.

(134) Cujus caput *Bliescastel.*

(135) *Die Wetterau,*

quanta potuit celeritate, aciem adversus Chuonradum dirigit. Quod cum Chuonradus sero cognovisset, divisis sociis in tribus turmis, ei incunctanter occurit; et commissa pugna, duæ turmæ, una peditum et altera Saxonum, statim terga vertunt [1300]. Quos cum Chuonradus clamore ingenti frustra hortaretur, ut nullatenus hostibus cederent, sed pro conjugum ac liberorum salute et defensione patriæ totis viribus decertarent, ipse cum tertia turma, animatis sociis, super adversarios irruit, sed mox in ipso primo impetu multis vulneribus confossus, extinctus est. Adalbertus victoria potitus, cum sociis fugientes insecutus est, et innumeram multitudinem, maxime peditum, gladio prostravit [1301]. Tribus itaque continuis diebus totam illam regionem perlustrans, cædibus ac rapinis cuncta demolitus est. His patratis, oneratus [1302] sociis spoliis ac ingenti [1303] præda, ad Babenberch [1304] castrum reversus est. Peracta est autem hæc cædes III Kalendas Martii. Venientes filii cum matre levaverunt corpus Chuonradi, et sepelierunt in castello [1305] quod Wileneburch (136) vocatur [1306].

Eodem anno circa Julium mensem Hludowicus rex conventum generalem celebravit apud Triburias [1307] villa regia [1308], ubi adesse mandavit sæpe dictum Adalbertum, ut in præsentia optimatum regni pro se rationem redderet, et pacis conditionem quam hactenus exosam habuerat, tandem aliquanto, deposita crudelitatis tyrannide, susciperet, et a rapinis [1309], cædibus incendiis saltem [1310] vel sero quiesceret. Sed his salutaribus monitis nequaquam assensum præbuit. Cernens itaque rex obduratum ejus animum et in cœpta rebellionis malitia obstinatum, collecto undique exercitu cum in castro quod Terassa [1311] (137) dicitur, obsidione cinxit. Interea Egino [1312], qui ejus individuus comes in omni pravitate [1313] extiterat, ab ejus societate defecit, et cum omnibus suis ad regis castra transiit. Protracta igitur paulo prolixius obsidione, fractus animo Adalbertus ad callida argumenta convertitur, et omni ingenio excogitare cœpit, qua arte obsidio solveretur, ut exercitu ad propria remeante optata libertate potitus [1314], ipse cum sibi faventibus dolos quos in pectore volvebat, longe lateque effundere posset. Portis itaque a pertis a munitione exiens [1315] cum perpaucis, ultro regi [1316] se obtulit, supplex veniam de commissis exposcit, emendationem promittit. Sed cum fraus quæ struebatur, suis prodentibus fuisset detecta [1317] custodiæ mancipatus [1318] est, et in præsentia totius exercitus manibus vinctis adductus, omnibus adjudicantibus capitalem [1319] suscepit sententiam V [1320] Idus Septembris Facultates et possessiones ejus in fiscum redactæ sunt, et dono regis inter nobiliores [1321] quosque distributæ [1322].

Compositis itaque [1323] in orientali Francia rebus, rex Mediomatrico [1324] venit (138) ibique [1325] in publico conventu Gerardum atque Matfridum proscriptione damnavit. Inde egressus [1326], Strazburgensem urbem [1327] adiit, ibique episcopum ac plebem inter se dissidentem ad concordiam revocavit, et sic Rheno transmisso, recto itinere in Alamanniam perrexit. Per idem tempus Baltrammus [1328] Strazburgensis ecclesiæ et Ludelmus [1329] Tullensis [1330] ecclesiæ præsules, migraverunt a seculo; quibus successerunt in pontificali cathedra Otbertus in Strazburgensi civitate, et Druogo [1331] in Tullensi [1332].

VARIÆ LECTIONES.

[1300] verteruntur 7. [1301] gladio perstrinxit 6. [1302] honeratis 2. honeratis 7. oneratisque 9—12. [1303] spoliis, ingenti 7. 9—12. [1304] abenberc 7. bababenberch 2. [1305] castro 3. 5. castrolo 2. [1306] venientes. . . vocatur *deest* 7—12. [1307] driburias 2. [1308] villam regiam 7. [1309] et rapinis 1—5 ? 3. 7. [1310] saltim 2. [1311] trassa *corr.* terassa 2. teras 7. tedresse *corr.* tharesse 9. tarase *corr.* tarasse 10. tharesse 11. 12. tetrassa 5. [1312] interea regino 7. egio 3. egeno 8. [1313] omni familiaritate 3. [1314] libertate potius 1. 2. 5. 7. [1315] exigens 2. [1316] se regi 5. [1317] dejecta 2. [1318] mancipatur 2 ? 5. [1319] adductus ab omnibus capitalem 5e. [1320] VI° idus 7. [1321] nobiles 7. 9—12. [1322] dona. . . distributa 5c. e. [1323] ita in 5. [1324] mediomatricum 5. [1325] ibique *deest* 5. [1326] regressus 1—3 ? 5. [1327] strasburgensem 1. 5. argentanam civitatem 3. [1328] baltrannus 1. 5. [1329] luidhelmus 5. 9—12. liuthelmus 7. [1330] tulliensis ecclesiæ 5. [1331] drugo 5. 10. druogo 2. druoso 9. 11. 12. [1332] tulliensi. anno Dominicæ incarnationis DCCCCVIII. 7. tullensi. *Hac voce desinunt codices* 1. 2. 3; *in hoc additur* Explicit, *et rubro colore* Explicit chronica Reginonis. Deo gracias. *Quam et nos subjicimus, continuatio ignoti cujusdam scriptoris, extat in codice* 6. *post verba :* Explicit chronica reginonis abbatis, *in codice* 7. (*et Frisingensi, cf. Aretin l. c. p.* 239) *interjecto* : Hucusque regino. Hæc quæ secuntur nos addidimus, *in* 9. 10. 11. 12. *eadem sententia, mutato* addidimus, *in* addimus, *legitur : codex* 11. *voces* anno Dominicæ incarnationis DCCCCVIII. *temere statim post* druogo in tulliens, *cod.* 12. anno Dominicæ incarnationis DCCCCVII. *inter* regino *et* Hæc *inserit. In editionibus* : Tullensi. « Hucusque Regino. Hæc vero quæ sequuntur addita fortasse sunt ab alio quopiam monacho. »

NOTÆ.

(136) *Weilburg.*

(137) Jam anno 903 in diplomate regis pro ecclesia Wirzeburgensi nominatur. Postea monasterium factum esse, Hofmannus in Annalibus Bambergensibus affirmat.

(138) Exstat diploma regium Ludhelmo Tullensi episcopo concessum Kalendis Septembribus hujus anni, actum Tullo civitate, apud Calmet Hist. Lotharing. I, 332; quod si pro genuino habetur, rex Adalberti punitioni non adfuisse censendus est, Et Ludhelmus III id. Sept. hujus anni obiit. Cf. Hist. episc. Tullensium apud Calmet, Probatt. p. 130.

# CONTINUATOR REGINONIS

## PERTZII MONITUM.

(Monumenta Germaniæ historica, tom. I Script., pag. 614).

Qui Reginonis Chronicon sæculo decimo continuatione donavit, nomen quidem suum latere voluit; pro monacho tamen sancti Maximini Trevirensis, in quo et Reginonis opus conscriptum fuisse diximus, habendus est, cum res ejus non solum bene cognoscat, sed cordi habeat (139), et eum Adalberti monachi familiaritate usum fuisse constet (140). Simlerus et recentiorum alii Romerium vocant nulla tamen, quam prodiderint, ratione ducti; in quo eos haud aliter fefellisse opinor, quam quod varii scriptores, Simlerus, Possevinus, Vossius et alii, opus varios usque ad annos 972, 977, 1453, 1457, 1467, 1477 excurrere docent, cum in nulla editione annum 967 supergrediatur. A

Auctor, quisquis sit, Annalibus Augiensibus et Alamannicis, in quantum porrigebantur, innixus, post annum 939 scribendi initium fecisse videtur, (141); sed quæ ipse expertus subjecit, multo majoris, et in tanta eo sæculo historicorum penuria, maximi facienda sunt, quippe cum quibus nec Liutprandi Historiam, nec quæ Widukindus Corbeiensis tradidit, ullo modo componas. Quare et succedentibus sæculis ab Hermanno, Sigefrido, Ottone Frisingensi, aliisque sæpius exscripta sunt. B

Subsidia editionis, ad Reginonem præfatus (*supra col. 9 et seqq.*), recensui.

DCCCCVII.

Anno (142) Dominicæ incarnationis 907 Bawarii [1333] cum Ungariis [1334] congressi multa cæde prostrati sunt; in qua congressione Liutbaldus [1335] dux occisus est, cui filius suus [1336] Arnulfus [1337] in ducatum [1338] successit.

DCCCCVIII.

A. D. I. [1339] 908 Ungarii iterum terminos transgressi, Saxoniam et Thuringiam vastaverunt [1340] (143).

DCCCCIX.

A. D. I. 909 Ungarii Alamanniam ingressi [1341] sunt (144).

DCCCCX.

A. D. I. 910 Franci in confinio Bawariæ et Franciæ Ungariis [1342] congressi, miserabiliter aut victi aut fugati sunt (145). In quo prælio Gebeardus [1343] comes interiit (146), relictis duobus filiis suis adhuc pueris, Udone et Herimanno [1344], qui postea clari et [1345] nobiles in Francia extiterunt.

DCCCCXI.

A. D. I. 911 Hludowicus rex [1346], filius Arnulfi imperatoris, obiit; cui Chuonradus, filius Chuonradi ab Adalberto occisi, regali jam stirpe deficiente, in regno successit (147).

DCCCCXII.

A. D. I. 912 Ungarii iterum, nullo resistente, Franciam et Thuringiam vastaverunt. Hatto [1347-1348] archiepiscopus obiit, vir adeo strenuus et prudens, cui Herigerus [1349] successit. Otto, dux Saxonum, obiit.

DCCCCXIII.

A. D. I. 913, hiemps magna nimis. Ungarii partes Alamanniæ vastaverunt, et juxta In fluvium [1350] a Bawariis et Alamannis [1351] occisi sunt. Eodem anno Einhardus [1352], episcopus Spirensis, a Bernhardo [1353] et Chuonrado comitibus cæcatus est.

DCCCCXIV.

A. D. I. 914 [1354] Othbertus, Strazburgensis

VARIÆ LECTIONES.

[1333] bavari.. hungaris.. luitbaldus.. arnolphus 5) [1334] ungariis.. lutbaldus 11. 12. [1335] liutbaldus 9. 10. [1336] suus *deest* 9—12. [1337] arnolfus 9. 10. [1338] ducatu 5c. e. 8. [1339] *Verba* anno Dominicæ incarnationis *ante numerum cujuslibet anni in codicibus* 9—12. *nonnisi anno* 907, *in codice* 7. *aliquoties usque ad annum* 917 *scribuntur*, *ceterum omissa. Eundem modum in codicibus unde editiones fluxerint obtinuisse, testis est numerus* 915 *ultimam anni* 915 *vocem excipiens.* [1340] vastaverunt. Ungari 9—12. *deest numerus anni* 909. [1341] aggressi 8. [1342] cum ungaris 9. 11. 12. [1343] gebelhardus 5. gebehardus 8—12. [1344] hermanno 8. herimanno 5. 9-12. [1345] et magni et nobiles 7. [1346] imperator 7. [1347] *Ottonis et Hattonis obitus anno* 914 *refertur*. 8. [1348] hatho 7. [1349] heringerus 5. c. d. hergerus. [1350] juxta fluvium 7. ein fluvium 8. [1351] et alannis 7. [1352] cnilhardus 7. everhardus 5. [1353] ab eranhardo *cod. Fris.* ab erenhardo 5. a werinhario 8. ab erinhardo 9. a bernardo 10. ab erenardo 12. [1354] otbertus s. e. occiditur. *hæc jam anno* 914. *adsignantur* 7. 9—12. *et cod. Fris.*; *in reliquis anno* 913.

NOTÆ.

(139) Cf. an. 934, 950.
(140) Cf. an. 961, 962.
(141) De Wilhelmi, Ottonis filii, nativitate an. 928, antequam an. 954 archiepiscopus Moguntinus crearetur, relatum fuisse, vix crediderim.
(142) Cf. Ann. Augienses et Alamannicos.
(143-45) Cf. Ann. Augienses.
(146) Cf. Ann. Alamannicos et Colonienses.
(147) Cf. Ann. Augienses annis 911, 913, 915, 917, 919, 923.

episcopus [1355], occiditur. Salomon episcopus captus est.

DCCCCXV.

A. D. I. 915 Ungarii totam Alamanniam igne et gladio vastaverunt, sed totam [1356] Thuringiam et Saxoniam pervaserunt, et usque ad Fuldam monasterium pervenerunt.

DCCCCXVI. — DCCCCXVII.

A. D. I. 917 [1357] Ungarii per Alamanniam in Alsatiam et usque ad fines Lothariensis regni pervenerunt. Erchanger [1358] et Berahtold [1359] decollantur [1360]. Arnulfus, dux Bawariorum, regi rebellat.

DCCCCXVIII.

A. D. I. 918 Chuonradus rex nativitatem sancti Joannis Herolvesfelt [1361] (148) monasterio celebravit.

DCCCCXIX.

A. D. I. 919 Chuonradus rex obiit, vir per omnia mansuetus et prudens [1362], et divinæ religionis amator. Qui cum obitus sui diem imminere sentiret, vocatis ad se fratribus et cognatis suis, majoribus scilicet Francorum, mortem sibi imminere prædixit, et ne in [1363] eligendo post se rege [1364] dissidium regni fieret, paterna eos voce præmonuit; sed et Heinricum, Saxonum ducem, filium Ottonis, virum strenuum et industrium præcipuumque pacis sectatorem, ut eligerent jussit, aliumque ei ad hoc officium æque condignum inveniri non posse testificans, sceptrum ei et coronam cœteraque regiæ dignitatis ornamenta, pacto [1365] tuendi et conservandi regni [1366], per eosdem [1367] transmisit. Ipse vero huic vitæ [1368] decedens [1369]. in Fulda monasterio honorifica [1370] sepultura tumulatus est. Multis tamen laboribus, paucis quos regnavit annis [1371], est a Bawariis et Alamannis et Saxonibus sibi rebellantibus fatigatus [1372], quos ante obitum suum, Deo propitio, superavit.

DCCCCXX.

A. D. I. 920 Heinricus dux consensu Francorum, Alamannorum, Bawariorum, Thuringorum [1373] et Saxonum, rex eligitur; qui initium sui regni disciplina servandæ pacis inchoavit. Multi enim illis temporibus, etiam nobiles, latrociniis insudabant.

DCCCCXXI.

A. D. I. 921 apud Franciam superiorem [1374] graves et intestinæ discordiæ fervent inter Ruodbertum, invasorem regni, et Carolum regem. Interim

A [1375] Heinricus rex stabiliendæ paci et reprimendæ [1376] Sclavorum sævitiæ fortiter insistit.

DCCCCXXII.

A. D. I. 922 [1377] Suessionis inter Ruodbertum et Carolum tanta pugna commissa est, ut pene ex utraque parte victores esse viderentur. Carolus tamen ori sacrilego Ruodberti ita lanceam infixit, ut diffissa lingua [1378]. cervicis posteriora penetraret.

DCCCCXXIII.

A. D. I. 923 pretiosissimus thesaurus sanguinis Domini venit in Augiam [1379] VI Idus Novembris. Haycho [1380] abba Fuldensis obiit, cui Hiltibertus [1381] successit. Carolus Alsatiam et partes illas Franciæ juxta Rhenum usque Magontiam sibi usurpaturus, usque Paternisheim [1382] (149) villam juxta

B Wormatiam hostiliter pervenit. Unde fidelibus regis Heinrici Wormatiæ coadunatis, aliter quam decuerat regem, aufugit. [1383] Eodem anno Heinricus rex [1384], adjunctis sibi Ruotgero archiepiscopo (150), Gisalberto duce, Mettensem urbem obsedit, et Widgerum [1385] (151), licet diu reluctantem, sibi obedire coegit. Herimannus sanctissimus vir, Coloniensis episcopus, obiit, cui Wigfridus [1386] successit.

DCCCCXXIV.

A. D. I. 924 Ungarii orientalem Franciam vastaverunt. Carolus et Heinricus reges apud Bonnam castellum conveniunt, et pacem inter se facientes, fœdus ineunt. et Carolus nunquam sibi amplius Lothariense [1387] regnum usurpaturus re-

C greditur [1388]. Eodem anno ab Heriberto comprehensus in custodia [1389] mittitur.

DCCCCXXV.

A. D. I. 925 Heinrico rege coadunatum et constabilitum Lothariense regnum [1390] in sua potestate habente, Carolus rex in custodia qua tenebatur obiit; qui fertur vir hebetis esse ingenii et minus aptus utilitatibus regni. Omnes etiam a filio ejus deficientes, quippe qui tunc temporis, capto patre, in Hiberniam [1391] exulaverat, quendam Ruodolfum sibi regem eligunt. Eodem anno Witgerus episcopus obiit, cui [1392] Benno ex ordinariis Strazburgensibus, in Alpibus quondam heremiticam vitam ducens, successor eligitur.

DCCCCXXVI.

D A. D. I. 926 Ungarii totam Franciam. Alsatiam,

VARIÆ LECTIONES.

[1355] antistes 9—12. [1356] totam *deest* 5. [1357] DCCCCXV. 7. 10 DCCCCXVI. 8—12. [1358] otthager 7. freckanger 6. [1359] bertholdus 9—12. [1360] ercanger dux et bertoltus fratres et liutfridus capite plectuntur XII kal, februat. 7. [1361] herolvesfeld 8. herolfelt. 7. [1362] *deest* 5c. e. [1363] et in... rege ne 7. [1364] regem 5. 9—12. [1365] peracto 5a. d. [1366] regnum 7. [1367] per eos 5. [1368] hac vita 5. 6. [1369] discedens 6. [1370] honorificata 5. 7. 9. [1371] ad paucos... annos 5. [1372] fugatus 5a. c. e. [1373] thuringorum *deest* 5d. [1374] superiores 7 [1375] interim.. insistit *anno* 922. 8. [1376] paci et reprimendæ *deest* 7. [1377] *anno* 923. 8. [1378] divisa lingua 7. 9. 11. 12. diffusa 5a. d. diffisa 10. [1379] auguam 10. [1380] haicho 5. [1381] iltibertus 7. hildebertus 8—12. hilbertus 5. [1382] patennichheim 5. [1383] regem fugaverat 6. [1384] rex *deest* 7. [1385] et ut uitgerum 7. [1386] uugfridus 9. 11. winfredus 10. [1387] luthariense. [1388] usurpaturum egreditur 6. promittens regreditur 5. [1389] custodiam 5. 9. 11. 12. [1390] luthariensem regnum 7. regnum ideo in 5. [1391] hyberniam 5a. d. hibernia 5c. e. 9—12. [1392] *deest* 5d.

NOTÆ.

(148) Jam contracto nomine Hersfel et Hirschfeld.

(149) *Pfedersheim.*

(150) Treverensi.

(151) Episcopum Mettensem.

Galliam et Alamanniam igne et gladio vastaverunt (152). Burchardus [1393], dux Alamanniæ, in Italia occiditur (153). Herigerus, Deo dignus præsul, obiit, cui Hildibertus [1394], Fuldensis abbas, successit. Herimanno ducatus Alamanniæ committitur, qui viduam [1395] Burchardi duxit uxorem.

DCCCCXXVII.

A. D. I. 927 Benno, qui et Benedictus [1396] episcopus dicitur, a Mettensibus excæcatur ; et synodo apud Diusburgam [1397] habita, omnes illius facti auctores [1398] excommunicantur, et Adalbero nobilis pro eo episcopus instituitur.

DCCCCXXVIII.

A. D. I. 928 Heinricus rex Boemos [1399] hostiliter invasit, et præstante Deo fortiter superavit, Ea tempestate Ottoni [1400], filio ejusdem regis, natus est filius Willihelmus [1401], Hyems (154) magna nimis [1402]. Ruodgerus [1403], Trevirorum archiepiscopus, obiit, cui Ruodbertus successit.

DCCCCXXIX.

A. D. I. 929. Gisalbertus [1404] dux Gerburgam, filiam Heinrici regis, duxit uxorem.

DCCCCXXX.

A. D. I. 930 Otto, filius regis Heinrici, Edgid, filiam regis Anglorum, duxit uxorem.

DCCCCXXXI.

Anno D. I. 931 Heinricus rex regem Abotridorum et regem Danorum efficit Christianos (155). Eodem anno rex ab Eberhardo [1405] aliisque Franciæ comibus seu episcopis in Franciam vocatus [1406], singillatim ab unoquoque eorum in domibus suis vel [1407] ecclesiarum sedibus regem decentibus est conviviis et muneribus honoratus [1408].

DCCCCXXXII.

A. D. I. 932. Ungarii per orientalem Francos et Alamanniam [1409] multis civitatibus igne et gladio consumptis, juxta Wormatiam Rheno transito, usque ad mare oceanum Galliam devastantes, per Italiam redierunt.

DCCCCXXXIV.

A. D. I. 934 Heinricus rex Ungarios multa cæde prostravit, pluresque [1410] ex eis comprehendit. Eo-

A dem anno Sclavos qui Vucrani [1411] (156) vocantur hostiliter invasit et vicit, sibique tributarios fecit. Ecclesia sancti Maximini (157) turbine cecidit : electione [1412] clementia [1413] regis monachis reddita [1414], Ougo [1415], antea præpositus, abba ejusdem loci eligitur, et monachi non regulariter [1416] ibi viventes [1417] expelluntur.

DCCCCXXXV.

A. D. I. 935 Heinricus rex paralisi percutitur.

DCCCCXXXVI.

A. D. I. 936 [1418] synodus apud Erfesfurd [1419], in Turingia [1420] celebratur a compluribus episcopis. Heinricus rex, præcipuus pacis sectator strenuusque paganorum insecutor, post plures fortiter et viriliter actas victorias, dilatatis undique sui regni B terminis [1421], VI. Non. Julii diem clausit extremum, cui filius suus Otto consensu primorum regni successor eligitur. [1422] Hildibertus archiepiscopus obiit, cui Fredericus [1423] successit. Unni archiepiscopus (158) obiit, cui [1424] Adaldagus [1425] successit.

DCCCCXXXVII.

A. D. I. 937 monasterium sancti Galli et monasterium sancti Bonefacii [1426] igne comburuntur. Ruodolfus, rex Burgundionum [1427], et Arnolfus, dux Bawariorum, obierunt. Graves et intestinæ discordiæ inter Heinricum, fratrem regis, et Eberhardum, ducem Francorum, nascuntur ob exortas inter vassalos [1428] eorum inimicitias.

DCCCCXXXVIII.

C A. D. I. 938 filii dicti Arnolfi ambitione ducatus regi rebellant [1429] ; quos ipse debellaturus in Bawariam ibat ; sed non, ut voluit, eos pacificare valens revertitur. Interim frater regis Heinricus ab Eberhardo comprehenditur in castello Badalikki [1430] (159) ; quo tamen citius liberato, Eberhardus Hildinesheim [1431] in exilium destinatur. Iterumque [1432] rex in Bawariam revertens, omnes sibi subdidit, et Eberhardum, Arnolfi filium, plus aliis rebellem in exilium misit. Ungarii iterum a Saxonibus multa cæde vastati.

DCCCCXXXIX.

939, [1433] Eberhardus ab exilio remittitur, totum-

VARIÆ LECTIONES.

[1393] purchardus 7. 10. [1394] hildipertus 7. [1395] qui Widam burchardi 5. [1396] qui benedictus 5. [1397] duisburgenses 5. dusburgum 11. 12. duispurg 10. [1398] auctoris 7. [1399] boemios 9. boenos 10. [1400] ottone 7. [1401] willielmus 7. willelmus 10. [1402] nimis orta est 7. [1403] ruodhgerus 7. [1404] gisilbertus 9. giselbertus 11. 12. [1405] rex habelisaardo 7. [1406] vocatis 7. [1407] vel *deest* 5d. [1408] honoratus 932. Anno d. i. 933, hungari 5. [1409] et in alamania 5. [1410] prostravit plerosque 7. [1411] uncrani 5. werani 11. 12. [1412] electione et d. 9—12. [1413] cecidit sed clementia r. m. reparata 5 c. e. [1414] reddita ogo ante propositus 5. [1415] ugo 7. ogo 9—12, ougo 8. [1416] monachi iuregulariter 7. [1417] degentes 6. [1418] *anni numerus deest* 7. 11. [1419] erfurd 5. erfesfurth 9. 11. 12. epesfurth 10. [1420] tiringa 7, tyringa 9. thuringia 5. [1421] terminos 7. [1422] dirigitur 7. [1423] friderichus 5a. d. [1424] archiepiscopus cui ad. 5. [1425] adalgarius 5c. e. 7. 9-12. adalgisus 5a. d. [1426] bonifacii 5. 9-12. [1427] burgundiorum 5. [1428] wassalos 5. milites 6. [1429] rebellarunt 5, [1430] badaligi 7. 10. badaliggi 11. 12, balebike 8. [1431] hildineshem 7. hildinesheym 5. ildineseim 10. hildinisheim 11. 12. [1432] exilium mittitur iterumque 6 [1433] Anno Dom. inc. 934. 7.

NOTÆ.

(152-53) Cf. Ann. Augienses an. 926.
(154) Cf. Ann. Angienses an 927.
(155) Cf. Ann. Augiens. an 931, 932 934, 936, 937, 938, 939.
(156) Patria eorum hodieque *die Uckermark* audit.
(157) Trevirensis.
(158) Bremensis.
(159) *Belicke* oppidum, aquilonem versus, haud multum a Rura et Arensbergo distans.

que regnum inimicitiis [1434] et rebellionibus confunditur. Eberhardus enim et Gisalbertus cum Heinrico, fratre regis, adversus regem conjurant, sed et quidam [1435] ecclesiastici viri nequam [1436] et Deo odibiles cum illis factione concordant, omniaque passim pacis et concordiæ jura turbabant. Tunc rege Lotharienses [1437], ubi tunc rebellionis summa gerebatur, adeunte [1438], Gisalbertus cum fratre regis transitum Rheni regi prohibere volens, nec valens, juxta Biertanam [1439] (160) sociis [1440] regis congreditur, Deoque victoriam præstante, pluribus suorum occisis aliisque fugatis, ipse et frater regis fugæ subsidia petunt. Quos rex insequens, usque ad Caprimontem (161) pervenit, castellumque in eo situm firma undique obsidione circumdedit. Interim Ludovicus, rex Galliæ Romanæ, filius Caroli, consilio inimicorum regis sub obtentu requirendi Lothariensis regni, quod pater suus perdiderat, Alsatiam invasit, ubi quæque poterat [1441] plus hostiliter quam regaliter gessit. Quod rex Otto patienter non ferens, Caprimontem obsidione [1442] absolvit, et Alsatiam petens, Ludovicum regem expulit. Quo expulso, Brisacam [1443] (162) castellum munitissimum, obsedit, ubi quam plura utrimque fortia et bellica gesta sint [1444], futura [1445] posterorum [1446] successio non ignorabit [1447]. Unde Fridericus, archiepiscopus Magontiensis, et Ruodhardus, episcopus Strazburgensis, fixis in obsidione tentoriis, et relictis copiarum quas detulerant sarcinis, nocte clam aufugerunt, et Mettensem urbem adeuntes, Gisalberto et Heinrico se occursuros, ut conjuraverant, speraverunt. Sed longe aliter eis contigit, [1448] quod eos spes [1449] inanissima delusit. Nam Gisalbertus et Eberhardus, juxta Anternacum castellum cum suis Rhenum transituri [1450], ab Udone et Chuonrado [1451] comitibus cæterisque regis fidelibus [1452], ne transeant, bellica sunt congressione [1453] citoque mortis compendio [1454] præventi. Nam Eberhardus occiditur, et Gisalbertus in Rheno submersus necatur, plurimique ex illorum sociis occisi, reliqui vero sunt fugati aut capti. Quo audito, Brisacenses [1455] castellani regiæ dominationi [1456] subduntur, et castellum [1457] obsidione absolvitur. Tunc iterum rex [1458] Lotharienses adiens, omnes suo subjugavit imperio. Sed et fratrem suum projectis armis ad se venientem solita sibi suscepit misericordia; nam omnia quæ in eum deliquit, indulsit, et fraterno eum secum [1459] amore detinuit. Omnibus tamen Lothariensibus subactis, aliquandiu resistere conatus est episcopus Mettensis, unde Theodonis villa capellam domni Ludovici pii imperatoris, instar Aquensis inceptam, ne perficeretur aut pro munimine haberetur, destruxit. Nec tamen diutius in hujuscemodi [1460] rebellione permansit; statim siquidem totum regnum velut ex ipsis fidei visceribus, Deo propitio, ad regem convertitur, et exstinctis hostibus, pax et concordia renovatur, Fridericus archiepiscopus ad Fuldam monasterium mittitur, et Ruodhardus Strazburgensis Corbeiæ monasterio destinatur. Interim dum hæc quæ prædiximus aguntur, domna Edgid [1461] regina (163) Lauresham [1462] monasterio commoratur. In hac eadem tempestate Dancmar [1463] (164), frater regis ex concubina, rebellans [1464], in Eresburgo [1465] castello occiditur, aliique sequaces ejus truncantur aut suspenduntur. Hæc tempestas [1466] non in una [1467] solum, sed in omnibus Saxoniæ et Franciæ provinciis, huc et illud versabatur [1468]. Wigman Saxo rebellans [1469] reconciliatur. Ludovicus rex Gerbigam, viduam Gisalberti duxit uxorem.

DCCCCXL.

A. D. I. 940 Heinrico, fratri [1470] regis, Lothariensis ducatus committitur, qui mox eodem anno a Lothariensibus expellitur; cui Otto comes in eodem ducatu successit. Et [1471] Fridericus episcopus a Fulda remittitur.

DCCCCXLI.

A. D. I. 941 Heinricus, frater regis [1472], cum quibusdam Saxonibus contra regem conspirat [1473]; quorum qui majores videbantur, rex decollari jubebat. Fratrem vero suum Inglenheim [1474] custodiæ mancipabat. Fridericus archiepiscopus, quia [1475] conspirationis hujus particeps videbatur, publica se examinatione, perceptione corporis et sanguinis Domini coram populo in ecclesia purgavit.

VARIÆ LECTIONES.

[1434] inimicis 5. 7. 9. 12. [1435] sed quidam 5. 7. [1436] nequaquam... odibili 7. [1437] rege lothario s *cod. S. Godeh.* regem lothariensem 7. regem 9. 11. 12. lothariensis 10. [1438] adeunt 7. [1439] bieranam 10. [1440] cum sociis 9. 11. 12. [1441] poterat *deest* 6. [1442] caprimontem obsidione *ultima verba codicis* 6. [1443] brisacum 5. [1444] gesta sunt 7. [1445] gesta peracta sunt quæ futura 5. [1446] posteriorum 7. [1447] ignorabat 7. [1448] contigit quoniam 9. 12. contigit cum 5. [1449] eorum spes 9. 11. 12. [1450] transivit 7. [1451] conradus filius gener cæsaris *cod. S. Godeh.* [1452] regi fidelibus 5. [1453] bellica congressione 5. [1454] mortis periculi p. 7. [1455] brisicacenses 7. [1456] dominatione 7. [1457] subduntur castellum 5d. [1458] rex *deest* 5. [1459] fraterno secum 5. [1460] hujusmodi 7. [1461] egid 5a. c. e. [1462] lauresheim 5. [1463] danemar 5. 7. 9. 10. denemar 11. 12. tanemar. 8. [1464] rebellans meresburgo 5. 7. 9. [1465] in erisburgo 10 in hersburk 11. 12. [1466] hac tempestate 5. [1467] uno 5. [1468] versabatur wigman 5. [1469] rebellans sed r. 5. [1470] frater 7. [1471] Et *deest* 5. 9—12. [1472] regis *deest* 5. [1473] suspirat 7. [1474] ingleheim 7. [1475] quid 5d.

NOTÆ.

(160) Birthen in via quæ ab oppido Xanthen Rheinbergam ducit. Vide cl. Wedekindi Noten, etc., p. 205.

(161) *Chevermont* in dextra Mosæ ripa, circiter 4000 passibus a Leodio distans. Wedekind l. c. p. 209-214.

(162) *Altbreysach*, olim in sinistra Rheni ripa positum. Wedekind l. c., p. 207.

(163) Ottonis uxor.

(164) Thancmari obitus anno 738 narratur ab *Ann. Saxone.*

DCCCCXLII.

A. D. I. 942 rex natalem Domini Franconofurt [1476] celebravit, ubi frater ejus per Ruodbertum, Magontiensis ecclesiæ diaconum, custodiam [1477] noctu clam aufugiens, antelucano tempore [1478] regis ecclesiam adeuntis pedibus accubuit, et concessa venia, misericordiam quam precatur [1479] obtinuit. Bonna [1480] castello præclara [1481] synodus a viginti duobus episcopis habetur. Treveris basilica sancti Maximini dedicatur. Sidus simile cometæ per 14 noctes visum, et immensa mortalitas boum secuta est.

DCCCCXLIII.

A. D. I. 943 Otto dux obiit, cui Chuonradus [1482], filius Werinheri [1483], in ducatu successit.

DCCCCXLIV.

A. D. I. 944 rex apud Diusburgum [1484] (165) in rogationibus placitum cum primoribus [1485] Lothariensium et Francorum habuit, ubi factione Chuonradi ducis Ruotbertus, archiepiscopus Travirensis, et Richarius [1486], Tungrensis [1487] episcopus, infidelitatis apud regem arguuntur, sed in brevi ab objecto sibi crimine liberantur. Illuc etiam a Trajectensibus clericis corpus sancti Servatii asportatum est, ob multimodas sibi ab Immone comite illatas injurias. Ungarii a Bajovariis et [1488] Carantanis in loco Weles [1489] (166) tanta cæde mactantur, ut nunquam a nostratibus antea taliter infirmarentur [1490]. Adalbertus comes, filius Matfridi, ab Idone [1491] occiditur.

DCCCCXLV.

A. D. I. 945 Richarius episcopus obiit, cui Ougo [1492] Treverensis abbas, in episcopatu [1493] successit. Herimannus (167) et Chuonradus duces, quasdam inter se inimicitias habentes, in præsentia piissimi regis in Cassella [1494] (168) sunt replicati. Bertaldus [1495] (169), dux Bajuvariensis, obiit, cui [1496] Heinricus, frater regis, in ducatu successit.

DCCCCXLVI.

Anno 946 Ludovicus rex, a suis regno expulsus, auxilium petens regem Ottonem adiit, et, ut desideraverat, obtinuit. Nam manu valida [1497] rex Galliam intravit, et Remensem urbem et Laudunum

A [1498] (170) aliaque castella complurima firma et munita Ludovico reddi fecit, ipseque hostiliter usque Rothomagum [1499] pervenit. Inde omnibus pene, excepto Hugone Ruodberti filio, regni majoribus regi suo subactis, in patriam [1500] regreditur.

DCCCCXLVII.

A. D. I. 947 [1501] domna Edgid regina obiit, quæ maximo regis omniumque suorum planctu Magedeburg [1502] sepelitur. Chuonradus dux, regi tunc temporis pene præ omnibus charus, Liutgardam [1503], filiam regis, in matrimonium sumpsit. Liutolfus [1504], filius regis tali ut decuerat apparatu Itam, filiam [1505] Herimanni ducis, sibi conjugio copulavit.

DCCCCXLVIII.

B A. D. I. 948 [1506] synodus in Inglenheym [1507] 34 episcoporum [1508] habetur, cui præsidente [1509] Marino [1510] episcopo, Romanæ ecclesiæ legato, incliti reges Otto et Ludovicus affuerunt; in qua multis ecclesiasticæ utilitati rebus [1511] promulgatis, causa quoque Hugonis [1512], filii Heriberti, qui Artaldum archiepiscopum expellens, sedem [1513] ecclesiæ Remensis [1514] invaserat, ventilatur, et omnium qui affuerunt [1515] judicio episcoporum damnatur. Chuonradus comes qui Curcipoldus dicebatur, filius Eberbardi, vir sapiens et prudens, obiit.

DCCCCXLIX.

A. D. I. 949 Waldo, Curiensis episcopus, obiit [1516] cui Hardhertus successit. Uto comes obiit, qui permissu regis, quicquid beneficii aut præfectura-
C rum habuit, quasi hæreditatem inter filios divisit, Herimannus dux, inter suos sapientissimus et prudentissimus, obiit IV Idus [1517] Decembris. Eodem anno Liutolfo, filio regis, Mathildis filia nascitur.

DCCCCL.

A. D. I. 950 rex Purificationem sanctæ Mariæ Franconofurt celebravit, indeque Wormatiam adiit ubi viduam Herimanni ducis ad se venientem benigne suscepit, sed et filio suo Liutolfo [1518] ducatum Alamanniæ commisit. Ibi Chuonradus, filius Gebehardi [1519] comitis, quoniam [1520] cum quadam nepte regis se concubisse sibi [1521] imposuit, a quodam

VARIÆ LECTIONES.

[1476] franckfudiæ 5. [1477] custodia 5d. [1478] ante lucis tempora r. e. jom a. 7. [1479] precabatur 9—12. [1480] bunna 11. 12. [1481] præclaro 7. [1482] chuonradi 5. [1483] werinher.i 7. werinheri 11. 12. werineri 10. [1484] duisburgam 5c. d. duisburgen 5a. d. [1485] prioribus 7. [1486] rihkarius trungrensis 1. [1487] tungerensis 5. [1488] bajovariis et *deest* 5. 8—12. [1489] in loco weles *deest* 5. 8—12. [1490] infamarentur 9—12. [1491] ydone 7. [1492] ogo 5. ugo 7. [1493] episcopatum 5. [1494] castella 7. castello 9—12. casella. 8. [1495] bertholdus 9—12. [1496] cui *deest* 5d. [1497] valida manu 5. [1498] laudanum 9—12. lugdunum 5d. [1499] rotomacum 7. rotomagum 9—12. [1500] in patriam *deest* 9—12. [1501] 946. 11. 12. [1502] planctu magno megedeburk 11. 12. p. magnodebug 9. p. magno (deborc. *in marg.*) cum honore 10. magodeburg 6. madeburg 5a. d. madeburgi 5c. e. [1503] luitgardam 5a. d. luidgardam 5c. e. [1504] ludolfus 5. [1505] apparatu teritam tiliam 5. [1506] 947 11. 12. [1507] ingleheim 33 episcoporum 7. [1508] a 34 episcopis 5. 9—12. [1509] habetur præsidente 7. [1510] martino 5. [1511] rebusque 5. [1512] hugonis 7. [1513] sedes 5. [1514] remenses 7. [1515] aufuerunt 7. affuerant 5. 9—12. [1516] curtensis obiit episcopus 9. 11. 12. [1517] III idus 6. *falso, cf. Necrolog. S. Galli.* [1518] filio bridolfo 5. 9—12. [1519] filius hebehardi 7. filius gebeardi 10. filius eberhardi 5. [1520] comitis qui 5. comitis quo 7. [1521] regis ipse concubuisse sibi 10.

NOTÆ.

(165) Ad Rhenum situm.
(166) Wels in Austria.
(167) Dux Alamanniæ.
(168) *Cassel*, contra Moguntiam.
(169) Cf. Ann. breves S. Emmerammi ad an. 947.
(170) *Laon*.

Burchardo Saxone monomachia victus, fefellisse A patuit. [1522] Eodem anno Boemorum [1523] princeps Bolizlav [1524] regi rebellat, quem rex validissima manu adibat, suæque per omnia ditioni subdebat. Ruodhardus, Strasburgensis episcopus, obiit, cui Udo [1525] filius Udonis comitis, in episcopatu successit. Rihgowo [1526], Wormatiensis episcopus [1527], obiit, cui Anno successit. Ruodbertus archiepiscopus pro acquirenda abbatia sancti Maximini multum laboravit, sed Deo propitio non [1528] prævaluit.

DCCCCLI.

A. D. I. 951 rex Otto in Italiam ire volens, multo se ad hoc iter apparatu præstruxit, quoniam [1529] Adalhaidam; viduam Lotharii regis Italici, filiam Ruodolphi regis, a vinculis et custodia qua [1530] a Berengario tenebatur liberare [1531], sibique eam B in matrimonium assumere, regnumque cum ea simul Italicum adquirere deliberavit [1532]. Quod iter [1533] filius ejus Liutolfus cum Alamannis anticipans, patrique, si quid ibi ad ingressum suum fortiter ageretur, placere [1534] desiderans, nihil tale quod speraverat peregit, sed potius [1535] inconsultum patrem offendens [1536] totius inde rebellionis [1537] et discordiæ seminarium sumpsit. Patruus enim ejus, Heinricus dux, omnium ejus honorum et prosperitatum invidus, de Bawaria per Trientum [1538] legatos suos præmisit in Italiam, in omniumque quorum potuit mentes Italicorum ab eo avertit, in tantum, ut nec civitas nec castellum, quæ subsequenter regis pistoribus et cocis [1539] patuerant, filio regis aperiretur, omniaque ibi incommoda et C plena molestiæ pateretur. Mox subsequenter rex regnum Italicum ingreditur, Deoque sibi assistente, totius Italiæ possessor efficitur. Sed et domna Adalheidis [1540], Deo amabilis regina, sua ipsius prudentia a custodia est, Deo propitio, liberata, et Ottoni regi felici, Deo auspicante, copula conjuncta est. Tunc [1541] Liutolfus [1542] dux, hæc quæ præscripsimus ægre ferens, inconsulto patre archiepiscopo Friderico comite in patriam revertitur.

DCCCCLII.

A. D. I. 952 [1543] rex, expulso Berengario, cum suis fidelibus hiemans in Italia, Papiæ natalem Domini celebravit. Sicque dispositis regni negotiis, verno tempore in patriam rediit, ducem autem Chuonradum ad persequendum Berengarium in Italia reliquit [1544] Liutolfus dux de Italia revertens, regio ambitu natalem Domini Salefeld [1545] (171) celebravit [1546], ubi Fridericum archiepiscopum omnesque qui in promptu erant regni majores secum detinuit. Quod convivium jam multis suspiciosum cœpit haberi, et plus ibi destructionis quam utilitatis ferebatur tractari. Chuonrado duce ad persequendum Berengarium relicto, Berengarius ejusdem ducis consilio sponte sua in Saxoniam ad regem venit, nihil tamen de his quæ voluit obtinuit; sed machinatione Heinrici ducis, fratris regis, vix [1547] vita et patria indulta, in Italiam rediit; unde etiam Chuonradus dux multum offensus, a debita regis fidelitate defecit. Tunc Fridericus archiepiscopus et Chuonradus dux amici facti sunt, nam antea inimici erant ad invicem. Eodem tamen [1548] anno mediante Augusto mense conventus Francorum, Saxonum, Bawariorum, Alamannorum et Langobardorum publicus apud Augustanam urbem Rhetiæ provinciæ agitur, ubi prescriptus Berengarius cum filio suo Adalberto regiæ se [1549] per omnia in vassalitium dedidit [1550] dominationi [1551], et Italiam iterum cum gratia et dono regis accepit regendam. Marca tantum Veronensis et Aquileiensis [1552] excipitur, quæ Heinrico, fratri regis, committitur. Berengarius tamen in Italiam revertens, omnia hæc in episcopos et comites ceterosque Italiæ principes retorsit, omnibus [1553] eos odiis et inimicitiis insequens, inimicissimos sibi fecit.

DCCCCLIII.

A. D. I. 953 rex natalem Domini Francoonofurd celebravit. Indeque in Alsatiam [1554] progrediens, socrui suæ Bertæ, matri scilicet domnæ Adalheidis reginæ, abbatiam in Erestein [1555] (172) dedit. Tunc jam animositates et consilia occulte contra eum facta palam cœperant apparere, et unusquisque eorum quæ in corde contexerant [1556] aperire. Redeunte enim illo de Alsatia et Inglenheim pascha celebraturo, Liutolfus, filius ejus, et Chuonradus dux, nequam fautoribus, et maxime juvenibus, et de Francia et de Saxonia et de Bawaria sibi coadunatis, conspiraverant [1557], et quascunque [1558] poterant, munitiones seu castelta futuræ seditioni muniebant. Nec enim jam clam [1559] agebatur quo

VARIÆ LECTIONES.

[1522] fefellisse se patefecit. 5. [1523] bohemorum 5. [1524] bolizlao 9—12. bolizlaus 5. [1525] cui vido 6.|cui oydo (oudo ?) 9—12. [1526] rihgonno 5. rihguuo 10. richguuo 9. 11. 12. [1527] ribgauuior maniciensis episcopus 7. [1528] non *deest* 5 e. [1529] quomodo 5. [1530] custodia que 6. [1531] liberaret 7. [1532] adquirere posset deliberavit 5. [1533] quod iterum 7. quod inter filios ejus 5. [1534] placare 7. [1535] peregit se pocius 7. [1536] ostendens 7. [1537] tocius in se bellionis 7. [1538] per triennium 5. 7. 9. 11. 12. [1539] pistoribus cocisque 5. [1540] adalheid 5. [1541] conjuncto tunc 5. 9—12. [1542] riudolphus 5c. e. [1543] 951. 7. [1544] dereliquit 10. [1545] domini in salefelt 5. salefelt 11. 12. [1546] celebrat 5d. [1547] regis *deest* 5a. c. e. fratris r. vix *deest* 5d. [1548] tamen *deest* 5. [1549] adalperto rege se 7. [1550] dedit 5. [1551] vassallatium dedit dominationis 7. [1552] aquilensis 5d. 7. aquiliensis 11. [1553] omnes 5. [1554] in alsatiam indeque 7. [1555] abbatiam merenstein 5. a. in erenstein 9. a. nerestein 7. a. in heresteim 10. [1556] contraxerant 7. 10. [1557] spiraverant 7. conspiraverunt 5c. e. [1558] quacumque 5d. [1559] enim clam 10.

NOTÆ.

(171) *Saalfeld* in Thuringia, olim villa regia.
(172) Ad fluvium Illam, inter Argentoratum et Scladistatum sita.

tendebant, sed aperta rebellionis signa monstrabant. Rex igitur Inglenheim perveniens, paucis [1560] suorum fidelium secum habitis, non tutum [1561] inter medios hostes pascha celebrandum ratus, Magontiam inde secessit: ubi aliter quam regem decebat, diutius ante portas expectans, Friderico archiepiscopo jam cum illis conspirante, vix urbis ingressum obtinuit. Tunc Liutolfus et Chuonradus ibi ficta [1562] ad eum humilitate, ut post claruit venientes, nihil talium se in ejus contrarietatem [1563] egisse dicebant, sed si Heinricus, frater ejus, in pascha Inglenheim veniret, illum se comprehensuros non negabant; quod rex tranquille ac modeste suscipiens, navigio Coloniam attigit, indeque progrediens Drotmanni [1564] (173) vico pascha celebravit. Post pascha, coadunata fidelium suorum multitudine, Coloniam iterum rediit, ibique Mettensem episcopum, in quo maxima spes et fiducia Liutolfo et Chuonrado esse videbatur, omnesque Lotharienses, exceptis paucis, quibus prædæ et rapinæ cordi erant, obvios habuit, et ab inimicis [1565] suis deficientes benigna ad se venientes suscepit caritate, et in sua fidelitate firmos et stabiles coadunavit. Quibus dispositis, in Saxoniam revertitur, ubi firmatis nihilominus et stabilitis suis rebus, iterum in Franciam hostili manu revertitur. Quo audito, Fridericus archiepiscopus Magontia secessit, et civitatem inimicis regis tuendam commisit. Ipse [1566] Brisacam [1567] castellum, latibulum semper Deo regique rebellantium, intravit, totamque ibi pene æstatem, rei eventum expectaturus, permansit. Tunc rex, audiens Magontiam, metropolim Franciæ regiamque [1568] civitatem, inimicis suis deditam, qua potuit velocitate eam adiit, collectaque suorum fidelium multitudine, tam Francorum quam Saxonum et Lothariensium, firma eam obsidione circumdedit. Sed et frater ejus Heinricus de Bawaria regi auxilium collaturus advenit, licet [1569] ibi plus incommodi quam utilitatis sibi [1570] conquisierit. Nam interim Liutolfus Bawarios machinatione Arnoldi [1571], fratris Judithæ [1572], uxoris ejus, ab eo avertit, et Ratisbonam intromissus, omnes ejus ibi thesauros diripuit, suisque rapiendos distribuit. Quæ ejus incommoda rex suis præponens, Magontiam obsidione absolvit, et in Bawariam iter dirigens [1573], Radasbonam obsedit; in qua obsidione pene usque natalem Domini permansit. Eodem anno Wigfridus [1574], Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus, obiit; cui Brun [1575], frater regis, succedens, totius [1576] Lothariensis regni ducatum et regimen [1577] cum episcopatu suscepit. Liutgarda, filia regis, obiit.

DCCCCLIV.

A. D. I. 954 rex, omissa obsidione, in Saxonia natalem Domini celebravit, iterumque [1578] appropinquante quadragesima in Bawariam remeavit. Ibi Heroldus [1579] archiepiscopus (174) a fratre regis cæcatus est, et [1580] Deo propitio, viribus imminutis inimicorum, in brevi tota Bawariæ virtus ad eum et Alamanniæ in tantum convertitur, ut et Radasbona [1581] civitas regi redderetur, ipsique rebellatores, nihil se contra eum velle vel posse, profiterentur. * Fridericus etiam sacramento se expurgaturus, nihil contra regiam se fidelitatem egisse, accessit; sed rex omni pietate plenus ab hoc [1582] eum sacramento absolvit. In eodem anno Chuonradus dux cum Lothariensibus [1583] duce Brun [1584] archiepiscopo, in Blesensi [1585] pago, apud villam Riuilinga [1586] (175) congressurus erat; sed in ultimo, quia contra regem erat, Deo volente fieret, remanebat. Ungarii, ducentibus inimicis regis in quadragesima Rheno transito, pervadentes Galliam, inaudita mala in ecclesias [1587] Dei fecerunt, et per Italiam redierunt. Fridericus archiepiscopus obiit, vir [1588] in sancta religione strenuus et valde laudabilis, nisi in hoc tantum videbatur reprehensibilis, quod sicubi vel unus regis inimicus emersit, ipse se statim secundum apposuit. Cui successit regis filius Willihelmus, a populo et clero in Arnestat (176) concorditer electus. Ea tempestate Liutolfus in gratiam regis revocatus, vassalos quos habuit et ducatum patri reddidit; cui Burchardus in ducatu successit. Chuonradus etiam, omnium quas habuit divitiarum nudus, omisso ducatu, in gratiam regis intromittitur, vita et [1589] patria et prædio contentus. Liutolfo filius Otto nascitur.

DCCCCLV.

A. D. I. 955 [1590] Ungarii cum tam ingenti multitudine exeuntes [1591], ut non, nisi terra eis [1592-1593]

VARIÆ LECTIONES.

[1560] perveniens sed paucis 9. 11. 12. [1561] tuta 5a. c. e. tuto 5d. tutus 7. tutius 10. tocius 9. 11. tutum 8. *et Chronographus Saxo.* [1562] ibi facta 5. [1563] eontrarietate 5. [1564] droomanni 5. 7. 9—11. deoomanni 12. drotmanni *Chronogr. Saxo. et* 8. [1565] ab amicis 5. [1566] inimicis r. t. c. ipse *deest* 5. [1567] brisicam 7. brisacum 5. [1568] regiam 5c. e. [1569] licet sibi 5c. [1570] sibi *deest* 5. sui 7. [1571] arnolfi 9—12. [1572] juditte 7 juditte 9—12. [1573] bawariam non dirigens 7. [1574] wifridus 10. [1575] brunus 7. bruno 5. [1576] succedens a totius 7. [1577] et regnum cum 5. 11. 12. [1578] iterum 9. [1579] heroldus 7. [1580] est et *deest* 5. et *deest* 7. 10. [1581] ut radasbona 7. * vel possit esse prof. 7. [1582] ad hoc *deest* 5. [1583] lothariensium 10. [1584] brunus 5. brunone 5c. e. [1585] plesensi 7. bellensi 5. bresensi 10. [1586] rumilinga 10. [1587] ecclesiam 5c. e. [1588] vir per omnia in 10. arnistat 9. 11. 12. [1589] *deest* 5c. d. [1590] 945. 7. [1591] exierunt 9-12. [1592-1593] terra eos 5.

NOTÆ.

(173) *Dortmund* in Westfalia.

(174) Salzburgensis.

(175) Exstat vicus *Remeling* ad orientem Saargomundæ et Saaræ, et a meridie Blesæ et oppidi *Blicscastel.*

(176) In Thuringia, Moguntinæ diœceseos. Memoratur et in Vita S. Brunonis c. 30.

dehisceret vel cœlum eos obrueret, ab aliquo se vinci posse [1594] dicerent, Chuonradus, quondam dux, ibi occiditur, et ab [1595] exercitu regis apud Lichum [1596] fluvium tanta cæde, Deo præstante, prostrati sunt, ut nunquam ante apud nostrates victoria talis audiretur aut fieret. Rex inde revertens, in Sclavos hostem dirigit [1597], ubi simili potitus victoria, vasta illos cæde prosternit. Wigmannus expellitur. Heinricus, frater regis, desperatis rebus recuperatis, recepto Bawariæ [1598] ducatu, obiit. Cujus filio Heinrico pius rex ducatum et marcam dedit. Otto [1599] filius regi [1600] nascitur.

DCCCCLVI.

A. D. I. 956 rex in pace et otio degens, maximo suorum fidelium conventu Coloniæ placitum regale habuit. Ea tempestate gravis per omnes regni partes pestilentia grassabatur, quæ innumeram populi multitudinem passim extinxit, ex qua Ruodbertus, archiepiscopus Treverensis, et Hadamarus [1601], abbas Fuldensis, obierunt. Quibus Heinricus in episcopatu, et Hatto in abbatia, successerunt. Eodem anno Liutolfus in Italiam ad deprimendam [1602] Berengarii tyrannidem dirigitur, et in brevi, expulso Berengario, totius pene Italiæ possessor efficitur. Abbatia sancti Nazarii in Lauresheim [1603] electioni restituitur.

DCCCCLVII.

A. D. I. 957 rex iterum Sclavos invasit. Liutolfus in Italia obiit, cujus corpus inde translatum, a venerabili archiepiscopo Willihelmo, fratre ejus, Magontiæ apud sanctum Albanum honorifice sepultum est. Willerus [1604] Treverensis abba [1605], obiit, cui Witkerus [1606] successit. Ea tempestate rex clementissimus abbatiam sancti Petri in Wizenburch [1607] (177) multis retro temporibus sub antecessoribus suis electionis et privilegii dono privatam, studio sanctæ religionis dignitati pristinæ restituit, et virum venerabilem Geilonem [1608] eidem cœnobio abbatem præfecit.

DCCCCLVIII.

A. D. I. 958 rex pascha celebravit [1609] in [1610] Inglenheim, unde navigio Coloniam placitum ibi acturus, venit. Eodem anno factione Brun [1611-1612] archiepiscopi Reginherus [1613], comes comprehenditur, et in Sclavos exul mittitur. Fridericus consensu Heroldi Ingleinheim in præsentia regis, in octavis paschæ, habita ibi 16 episcoporum synodo, Juvavensis [1614] ecclesiæ archiepiscopus ordinatur. Alewicus [1615], Augiensis [1616] cœnobii abbas, obiit, cui Ekkehardus [1617] successit. Gralo [1618], abba cœnobii sancti Galli, obiit, cui Burchardus successit.

DCCCCLIX.

A. D. I. 959 rex iterum Sclavos invasit, ubi Thietmarus [1619] occiditur. Legati Helenæ (178), reginæ Rugorum, quæ sub Romano, imperatore Constantinopolitano, Constantinopoli [1620] baptizata est, ficte, ut post claruit, ad regem venientes, episcopum et presbyteros eidem genti ordinari [1621] petebant. Eodem anno Hagano [1622], Heresfeldensis abbas, paralysi percutitur.

DCCCCLX.

A. D. I. 960, rex natalem Domini Franconofurt celebravit, ubi Libutius [1623] ex cœnobitis sancti Albani, a venerabili episcopo [1624] Adaldago (179) genti Rugorum episcopus ordinatur. Guntherus rogatu Haganonis [1625] abbas constituitur. Eodem anno rex iterum pergit in Sclavos. Legati quoque ab apostolica sede veniunt Johannes diaconus et Azo scrinarius vocantes regem ad defendendam [1626] Italiam et Romanam rempublicam a tyrannide Berengarii. Walbertus [1627] etiam, archiepiscopus Mediolanensis, et Waldo [1628], Cumanus episcopus, et Opertus [1629] marchio, Berengarium fugientes in Saxonia regem adeunt; sed et reliqui pene omnes Italiæ comites et episcopi litteris eum aut legatis, ut ad se liberandos veniat, exposcunt. Geilo, Wizenburgensis [1630] abbas, obiit, cui Gerricus [1631] successit.

DCCCCLXI.

A. D. I. 961, rex natalem Domini Radosbona civitate [1632] celebravit [1633], ubi Poppo, Wirzeburgensis episcopus [1634], regi percarus Kal. XVI Martii [1635] diem clausit extremum; cui proximus suus Poppo in episcopatu successit. Libutius, priori anno quibusdam dilationibus ab itinere suspensus, XV Kal. Martii [1636] anni præsentis obiit; cui Adal-

VARIÆ LECTIONES.

[1594] a nullo se posse vinci 7. [1595] occiditur ab 7. 10. [1596] lechum 9. 11. 12. [1597] hostes dirigit 5. [1598] bavario 5 d. [1599] dedit, Anno Domini 56. Otto 7. [1600] regis 10—12. [1601] adamarus.. atto 7. [1602] ad dampnandam 7. [1603] nazarii lauresheim 11. 12 n. laursham 9. 10. [1604] willihelmus 9. 11. 12. [1605] abbas *usque* abbatiam *deest* 7. [1606] wikerns 5. 7. [1607] wirtzburg 5. wizenbus 7. wizenburc 10. wizemburk 11. 12. [1608] gelionem 5. gedonem 7. heilonem 10. [1609] celebrat 7. [1610] *deest* 5 a. c. e. [1611-1612] bruni 7. brunonis 5c. e. [1613] reginerus 5. [1614] viennensi 5. uanensi 7. viuanensi 11. juvaviensi 10. [1615] aleniucus 5. alwicus 9. 11. 12. [1616] augeensis 9—12. [1617] ekkihardus 5. eggehardus 11-12. [1618] garolo 7. gralo 9. 11. graio 12. cralo 5. gralo *usque* successit *deest* 10. [1619] dietmarus 11. 12. [1620] constantinopolim 9—12. [1621] ordinari *deest* 5. [1622] hagatio 5. hageno 11. 12. [1623] libunus 7. libentius *cod. S. Godeh.* [1624] archiepiscopo 9 — 12. [1625] hagenonis 11. 12. [1626] defendendum 5e. [1627] walpertus 7. waltbertus 5. [1628] uuldo 7. [1629] eupertus 7. [1630] wirzenburgensis 7. wirtzburgensis 5. [1631] gerric 7. herrichus 5d. [1632] civitate *deest* 5 a. [1633] ratisbonæ celebr. 5 c. e. [1634] archiepiscopus 5. [1635] 16. Kal. martii 8 — 12. *et Necrologia Fuldensia ap. Leibnit. et Schannat.* 14. kal. martii 7. 13. kal. m. 5. 15. kal. martii *Chron. Wirzeb. Baluz.* [1636] suus in episcopatu 9 — 12.

NOTÆ.

(177) In Alsatia.

(178) *Helenæ*, id est Olgæ, Russorum reginæ.

(179) Bremensi.

bertus, ex cœnobitis sancti Maximini, machinatione et consilio Willihelmi archiepiscopi, licet meliora in eum confisus [1637] fuerit [1638], et nihil unquam in eum deliquerit, peregre mittendus in ordinatione successit. Quem piissimus rex, solita sibi misericordia omnibus quibus indigebat copiis instructum [1639], genti Rugorum honorifice destinavit. Rex in Italiam ire disponens, maximam suorum fidelium multitudinem Wormatiæ coadunavit, ubi consensu et unanimitate regni procerum totiusque populi filius ejus Otto rex eligitur. Indeque progrediens, convenientia quoque et electione omnium Lothariensium Aquis rex ordinatur. Ordinato vero filio [1640], pater in Saxoniam rediens, dispositis regni negotiis, filium Willihemo archiepiscopo tuendum et nutriendum commisit, sicque per Bavariam et Trientum [1641] in Italiam se admisit. Ubi omnes pene Italiæ comites et episcopos obvios habuit, et, ut decuit, ab eis honorifice susceptus, potestative et absque ulla resistentia Papiam intravit, et palatium a Berengario destructum reædificare præcepit, Berengarius vero [1642] et Willa filiique eorum quibus poterant munitionibus aut castellis includebantur, et nusquam forinsecus contra regem quid audentes [1643] progrediebantur. Eodem vero anno Gotefridus, Spirensis episcopus, obiit, cui Otgerus [1644] successit. Eclipsis solis XVI Kal. Junii. Rex Hattonem, Fuldensem abbatem, ad construenda sibi habitacula Romam præmisit.

DCCCCLXII.

A. D. I. 962 rex natalem Domini papiæ [1645] celebravit, indeque progrediens Romæ favorabiliter susceptus, acclamatione totius Romani populi et cleri ab apostolico Johanne, filio Alberici, imperator et Augustus vocatur et ordinatur. Papa quoque multa illum secum caritate detinuit, et diebus vitæ suæ nunquam se ab eo defecturum promisit, quæ tamen promissio longe dissimilem quam prætendebatur [1646] effectum obtinuit. Imperatore Augusto ab urbe Romana [1647] redeunte et Papiæ pascha celebrante, Berengarius in quodam monte, qui dicitur ad Sanctum Leonem (180), plurimis undique secum copiis attractis, se munivit, et Willa in lacu Majore [1648] (181), in quadam insula quæ dicitur ad Sanctum [1649] Julium, se inclusit. Filii vero eorum [1650], Adalbertus [1651] et Wido [1652], huc illucque incerti vagabantur, quasdam A tamen munitiones cum suis sequacibus adhuc possidebant, hoc est Garda [1653] (181¹) castellum, et Travallium (181²), et insulam [1654] in lacu Cumano (181³). Tunc Willa imprimis hostiliter aditur, et adempto omni de lacu exitu, cottidianis fundibulariorum et sagittariorum aliorumque belli instrumentorum impugnationibus fatigatur, et non plenis duobus mensibus obessa capitur, et ad ultimum clementia imperatoris dimissa, quo [1655] vellet ire permittitur. Quæ quanta potuit velocitate Berengarium adiit, et ne se imperatori dederet [1656] omnimodis [1657] persuasit. Eodem anno Adalbertus, Rugis ordinatus episcopus, nihil in his propter quæ missus fuerat proficere valens, et inaniter se fatigatum videns, revertitur; et quibusdam ex suis B in redeundo occisis, ipse cum magno labore vix evasit, et ad regem veniens caritative suscipitur, et a Deo amabili Willihelmo archiepiscopo pro retributione tam incommodæ ab eo sibi machinatæ peregrinationis bonis omnibus et commodis, quasi frater a fratre [1658], amplectitur et sustentatur. Reginbertus (181⁴), Dei servus, obiit; missis etiam pro eo ad imperatorem litteris, reditum ipsius in palatio operiri jubetur. Eodem anno Adalbero [1659] venerabilis vir, Mettensis episcopus, obiit.

DCCCCLXIII.

A. D. I. 963 rex iterum Papiæ Natalem Domini et Pascha celebravit. Interim Adalbertus huc illucque discursans [1660], quoscumque poterat sibi undique adtraxit, sed et Corsicam, ibi [1661] se tueri ni- C tens, intravit. Romanum etiam pontificem multipliciter in suum adjutorium sollicitavit. Dum hæc igitur aguntur, imperator a Papia movens iter, Berengarium [1662] in monte sancti Leonis obsedit, totamque ibi æstatem sedens, sæpe montem undique circumdedit, et ne aliquatenus pateret exitus vel introitus prohibuit. Interim Johannes papa, promissiones imperatori factas oblivioni tradens, ab eo defecit [1663], et Berengarii seu Adalberti partibus favens, Adalbertum Romam intromittit. Quas dolositatis ejus fraudes imperator audiens, relicta circa montem obsidione, Romam versus cum hoste pergit; cujus ipsi metuentes adventum, plurimum thesaurum sancti Petri rapientes, fugæ subsidia petunt. Tunc Romani in plura divisi [1664], partim imperatori faventes — multis enim [1665] a prædicto papa injuriis se opprimi conquerebantur — partim apostolico blandien-

VARIÆ LECTIONES.

[1637] in eum fisus 10. in eum visus 9. 11. 12. [1638] fuerat 5d. [1639] indigebat corpus instructum 7. [1640] ordinato autem filio 7. [1641] trentum 7. 9. 11. 12. terrentum 5. [1642] vero *deest* 5. 9— [1643] quod audientes 9—12. [1644] othgerius 10. [1645] papiæ *deest* 5. 7. 9—12. *spatium tamen vacat in* 7 *et in* 11. *vocabulum lineæ superscritum*. [1646] prætendebat 7. [1647] romana *deest* 5. [1648] willam in lacum majorem 7. [1649] dicitur sanctum 7. [1650] vero ejus 5. [1651] alpertus 7. [1652] guido 5. [1653] grad 5. gard 9—12. [1654] travallum insulam 11. 12. [1655] dimissus... qui 5 c. e. [1656] daret 7. [1657] omnibus modis 5. 7. [1658] a fratre *deest*. 5. 7. [1659] adalpero 7. [1660] discurrens 5. [1661] corsicam veniens ibi 9. 11. 12. [1662] iterum berengarium 10 [1663] deficit 5. [1664] roma... divisa 5. [1665] multi enim 5.

NOTÆ.

(180) S. Leo in Legatione Urbinatensi, prope S. Marinum.

(181) S. Julii insula non in lacu Verbano, sed in lacu Ortensi ad occidentem Verbani sita est.

(181¹) Garda, in littore Benaci.

(181²) Muratorius *Valle Travaglia* in montibus, Verbanum versus, esse conjicit.

(181³) *Lago di Como.*

(181⁴) Annalista Saxo adiit: *Iste construxit abbatiam sancti Blasii in Suevia.*

tes licet diversa sentirent, imperatorem tamen cum honore debito urbem intromittunt, seque per omnia, datis obsidibus, illius ditioni subjungunt. Imperator vero, plurimorum episcoporum collecta multitudine, synodum coadunavit, et consilio eorum missa legatione, canonica auctoritate aufugam [1666] apostolicum ad sedem pontificalem et apostolicam revocavit. Illo tamen hoc omnimodis [1667] renuente, plebs Romana Leonem protoscriniarium, virum strenuum et industrium communi consensu in locum ejus elegit et ordinavit; cui synodo interfuerunt omnes prope Romaniæ [1668] et Italiæ episcopi Angelfredus [1669] etiam Aquileiensis patriarcha, qui tunc temporis etiam ibidem obiit; sed et de nostratibus interfuerunt Adaldagus [1670] et Heinricus (182) archiepiscopi, Lantwardus [1671] (182¹) et Otgerus (182²) episcopi. Postea Johannes, qui et Octavianus, videns se esse depositum, sera pœnitentia ductus, ab Adalberto [1672] disjungitur. Adalbertus vero in Corsicam revertitur. Eodem anno Carda [1673] castellum Italia capitur; apud nos quoque Sclavi qui dicuntur Lusinzani [1674] (182³) subduntur.

DCCCCLXIV.

Anno D. I. 964 imperator Romæ natalem Domini celebravit. Berengarius cum suis in monte [1675] sancti Leonis obsessus vincitur, et id ipsum [1676] castellum imperatoris ditioni subditur, et Berengarius cum Willa in Bawariam mittitur. Romani iterum ab imperatore solito more [1677] deficientes, pluribus aliis castellanis sibi per conjurationem extrinsecus adjunctis, eum occidere nitebantur; sed insidiis eorum patefactis, eodem die quo eum extinguere moliebantur, necem sibi paratam anticipans, 3 Non. Januarii cum paucissimis suorum eos invasit, et non modicam illorum multitudinem infra muros urbis prostravit [1678]. Die vero sequenti Romani [1679] iterum venientes, centum obsides dederunt, et supra corpus sancti Petri sub jurejurando fidelitatem imperatori et papæ promiserunt. Tunc imperator plena adhuc ebdomada [1680] apud illos manens, Spolitanum ducatum et Camerinum ordinaturus exivit, et ad preces papæ Leonis obsides Romanis remisit: quibus ipsi [1681] beneficiis ingrati, non longe illo ab urbe posito, Johannem, qui et Octavianus, urbi intromittunt, et fidem imperatori et papæ promissam adnihilare non metuunt. Leo vero papa vix cum paucis facultatum omnium nudus, evasit, et imperatorem in Camerino ducatu [1682] positum adiit, ibique [1683] pascha celebravit.

A Johannes autem, qui et Octavianus, Johannem diaconum et Azonem [1684] scriniarium crudeliter detruncavit, et Otgerum, Spirensem episcopum, comprehensum et flagellatum, aliquamdiu licet incommode secum detinuit, sed postea statim eum spe impetrandæ ab imperatore veniæ [1685] remisit, quæ spes divina eum ordinatione fefellit. Nam 2 Idus Maii rebus humanis excessit. Tunc Romani, non modice metuentes imperatoris adventum, Benedictum quendam, Romanæ Ecclesiæ diaconum, fidei et electionis domni Leonis immemores, eligunt, et ordinatum sedi apostolicæ imponunt. Quo audito, imperator, collecta undique secus [1686] fidelium suorum multitudine, Romam adiit, et firma eam ex omni parte obsidione, ne quis pateret

B exitus, munivit. Sed prædictus Benedictus, falso nomine apostolicus, diutius ut imperatori resisterent, Romanos animavit, ipseque imperatori suisque fidelibus excommunicationem comminans muros urbis ascendit, et elatiori se fastu quam [1687] apostolicum decuerat continuit [1688] Ad ultimum Romani, fame et obsidione constricti, se errasse et contra [1689] imperatorem injuste deliquisse pœnitentes, in vigilia Præcursoris, 9 Kalendas Julii [1690], portas urbis aperiunt, et imperatore cum honorificentia debita intromisso, Benedictum sacrilegum et perjurum imperatoriæ ditioni reddunt [1691], et domnum Leonem in sedem apostolicam restituunt. Tunc Leo apostolicus, coadunata multorum episcoporum synodo [1692], eumdem Benedictum, Ro-

C manæ sedis invasorem, judicio omnium ab invaso gradu deposuit, et pontificale pallium, quod sibi imposuerat, abscindit [1693], ferulamque pastoralem manu ejus arreptam coram omnibus in frusta confregit, et ad preces imperatoris diaconatus eum tantum [1694] gradu uti concessit. Celebrata vero beati Johannis nativitate et sanctorum apostolorum festivitate, imperator ab urbe Romana revertitur, et infeliciore [1695] quam speraverat omine in redeundo fruitur. Nam tanta exercitum ejus pestis et mortalitas invasit, ut vix vel sanus quis a mane usque [1696] ad vesperam, vel a vespera usque ad mane se victurum speraverit. Ex qua pestilentia obierunt Heinricus, archiepiscopus Treverensis, et Gerricus [1697], abbas Witzenburgensis [1698], et Godefridus, dux Lothariensis, alio-

D rumque innumera multitudo, tam nobilium quam ignobilium Tandem miseratione divina pestilentia cessante, imperator in Liguriam pervenit, ibique autumnali tempore pace et otio vacans, se

VARIÆ LECTIONES.

[1666] profugum 5. [1667] omnibus modis 3. 7. [1668] romanæ 5. 9. 11. 12. [1669] ingalfredus 7. [1670] landtuuardus 5a. d. landwardus 5c. e. [1671] adaldadus 9. 11. 12. adaldaldus 10. [1673] ductus adalberto 5. [1674] karda 7. gard. 5. 9—12 [1675] lunsinzani 5. 9—12 [1675] montem 5e. [1676] et ipsum 7. 10. [1677] more *deest* 9—12. [1678] stravit infra m. u. 11. 12. intra muros 5. [1679] romam 5a. c. d. [1680] hebdomada 5. [1681] quibus ipse 9. 11. [1682] ducatum 7. [1683] adiit et ibi 9—11. [1684] atonem 7. [1686] veniæ ab. imp. 9, 10. v. ad imperatorem 11. 12. [1686] undique secum 11. 12. [1687] se factum quam 6. [1688] decuerat ostendit 5. [1689] errasse contraque 5, [1690] præcursoris id est IX kal. 5. VI Kal. 5d. [1691] ditioni subdunt 9. 11. 12. [1692] synodum 7. [1693] abscidit 5c. e. [1694] ei tantum 5. [1695] infeliciori 10. 11. [1696] usque mane 5. [1697] gerrich 9. 11. 12. [1698] wirtzburgensis. wirziburgensis 7. wizburgiensis 9. wiziburgensis 10. wirzeburgiensis 11. 12.

NOTÆ.

(182) Treverensis.
(182¹) Mindensis.
(182²) Spirensis.
(182³) Lusati.

venationibus exercitavit. Eodem anno Duodo [1699], palatii capellanus, ab Adalberto [1700] comprehenditur, et flagellis cæsus in Corsicam deducitur, sed non longo post tempore dimittitur. Ea tempestate Waldo, Cumanus episcopus, insulam in Cumano lacu cepit, et munitiones in ea a solo [1701] destruxit; quod Udoni comiti initium [1702] malorum fuit. Nam Hattonem [1703], ejusdem insulæ tutorem, in suam fidem suscepit, et destructa insula, non, ut optaverat eum imperatori reconciliari [1704] potuit; quod indigne ferens, totum in Waldonem episcopum detorsit, et inimicus in eum si possit ulcisci disposuit. Erchanbertus [1705] in locum fratris sui Gerrici Witzenburgensis [1706] cœnobii abba constituitur [1707].

DCCCCLXV.

Anno Dominicæ incarnationis 965 imperator Papiæ natalem Domini celebravit, et peracta festivitate statim in patriam, dispositis in Italia regni negotiis, commeavit: cui filii sui, Otto rex [1708] et Willihelmus archiepiscopus, in confinio Franciæ et Alamanniæ, in villa Heimbodesheim [1709] (182⁴) occurrerunt, et cum magna ibi eum alacritate susceperunt. Inde Wormatiam progressus, fratrem suum, Brun [1710] archiepiscopum, in purificatione sanctæ Mariæ sibi obvium [1711] habuit, sicque totam quadragesimam [1712] in Francia commorans, in Inglenheim pascha cum magno gaudio celebravit. Indeque [1713] navigio Coloniam attingens, matrem suam, domnam Mathildam et sororem suam, Gerbirgam reginam, filiumque ejus, regem Lotharium, sibi obvios condigno ibi [1714] amore et honore tractavit; sicque in Saxoniam iter direxit. [1715] Benedictum etiam illum depositum ab urbe Romana secum in Franciam advexit, quem Adaldago archiepiscopo custodiendum commisit. Duas quoque filias Berengarii in paulatio cum domna imperatrice decenti sibi honore detinuit. Eodem anno quidam ex Longobardis more solito ab imperatore deficiunt, et Adalbertum in Italiam [1716] reducunt [1717]. Tunc imperator Burchardum, ducem Alamannorum, in Italiam misit; qui ad [1718] congrediendum ei ubicumque inveniretur, cum Longobardis imperatoris fidelibus et Alamannis jusum [1719] per Padum navigavit, et illis, ubi eum audierat [1720] esse, partibus navim applicuit. Quos [1721] in prima fluminis egres-

A sione Adalbertus insiluit; ubi et frater ejus Wido cum aliis quampluribus occubuit. Ipse vero Adalbertus, vix fuga lapsus [1722], evasit, et montana quædam, ubi imperatorem lateret, intravit. Hæc igitur dux lætus victoria in patriam repedavit, et quæ sibi [1723] acciderant, imperatori significavit [1724]. Interim Wido, Multinensis [1725] episcopus, vulpina calliditate imperatori se simulans [1726] fidelem, ipsique infideles se proditurum jactitans, legatione Adalberti fungens, in Saxonia [1727] imperatorem aggreditur; nec tamen visu aut allocutione ipsius participatur, sed [1728] cum dedecore redire permissus, infra Alpes ultra Curiam comprehenditur, et in Saxoniam remissus, in [1729] Sclavis custodiæ [1730] mancipatur. Uodo [1731], Strazburgensis episco-
B pus, obiit, cui Erchanboldus [1732] successit. Eodem etiam anno domnus Leo papa obiit. Tunc legati Romanorum, Azo videlicet protoscriniarius, et Marinus, Sutriensis [1733] ecclesiæ episcopus imperatorem pro instituendo quem vellet Romano pontifice in Saxonia [1734] adeuntes, honorifice suscipiuntur et remittuntur. Et Otgerus [1735], Spirensis episcopus, et Liuzo [1736], Cremonensis episcopus, cum eisdem Romam ab imperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romana Joannes, Narniensis ecclesiæ episcopus, eligitur, et sedi [1737] apostolicæ pontifex intronizatur. Qui statim majores Romanorum elatiore animo quam oporteret insequitur, quo [1738] in brevi inimicissimos et infestos patitur. Num ab urbis præfecto et quodam
C Rotfredo [1739] comprehenditur, et urbe expulsus, in Campania custodiæ mancipatur. Hoc demum anno imperatore ab Italia redeunte, Heinrico, archiepiscopo Treverensi, Thiodricus [1740], ejusdem ecclesiæ diaconus [1741], et Adalberoni, Mettensi episcopo, Diedericus [1742], consobrinus imperatoris, successores instituuntur. Brun [1743] quoque archiepiscopus, germanus imperatoris, vir ducatu pariter et episcopatu dignissimus, v. Idus Octobris obiit, cui Folchmarus [1744] in episcopatu successit. Eodem anno Gero, marchionum nostri temporis optimus et [1745] præcipuus obiit. Lotharius rex domnam Hemmam [1746] sibi conjugio copulavit.

DCCCCLXVI.

Anno D. I. 966 imperator Coloniæ natalem Domini

VARIÆ LECTIONES.

[1699] dudo 11. 12. [1700] duo de pallacii capellani ab alperto 7. [1701] municiones vel eam a solo 7. [1703] comiti nuncium 5. [1703] altonem 7. [1704] reconciliare 5. [1705] erkanbertus 5. encharbertus 7. [1706] wirtzburgensis 5. wirziburgensis 7. wiziburgensis 10. [1707] erchanbertus *usque* constituitur *deest* 9. 11. 12. [1708] rex *dest* 5. [1709] heimbogesheim 7. heimbodesheym 5. heimbodeseim 10. [1710] suum brunonem 11. 12. suum bruniensem archiep. 5. brunonem coloniensem archiepiscopum *C. S. Godeh.* [1711] sanctissimæ mariæ virginis sibi obviam 5. [1712] tota quadragesima 5. [1713] inde 5. [1714] condigno sibi 7. [1715] iterum direxit 5. [1616] in italia 7. [1617] introducunt 9. 11. deducunt 10. [1718] misit cui ad 5. [1719] alamannis per 7. alamannis visum per 5. alamannis per Jusum et Padum 7. *super voce* jusum *cf. Adelungum vel Cangium* [1720] audierant 5. [1721] applicuit. in quos in 5. [1722] lapsus *deest* 5. [1723] quæ ibi 7. [1724] significant 7. [1725] wido metensis 5. 7. [1726] imperatori simulans 5. [1727] in saxoniam 7. [1728] sed *deest* 5c. e. [1729] *deest* 5c. e. [1730] sclavorum custodia 7. [1731] odo 7, udo 5. 11. [1732] hercanboldus 7. erkamboldus 5. erchandoboldus 10. eripkanboldus 9. [1733] martinus suriensis 5d. [1734] in saxodiam 5. [1735] hothkerus 7. [1736] luzo 11. 12. linzo 5. [1737] eligitur sedique 5. [1738] quos 5e. [1739] rothfredo 10. [1740] thiedericus.... thiedericus 5. theodericus 10. tyodericus 11. [1741] subdiaconus 10. [1742] diedericus 10. dietricus 9. [1743] bruno 5. [1744] fortmarus 5. flohmarus 11. 12. [1245] *deest* 5c. e. [1746] henimam 5.

NOTÆ.

(182⁴) Hodie *Heimsheim* seu *Heimsen*, medio itinere inter Stuttgardiam ct Pforzheimum.

celebravit, cunctaque ibi Lothariensis regni negotia, prout sibi videbatur, disposuit, Erchanbertus, Witzenburgensis [1747] cœnobii abbas, obiit, et imperator electione monachorum Adalbertum, Rugis ordinatum episcopum, eidem monasterio præfecit. Starchandus [1748], Rubilocensis [1749] (182*) ecclesiæ episcopus, obiit, cui Reginoldus successit in episcopatu. Udo comes, conjurationem cum Adalberto Berengarii filio habens, et in Italiam ad excæcandum Waldonem, Cumanum episcopum, ire disponens imperatoriæ majestatis reus esse convincitur, et sacramento, ne aliquatenus ullas partes regni præsumat ingredi, regno expellitur. Witkerus [1750], Treverensi cœnobii abbas, obiit, cui Asolfus in abbatia successit. Imperator, iterum in Italiam ire disponens, Assumptionem sanctæ Mariæ [1751] Wormatiæ celebravit, ibique habito cum omnibus regni majoribus concilio [1752], inde per Alsatiam et Curiam Alpes transcendens [1753], Italiam intravit, et Sigolfum [1754], Placentinum episcopum, quosdamque ex comitibus Italicis propter Adalbertum priori anno a se deficientes, in transalpinas partes Franciæ vel Saxoniæ, custodiendos direxit. Tunc Romani, imperatoris metuentes adventum, Rotfredo [1755] jam mortuo, a custodia qua tenebatur Johannem apostolicum absolvunt, et veniam pro malis quæ ei ingesserant poscentes [1756], in locum et sedem suam illum restituunt. Eodem anno comes Eberhardus obiit. Eodem anno [1757] Berengarius, quondam Italiæ rex, exul moritur, et in [1758] Babenberg [1759] regio more sepelitur; cujus vidua Willa, antequam sepeliretur, velum sibi [1760] sanctimoniale assumpsit. Udo comes, sacramenti oblitus, Franciam ingreditur, inde iterum absque omni utilitate revertitur.

DCCCCLXVII.

A. D. I. 967 imperator Romæ natalem Domini celebravit [1761], et excepto præfecto Urbis qui aufugerat, 13 ex [1762] majoribus Romanorum, qui auctores expulsionis [1763] domni Joannis papæ videbantur, suspendio interire jussit. Inde progrediens per Spoletum, Ravennam adiit, ibique Pascha celebrans [1764] cum domno Joanne papa, plurimos ibi ex Italia et Romania episcopos coadunavit, et habita synodo, multa ad utilitatem sanctæ Ecclesiæ adinvenit, et apostolico Johanni urbem et terram Ravennantium [1765] aliaque complura, multis retro temporibus Romanis pontificibus ablata, reddidit, eumque inde Romam cum magna lætitia remisit; ipse vero in partes Tusciæ et Lucaniæ [1766] secessit. Interim papa Johannes et imperator regi Ottoni [1767] litteras invitatorias miserunt [1768], et, utcum ipsis [1769] ad natalem Domini Romæ celebrandum festinaret [1770], jusserunt. Tunc rex pro disponendis regni negotiis ante suum in Italiam iter Wormatiam venit, ibique in primo suo placito, Deo propitio, pluri ʼa futuræ prudentiæ simul et clementiæ suæ [1771] indicia præmonstravit. Sicque nativitate Præcursoris et apostolorum festivitate Franconofurd celebrata, iter suum accelleraturus in Saxoniam remeavit. Ea tempestate Asulfus Treverensis abbas, præsenti vitæ subtrahitur, cui Thietfridus successor eligitur. Tunc etiam domnus archiepiscopus Willihelmus aliquantula infirmitate detentus, in brevi, Deo miserante, convaluit. Domno imperatore in Italia commorante, legati Nichofori [1772], Græcorum imperatoris, Ravennæ ad eum venerunt [1773], honorifica secum munera ferentes et pacem ab eo vel amicitiam poscentes; quibus honorabiliter susceptis decenterque remissis, domnus imperator nuntium suum eidem Græcorum imperatori pro conjungenda in matrimonium suo filio, regi Ottoni, privigna ipsius Nichofori [1774], filia scilicet Romani imperatoris, Constantinopolim dirigit. Qui iterum eodem [1775] anno ante natalem Domini ad imperatorem revertitur. Eodem anno, intrante, Septembri [1776] mense, Otto rex Romam iturus [1777], decenti se comitatu egressus, memoriam [1778] sancti Michaelis in Augusta civitate celebravit.

VARIÆ LECTIONES.

[1747] wirziburgensis 7. etc. [1748] stanchardus 7. starkandus 5. [1749] rubolocensis ruolocensis 10. [1750] witgerus 11. 12. wikerus 5. 7. [1751] sanctissimæ mariæ virginis 5. [1752] consilio 5d. [1753] alpes descendens 7. [1754] sigelfum 7. sigalfum 8. [1755] rutfredo 11. rovtfredo 9. rothfredo 10. [1756] petentes 5d. [1757] anno usque anno deest 11. 12. [1758] deest 5d. [1759] babenbersh 9. babenbero 10. [1760] sibi velum 5c. e. [1761] celebratur 7. [1762] 14 ex 7. [1763] expulsionum 7. [1764] celebravit 7. [1765] ravennatium 5. 9—12. [1766] et lucaniæ deest 5. [1767] othoni aliquotiens 5. [1768] miserunt ut cum 10. [1769] et cum ipsis 7. [1770] festinare 7. [1771] suæ deest 5. [1772] nicephori 5. nicophori 11. 12. [1773] eum convenerunt 9. 11. 12. [1774] nicephori 5. nicophori 11. 12. [1775] qui igitur eodem 7. [1776] septembrio 9—12. [1777] iturus deest 9—12. [1778] decenti est comitatu egressus memoriamque 7.

NOTÆ.

(182*) Eichstadensis.

# REGINONIS
PRUMIENSIS ABBATIS
# DE ECCLESIASTICIS DISCIPLINIS
ET
# RELIGIONE CHRISTIANA
## LIBRI DUO.

(Edidit Stephanus BALUZIUS Tutelensis, ad fidem vetustissimi codicis emendavit et notis illustravit.)

## BALUZII PRÆFATIO.

I. Sancta Dei Ecclesia partim jure divino regitur, partim jure apostolico et ecclesiastico. Rursum aliqua ordine et canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt. Antiquitus autem ita constitutum erat, ne cui sacerdotum fas esset ista ignorare ; ut hinc admoniti, serio ac diligenter officium suum exsequerentur. Quanta sanctorum canonum contemptio per multa tempora, quanta oblivio fuerit, opus non est commemorare. Sciunt provinciæ orbis nostri, quæ dignitatem suam imminutam imputant neglectui veterum regularum. Sed tandem bona disciplina movere cœpit lacertos et quasi reviviscere sub imperio optimi principis Francisci primi, Francorum regis Christianissimi, cujus exemplo alii quoque principes foverunt litteras et litterarum studiosos. Tum primum canones conciliorum editi Parisiis sunt anno 1524 a doctissimo conterraneo meo Jacobo Merlino, cui etiam debemus primam editionem operum Origenis ; dein a Crabbo et a Surio in Germania, tum Venetiis, Romanæ, Coloniæ et alibi. Quin et unaquæque natio voluit habere corpus suorum conciliorum. Atque hic primas deberi Hispaniæ constat, cujus Concilia elegantissimis typis vulgata sunt, anno 1593, ab eruditissimo et summæ dignitatis viro Garsia Loaysa archiepiscopo Toletano. Hunc secutus est singulare illud Gallicanæ Ecclesiæ decus et ornamentum ac summi judicii vir Jacobus Sirmondus, qui anno 1629 Concilia antiqua Galliæ, in tres tomos distributa, incredibili labore ac diligentia edidit, quorum frequens est usus in universa Ecclesia. His magnis exemplis provocatus Henricus Spelmannus Anglus, cum in hoc genere studiorum excelleret, Britannicarum insularum Concilia in unum collegit, eorumque partem ipse vivens in publicum emisit anno 1639, partem suis moriens edendam reliquit. Ex qua doctissimorum hominum cura colligi facile potest quanti momenti sit in hæc sanctissima studia incumbere, quæ multum conducunt ad recte instituendam Christianorum vitam perditosque ultimorum temporum mores in melius reformandos.

II. Intelligebant istud alta mente præditi majores nostri cum constituerent ut unusquisque sacerdotum apud se haberet librum canonum, non ad simplicem curiositatem, sed ut eo uterentur in omnibus causis ecclesiasticis. Itaque qui primi collectiones canonum adornarunt, nihil præter antiquos canones ediderunt, adeo ut omitterent apostolicos, quia nodum de illorum auctoritate constabat. Hujuscemodi fuit vetus illa collectio qua ante Justiniani tempora utebatur Ecclesia universa, Græcas tantum synodos complectens. Et quoniam istius

A codicis interpretatio Latina, qua Occidentales Ecclesiæ utebantur, obscura et confusa erat, Dionysius Exiguus abbas Romanus novam aggressus est ; in quia, præter quinquaginta canones apostolicos et conciliorum Græcorum constitutiones quæ collectione illa continebantur, Chalcedonenses etiam addidit, tum Sardicenses et Africanos, denique decreta pontificum Romanorum a Siricio usque ad sua tempora.

III. Dionysii studium imitatus postea est Isidorus, episcopus Hispalensis, qui, præter ea quæ in collectione Dionysii continentur, etiam diversa Africa concilia, tum Gallicanas et Hispanicas synodos in suam transtulit, epistolas quoque inserens eorum pontificum qui post Damasum Romanam cathedram tenuerunt : quam collectionem posterorum diligentia auxit his consiliis quæ habita in Hispania sunt post tempora Isidori. Viderat unum collectionis illius exemplar, vir illustrissimus et B excellentissimus in omni genere laudis, Antonius Augustinus archiepiscopus Terraconensis, illud ipsum fortassis quod etiamnum exstat in bibliotheca ecclesiæ Urgellensis in provincia Tarraconensi, in quo epistolæ Romanorum pontificum nullæ exstant ante Damasi ac Sirici tempora. Ævo deinde Caroli Magni insertæ huic collectioni sunt famosæ illæ ac nobiles epistolæ quæ priscis pontificibus tribuuntur, quas vero Riculfus archiepiscopus Moguntinus a bono illo Mercatore Hispano comparatas in hunc tarrarum orbem primus detulit. Disputatum valde est illo sæculo de auctoritate istarum epistolarum, Gallicanis episcopis litem adversus eas moventibus, quod intelligerent illas antiquis regulis esse contrarias. Vicit tamen fortuna populi Romani. Itaque nihil frequentius post illa tempora insonuit in auribus Christianorum quam istarum epistolarum auctoritas et mentio, ita ut qui deinceps collectiones canonum et decre- C torum composuerunt, etiam istis epistolis usi sint tanquam bonis mercibus, quamvis non omnes. Rabanus enim tamen etsi abbas Fuldensis esset in diœcesi Moguntina, licet Moguntinus et ipse archiepiscopus fuerit post Otgarium, adeoque Riculfi successor, epistolis illis non utebatur, ut recte observatum est ab Antonio Augustino.

IV. Magna sane fuisse videtur istarum epistolarum auctoritas eo tempore quo synodus habita est Durocortori Rhemorum adversus Arnulphum loci illius antistitem, id est anno nongentesimo nonagesimo primo. Attamen si quis rem penitius introspiciat, is animadvertet non repugnasse quidem palam episcopos decretis illis, sic enim vocantur in Actis synodi, sed cum intelligerent contraria illa esse ve-

teribus institutis ac moribus nostris, eorum vim et auctoritatem elusisse prudentia plane singulari. Nondum inter Gallicanos episcopos exoleverat memoria rerum præclare gestarum ab Hincmaro Rhemensi archiepiscopo, cujus crebra et magna fuere certamina cum tentamentis pontificum æternæ urbis. Incidit enim Hincmarus in difficillima tempora Nicolai primi et Adriani secundi, qui nulli diligentiæ, nullis laboribus perceperunt ut sedis suæ dignitatem, quæ magna haud dubie ac splendida est, in immensum extollerent. Sed in primis in omnibus causis opportune importune obtrudebant epistolas illas, quæ nondum gratiam amiserant novitatis, quibus vero fides et auctoritas accesserat ex stupenda ac mirabili taciturnitate et silentio hominum illius sæculi. Quoties autem illæ afferebantur adversus mores nostros, non contradicebat quidem aperte Hincmarus, sed duritiem illarum mollire conabatur verbis reverentiæ plenis, et inita, quantum fieri poterat conciliatione cum vetustis regulis; sin minus, eorum auctoritatem minuebat comparatione veterum canonum et adductis verbis apostolorum quæ citra controversiam scriptæ fuerunt ab episcopis Romanis quorum nominibus inscriptæ sunt. Qui defensionem Arnulphi susceperunt in consilio Rhemensi, nulla ferme alia præsidia in causam induxerunt præter falsas illas epistolas, in quibus cavetur ne episcopus judicetur absque auctoritate episcopi Romani, cassaque et irrita decernuntur judicia quæ prætermisso hoc ordine ferri contingeret. Sed ista magnorum nominum commemoratione non admodum permoto, fuisse episcopos nostros hæc res indicio est, quod multa primum reverentia usi erga Romanorum pontificum decreta quæ proferebantur, licet falsa haud dubie esse intelligerent, cum ad eam partem ventum est in qua certum erat episcopis non passuros se ut novum jus invalesceret adversus veteres regulas, neque aliquid suppeteret quo manifesta decretorum istorum verba eludere intepretatione possent, tum decretis illis libere opponunt canones Africanos qui de judicandis intra provinciam episcopis decreverunt, etiam in fine Actorum propterea describentes concilium sextum Africanum sive Carthaginense

V. Scio me rem novam dicere, quia hactenus Acta synodi Rhemensis edita fuere absque isto concilio Africano. Sed illud defieri in eisdem Actis facile colligi potest vel ex indiculo capitulorum; in quo, post reclamationem et depositionem Adalgeri presbyteri, in qua finis est concilii Rhemensis id vulgatis editionibus, ista leguntur : *Africanum concilium, in quo modus Romani episcopi cognoscitur.* Deinde in calce capitis 27 Patris ne eodem concilio Africano loquentes ita statuunt : *Quod consilium, quoniam insigne est, et beati Augustini præsentia illustratum, et artifitiosis consultationibus expolitum, vimque multiplicis argumenti huic synodo præbuit, ad plenum his gestis annectere utile judicavimus.* Istam observationem ego tuque, lector, debemus Hermanno Conringio Germanorum doctissimo, qui et Africanum illud concilium ad me scripsit constituere caput 56 istius synodi in vetustissimo codice ms. academiæ Juliæ, et præterea integrorum Actorum varias lectiones manu sua descriptas ad me misit. Intelligis autem posse deinceps optimam et sinceram ejusdem concilii Rhemensis editionem fieri, quam tibi pollicemur in nova nostra collectione conciliorum. Nunc redeamus ad veteres canonum collectores.

VI. Qui post nonum sæculum studio se rei canonicæ applicuerunt cum discere et docere vellent, collectiones canonicas et ipsi ediderunt; in quibus tamen synodos et Romanorum pontificum epistolas non ediderunt integras et servato temporum ordine, ut factum erat ab antiquis; sed in titulos quosdam et capita distribuentes has synodos et epistolas, præterea addiderunt permulta ex conciliis habitis in Gallia, Germania et Hispania, tum etiam aliunde, dicta quoque sanctorum patrum afferentes, ita haud dubie existimantes, plurimum dignitatis collaturam collectionibus illis sanctissimorum ac doctissimorum hominum auctoritatem. Existimabat vir clarissimus Franciscus Florens Burchardum Wormatiensem episcopum et Ivonem Carnotensem primos fuisse qui hac methodo usi essent. Neque mirum est virum doctissimum ita sensisse, cum nondum ullus in publicum emissus esset canonum ac decretorum collector duobus illis episcopis antiquior. Attamen Regino abbas Prumiensis exemplum dederat ; ex quo pleraque acceperunt Burchardus et Ivo, sed præcipue Burchardus, qui capita 670 aut circiter ex collectione Reginonis in suam transtulisse videtur.

VII. Hanc collectionem aggressus est Regino jussu Rathbodi archiepiscopi Trevirensis ad usum ejusdem archiepiscopi totiusque diœceseos Trevirensis. Eam Rathbodo ac Reginoni mentem fuisse patet ex titulo operis. Sed præterea exstat in capite tertio libri secundi *sacramentum synodale*, in quo præcipitur ut causæ synodales celari non debeant *episcopo de Treveris aut ejus misso ;* quod satis indicat hanc collectionem factam esse ad usum illius diœceseos. Verum cum illa commendaretur ob sui utilitatem, varia illius exempla facta deinde sunt, quæ ad diversa loca commearunt.

VIII. Usus est autem Regino non vulgari artificio in condenda lucubratione ista. Divisit illam in duos libros, ad exemplum, ut arbitror, Martini Bracarensis ; in quorum primo tractat de rebus et personis ecclesiasticis, in secundo de vita et conversatione laicorum ; ut ipsemet Regino docet in epilogo libri primi et in præfatione secundi. Continent autem ambo nogenta ferme capitula, ut etiam observatum a Trithemio est. In fronte libri primi ponitur inquisitio secundum quam episcopi interrogare debebant de vita clericorum, initio autem secundi inquisitio ab episcopo facienda circa laicos. Deinde his generalibus inquisitionibus subjicitur auctoritas canonica, id est, canonum ac decretorum aliarumque sanctarum institutionum auctoritas quibus fulciri et approbari possunt capita quæ in utraque inquisitione habentur. Hæc sunt Reginonis verba post inquisitionem libri primi : *Hæc quæ supra capitulatim inquirenda expressimus, auctoritate canonica roborari oportet.* In libro secundo, ante caput sextum, id est, post inquisitionem de vita laicorum : *Capitula hæc quæ per ordinem adnotavimus, canonicis oportet roborari decretis.* Ad probationem itaque istorum capitulorum affert canones conciliorum, decreta pontificum Romanorum, dicta sanctorum Patrum Basilii, Ambrosii Hieronymi, Augustini, Gregorii, Cassiani, Ferrandi, Benedicti, Fructuosi, Aureliani, Theodori, Bedæ, Rabani, Adducit præterea leges ex codice Theodosiano, seu potius verba Aniani interpretis. Plerumque etiam utitur, auctoritate capitularium regum Francorum Caroli Magni, Ludovici Pii, et Caroli Calvi, tum etiam lege Burgundionum et lege Ripuariorum, Epistolas Romanorum pontificum laudat, ut diximus, eas frequenter quæ vere illorum creduntur esse citra controversiam, pseudepigraphas autem et suppositias raro, tantum fortasssis ne contemnere videretur. Unde facile colligimus Reginonem non admodum magni fecisse epistolas illas. Neque enim dici potest incognitas illi fuisse, cum earum auctoritate aliquoties utatur, et cum constet præterea permulta illum accepisse ex collectione Isidori. Nolo tamen ut hinc quisquam colligat incognitam illi fuisse collectionem Dionysii Exigui. Tamen etsi enim bene multa acceperit ex Isidoro, sæpissime canones Græcarum synodorum refert ex interpretatione Dyonisii, raro ex antiqua quæ exstat apud Isidorum.

IX. Præter auctoritates illas de quibus huc usque

diximus, existimo Reginonem alia quapiam collectione vetustiori usum præterea esse, in qua et antiqui canones et genuinæ pontificum Romanorum epistolæ referebantur, ac insuper etiam concilia Gallicana quorum frequens est mentio apud Reginonem, Nannetense videlicet, Rhemense ac Rothomagense. Istud hinc mihi collegisse videor quod libro primo, cap. 117, afferens locum quemdam ex decretis Innocentii primi, accepisse se ait *ex epistola Innocentii papæ, cap.* 387. Rursum in eodem libro, cap. 61, canonem primum Nannetensis concilii describens, ita ponit in titulo: *ex Concilio Nannetensi*, 419. Hæc, inquam, mihi persuadent Reginonem habuisse tum in manibus collectionem quamdam, in qua, velut in Cresconiana, canones conciliorum decretis Romanorum pontificum permisti erant sub una et continuata serie numerorum. Suspicari autem quis posset illam collectionem non fuisse diversam a libri Capitularium, in quibus et decreta illa Romanorum pontificum et canones Nannetensis concilii sæpissime referuntur, in libro autem sexto vel septimo descripta fuisse duo illa capita de quibus supra dicebamus. Nam quod hodie canon ille Nannetensis illic non legitur, et quod nullus istorum duorum librorum pervenit usque ad numerum 419, qui citatur a Reginone, istud quemquam remorari non debet, cum libri illi sint valde mutili et imperfecti, ut infra adnotabimus. Nam antiqui librarii ex illis multa inter describendum detraxerunt, et qui illos postea typis ediderunt, multa resecarunt quæ illis superflua videbantur.

X. Sæpe etiam Regino laudat canones concilii Triburiensis; de quibus operæ pretium est ut hic seorsim nonnulla dicamus. Nam cum plerosque referat qui hodie non exstant in vulgatis editionibus, aliquos paulo diversos ab editis, denique quam plures in epitomen pro more suo contractos, videndum est quænam ei fides habenda sit, recipiendine canones Triburienses ab eo relati qui nunc non exstant, an vero rejiciendi ut spurii. Sane cum de bona hominis fide nobis aliunde constet, proclive est existimare bona quoque fide usum esse quoad canones concilii Triburiensis, quibus condendis ipse fortassis interfuerat, præsertim cum res esset adeo recens ut fas non esset mentiri nisi homini impudentissimo. Nam consilium illud haud procul a Prumia habitum erat paulo ante quam Regino suam collectionem adornaret, ut ipse testatur in libro secundo suorum Chronicorum: *Anno Dominicæ incarnationis* 895 *synodus magna celebrata est apud Triburias contra plerosque sæculares qui in auctoritatem episcopalem imminuere tentabant: ubi viginti sex episcopi cum abbatibus monasteriorum residentes plurima decreta super statum sanctæ Ecclesiæ scripto roboraverunt.* Dubium itaque non est quin canones Triburienses a Regione relati sint germani, adeoque cum aliis edendi quandoque erunt.

XI. Collectioni Reginonis subjecimus duas appendices antiquas, primam ex veteri codice ms. Parisiensi, de cujus antiquitate et auctoritate nobis constat, secundam ex editione Helmæstadiensi. Istam vir amplissimus et istarum rerum curiosus indagator Joachimus Hildebrandus, qui primus Reginonem edidit, ex veteri codice ms. academiæ Juliæ descripsit, et secundo libro Reginonis adjunxit continuata serie numerum, ista tamen post caput quod est 446 in hac nostra editione, bona fide admonens: *Huc usque in exemplari ms capita fuere numerata. His quæ jam sequuntur capitibus per satyram collectis numerum et titulum nos addidimus.* Ex quo confici potest ista non esse Reginonis, et a quodam studioso adjecta antiquitus fuisse. Non esse autem Reginonis probatur etiam ex codice Parisiensi; in cujus fronte cum descripta sint istorum librorum capitula, omnino indiculus ille terminatur in capite 446: *Quomodo possum pœnitentiam septem annorum pœnitere.* Ea de causa nos appendices illas divisimus ab opere Reginonis, et suos unicuique numeros tribuimus. Utramque autem vidisse videtur Burchardus, cum nonnulla utriusque appendicis capita apud illum legantur.

XII. Quemadmodum enim Regino nonnulla acceperat ex Halitgario et Rabano, sic Burchardus magnam partem suæ collectionis accepit ex Reginone. Quod ne quis putet me gratis dicere, argumentis agendum est neque obscuris neque ambiguis: si prius admonuero recte observatum ab Antonio Augustino esse, in eo reprehendendum Burchardum, *quod non ex fontibus ipsis hausit singula, sed ex rivulis et stagnis aliorum*. Ea vero de causa, ut illud primum dicamus, inter parentheses adnotavimus loca quæ ex Reginone translata sunt in Decretum Burchardi, ut lector ea possit invicem comparare. Non diffiteor sane quin nonnulla interdum diversa apud Burchardum sint. Sed eorum quæ similia prorsus sunt longe major est numerus. Afferam autem aliquot loca ex quibus patebit Burchardum ista collectione Reginonis usum esse.

XIII. Regino lib. I, cap. 61, canonem primum Nannetensis concilii ita refert in codice Parisiensi: *Ex concilio Nannetensi* 419. Buchardus vero, *Ex eodem*, id est ex concilio Nannetensi, quod in proximo capite laudaverat, cap. 419. Emendare ista conatus est Ivo Carnotensis, quod putaret haud dubie hic erratum esse, non a Burchardo, sed a librario; neque enim tot posse esse unius concilii capitula. Itaque parte II, cap. 122, hunc eumdem canonem referens, *ex concilio Nannetensi cap.* 19. sumptum fuisse tradit.

XIV. Apud Reginonem libro I, cap. 202, legitur: *Item prædicandum est quomodo Filius Dei incarnatus est de Spiritus sancto ex Maria virgine.* Sumptus est autem hic locus ex libro primo Capitularium ubi tam in editis quam in manuscriptis codicibus legitur *ex Maria semper virgine*. Cum itaque Burchardus locum eumdem referat absque illa particula, planum est non aliunde accepisse quam ex Reginone cui haud dubie vox illa per incogitantiam exciderat in scribendo.

XV. Rursum in eodem libro, cap. 369, referuntur nonnulla ex concilio Suessionensi, sive ex capitulis Caroli Calvi. Divisum autem est hoc caput in partes duas in veteri codice Parisiensi, cum in editione Helmæstadiensi et in Capituli Caroli Calvi divisum non sit. Burchardus ergo, Reginonem describens, divisum illud retulit; quem secuti deinde sunt Ivo parte III, cap. 233 et 234, et auctor primæ collectionis Decretalium, cap. 2: *De rer. permutatione*. Idem contigit capiti 81 libri primi Capitularium, quod trifariam divisum a Reginone est lib. I, cap. 371; dein eodem ordine relatum a Burchardo. Item capiti 88, quod Burchardus in quinque partes sectum retulit post Reginonem, apud quem exstat in libro primo cap. 386 et sequentibus.

XVI. Lib. II, cap. 103, refertur a Reginone canon nonus Eliberitani concilii, de femina fideli, quæ maritum adulterum fidelem relinquit, ut alterum ducat. Monstrosa autem est lectio quam nos retinuimus apud Reginonem; ubi pro *et alterum ducit*, quæ est vera lectio, legitur *et adulterum ducit*. Primum enim hanc lectionem explodit sensus canonis, tum etiam auctoritas manuscripti codicis, et editiones synodi Eliberitanæ. Bonam autem confirmat etiam omnium veterum scriptorum auctoritas. Sed quia editio Helmæstadiensis *adulterum* in hoc loco habebat, adeoque constabat ex eo errore fluxisse depravatam lectionem quæ exstat apud Burchardum, nos illam prætulimus sinceræ, ut intactos servaremus fontes ex quibus Burchardus suos rivulos derivavit.

XVII. Himerius Tarraconensis episcopus ad Damasum papam scripserat monachorum quosdam atque monacharum, abjecto proposito sanctitatis, illicita ac sacrilega se contagione miscuisse. Siricius vero, respondens epistolæ ad decessorem suum scriptæ, has impudicas detestabilesque personas a monasteriorum cœtu ecclesiarumque conventibus eliminandas esse rescripsit. Regino, hunc locum referens lib. II, cap. 164, priorem partem omisit, responsione Siricii contentus. Attamen, ut sensum capitis daret, voces istas a priore parte repetitas interpolavit, *monachorum scilicet atque monacharum, quæ abjecto proposito sanctitatis illicita ac sacrilega contagione se miscuerint,* quæ nos parenthesi conclusimus. Cum ergo Burchardus hunc locum referat ut exstat apud Reginonem, par est existimare illum descripsisse ex ista collectione.

XVIII. Regino lib. II, cap. 188, affert caput 102 libri primi Capitularium. In describendo autem illo omisit voces illas *parentum atque*, quæ poni debent post hæc verba *religiosorum sacerdotum suorumque*, cum exstent in omnibus libris Capitularium tam editis quam manuscriptis. Error itaque in scribendo admissus a Reginone effecit ut Burchardus quoque has duas voces omitteret in suo Decreto.

XIX. Quæ sequitur observatio manifeste ostendit Burchardum accepisse ex Reginone caput primum libri sui decimi, quod est 363 libri secundi Reginonis, ubi refertur *ex concilio Anquirensi.* Deinde Regino in titulo sequentis capitis posuit, *Unde supra.* Hic Burchardus, putans his verbis significari sequens quoque caput ex concilio Ancyrano petitum esse, laudat illud *ex concilio Anquirensi, cap.* 1, numerum ex suo adjiciens. Re autem vera non est synodi Ancyranæ, sed cujusdam regum nostrorum capitularis, ut illic adnotabimus. Ex eadem hallucinatione factum est ut idem Burchardus concilio Rothomagensi tribuat caput 407 et duo sequentia libri secundi Reginonis, quia in titulo eorum scriptum est, *Unde supra.* Quibus verbis significare voluit Regino illic agi de eadem materia de qua actum erat in capite superiori. Nam, quoad ista ultima capita, certum est ea non pertinere ad concilium Rothomagense, et nihil aliud esse quam formulas excommunicationis quæ tum in usu erant.

XX. Infinitum esset omnia persequi. Et satis hactenus in hoc argumento nos exercuimus, cum facile deinceps unicuique futurum sit ista conficere ex comparatione capitum quæ apud Reginonem et Burchardum exstant, si quis tanti putaverit ista nosse. Nobis satis est viam aperuisse ad inveniendas origines tot falsarum inscriptionum apud Burchardum, Ivonem et Gratianum. Unde interim colligitur magnum operæ pretium fuisse istam Reginonis lucubrationem vulgasse.

XXI. Ivonem quoque Carnotensem collectione Reginonis usum esse multa probare videntur, sed in primis epistolæ formatæ quæ exstant in fine libri primi Reginonis. Nam illas ex Burchardo accipere non potuit Ivo, cum apud illum non exstent. Descripsit igitur ex Reginone, nihil mutans aut addens.

XXII. Dedit autem Regino exemplum Ivoni ut auctoritate uteretur Capitularium. Nam Burchardus, cum Reginonem compilaret, maluit quæ hinc accipiebat capita tribuere conciliis quibusdam, aut Patribus antiquis quam regibus nostris, quod Francorum appelatio, qua Reginonis atque Witichindi etiamnum ævo gloriabantur reges Germanorum, usurpari desiisset ætate Burchardi, adeoque exuta a Saxonibus esset omnis Capitularium istorum reverentia. Burchardus enim semel tantum cap. 218 et 19 lib. I citat Capitula Caroli Magni, sic ut addat illa ab episcopis collaudata esse apud Aquisgranum, alioqui forsitan his non usurus. Dispar causa fuit Ivonis, qui inter Francos vivebat, et ipse natus Francia erat. Sed isti tamen, Regino inquam et Ivo, cum frequenter laudent libros Capitularium, ea non citant eo ordine quo edita nunc sunt, sed juxta codices antiquos; ut solent etiam Hincmarus Rhemensis, Isaac Lingonensis, Fulbertus Carnotensis et alii. Unde fit ut perturbatus nunc esse videatur horum librorum ordo in vulgatis editionibus, cum nonnulla capitula quæ pertinent, exempli gratia, ad librum tertium, nunc non exstent in tertio, sed in primo, rursum quæ 92 locum occupare debebant in libro primo, in 98 nunc reperiantur. Denique liber sextus habuit olim capitula saltem 456, septimus 476, ut patet ex Isaaco Lingonensi. Hodie tamen sextus 330 tantum capitula complectitur, septimus 377. Neque reponi potest erratum hic esse apud Isaacum, cum in his locis mire consentiat editio Sirmondi cum vetustissimo codice ms. bibliothecæ Regiæ, in quo eadem Isaaci collectio continetur. Præterea liber sextus Capitularium constat 436 capitibus in antiquissimo libro ms. bibliothecæ Colbertinæ. Observatum denique est a viris eruditissimis Ivonem parte XVI, cap. 334, laudare caput 583 libri septimi Capitularium. Quod cum Juretus non inveniret in libris Capitularium, huc descendit ut existimaret Ivonem usum esse codicibus amplioribus quam sint cusa exemplaria. Sed de omni isto negotio fuse et accurate disputabimus cum novam eorumdem aliorumque librorum Capitularium editionem dabimus emendatam ad vetustissima exemplaria. Interim nonnulla per occasionem adnotavimus ad Reginonem quæ gustum quemdam laboris istius nostri dare in antecessum poterunt hominibus eruditis.

XXIII. Reliquum est ut nonnulla dicamus de hac nostra editione, ut sciant lectores quid hic a nobis præstitum sit; si prius admonuerimus primam Reginonis editionem ab amplissimo illo viro, quem supra nominavi, Joachimo Hildebrando in lucem emissam esse Helmæstadii, anno 1659, ex vetustissimo codice ms. qui fuit Matthiæ Flacii Illyrici, in quo præterea exstat concilium Rhemense adversus Arnulphum. Itaque cum Flacius in centuria decima historiæ ecclesiasticæ citat collectionem Reginonis, ex isto codice citat, qui nunc habetur Helmæstadii in bibliotheca academiæ Juliæ. Illius editionis exemplar qui mecum communicavit vir clarissimus et eruditissimus, simul admonuit dandum illud esse Francisco Mugueto typographo Parisiensi, ut elegantissimis ejus typis recuderetur in publicam omnium utilitatem. Non repugnavit typographus. Sed ego illud in primis efficiendum esse putavi ut editio Helmæstadiensis conferretur cum veteri quopiam exemplari ms., si quod in hac sede bonarum litterarum Lutetia reperiri posset. Juvit consilium meum fortuna. Nam cum forte eodem tempore aliud quærerem in libro de Pœnitentia, edito ab eruditissimo viro Joanne Morino, presbytero congregationis Oratorii Domini nostri Jesu Christi, animadverti ab eo interdum laudatam hanc collectionem Reginonis ex veteri codice scripto temporibus Ottonis primi, ut ipse existimat. Hoc indicio facto, cum non dubitarem quin is liber adhuc exstaret in bibliotheca Oratorii Parisiensis, adeo clarissimum scriptorem Annalium Ecclesiæ Francorum Carolum le Cointe ejusdem congregationis presbyterum, interrogo ubinam nunc exstet vetus codex Reginonis a Morino laudatus, peto ut illum mihi exhibeat. Tum ille, ut est omnino comis ac perurbanus ac mihi privatim amicus, habere se respondit in bibliotheca codicem illum, ac mox mihi in manus dedit. Liber est sane antiquissimus, suppar Reginoni, ut recte arbitratus est Morinus. Hunc ego contuli cum edito, Reginonemque innumeris propemodum in locis emendavi, restitui, perfeci. Illud dolendum, deesse in codice illo octo folia, nimirum partem capitis 200 libri secundi et quæ se-

quuntur usque ad septimum paragraphum capitis 246. Sed hunc hiatum supplevimus ope editionis Helmæstadiensis, ut illic monemus.

XXIV. Addidi notas capitum istius collectionis quæ exstant apud Burchardum, tum, quoad fieri potuit, ex quo quæque loco singula sumpta sint, sive ex canonibus conciliorum, decretis Romanorum pontificum, ex libris Capitularium, et aliis multis locis quæ nunc commemorare opus non est. Quo in opere quantum mihi tædii devorandum fuerit, quam assiduo, longo ac duro labori incumbendum, satis intelligent qui nostram hanc operam æqua lance examinare voluerint.

XXV. Decreveram in totum abstinere a scribendis notis. Verum quoniam multa inter legendum mihi occurrerunt quæ explicatione indigere visa sunt, coactus sum abrumpere consilium meum, et adhuc operam in hoc meam præstare hominibus istarum rerum curiosis. Satis autem amplam laboris mei mercedem accepisse me putabo si meas illi notas sua approbatione honestaverint.

XXVI. Notas sequi pro more nostro debuit appendix actorum veterum quorum in notis facta mentio est. Eam confecimus ex illustribus veterum temporum monumentis, adeo ut affirmare liceat non indignam esse quæ cum Reginonis opere conjungatur. Qua in re mirifice nos adjuvit, qui studia nostra semper fovere et incitare solet, pro suo erga litteras et litterarum studiosos amore, Antonius Vion Herovallius : qui cum reliquis virtutibus suis clarissimus sit, tum ex eo capite omnium nostrum qui bonas litteras tractamus amorem et reverentiam merito in se traxit, quod non solum lubentissime favorem suum petentibus accommodat, sed ultro se ingerit et obtrudit ut liberali manu cuncta donet quæ ad eum mittuntur ex diversis urbibus et provinciis istius florentissimi regni.

Multum etiam debes, lector, erudito typographo Francisco Mugueto, qui nulli diligentiæ, nullis sumptibus pepercit, ut auream istam Reginonis collectionem haberes et emendatissimam, ut revera est, et venustissimam Ille autem idem studium eamdemque diligentiam tibi pollicetur in editione Capitularium, cum nobis tantum otii erit ut ad eam parandam accingere nos possimus.

Vale, lector, et libro isto utere ad majorem Dei gloriam, ad animæ tuæ salutem, denique ad utilitatem sanctæ Ecclesiæ.

---

# DE REGINONE ELOGIA.

REGINO *libro* II *Chronicorum, ad annum* 892.

Per idem tempus Farabertus abbas Prumiensis cœnobii curam pastoralem sua sponte per concessum regis deposuit ; et ego, quamvis indignus, secundum regularem auctoritatem per electionem fratrum in regimine successi ; in quo tamen non diutius immoratus, æmulis agentibus, Richarium fratrem Gerhardi et Matfridi invidiosum mei negotii successorem sustinui.

*Ad annum* 899.

Eodem anno Richarius abbas Prumiensis constituitur. Qualiter autem erga me actum sit idcirco in hoc loco notare distuli, ne forte injuriis provocatus ultra quam Christiana patientia permittit, persecutionis meæ causas exaggerasse viderer.

SIGEBERTUS *in libro de Scriptoribus ecclesiastis.*

Regino abbas Prumiensis scripsit ad primum Alberonem Metensem episcopum Chronicam continentem præcipue gesta Francorum, quam a nativitate Christi perduxit usque ad annum nati Christi 908.

*Joannes* TRITHEMIUS *in Chronico Hirsaugiensi, ad annum* 892.

Farabertus abbas Prumiensis, annuente rege Francorum, abbatiam suam sponte resignavit. Cui Regino monachus ejusdem cœnobii successit, vir vita et eruditione celeberrimus ; qui, inter cætera ingenii sui opuscula, transacti temporis Chronicon scripsit ad Adelberonem Treverensem archiepiscopum, incipiens ab origine mundi usque ad tempora sua, opus profecto celeberrimum et lectione doctorum virorum dignissimum.

*Ad annum* 899.

Regino Prumiensis abbas, quemadmodum in sua Chronica scribit, depositus est. Causas autem depositionis non expressit. Sed ita dicit : *Anno Domini* 889, *Richarius abbas*, etc. Ex quibus verbis conjicere possumus eum cum injuriis abbatia depositum, quanquam causas ignoremus.

*Idem in libro de Scriptoribus ecclesiasticis.*

Regino abbas Prumiensis cœnobii in diœcesi Treverensi, ordinis sancti Benedicti, natione Teutonicus, vir in divinis Scripturis eruditissimus, et in sæcularibus litteris nobiliter doctus, inter doctores Germaniæ suo tempore facile obtinuit principatum. Scripsit magnæ auctoritatis opuscula, de quibus ego tantum reperi subjecta. Ad Adalberonem primum episcopum Metensem a nativitate Christi usque ad annum ejusdem 908, continentem præcipue gesta Francorum et Germanorum scripsit Historiam seu Chronicam lib. I. De Disciplina ecclesiastica lib. II : *In primis inquirendum.* De cæteris nihil adhuc vidi. Scripsit autem præfatum opus, quod prænotatur de ecclesiastica Disciplina et Religione Christiana, jubente Rathbodo archiepiscopo Treverorum, quod ex decretis sanctorum Patrum et generalium conciliorum in duobus libris comportavit, et in nongenta ferme capitula per rubricas ex more luculenter distinxit.

Claruit sub Arnoldo imperatore anno Domini 910.

*Idem in Catalogo illustrium virorum Germaniæ.*

Regino abbas monasterii Prumiensis, ordinis divi Patris Benedicti in diœcesi Treverorum, vir in divinis Scripturis eruditissimus, et in sæcularibus litteris egregie doctus, ingenio subtilis, eloquio clarus, vita et conversatione devotus, facile inter doctores sui temporis obtinuit principatum. Scripsit ad Adelberonem Metensem episcopum Historiam de gestis Francorum et Teutonicorum a nativitate Christi usque ad sua tempora lib. I. Jubente Rathbodo archiepiscopo Treverorum comportavit ex decretis et sententiis Patrum et generalium, conciliorum opus canonum insigne, quod prænotavit de ecclesiastica Disciplina et Religione Christiana, in duobus voluminibus lib. II. Sermones quoque et multos et elegantes composuit lib. I. Epistolas quoque ad diversos lib. I. Et alia complura quæ ad notitiam nostræ lectionis adhuc minime venerunt. Claruit temporibus Arnoldi imperatoris, anno Domini 910.

BELLARMINUS *in libro de Scriptoribus ecclesiasticis.*

Regino abbas Prumiensis ad initium anni nongentesimi floruisse videtur. Scripsit enim libros duos Chronicorum ab adventu Domini usque ad annum ejusdem Domini nongentesimum octavum,

ut ipse testatur initio sui operis. Sed continuavit aliquis alius anonymus usque ad annum 967. Dicitur etiam scripsisse de Disciplina Christiana libros duos, quos exstare non puto.

*Gerardus Joannes* Vossius *in libro secundo de Historicis Latinis.*

Ejusdem Ludovici ætate, item Conrado imp. (qui Ludovico successit anno 912 ac septennium imperavit) claruit Regino, abbas Prumiensis cœnobii, in diœcesi Trevirensi. Contexuit duos Chronicorum libros, quibus præcipue tractat res Francorum. Manuscriptos habemus Cantabrigiæ in bibliotheca tum Academiæ tum collegii S. Benedicti, ut est apud Th. James. Sed ibi non Regino, verum ἁπλῶς abbas Prumiensis vocatur. De eo sic Sigebertus in Cat. cap. 112 : *Regino abbas Prum.* etc., *usque ad annum nati Christi* 908. Ubi malim annum unum adimi. Etsi et apud Trithemium legas 98 pro 908. Sane ante annum 907, hodieque apud Reginonem reperias hæc verba : *Huc usque Regino.* Sed continuavit hæc Chronica alius usque ad annum 957, vel potius usque ad Othonem II, qui imperare cœpit anno 972. Composuit et de Doctrina ecclesiastica libros ex sanctorum Patrum et conciliorum generalium decretis. Hi manuscripti asservantur Viennæ in bibliotheca Cæsarea. Error Trithemii inde obortus, quod apud Reginonem in præfatione operis legatur : *Ea* (Chronica) *in duos libellos distinxi, exordium capiens a primo incarnationis Dominicæ anno, et consummans cæptum opus usque in præsentem annum, qui computatur a præfatione* [leg. *præfata incarnatione*] *Domini* 908. Sed, librarii culpa, anno auctiorem esse numerum quam convenit satis liquet ex eo quod dicebamus. Ita enim uti retulimus et in manuscriptis invenitur et in excusis tum veteribus tum nuperis. Appendix vero ea Reginonis, quam dixi, Romerium habere auctorem videtur.

*Joannes* Morinus *in appendice libri de Pœnitentia, pag.* 39.

Sæpissime Reginonis collectionem allegamus quam penes nos habemus. Canonum collectio est in duos libros distincta. Facile colligi potest ex charactere ante annum millesimum scriptam esse, vix postea. Reginoni abbati eam damus, quia hoc fert collectionis initium majusculis litteris exara-
A tum, quod est ejusmodi : *Incipit libellus de disciplinis, recollectus ex jussu Rathbodi Trevericæ a Reginone abbate monasterii ex divinis conciliis et decretis.* Istius collectionis mentionem facit Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis in Reginone. *Scripsit*, inquit, *Historiam seu Chronicam libris* x. *De Disciplina ecclesiast. lib.* II, etc. *Scripsit autem præfatum opus, quod prænotatur de ecclesiastica Disciplina et Religione Christiana, jubente Rathbodo archiepiscopo Trevirorum, quod ex decretis sanctorum Patrum et generalium conciliorum in duobus libris comportavit, et in nonginta ferme capitula per rubricas ea more luculenter distinxit.* Ita noster codex est distinctus. Primus liber continet capitula 454, secundus paulo plura, eo quod nonnulla post Reginonis mortem addita sunt, velut decretum in Conofurth anno 952, indictione 9, a rege Othone, regni illius 15, consentientibus episcopis, comitibus aliisque fidelibus latum,
B ut raptores virginum et viduarum anathematizarentur et omni conjugii spe in futurum frustrarentur. Sunt et quædam alia quorum causa capitulorum numerus a Trithemio notatus aliquantulum exceditur. Hinc apparet Othone primo regnante scriptum esse istud collectionis exemplar. Composita fuit et in lucem edita anno 906. Id colligitur ex fine libri primi, capite scilicet 447 et sequentibus, in quibus refertur ex concilio Nicæno formula integra condendarum epistolarum formatarum. Deinde formulæ duo exemplaria traduntur : unum Ratbodi Treverensis archiepiscopi scribentis Roberto Metensi episcopo, et illi commendantis Gislemarum presbyterum a se ordinatum ; data enim est Idibus Octob., an. incarnationis 906 ; alterum est Dadonis Virdunensis episcopi ad Rathbodum Trevirensem eodem anno datum. Eodem tempore florebat Regino. Anno enim, ut ipse testatur in Chronico suo, 892 electus est abbas Prumiensis,
C licet incassum, multis contradicentibus. Chronicon autem finivit anno 906, quo formatarum istarum exemplaria ponit. Vidit hanc collectionem Ivo Carnotensis episcopus, eaque usus est in Decreto suo. Duo enim illa exemplaria litterarum formatarum verbum e verbo ex hac collectione in suam transtulit, non modo earum describendarum ex concilio Nicæno methodum, ut videre potes in Decreti sexta parte tribus ultimis capitibus.

# 1-21 INCIPIT LIBELLUS
# DE ECCLESIASTICIS DISCIPLINIS
## ET
# RELIGIONE CHRISTIANA
## COLLECTUS

Ex jussu domini metropolitani Rathbodi Trevericæ urbis episcopi, a Reginone quondam abbate Prumiensis monasterii, ex diversis sanctorum Patrum conciliis et decretis Romanorum pontificum feliciter in Dei nomine. Amen.

### ADMONITIO DE INQUISITIONE SEQUENTI.

*Inter Capitula Hincmari, quæ primum edita sunt in appendice tomi III Conciliorum Galliæ, titulus secundus est,* de his quæ magistri et decani per singulas Ecclesias inquirere et episcopo renuntiare

debent. *Hæc porro Capitula Hincmari eadem sunt cum his quæ leguntur in Inquisitione ista. Itaque vel Regino accepit, ea ex Capitulis Hincmari uberioribus, quibus hactenus caremus; aut Hincmarus sua accepit ex veteri formula ex qua et Regino postea descripsit; quod propius vero crediderim. Si cui tamen aliter visum fuerit, per me licet ut is judicio suo fruatur.*

---

INCIPIT INQUISITIO DE HIS QUÆ EPISCOPUS VEL EJUS MINISTRI IN SUO DISTRICTU VEL TERRITORIO INQUIRERE DEBEANT PER VICOS, PAGOS, ATQUE PARŒCHIAS SUÆ DIŒCESEOS. A

In primis inquirendum est in cujus sancti honore consecrata sit basilica, vel a quo fuerit consecrata. Post hæc ipsa ecclesia circumspiciatur, si bene sit cooperta atque camerata, et ne ibi columbæ vel **22** aliæ aves nidificent propter immunditiem stercoris sive importunitatis inquietudinem.

2. Quo metallo sint signa ipsius ecclesiæ.

3. Si fenum, annona, aut tale aliquid in ecclesia mittantur.

4. Deinde ad altare accedere oportet, et contemplari qualia sint indumenta ejus, quot nova, et quot vetusta, et qualiter nitida. B

5. Quo metallo sint capsæ et cruces coopertæ, aut si diligenter reconditæ sunt reliquiæ in altari, aut si ipsæ capsæ seris et clavis munitæ sunt.

6. Quo metallo sit calix et patena, et si mundus sit ab omni sorde, aut ubi reponatur.

7. Si corporale ex mundissimo et nitidissimo linteo sit, et ubi recondatur.

8. Si locus sit in secretario aut juxta altare præparatus ubi aqua effundi possit quando hæc abluuntur, et si vas ibi dependeat ubi sacerdos manus lavet post perceptionem corporis et sanguinis Domini, et presbyter, diaconus, aut subdiaconus ibi primo corporale lavet.

9. Inquirendum si pyxis semper sit super altare cum sacra oblatione ad viaticum infirmis. C

10. Si Missalem plenarium [*Forte* Psalterium, *ut in Capitulis Walterii Aurelian. c.* 7]. Lectionarium et Antiphonarium habeat. Nam sine his missa perfecte non celebratur.

11. Videndum etiam quod alii libri ibi sint, et an bene sint retiati [*Editio Helmæstad. et Hincmar.*, recitati], quot et qualia vestimenta sacerdotalia ibi sint, et si sint nitida aut in nitido loco collocentur.

12. Requirendum de luminaribus ipsius ecclesiæ, et quot cerarios habeat.

**23** 13. Investigandum si habeat ipsa ecclesia mansum habentem bonvaria duodecim, præter cimiterium, et curtem ubi ecclesia et domus presbyteri continetur, et si habeat mancipia quatuor.

14. Quot mansos habeat ingenuiles, et quot serviles, aut accolas, unde decima reddatur. D

15. Considerandum etiam si atrium ecclesiæ sit sæpe munitum, ne aliqua immunditia polluatur.

*De vita et conversatione presbyteri.*

16. Inquirendum si presbyter cellam habeat juxta ecclesiam, aut suspiciosa in circuitu ostiola sint.

17. Si suspiciosus de aliqua femina sit, aut in sua domo aliquam subintroductam habeat mulierem.

18. Si visitet infirmos, si eos reconciliet, si eos ungat oleo sancto juxta Apostolum, si eos propria manu communicet, et non per quemlibet laicum. Si tradat communionem laico aut feminæ ad deferendum infirmo: quod nefas est.

19. Si pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, vel mortuis sepeliendis, præmium vel munus exigat.

20. Illud super omnia perscrutandum, si sine baptismo per negligentiam presbyteri aliquis infans in parœchia mortuus est.

21. Si per domos extra ecclesiam missam cantet.

22. Si sit ebriosus vel litigiosus.

**24** 23. Si arma ferat in seditione.

24. Si canum aut avium jocis deserviat.

25. Si in tabernis bibat.

26. Si clericum habeat qui legat Epistolam vel lectionem et qui ad missam respondeat, et cum eo psalmos cantet.

27. Si nocturnis horis ad matutinas laudes persolvendas omni nocte surgat.

28. Si primam, tertiam, sextam, nonam certo tempore signo ecclesiæ denuntiet, et cursum debitum cantet.

29. Si missarum solemnia non ante horam tertiam celebrentur.

30. Si presbyter, quod absit, postquam cibum aut potum sumpserit, missam celebrare præsumat.

31. Si thuribulum habeat, et incensum in sacrificio Domini offerat.

32. Si verbum Domini populo annuntiet.

33. Si tempore statuto, id est circa horam tertiam diei, missam celebret, et post hæc usque ad medium diem jejunet, ut hospitibus atque peregre venientibus, si necesse fuerit, possit missam cantare.

34. Si curam pauperum ac peregrinorum et orphanorum habeat, eosque juxta possibilitatem suam ad suum prandium invitet.

35. Si aquam benedictam omnie die Dominico ante missarum solemnia faciat in vase nitido et tanto ministerio convenienti, de qua populus intrans ecclesiam et stans in ecclesia aspergatur.

36. Si calicem aut patenam vel vestimentum sacerdotale aut librum præsumat tabernario **25** vel negotiatori in vadium dare.

37. Si xenium vel quodcunque emolumentum temporale, imo detrimentum spirituale, a quo-

cunque publice peccante vel incestuoso accipiat, A ut episcopo vel ejus ministris peccatum illius reticeat.

38. Si aliquem minus digne pœnitentem favoris aut familiaritatis aut consanguinitatis gratia ad reconciliationem adducat, et ei testimonium reconciliationis ferat.

39. Si quando ad anniversarium diem, tricesimum, septimum, vel tertium alicujus defuncti vocatus fuerit, se inebriare præsumat et precari in amore sanctorum vel ipsius animæ bibere, et alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare, et plausus et risus inconditos et turpia joca et cantus indecentes facere præsumat.

40. Si nihil patrimonii habens quando provectus B est ad dignitatem ecclesiasticam, postea emit prædia, cujus juris sint.

41. Si usuras exigat, et conductor sui senioris existat.

42. Si missam cantat et non communicat.

43. Si feminam ad altare permittat accedere, et, quod non licet, calicem Domini tangere.

44. Si per pecuniam fuerit ordinatus, vel ipsam in qua cantat pretio obtinuerit ecclesiam.

45. Si aliam ante habuerit ecclesiam, et, ea dimissa, ad aliam quæstus causa migraverit.

46. Si plures teneat ecclesias sine aliorum presbyterorum adjutorio. C

47. Si in alterius parœchia missam cantat **26** absque compresbyteri voluntate vel rogatu.

48. Si decimam ad alterum pertinentem recipit.

49. Si pœnitentem invitat carnem manducare et bibere vinum, nisi pro eo ad præsens eleemosynam fecerit.

50. Si chartas scribat, vel sui senioris conductor existat.

51. Si indifferenter baptizet.

52. Si non habet fontes lapideos, vel aliud vas ad hoc præparatum, in quo nihil aliud fiat.

53. Si orationem Dominicam et Symbolum omnibus suis paræchianis insinuatum habeat.

54. De Litania majore. D

55. De Rogationibus.

56. Si jejunium Quatuor Temporum anni plebi omnimodis observandum annuntiet.

57. Si feria quarta ante Quadragesimam plebem sibi commissam ad confessionem invitet, et ei juxta qualitatem delicti pœnitentiam injungat, non ex corde suo, sed sicut in Pœnitentiali scriptum est.

58. Si tribus temporibus anni, id est, Natale Domini, Pascha et Pentecosten, omnes fideles ad communionem corporis et sanguinis Domini accedere admoneat.

59. Si illud etiam admoneat, quibus temporibus conjugati se abstinere debent a propriis uxoribus.

60. Ut nullus clericus ad nuptias pergat.

61. Si de oblationibus quæ a populo offeruntur die Dominico et in diebus festis, expleta **27** missa, eulogias plebi tribuat.

62. Si sine stola vel orario in itinere incedat.

63. Si postponens clericalia vestimenta, laicalibus utatur indumentis.

64. Si aquam cum vino misceat, in sacrificio Domini.

65. Si, expleta missa, reliquum corporis et sanguinis Domini ipse presbyter cum timore et reverentia sumat. Et si diaconum aut subdiaconum non habet, ipse manu propria calicem et patenam abluat atque abstergat.

66. Si absque alba, aut cum illa alba qua in suos usus quotidie utitur, missam cantare præsumat.

67. Si de decimis quatuor fiant portiones.

68. Si rem ecclesiæ aut possessionem aut mancipium vendere, commutare, aut quocunque ingenio alienare præsumpserit.

69. Si diem Dominicum et alias festivitates absque opere servili a vespera in vesperam celebrare doceat.

70. Si plebem admoneat ut in atrio ecclesiæ nequaquam cantent, aut choros mulierum ducant, sed ecclesiam ingredientes verbum Dei cum silentio audiant.

71. Si carmina diabolica, quæ super mortuos nocturnis horis ignobile vulgus cantare solet, et cachinnos quos exercent, sub contestatione Dei omnipotentis prohibeat.

72. Si offerentes instruat ut candelam vel quidquid aliud ad altare deferre placuerit, ante missam, vel antequam Evangelium legatur, offerant.

**28** 73. Oblationem autem unam tantummodo oblatam ad offertorium pro se suisque omnibus unusquisque offerat.

*Quid sit a presbytero requirendum.*

74. Postquam hæc omnia diligenter investigata fuerint, tunc ipse presbyter ab episcopo vel ejus vicario percunctandus est.

75. Si ex ingenuis parentibus sit natus, aut ex servili conditione.

76. Si de eadem parœchia aut de alia sit natus vel ordinatus.

77. Si sit de eadem parœchia, inquirendum est a quo episcopo fuerit ordinatus, vel ad quem locum prætitulatus.

78. Si servus est, ostendat chartam libertatis.

79. Si de alia parœchia, ostendat litteras commendatitias, quas formatam vocant.

80. Si ulla parte corporis est imminutus. Si seipsum abscidit.

*Post hæc de ministerio sibi commisso inquirendum est.*

81. Si expositionem Symboli atque orationis Do-

minicæ juxta traditionem orthodoxorum Patrum A penes se scriptam habeat, et eam pleniter intelligat, et inde prædicando populum sibi commissum sedulo instruat.

82. Si orationes missarum, præfationem quoque canonis, et eumdem canonem bene intelligat, et memoriter ac distincte proferre valeat.

29 83. Si Epistolam et Evangelium bene legere possit atque saltem ad litteram ejus sensum manifestare.

84. Si psalmorum verba et distinctiones regulariter ex corde cum canticis consuetudinariis pronuntiare sciat.

85. Si sermonem Athanasii episcopi de fide sanctæ Trinitatis, cujus initium est : *Quicunque vult salvus esse*, memoriter teneat, et sensum illius intelligat, et verbis communibus enuntiare sciat.

86. Si exorcismos et orationes ad catechumenum faciendum, ad fontem quoque consecrandum, et reliquas preces super masculum et feminam pluraliter atque singulariter distincte et rationabiliter proferre valeat.

87. Similiter ordinem baptizandi ad succurrendum infirmis.

88. Ordinem quoque reconciliandi juxta modum sibi canonice reservatum, atque ungendi infirmos, orationes quoque eidem necessitati competentes, si bene scit legere aut memoriter enuntiare.

89. Similiter ordinem et preces in exsequiis atque agendis defunctorum.

90. Si memoriter teneat exorcismos et benedictiones salis et aquæ.

91. Si cantum nocturnum atque diurnum noverit.

92. Si computum minorem, id est epactas, concurrentes regulares, terminos paschales, et reliquos sapiat.

93. Si habeat Martyrologium, ex quo certis diebus natalitia sanctorum populo annuntiet.

30 94. Si habeat quadraginta homilias Gregorii, et eas studiose legat atque intelligat. Vel si eas habere non potest, vel sermonem prædicti doctoris de septuaginta discipulis a Domino ad prædicandum missis habeat, et diligenter legat et intelligat, et cognoscat se ad formam septuaginta discipulorum in ministerio ecclesiastico esse promotum.

95. Si habeat Pœnitentiale Romanum, vel a Theodoro episcopo aut a venerabili presbytero Beda editum ; ut secundum quod ibi scriptum est interroget confitentem, aut confesso modum pœnitentiæ imponat.

FINIT INQUISITIO.

Hæc quæ supra capitulatim inquirenda expressimus, auctoritate canonica roborari oportet.

*Ut canonum statuta sine præjudicio ab omnibus custodiantur. Ex concilio Meldensi, quod factum fuit temporibus Caroli junioris, anno Dominicæ incarnationis* 845, v *Kalendas Julii, indict.* 8 *titulo* 10.

I. (*Concil. Meld.* c. 34 ; BURCHARD. lib. I, c. 61.) Canonum statuta sine præjudicio ab omnibus custodiantur, et nemo in actionibus vel judiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate, ducatur. In exponendis etiam vel prædicandis divinis Scripturis sanctorum catholicorum et probatissimorum Patrum sensum quisque sequatur ; in quorum 31 scriptis, ut beatus dicit Hieronymus (*in epist. ad Lætam*), fidei veritas non vacillat.

31 *Qualem ministrum eqiscopus juxta se habere debeat. Ex eodem concilio, tit.* 11.

II. (*Concil. Meld.* c. 35 ; BURCHARD. lib. I, c. 83.) Ut quisque episcopus talem juxta se pro viribus habere decertet qui juxta sincerissimum et purissimum sensum catholicorum. Patrum fide et observatione mandatorum dei seu et prædicationis doctrina presbyteros plebium assidue instruat et informet, ne domus Dei vivi, quæ est Ecclesia, sine lucerna verbi divini remaneat. Sed et isdem talis existat quem amor pecuniæ non vexet, aut reprobi mores et conversatio reprehensibilis contemptibilem reddat (182[6]). Hinc est quod cum Moyses querelam in conspectu Dei deponeret se non posse portare tantum onus quod ei fuerat impositum, audivit a Domino: *Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti quod seniores populi sint ac* C *magistri, et auferam de spiritu tuo, tradamque eis ut sustentent tecum onus populi, et non tu solus graveris* (*Num.* XI). Quid in Moyse nisi summum sacerdotium, quid in septuaginta viris nisi presbyteros accipimus ? Quod autem Dominus aufert de spiritu Moysi traditque eis, patenter ostendit quod hi qui ab episcopo in Dei conspectu vocati sunt, ut secum onus populi sustentent, eadem quæ episcopus sentire debent eademque velle et in partito sibi onere totis viribus cooperari. Hoc enim significat quod non alium sed ejusdem Moysi spiritum accipiant.

32 *De eadem re. Ex Capitulis synodalibus Caroli imperatoris, tit.* 103.

III. (*Lib.* I *Capitular.*, c. 109.) Episcopos itaque D monemus ut sive per se sive per vicarios pabulum verbi divini sedulo populis administrent ; quia, ut ait beatus Gregorius (*lib.* I, *epist.* 24), iram contra se occulti judicis excitat sacerdos si sine prædicationis sonitu incedit.

*Quod a rege postulandum sit ut episcopi tempore opportuno ad ministerium sibi commissum vacare possint. Ex supradicto concilio, tit.* 4.

IV. (*Concil. Meld.* c. 28, et in *Capitulis* Caroli Calvi tit. 7.) Ut regia magnificentia liberiorem libertatem episcopis ad peragendum in eorum parœchiis mini-

(182[6]) In canonibus vulgatis concilii Meldensis, pro eo quod Regino et Burchardus habent *conversatio reprehensibilis contemptibilem reddat*, legitur *conversatio reprehensibilis periculose devastet*. Quæ vero dein sequuntur apud Reginonem et Burchardum non exstant in canone illo concilii Meldensis.

sterium præstet quam hactenus propter diversas A perturbationes habuissent. Ipsi autem episcopi concessum sibi otium non in suas voluptates, sed in divinum, et officiosum convertant negotium ; quatenus studentes prædicationibus, correctioni atque confirmationi, quod hactenus per parœchias fuit neglectum, solerter de cætero sit emendatum.

**33** *Ne episcopi propter suam quietem negligant plebem sibi commissam. Ex eodem concilio, tit.* 5.

V. (*Concil. Meld* c. 28 ; Burchard, lib. i, c. 28.) Providendum est ne episcopi propter suam quietem ad remotiora loca secedentes, et suum ministerium negligentes, proprias deserant civitates ; sed aut parœchias suas cum officii efficacia circumeant, aut cum religione in suis civitatibus canonice cum filiis suis degant. Presbyteros etiam sibi B commissos doctrina, castitate, et sobrietate, atque hospitalitate secundum suum ministerium ornari compellant.

*De episcopis qui raro aut nunquam plebes sibi commissas per seipsos visitant. Ex eodem concilio, tit* 6.

VI. (*Concil. Meld.* c. 29.) Ut quorumdam episcoporum reprehensibilis, imo damnabilis, consuetudo omnimodis corrigatur, qui plebes sibi creditas aut raro aut nunquam per seipsos juxta ordinem evangelicum et apostolicum atque ecclesiasticum visitant, cum Dominus dicat : *Speculatorem dedi te domui Israel, et audies ex ore meo verbum, et annuntiabis eis ex me* (*Ezech.* iii), et cætera quæ divinus sermo complectitur.

*Ut episcopus ambulet per suam diœcesim. Ex concilio Bracarensi, tit.* 7

VII. (*Concil. Bracar.* ii, c. 1 ; Burchard., lib. i, c. 85.) Placuit omnibus episcopis atque convenit ut per singulas Ecclesias et diœceses ambulantes primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant vel missarum, **34** et qualiter quæcunque officia in Ecclesia peragant. Et si recte quidem invenerint, Deo gratias ; sin autem minime, docere debent ignaros, et hoc omnimodis præcipere, ut sicut antiqui canones jubent, ante dies viginti baptismi ad purgationem exorcismi catechumeni currant ; intra quos virginti dies omnino catechumeni Symbolum, quod est *Credo in Deum*, specialiter doceantur.

*Quid laicos docere oporteat.*

(*Ex eod. concilio Bracar.* ii, c. 1.) Postquam ergo suos clericos discusserint vel docuerint episcopi, alia die, convocata plebe ipsius Ecclesiæ, doceant illos ut errorem fugiant idolorum vel diversa crimina, id est homicidium, adulterium perjurium, falsum testimonium, et reliqua peccata mortifera ; et quod nolunt sibi fieri, non faciant alteri ; et ut credant resurrectionem omnium hominum et diem judicii, in quo unusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea episcopus de Ecclesia illa proficiscatur ad aliam.

*Ut episcopus cum paucis suam parœchiam circumeat. Ex concilio Toletano, tit.* 5

VIII. (*Concil. Tolet.* vii, c. 4 ; Burchard. lib. i, c. 86.) Cum episcopus suam diœcesim visitat, nulli præ multitudine onerosus existat, nec unquam quinquagenarium numerum evectionis excedat, aut amplius quam una die per unam quamque basilicam remorandi licentiam habeat (183).

**35** *Ut si episcopus hoc explere nequiverit, suos vicarios dirigat. Ex eodem concilio, tit.* 6.

IX. (*Concil. Tolet.* iv, c. 36 ; Burchard. lib. i, c. 87.) Quod si episcopus aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus, id explere nequiverit, presbyteros probabilis vitæ aut diaconos mittat, qui redditus basilicarum et reparationes et ministrantium vitam inquirant.

*Ut episcopi suam diœcesim visitent. Ex Capitulis synodalibus Caroli Augusti.*

X. (184) Ut episcopi circumeant parœchias sibi commissas, et ibi inquirendi studium habeant de incestu, de parricidiis, adulteriis et aliis malis quæ contraria sunt Deo, et quæ Christiani devitare debent, et infra illorum parœchias ecclesiarum, quibus necesse est, emendandi curam habeant. Similiter tam nostras a nobis in beneficium datas quam et aliorum summo studio provideant.

*Ut episcopus duos solidos tantum accipiat cum suam parœchiam circuit. Ex concilio Bracarensi, tit.* 10.

XI. (10, *q.* 3, *c.* 1.) Placuit ut nullus episcopo- C rum, cum suas diœceses visitat, præter honorem cathedræ suæ, id est duos solidos, aliquid aliud tollat per ecclesias, neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in ecclesiis parœchialibus requirat ; sed tertia illa pars pro luminaribus ecclesiæ vel reparatione servetur, **36** et singulis annis episcopo exinde ratio fiat. Nam si tertiam illam partem episcopus tollat, lumen et sarta tecta ecclesiæ abstulit.

*De episcopis qui non visitatis parœchiis pretium servitutis requirunt. Ex concilio apud Triburias habito temporibus Arnulphi regis, tit.* 26.

XII. (Burchard. lib. i, c. 229.) Delata est coram sancta synodo querimonia plebium, eo quod sint quidam episcopi nolentes ad prædicandum vel D confirmandum suas per annum parœchias circuire, qui tamen exigunt ut mansiones, quibus in profectione uti debuerant, alio pretio redimant qui parare debent. Quæ duplex infamia et negligentia et avaritia sanctæ synodo horrori fuit magno ; et statuerunt ne quis penitus ultra exerceat id cupiditatis ingenium, et ut sollicitiores sint episcopi de suis gregibus visitandis.

*De eadem re. Ex capitulis synodalibus Caroli imperatoris, tit.* 94.

XIII. (Lib. i *Capitular.*, c. 100.) Ne vero episcopi, occasione prædicandi aut confirmandi oneri essent

(183) Vide concilium Valentinum iii, cap. 17.

(184) Vide lib. v. Capitularium, capp. 93, 109, 365, et tom. II Conciliorum Galliæ, pag. 248, cap. 32.

populis, a nobis admoniti [adm. a n.] polliciti sunt A se deinceps hoc cavere velle et eo tempore suum ministerium [min. s.], in quantum facultas datur, exsequi, his [apud hos] quibus prodesse possunt, non quo eorum [ne cor] profectio, quantum in illis est, sit importuna vel onerosa (185).

37 *De immunitate ecclesiarum. Ex eodem capitulari, tit.* 103.

XIV. (*Capitula* Caroli Calvi, tit. 9, c. 4.) Denuntiandum est omnibus, et a missis nostris ordinandum, ut omnes ecclesiæ et presbyteri sub immunitate et privilegio et ordinatione atque dispositione episcoporum singularum parœchiarum in quibus consistunt, secundum auctoritatem canonicam permaneant.

*Quod omnes basilicæ in potestate episcoporum sunt. Ex concilio Aurelianensi, tit.* 13.

XV. (*Concil Aurel.* I, c. 17; BURCHARD, lib. III, c. 8.) Omnes basilicæ quæ per diversa loca constructæ sunt vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam ut in ejus episcopi, in cujus territorio positæ sunt, potestate consistant.

*De parœchiis. Ex concilio Chalcedonensi, tit.* 19.

XVI. (*Concil. Chalced.* c. 17; BURCHARD. lib. III, c. 148.) Singularum ecclesiarum rusticas parœchias vel possessiones manere inconcussas illis episcopis qui eas retinere noscuntur, et maxime si per tricennium eas absque vi obtinentes 38 sub dispensatione rexerunt. Quod si intra tricennium facta fuerit de his vel fiat altercatio, licere eis qui se læsos asserunt apud sanctam synodum provinciæ certare.

*Quales ministros episcopi in civitatibus suis relinquere debeant. Ex Capitulis Caroli junioris, tit.* 5.

XVII. (*Capitula* Carlomanni, tit. 2, c. 7.) Et quoniam episcopi, qui nostris et suis communibus Ecclesiæ et totius regni necessitatibus occupati sunt, non valent cuncta soli prospicere quæ infra fines parochiæ illorum perpetrantur, statuimus ut quotiescunque episcopi a propria civitate digrediuntur, tales adjutores unusquisque in sua civitate relinquat qui hæc omnia prudentissime in sua civitate peragant, ut pauperes sanguine Christi redempti semper in civitate præsentem inveniant a quo responsum et consolationem accipiant. In vicis autem et villulis longe a civitate remotis constituat unusquisque episcopus reverendos et cautos atque omni prudentia morum temperatos presbyteros, qui sua vice superius statuta modeste perficiant, et ad quos alii presbyteri juniores et minus cauti suam causam referant.

*De tricennali præscriptione. Ex epistola Gelasii papæ.*

XVIII. (Gelas. I, *epist.* 10, c. 1; lib. VII. *Capitular.*, c. 175; BURCHARD. lib. III, c. 149.) Illud etiam annecti placuit, ut si qui, quod absit, facultates Ecclesiæ necnon et diœceses ab aliis, a quibus possidentur, episcopis jure sibi vindicent, quod tricennalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum 39 ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro id appellare quod legum tempus excludit.

*De rebus per trigenta annos possessis. Ex Capitulis Ludovici imperatoris, tit.* 7.

XIX. (*Addit.* IV, c. 34; BURCHARD. lib. III, c. 150.) B Ut de rebus ecclesiarum quæ ab eis per tringinta annorum spatium sine ulla interpellatione possessæ sunt testimonia non recipiantur; sed eo modo contineantur sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent.

*De inscriptione temporum. Ex eodem, capite* 9.

XX. *Lex Burgund.*, tit. 79, c. 2, 3.) Si quis terram ab altero dixerit violenter sibi esse sublatam, et convicerit prius quam tringinta annorum compleatur numerus et rem constiterit occupatam, et requirere potuerit, repetentis tringinta annis a quocunque pervasa fuisse dicatur, et non fuerit ante repetita, nihil sibi reddendum esse cognoscat.

*Item de eadem re. Ibidem.*

C XXI. (*Ibid.*, c. 5.) Et quia omnia ad quietem omnium pertinentia ex lege convenit provideri, quas omnino causas de quibuscunque rebus, quæ intra triginta annos non fuerint definitæ, nullo eas postmodum licebit ordine commoveri: quia satis unicuique ad requirendum et recipiendum quod ei debitum fuerit suprascriptus annorum numerus constat posse sufficere.

40 *Item de eadem re. Ibidem.*

XXII. (Interpretat. leg. un. *Cod. Theodos., de inquil et colonis.*) Si quis colonum alienum in re sua triginta annos habuerit, ac si suum vindicet. Qui infra triginta annos inventus fuerit, a domino cum filiis sibi debitis et omni peculio revocetur. Si vero mortuus fuerit, peculium ejus dominus D recipiat. Colona vero si viginti annis in alieno dominio pesmanserit, a priori domino non requiratur. Colonum duæ partes agnationis sequantur, colonam vero tertia pars. Nam si agnatio infra viginti annos edita fuerit, quando adhuc colona domino competebat, repetentibus non negetur, quia in modernis legibus est constitutum. Sane, ne separatio conjugii fiat, præcipimus ut domino coloni vicaria muliere cum agnatione partis tertiæ non negetur.

(185) Perturbatus est ordo istius capitis apud Reginonem. Exhibuimus hic lectionem codicis Parisiensis. Editio Helmæstadiensis non est multum diversa. Varias lectiones damus inter uncos; sed integer locus sic restituendus est ex libris Capitularium, tum editis, tum manuscriptis. *Ne vero*, etc., *et eo tempore suum ministerium, in quantum facultas dabatur, exsequi quo eorum profectio, quantum in illis erat, his quibus prodesse possunt et debent, non sit importuna vel onerosa.*

*De consecranda ecclesia. Ex concilio Wormatiensi.*

XXIII. (*Concil. Bracar.* II, c. 5; *concil. Wormat.* c. 3; BURCHARD. lib. III, c. 37.) Placuit, quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopus invitatur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirit; sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuat. Attamen unusquisque episcopus meminerit ut non prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ et obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non levior est istius temeritas, si sine luminaribus vel sine substantiali sustentatione eorum qui ibidem servituri sunt quam si domus privata consecretur **41** ecclesia (186).

*De libertate ecclesiarum. Ex Capitularibus, titulo* 81.

XXIV. (Lib. I *Capitular.*, c. 91; BURCHARD. lib. III, c. 52; WALTER. Aurelian. c. 9.) Sancitum est ut unicuique ecclesiæ unus mansus integer absque ullo servitio attribuatur, et presbyteri in eis constituti non de decimis, nec de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis, vel hortis juxta ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquo servitium faciant præter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus suis debitum servitium impendant.

*De termino ecclesiarum. Ex eodem, capite* 117.

(Lib. I *Capitular.* c, 155.) Ut terminum habeat unaquæque ecclesia de quibus villis decimas recipiat.

*De novis ecclesiis. Cap.* 87.

XXV. (Lib. I *Capitular.*, c. 93.) Statutum est de villis novis et ecclesiis novis ibidem noviter in eis constitutis ut decimæ de ipsis villis ad easdem ecclesias conferantur.

*Item ex eodem, cap.* 5.

XXVI. (*Capitulare Caroli M. ad Salz*, c. 5; BURCHARD. lib. III, c. 7.) Quicunque voluerit in sua proprietate ecclesiam ædificare, cum consensu et voluntate episcopi in cujus parœchia fuerit, licentiam habeat. Verumtamen omnino providendum est ut aliæ ecclesiæ antiquiores propter hanc occasionem suam justitiam aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores **42** ecclesias persolvatur.

*Item de manso ecclesiæ. Ex eodem capitulari.*

XXVII. (Lib. V. *Capitular.*, c. 45.) De uno manso ad ecclesiam dato, de quo aliqui homines contra statuta sibi servitium exigunt, quicunque pro hac causa accusatus fuerit, comes vel missi hoc quod inde subtractum est presbyteris cum sua lege restituere faciant.

*De eadem re. Ex synodo Meldensi, capite* 63.

XXVIII. (*Concil. Meldense*, c. 63.) Secundum canonicam auctoritatem et constitutionem domini imperatoris Lodouvici, de agro ecclesiastico et manso ac mancipiis, quæ ipse in suis Capitulis constituit, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitus fuerit ecclesiæ, neque de decimis et oblationibus fidelium quemquam presbyterorum aliquem censum persolvere cogat, ne quisquam cujuslibet ordinis aut dignitatis exinde quidquam subtrahat et redhibitionem quamcunque exigat temporalem. Quod si fecerit, communione usque ad satisfactionem privetur, et regia potestate hoc emendare legaliter compellatur.

*Item de privilegio ecclesiarum.*

XXIX. (*Concil. Arelat.* VI, c. 20; lib. II *Capitular.* c. 36; BURCHARD. lib. III, c. 9.) Ut ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis nec ulla possessione priventur, ita ut novis oratoriis tribuatur.

**43** *De ecclesiis vel altaribus ambiguis, et ut superfluo altaria de ecclesia abjiciantur, cap.* 65.

XXX. (Lib. I *Capitular.*, c. 151; BURCHARD. lib. III, c. 10.) Ecclesiæ vel altaria quæ ambigua sunt de consecratione consecrentur, et superflua altaria destruantur de ecclesia.

*De honore ecclesiastico, cap.* 142.

XXXI. (Lib. I *Capitular.*, c. 148.) Ut episcopi prævideant quem honorem presbyteri pro ecclesiis suis senioribus tribuant.

*Quod omnium ecclesiarum dotes ad episcopum pertineant. Ex concilio Toletano, capite* 19.

XXXII. (*Concil. Tolet.* III, c. 19; lib. VII *Capitular.* c. 213. BURCHARD. lib. III, c. 20.) Multi contra canonum constituta sic ecclesias quas ædificaverunt postulant consecrari, ut dotem quam ecclesiæ contulerunt, ad episcopi ordinationem non pertinere censeant. Quod factum et in præteritum displicet, et in futuro prohibetur, sed omnia secundum consuetudinem antiquam ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant (187).

*Unde ecclesiæ debeat restaurari et episcopo obsequium exhiberi. Ex epistola Gelasii papæ.*

XXXIII. (*Decreta* Gelas. c. 27; lib. VII *Capitular.*, c. 290; RICULF. c. 11; BURCHARD. lib. III, c. 137.) Quatuor autem tam de reditu quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones: quarum una sit pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda; **44** de quibus, sicut sacerdotis intererit, sic clericus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata locorum doceat instauratio manifesta sanctorum, quia nefas est si, sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his designata convertat.

*De eadem re. Ex epistola Simplicii papæ, cap.* 2.

XXXIV. (*Decreta* Simplicii, c. 2.) De reditibus Ecclesiæ vel oblatione fidelium sola episcopo ex his una portio remittatur, duæ ecclesiasticis fabricis et erogationi peregrinorum et pauperum pro-

(186) Vide lib. II Legum Longob., tit. 1, cap. 45.

(187) Vide lib. VI Capitul., cap. 69.

futuræ, ultima clericis pro singulorum meritis dividatur.

*De honore ecclesiæ Dei. Ex Capitulis synodalibus, tit.* 69.

XXXV. (Lib. I *Capitular.*, c. 71.) Placuit nobis admonere ut unusquisque episcopus videat super suam parœchiam ut ecclesia Dei suum habeat honorem, simul et altaria secundum suam dignitatem venerentur, et non sit domus Dei et altaria sacrata pervia canibus, et ut vasa sacrata Deo in magna veneratione habeantur, et ut sacrificia sanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni sunt.

*Item de restauratione ecclesiarum Dei. Ex Capitulis Ludouvici imperatoris, cap.* 40.

XXXVI. (Lib. IV *Capitular.*, c. 40.) De opere vel restauratione **45** ecclesiarum comes et episcopus sive abbas una cum misso nostro, quem ipsi sibi elegerint ad hoc, considerationem faciant, ut unusquique eorum tantum inde accipiat ad operandum et restaurandum quantum ipse de rebus ecclesiarum habere dignoscitur. Similiter et vassi nostri aut in commune tantum accipiant operis quantum rerum ecclesiasticarum habent, vel unusquisque per se juxta quantitatem quam ipse tenet. Aut si inter eos convenerit ut pro opere faciendo argentum donent, juxta æstimationem operis in argento persolvant; cum quo pretio rector ecclesiæ ad prædictam restaurationem operarios conducere et materiam emere possit. Et qui nonas et decimas dare neglexerit, primum quidem illas cum lege sua restituat, insuper et bannum nostrum solvat, ut ita castigatus caveat ne sæpius iterando beneficium amittat.

*De eadem re. Item ex Capitulis, tit.* 22.

XXXVII. (Lib. II *Capitular.*, c. 22.) De operibus in restauratione ecclesiarum, sive in faciendo, sive in redimendo, episcopalis potius sequatur voluntas. Nullatenus tamen remaneat quin, sicut a nobis sæpe jussum est, hoc aut illud partibus ecclesiarum persolvatur. Et hoc omnibus notum sit, quia quicunque negligenter exinde egerit, et coram nobis exinde negligens repertus fuerit, illud volumus omnino ut subeat quod in nostro capitulari de hac re communi consultu fidelium nostrorum ordinavimus.

**46** *De locis dudum sacris. Ex eodem Capitulari, capit.* 54.

XXXVIII. (Lib. IV *Capitular.*, c. 53.) De locis jam dudum sacris et nunc spurcitia fœdatis, ut juxta possibilitatem in antiquum statum reformentur.

*De ecclesiis destructis. Ex eodem, cap.* 3.

XXXIX. (Lib. V *Capitular.*, c. 144; lib. III *Leg. Longob.*, tit. 1, c. 47.) De ecclesiis destructis, ut episcopi et missi inquisitionem faciant utrum per negligentiam aut impossibilitatem destructæ sint; A et ubi negligentia inventa fuerit, episcopali auctoritate emendare cogantur qui eam restaurare debuerant. Si vero per impossibilitatem contigit, ut aut plures sint quam necesse sit, aut majoris magnitudinis quam ut ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopus modum inveniat, qualiter congrue emendari et consistere possint.

*De eadem re. Ex Capitulis synodolibus Caroli Junioris, cap.* 62.

XL. (*Capit.* Caroli Calvi, tit. 6, c. 66.) Servi ecclesiarum quibuscunque potestatibus subditi, unde melior consuetudo vel devotior commendatio ex tempore et jussione domni Ludouvici vel certe domni Caroli, seu etiam Pippini, non existit, saltem B viginti diebus in anno eidem ecclesiæ ad reficiendas ipsius ruinas absque molestia servire sinantur. Ubi autem et amplior commendatio et melior consuetudo inde haberetur, pro hac nostra necessitudinis consideratione non decidat.

**47** *Item de eadem re. Ex Capit. Ludouvici capit.* 5.

XLI. Ne vero ecclesiæ presbyteris commissæ in restauratione aut in luminaribus juxta possibilitatem rerum ab illis negligantur vestra nihilominus invigilare debet solertia. Et sicut alios prohibetis ne de mansis ad ecclesiæ luminaria datis aliquid accipiant, sic et vos et vestri archidiaconi de eisdem mansis nihil accipiendo, aliis exemplum præbeatis. Sed potius ad id quod data sunt servire C concedantur; ut totum, sicut dictum est, in restauratione ecclesiarum et luminaribus vestra auctoritate et studio cedere possit.

*De decimis. Cap.* 162.

XLII. (Lib. I *Capitular.*, c. 149.) Ut decimæ in postestate episcopi sint, qualiter a presbyteris dissipentur.

*De eadem re. Ex cap.* 157.

XLIII. (Lib. I *Capitular.*, c. 163.) Ut qui ecclesiarum beneficia habent, nonam et decimam ex eis ecclesiæ cujus res sunt donent; et qui tale beneficium habent, ad medietatem laborent, et de eorum portione proprio presbytero decima donent.

D *De eadem re.*

XLIV. Novalia rura, quæ juxta cultos agros fiunt, ecclesiæ antiquæ decimentur. Et si ultra milliaria quatuor vel quinque in saltu quælibet digna persona aliquod novale collaboravit, ibidemque cum sui episcopi consensu ecclesiam construxerit, post consecrationem **48** ecclesiæ provideat presbyterum, ejusque conductu de eodem elaboratu decimas eidem ecclesiæ conferat (188).

*Item de nonis et decimis. Ex eodem, cap.* 36.

XLV. (*Concil. Cabilon.* II, c. 19; lib. II *Capitular.*, c. 38.) Qui decimas post creberrimas admonitiones et prædicationes sacerdotum dare neglexerint,

(188) Caput istud non exstat in codice Reginonis.

excommunicentur. Juramento, vero eos constringi A nolumus, propter periculum perjurii.

*Item de nonis et decimis. Ex eodem, cap. 21.*

XLVI. (Lib. II *Capitular.* c. 21). De nonis quidem et decimis, unde et genitor noster et nos frequenter et in diversis placitis admonitionem fecimus, et per Capitularia nostra qualiter hæc observentur ordinavimus, volumus atque jubemus ut de omni collaboratu et de vino et feno fideliter et pleniter ab omnibus nona et decima persolvatur. De nutrimine vero pro decima, sicut hactenus consuetudo fuit, ab omnibus observetur. Si quis tamen episcoporum fuerit qui argentum pro hoc accipere velit, in sua potestate maneat, juxta quod ei et illi qui hoc persolvere debet convenerit.

*Item de nonis et decimis. Ex eodem. cap. 5 lib. v.* B

XLVII. (Lib. I *Capitular.* c. 145). De his qui nonas et decimas jam per multos annos aut ex parte aut ex toto dare neglexerunt, volumus ut per missos **49** nostros constringantur, ut secundum consuetudinem priorem solvant unius anni nonam et decimam cum sua lege, et insuper bannum nostrum. Et hoc eis denuntietur, quod quicunque hanc negligentiam iteraverit, beneficium unde hæc nona et decima persolvi debuit amissurum se sciat.

*Item de eadem re. Cap. 6.*

XLVIII. (Lib. V *Capitular.* c. 145); *Addit.* IV, c. 73). Quicunque decimam abstrahit de ecclesia ad quam per justitiam debet dari, et eam præsumptuose vel propter munera aut amicitiam vel C aliam quamlibet occasionem ad alteram ecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distringatur, ut ejusdem decimæ quantitatem cum sua lege restituat.

*Item de eadem re. Cap. 7.*

XLIX. (Lib. V *Capitular.* c. 46 ; *Lex Longobardor.* lib. III, tit. 3, c. 8; BURCHARD. lib. III, c. 154). De decimis quas dare populus non vult nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est ne fiat. Et si quis contemptor fuerit, inventus, ut nec episcopum nec comitem audire velit, si noster homo fuerit, ad præsentiam nostram venire compellatur, cæteri vero distringantur, ut inviti ecclesiæ restituant quod voluntarie dare neglexerunt.

*Item de eadem re. Cap. 9.* D

L. (Lib. V *Capitular.* c. 147). De illis qui agros dominicatos propterea neglexerunt excolere ut nonam et decimam exinde non persolvant, et alienas terras ad excolendum propter hoc accipiunt, volumus ut de tribus annis ipsam annonam cum sua lege **50** persolvant. Et si quis contemptor aut comitis aut missorum nostrorum propter hoc exstiterit, sub fide jussoribus ad palatium venire compellatur.

*Item de eadem re. Ex concilio Meldensi cap. 62.*

LI. Hi qui ex rebus ecclesiasticis nonas et decimas persolvere et sarta tecta ecclesiæ secundum antiquam auctoritatem et consuetudinem restaurare debent, et hoc non solum negligunt, verum et contemnendo dimittunt, atque clericos fame et penuria afficiunt, ecclesiastica quoque ædificia dissolutione adnullari permittunt, tandiu ab ecclesiastica communione separentur usque dum diligentia emendare studeant quod socordia neglexerunt. Quod si iterum iteraverint, post excommunicationis satisfactionem, regia potestate compulsi, juxta legale et antiquum edictum : *Qui negligit censum, perdat agrum.*

*Item de decimis. Ex Capitulis Caroli.*

LII. (*Capitulare ad Salz.* c. 2). De decimis ubi antiquitus fuerunt ecclesiæ baptismales, et devotio facta fuit, juxta quod episcopus ipsius parœchiæ ordinaverit, omnimodis fiant donatæ. Et si per donationes regum aut cæterorum Deum timentium bonorum hominum ad episcopia seu monasteria aliquæ res delegatæ sunt, et ex ipsis rebus antiquitus ad ipsas ecclesias priores decimæ datæ fuerunt, ipsa antiqua donatio vel devotio firma et stabilis permaneat. Tamen, ut supra diximus, decimas de ipsis rebus, qui **51** eas possidere videtur, persolvat.

*Ne fenum et annona et vinum mittatur in ecclesia. Ex eodem capit. 142.*

LIII. (Lib. I *Capitular.* c. 150). Ut nullus presbyter annonam vel fenum aut vinum in ecclesia mittere præsumat (189).

*De eadem re. Ex dictis sancti Augustini episcopi.*

LIV, In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod est factum fiat: unde et nomen accepit. Aut si forte etiam aliqui propter horas constitutas, si eis vacat et orare voluerint, eis non sint impedimento qui ibi aliquid agendum putaverint.

*Item alibi.*

(*Regula Tornat.* c. 15 ; BURCHARD. lib. III, c. 80). In oratorio præter orandi et psallendi Dei cultum penitus nihil agatur, ut nomini huic et opera jugiter impensa concordent.

*Item de eadem re. Ex dictis sancti Benedicti.*

LV. (*Regula S. Benedicti*, c. 52 ; BURCHARD. lib. III, c. 81). Oratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quidquam aliud geratur aut condatur.

*Ut nullus in ecclesia convivari præsumat. Ex concilio Carthaginensi.*

LVI. (BURCHARD. lib. III, c. 83). Ut nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitii necessitate illic resideant. Populi etiam ab hujusmodi conviviis, quantum potest fieri, prohibeantur.

**52** *De eadem re. Ex concilio Laodicensi.*

LVII. (*Concil. Laod.* c. 28; BURCHARD. lib. III, c. 82). Non oportet in domiciliis divinis sive ecclesiis agapen facere, et intus manducare, vel accubitus sternere.

*Ut nemo præsumat in ecclesia vinum vendere. Ex concilio Turonensi.*

LVIII. (BURCHARD. lib. III, c. 84). Perlatum est ad sanctam synodum quod quidam presbyteri in ecclesiis sibi commissis tabernas, quod nefas est, consti-

(189) Vide Theodulfum, cap. 8 et Ahytonem, cap. 21.

tuant, neque per caupones vinum vendant aut A vendere permittant, et ubi tantummodo orationes et verbum divinum Deique laus debuerit resonare, ibi comessationes et ebrietates fiant, ibi risus et plausus et verba turpia, ibi rixæ et contentiones resultent. Quod quam sit Deo contrarium, Dominus Deus demonstrat; qui cum invenisset in templo vendentes et ementes et nummularios sedentes, facto funiculo de resticulis, omnes ejecit de templo. Si enim ea quæ licite vendi videbantur in templo, et ad hoc emebantur ut in eodem templo offerrentur Domino, ipse foras ejecit, quid putas de tam pestifera præsumptione et Dei contemptu fiet? Et si non solum sacerdotibus, sed etiam omnibus clericis præcipitur ne tabernas ingrediantur, qui audire potest ut ecclesiæ Dei tabernæ fiant? B Itaque interdicit per omnia synodus ne hoc imposterum nullotenus fiat. Quod si factum fuerit, presbyter deponatur; laici, communione privati, ab ecclesia, quam dehonestaverunt, expellantur (190).

**53** *De eadem re.*

LIX (BURCHARD. lib. III, c. 85). Interea non est leviter accipiendum quod Dominus dicit: *Domus mea domus orationis est* (*Isa.* LVIII). Si enim domus Dei orationis domus vocatur, hoc debet esse quod dicitur, nec ibi aliud debet geri aut recondi. Ubi enim corpus Domini consecratur, ubi angelorum præsentia non dubitatur adesse, ubi sanctorum reliquiæ reconditæ venerantur, ne quid inhonestum appareat quod oculos ad orationem venien- C tium offendat, ne quid ibi videatur quod ad lucrum temporale pertineat; sed omnia sancta, omnia munda, et tantummodo ad ecclesiasticum ministerium pertinentia.

*Ut altaria mundissimis linteis cooperiantur; et ut presbyteri feminis prædicent ut linteamina dent unde altare vestiatur. Ex concilio Rhemensi cap.* 5

LX. (BURCHARD. lib. III, c. 97). Observandum est ut mensa Christi, id est, altare, ubi corpus Dominicum consecratur, ubi sanguis ejus hauritur, ubi sanctorum reliquiæ reconduntur, ubi preces et vota populi in conspectu Dei a sacerdote offeruntur, cum omni veneratione honoretur, et mundissimis linteis et palliis diligentissime cooperiatur, nihilque super eo ponatur nisi capsæ cum sancto- D rum reliquiis, et quatuor Evangelia. Expleta missa, calix et sacramentorum liber cum vestibus sacerdotalibus in mundo loco sub sera recondantur.

**54** *De linteis altarium præparandis. Ex Capitularibus.*

(Lib. I *Capitular.* c. 152). Presbyteri per parœchias suas feminis prædicent ut linteamina in altaria præparent.

*Ut nullus presbyter alterius parœchianum ad missam recipiat. Ex concilio Nannetensi* CCCCXVIII.

LXI. (*Concil. Nannet.* c. 1; BURCHARD. lib. II, c. 92). Ut Dominicis vel festis diebus presbyteri, antequam missas celebrent plebem interrogent si alterius parœchianus in ecclesia sit, qui proprio contempto presbytero ibi missam velit audire; quem si invenerint, statim ab ecclesia ejiciant, et ad suam parœchiam redire compellant. Similiter interrogent si aliqui discordantes sint, qui inter se litem implacabilem habeant. Et si inventi fuerint, statim reconcilientur. Quod si noluerint pacem suscipere, ab Ecclesia ejiciantur usque quo ad charitatem redeant. Non enim possumus munus vel oblationem ad altare offerre donec prius fratri reconciliemur. His ita peractis, sacerdotes missarum solemnia rite peragant.

*Item ex eodem concilio. Ex Capitularibus.*

(*Concil. Nannet.* c. 2; lib. I *Capitular,* c. 153; BURCHARD. lib. II, c. 91). Ut nullus presbyter alterius parœchianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad missam recipiat.

*De oblationibus fidelium ad altare.*

LXII. Si aliquid fideles ad altare offerunt, a ministro receptum post altare ponatur.

**55** *Ut nihil aliud in sacrificio Domini offeratur præter id quod Dominus statuit. Ex canonibus apostolorum, tit.* 3.

LXIII. Si quis episcopus aut presbyter præter ordinationem Domini alia quædam in sacrificio offerat super altare, id est, aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem Domini faciens, deponatur de gradu.

*Quæ species ad altare, non ad sacrificium, sed ad benedictionem simplicem debent offerri. Ex canonibus apostolorum, tit.* 4.

LXIV. (BURCHARD. lib. VI, c. 6). Offerri non liceat aliquid ad altare præter novas spicas et uvas et oleum et thymiama, id est incensum, tempore quo sancta celebratur oblatio.

*Ut ea quæ in ecclesiis offerri non possunt, ad domos sacerdotum a fidelibus deferantur. Ubi supra, tit.* 5.

LXV. Reliqua poma omnia vel primitiæ ad domum episcopi et presbyteri dirigantur, nec offerantur in altari. Certum est autem quod episcopis et presbyteris et diaconis et reliquis clericis dividantur.

*Quid in sacrificio Domini offerri debeat. Ex concilio Wormaciensi, cap.* 29.

LXVI. (*Concil. Bracar.* III, c. 2; *concil. Wormat.* c. 4; BURCHARD. lib. V, c. 2). In eucharistia non debet aqua pura offerri, ut quidam sobrietatis causa falluntur, **56** sed vinum cum aqua mistum, quia et vinum in redemptionis nostræ mysterio fuit cum dicat: *Non bibam de hoc genimine vitis* (*Matth.* XXVI); et aqua mistum, quod post cœnam dabat. Sed et de latere ejus aqua cum sanguine egressa, vinum de vera carnis ejus vite cum aqua expresse ostendit. Cum igitur magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium commendaret suis discipulis, panem tantum et calicem sub hoc sacramento præbuisse

(190) Vide Capitulare Riculfi Suessionensis, cap. 13.

cognoscimus. Ideoque præter panem et vinum A cum aqua mistum aliud offerri non debet. Calix enim Dominicus vino et aqua permistus debet offerri; quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, et credentium plebs ei in quem credidit copulatur et jungitur: quæ copulatio et conjunctio aqua et vino sic miscetur in calice Domini, ut commistio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Non potest enim calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque sibi misceatur.

*De calice Domini. Ex consilio Rhemensi titulo* 8. B

LXVII. (BURCHARD. lib. III, c. 96, et dist. 1, *De consecrat.* c. 45.) Ut calix Domini cum patena, si non ex auro, omnimodis ex argento fiat. Neque causentur presbyteri, avaritia suadente, de paupertate vel impossibilitate, cum una pars ex omnibus quæ ad ecclesiam pertinent **57** in fabricis ipsius ecclesiæ sit impendenda. Admonendus est etiam populus ut aliquid in donariis Domini offerat, sicut ipse antiquus populus sub Moyse in tabernaculo Domini fecisse legitur. Si quis autem tam pauperrimus est, saltim vel stanneum calicem habeat. De ære autem aut ex aurichalco non fiat calix; quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum provocat. Nullus autem in ligneo calice præsumat cantare.

*De corporali Dominico. Ex concilio quo supra.*

LXVIII. (BURCHARD. lib. III, c. 98.) Corporale super quo sacra oblatio immolatur, ex mundissimo et purissimo linteo sit; nec in eo alterius generis materia pretiosor aut vilior misceatur; quia Dominicum corpus in sepulcro, non in holosericis, sed tantum in sindone munda fuit involutum. Corporale nunquam super altare remaneat; sed aut in Sacramentorum libro ponatur, aut cum calice et patena in mundissimo loco recondatur. Et quando abluitur a sacerdote, diacono, vel subdiacono, primo in ecclesia in loco et vase ad hoc præparato abluatur, eo quod ex Dominico corpore et sanguine infectum sit. Post hæc a lavandario in nitido loco paretur [*Editio Helmæstad.* reponatur].

*De eucharistia. Ex Capitulis synodatibus, cap.* 155.

LXIX. (Lib. I *Capitular.* c. 161; *Capitula* WALTERII Aurel. c. 7; BURCHARD. lib. V, c. 10.) Ut presbyter semper eucharistiam habeat paratam; ut quando quis infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, statim **58** eum communicet, ne sine communione moriatur.

*De eadem re. Ex concilio Turonensi.*

LXX. (BURCHARD, lib. V, c. 9.) Ut omnis presbyter habeat pyxidem, aut vas tanto sacramento dignum, ubi corpus Dominicum diligenter recondatur ad viaticum recedentibus a sæculo. Quæ sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter presbyter possit dicere infirmo: *Corpus et sanguis Domini proficiat tibi*, etc. (181). Semperque sit super altare observatum propter mures et nefarios homines; et de tertio in tertium diem semper mutetur, id est, illa a presbytero sumatur, et alia quæ eodem die consecrata est in locum subrogetur, ne forte diutius reservata mucida, quod absit, fiat.

*De oblatis, ut de sabbato in sabbatum innoventur. Ex eodem.*

LXXI. (BURCHARD. lib. V. c. 12.) Illud etiam adnectendum videtur, ut oblationes quæ in altari offeruntur, de Sabbato in Sabbatum semper innoventur: quia panes propositionis, qui super mensam Domini ponebantur, a Sabbato in Sabbatum semper mutabantur.

*Ut chrisma semper sub sera sit. Ibidem.*

LXXII. (BURCHARD. lib. IV, c. 80.) Præterea et illud omnimodis observandum est, ut sacrum chrisma et oleum consecratum semper sub sera sit; ne illud unde Christo incorporamur, et unde omnes fideles sanctificantur, unde reges et sacerdotes inunguntur, aliquis infidelis aut immundus **59** tangat, aut aliquis perfidus ad Dei judicium subvertendum subripiat, quod experimento didicimus (192).

*Si presbyter chrisma dederit ad judicium subvertendum. Ex Capitularibus, tit.* 55.

LXXIII. (Lib. V *Capitular*, c. 55; *Lex Longobardor.* lib. III, tit 27, c. 1.) Ut presbyter qui chrisma donaverit ad judicium subvertendum, postquam de gradu suo depositus fuerit, manum amittat.

*Ut nullus presbyter pro chrismate aliquod munus det. Ex concilio Meldensi cap.* 45.

LXXIV. (BURCHARD. lib. V, c. 77.) Ut nemo episcoporum vel quilibet minister ecclesiasticus propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quælibet munuscula, quæ per ministros episcoporum a presbyteris inordinabiliter exiguntur. Decet tamen presbyteros cum voluntariis eulogiis tempore congruo visitare et venerari suos episcopos.

*Ut omnis presbyter duas ampullas in Cœna Domini ad civitatem deferat. Ex Capitulis, tit.* 156.

LXXV. (Lib. I *Capitular.* c. 162; BURCHARD. lib. IV, c. 75.) Ut presbyter in Cœna Domini ampullas duas secum deferat, unam ad chrisma, alteram ad oleum ad catechumenos inungendum vel infirmos juxta sententiam apostolicam (193), ut quando quis infirmatur, inducat presbyteros Ecclesiæ, qui pro ipso orent, **60** eumque inungant, et cætera (*Jac.* V).

(191) Vide Hug. Menard. in notis ad lib. Sacramentor, pag. 378.

(192) Vide concilium Metense anni 888, cap. 6.

(193) Consentiunt in hoc loco editio Helmæstadiensis et codex ms. Parisiensis quo nos usi sumus. Variant autem libri Capitularium. In editis sane, tum apud Burchardum, et in veteri codice ms. bibliothecæ Colbertinæ, tum etiam in nostro, præcipitur ut presbyter tres ampullas secum deferat. Sed in veteri codice ms. ex quo prima Parisiensis editio prodiit, tum etiam in antiquissimo libro monasterii Rivipullensis, ita omnino legitur: *Ut presbyter in Cœna Domini duas ampullas secum deferat, unam ad chrisma, alteram ad oleum*

*De presbyteris qui longe positi sunt. Item unde supra, capite* 93.

LXXVI. (Lib. I *Capitular*. c. 99 ; Burchard, lib. IV, c. 79.) De presbyteris qui accipiendi gratia chrismatis ad civitates in cœna Domini venire soliti erant, sancitum est ut de his qui longe positi sunt, de octo vel decem unus ab episcopo eligatur, qui acceptum **61** chrisma sibi et sociis diligenter perferat. Hi vero qui non longius a civitate quam quatuor aut quinque millibus habitant more solito ad accipiendum chrisma per se veniant; discendi vero gratia alio ncn quadragesimali tempore ad civitatem convocentur, propter plebes sibi commissas.

*Ut alterius episcopi chrisma nullus presbyter accipiat. Ex concilio Vasensi, cap.* 3.

LXXVII. (Lib. VII *Capitular*. c. 310 ; Burchard, lib. IV, c. 78.) Per singula territoria presbyteri vel ministri ab episcopis non prout libitum fuerit, a vicinioribus, sed a suis propriis per annos singulos petant chrisma, appropinquante solemnitate paschali, nec per quemcunque ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est, per subdiaconum, quia inhonorum est inferioribus summa committi. Optimum autem est ut ipse suscipiat qui in tradendo usurus est. Si quid autem obstat, saltem is cujus officii est sacrarium disponere et sacramenta suscipere (194).

*Ut nullus minister sine chrismate proficiscatur.*

LXXVIII. (*Concil. Arausic.* I, c. 2 ; Burchard. lib. IV, c. 75.) Nullum ministrorum, qui baptizandi recepit officium, sine chrismate unquam debere progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autem qui in baptismate quacunque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur.

**62** *De fontibus sacris. Unde supra.*

LXXIX. (Hincmari *Capitula an.* 852, c. 3 ; Burchard. lib. IV, c. 13 ; *Capitulare* Ahytonis, c. 7.) Presbyter qui fontes lapideos habere nequiverit, vas conveniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat, quod nunquam extra ecclesiam deportetur. Similiter ad corporale lavandum et ad pallas altaris propria vasa habeantur, in quibus nihil aliud fiat (195).

*Ut nullus presbyter absque vestimentis sacerdotalibus præsumat missam cantare. Ex concilio Rhemensi.*

LXXX. Nullus presbyter sine amictu, abba et stola, et fanone, et casula ullatenus missam celebrare præsumat. Et hæc sacra vestimenta mundissima sint, et in nitido loco intra ecclesiam collocentur. Nec presbyter, cum his induitur, extra ecclesiam exeat, quia hoc lex divina prohibet.

A *Ut nullus presbyter in vadium sacrata vasa vel vestimenta mittat. Unde supra, cap.* 11.

LXXXI. (Hincmar. in *Capitulis* datis an. 852, c. 11 ; Burchard. lib. III, c. 104 ; *Capitulare* Theodulfi, c. 18. Ut nullus presbyter præsumat calicem vel patenam vel pallium altaris vel vestimentum sacerdotale aut librum tabernario vel negotiatori aut cuilibet laico vel feminæ in vadium dare, nisi justissima necessitate urgente : quia tanta est sanctitas sacri ministerii, ut salva altioris mysterii intelligentia, etiam per prophetam Dominus prohibuerit ne cum sanctis vestimentis sacerdos procedat ad populum, sed intra sancta illa dimittat, **63** colloquio divino rediens. Et cui in tabernas ad bibendum a sacris canonibus ingredi prohibetur, sanctificata sacri ministerii B nec ad contingendum immundis, quanto minus in vadimonium exhibere debet, sicut Stephanus papa et martyr secundum Hilarium in suis Decretalibus docuit.

—

ABHINC DE VITA SACERDOTUM.

*Ut episcopus et presbyter non longe ab ecclesia hospitium habeant. Ex concilio Carthaginensi.*

LXXXII. (*Concil. Carthag.* IV, c. 14.) Ut episcopus non longe ab ecclesia hospitiolum habeat.

*Ut presbyteri nullatenus ubique hospitari sinantur. Ex concilio Meldensi, cap.* 36.

LXXXIII. Ut presbyteri nullatenus ubicunque hospitari sinantur, aut aliquo modo ipsi præsumant ; sed assidue apud suas ecclesias esse studeant C propter sacra mysteria vel ministeria fidelibus exhibenda, nec etiam alibi habitare permittantur. Neque mulieres quamcunque habitationem [*Sirmond. et cod. ms.*, frequentationem] habeant in locis in quibus presbyteri aliquem recursum habuerint. Quod si observare parvipenderint, ita ut transgressores, et qui contra interdicta fecerint judicentur.

**64** *De continentia sacerdotum. Ex concilio Neocæsariensi, cap.* 1.

LXXXIV. (Burchard. lib. II, c. 108 ; *Concil. Neocæsar.* c. 10.) Presbyter si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, et ad pœnitentiam redigi. Simili modo etiam diaco- D nus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur.

*De eadem re. Ex eodem concilio.*

LXXXV. (*Concil. Neocæsar.* c. 9 ; Burchard. lib. II, c. 49.) Presbyter si præoccupatus corporali peccato confessus fuerit de se quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis propter studium bonum. Quod si de se ipse non fuerit confessus, et argui manifeste nequiverit, potestati sui judicii relinquatur.

*ad catechumenos inungendum vel infirmos juxta sententiam*, etc. Hanc ultimam lectionem secutus est Regino. Contra in veteri codice pontificali ecclesiæ Rothomagensis, apud Hugonem Menardum in notis ad librum Sacramentorum, pag. 80 : *Mane primo mansionarii ordinent omnia quæ sunt necessaria ad consecrationem chrismatis, ampullas tres de oleo mundissimo plenas ponentes in sacrario, unam ad oleum pro infirmis, alteram ad chrisma, tertiam vero ad oleum ad catechumenos ungendum.*

(194) Vide concilium Carthaginense IV, cap. 36.

(195) Vide infra, cap. 271 hujus libri.

*De eadem re. Ex canonibus apostolorum.*

LXXXVI. (*Canon. apost.* c. 25 ; BURCHARD. lib. II, c. 189 ; lib. XVII, c. 39.) Presbyter aut diaconus qui in fornicatione aut perjurio aut furto aut homicidio captus est, deponatur, non tamen communione privetur. Dicit enim Scriptura : *Non judicat Dominus bis.*

*Item.*

LXXXVII. Sacerdotes Domini et diaconi vel quicunque sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes ab uxoribus se abstineant.

*De eadem re.*

LXXXVIII. (BURCHARD. lib. II, c. 118.) Præterea, quod dignum et pudicum et honestum est, tenere Ecclesia **65** omnino debet, ut sacerdotes et levitæ cum mulieribus non coeant, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur, et scriptum est : *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester.*

*De eadem re.*

LXXXIX. (BURCHARD. lib. II, c. 117.) De presbyteris et diaconibus divinarum legum est disciplina, ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico priventur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri.

*Item.*

XC. (*Concil. Nic.*, c. 3 ; BURCHARD. lib. II, c. 109.) Interdixit per omnia magna synodus non episcopo, non presbytero, non diacono, vel alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte matrem aut sororem aut amitam, vel eas tantum personas quæ suspicionem suffugiunt.

*De eadem re. Ex Decretis Siricii papæ, tit.* 12.

XCI. (*Decreta Siricii* c. 12 ; BURCHARD. lib. II, c. 110.) Feminas vero non alias esse patimur in domibus clericorum nisi eas tantum quas proprie sola necessitudinis causa habitare cum iisdem synodus Nicæna permisit.

*De eadem re. Ex concilio Carthaginensi cap.* 25.

XCII. (*Conc. Carthag.* VI, c. 25.) Aurelianus [Aurelius] episcopus dixit : Addimus, fratres charissimi, præterea, cum de quorumdam clericorum, quamvis lectorum, **66** erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit, quod et diversis conciliis firmatum est, ut subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, et diaconi, et presbyteri, seu etiam episcopi, secundum propria statuta ab uxoribus se abstineant, ut tanquam non habentes videantur esse : quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio ; cæteros autem clericos ad hoc non cogi nisi maturiore ætate.

*De eadem re. Ex Decretis Siricii papæ, cap.* 7.

XCIII. (*Decreta Siricii*, c. 7.) Plurimos enim sacerdotes Christi atque levitas post longa consecrationis suæ tempora tam de conjugiis propriis quam A etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, et crimen suum hac præscriptione defendere, quia in Veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc quisquis ille est sectator libidinum præceptorque vitiorum, si æstimat quia in lege Moysi passim sacris ordinibus a Domino nostro laxata sunt frena luxuriæ, cur eos quibus committebantur Sancta sanctorum præmonet dicens. *Sancti estote, quia et ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Cur etiam procul a suis domibus anno vicis suæ habitare in templo jussi sint sacerdotes ? Hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possent carnale exercere commercium, ut conscientiæ integritate fulgentes acceptabile Deo munus B offerrent ; quibus expleto deservitionis suæ tempore uxoris usus solius successionis causa fuerat relaxatus ; quia non ex alia nisi ex **67** tribu Levi quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti.

*De eadem re. Capit.* 92.

XCIV. (*Lib.* I *Capitular.* c. 98 ; BURCHARD. lib. II, c. 3.) Statutum est ab episcopis de presbyteris, ut qui feminas secum indiscrete habitare permittunt, et propter hoc malæ pinionis suspicione denotantur, si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemptores sacrorum canonum canonica invectione feriantur (196).

*De eadem re. Ex concilio Wormatiensi, cap.* 38.

XCV. (*Concil. Wormat.* c. 9.) Placuit ut episcopi, C presbyteri, diaconi, subdiaconi abstineant a conjugibus, ut non generent filios. Quod si hoc decretum violaverint, ab honore clericatus pellantur.

*De eadem re. Ex Decretis papæ Leonis.*

XCVI. (*Decreta Leonis I*, c. 17 ; BURCHARD. lib. II, c. 114.) Lex continentiæ eadem est altaris ministris quæ episcopis atque presbyteris ; qui cum essent laici sive lectores, licite et uxores ducere et filios procreare potuerunt ; sed cum ad prædictos pervenerunt gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Unde ut de carnali **68** fiat spiritale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, et quasi non habeant sic habere, quo et salva sit charitas connubiorum et cesset operatio nuptiarum.

*De eadem re. Ex dictis sancti Gregorii papæ.*

XCVII. Qui corpus suum castitati dedicant, habitare secum feminas non permittant.

*Item sancti Augustini.*

XCVIII. Ideo nolo ut soror mea mecum sit, quia quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt.

*De eadem re. Ex concilio Wormatiensi, cap.* 9.

XCIX. (*Concil. Wormat.* c. 2.) Sacerdotes igitur si in fornicationis laqueum ceciderint, et crimen manifestissime ostensum fuerit, hactenus sacerdotii non possunt habere honorem, secundum canonicæ institutionis auctoritatem.

(196) Recte hoc capitulum laudat Regino, si ratio habeatur veterum codicum. Etenim caput istud, quod in editionibus est 98 libri primi, 92 est in codicibus Colbertino et Rivipullensi, ubi in libro primo desunt sex capita quæ exstant in editionibus. In veteri codice ms. bibliothecæ Regiæ, ex quo prodiit prima editio Parisiensis, est numero 91.

*Quæ mulieres in domibus habitent clericorum. Ex concilio Agathensi.*

C. (*Conc. Agat.* c. 10 Burchard. lib. II, c. 112.) Id etiam ad custodiendam vitam et famam speciali ordinatione præcipimus, ut nullus clericorum extraneæ sit mulieri qualibet consolatione aut familiaritate conjunctus. Et non solum in domo illius extranea mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi ad extraneam mulierem habeat potestatem; sed cum matre tantum et sorore, filia et nepte, si habuerit vivendi liberam habeat potestatem; **69** de quibus nominibus nefas est aliud quam natura constituit suspicari.

*Ne ancillæ vel libertæ cellarium teneant clericorum vel ministerium secretum impendant. Ex concilio Agathensi.*

CI. (*Conc. Agat.* c. 11; Burchard. lib. II, c. 113.) Ancillas vel libertas a cellario vel a secreto ministerio et ab eadem mansione in qua clericus manet placuit removeri.

*De familiaritate extranearum mulierum. Ex concilio Aureliano.*

CII. (*Concil. Aurelian.* III, c. 4.) Ideoque statuimus ut nequis antistitum aut clericorum licentiam habeat intra domum suam ullam, absque propinquis mulieribus quas priores canones eloquuntur, habere personam. De quibus etiam id specialiter inhibetur, ut si quis clericorum suspicionem adversam aut oblocutionem populi ob mulierem quamcunque incurrerit, eam statim, si intra domum suam habet, abjiciat. Si certe extranea et sui juris est, istam omnibus conditionibus studeat abjicere, ut infamia quæ excitata est abrogetur. Quod si quilibet antistitum vel clericorum quod supra scriptum est vitare noluerit, pro inobedientia triennii excommunicatione mulctetur. Quod si adulterii permistione fuerit approbatus, in regradatione honorum, priorum canonum statuta serventur.

*De eadem re. Ex concilio Turonico.*

CIII. (*Concil. Turon.* I, c. 4; Burchard. lib. II, c. 116.) Et quia diabolo nullum locum dare oportet, hoc præcipue custodiendum decrevimus ut nulli clerici cum extraneis feminis **70** habeant familiaritatem, nec ullum male loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuant: quia frequenter per hanc indecentem occasionem contigit ut diabolus, qui insidiatur sicut leo in cubili suo, de ruinis servorum Dei insultet. Si quis vero clericus post interdictum episcopi sui illicitis familiaritatibus extranearum feminarum voluerit inhærere, a communione habeatur alienus.

*De eadem re. Ex concilio Nannetensi, capitulo 6.*

CIV. (*Concil. Nannet.* c. 3; lib. VII *Capitular.* c. 291; Burchard. lib. II, c. 116.) Inhibendum et modis omnibus interminandum est ut nullus sacerdos eas personas feminarum, sicut et in canone insertum continetur, de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat; sed neque illas quas canones concedunt (quia instigante diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pedisequis illarum), scilicet matrem, amitam, sororem. Sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem cui sit necessitas sustentatio presbyteri, habeat in vico aut in villa domum longe a presbyteri conversatione, et ibi eis subministret quæ necessaria sunt. Sed et hoc secundum auctoritatem canonicam modis omnibus prohibendum, ut nulla femina ad altare præsumat accedere aut presbytero ministrare aut infra cancellos stare aut sedere.

*De visitandis a presbytero infirmis. Unde supra.*

CV. (*Concil. Nannet.* c. 4; Burchard. lib. XVIII *in Argumento.*) Cum sacerdos audierit aliquem **71** infirmari in sua plebe, quam citius ad eum pergat, et ingressus cubiculum, aquam benedictam super eum et per omne cubiculum aspergat, cum antiphona *Asperges me, Domine*, et versu *Exsurgat Deus.* Deinde dicat orationem: *Deus, qui sacerdotibus tuis tantam præ cæteris gratiam contulisti.* Deinde cantet septem psalmos cum precibus pro infirmis. Post hæc omnes jubeat extra cubiculum secedere, et appropinquans lecto quo infirmus decumbit, eum blande leniterque alloquatur, ut omnem spem suam in Deo ponat, ut flagellum Dei patienter toleret, ut hæc ad purgationem et castigationem suam provenire credat, ut peccata sua confiteatur, ut emendationem promittat, si dominus vitam concesserit, pœnitentiam pro culpis commissis spondeat, ut substantiam suam, dum adhuc sensus et ratio in eo viget, disponat, ut peccata sua eleemosynis redimat, ut his qui in se peccaverunt indulgeat, ut rectam fidem et credulitatem teneat, ut de Dei misericordia nunquam desperet. Cum his et hujuscemodi allocutionibus fuerit mens infirmi relevata, data benedictione sacerdos recedat, non post multum reversurus, detque locum ut ægrotus de peccatis suis possit cogitare.

*De infirmis qui confitentur peccata sua et se reconciliari exposcunt. Ex quo supra.*

CVI. (*Concil. Nannet.* c. 5; Burchard. lib. XVIII, c. 3.) Infirmus, qui, necessitate mortis urgente, confitetur peccata sua, sub ea conditione a sacerdote reconcilietur, ut si ei Dominus vitam donaverit sanitatemque reddiderit, **72** secundum qualitatem delicti omnimodis pœniteat.

*De reconciliandis infirmis. Ex concilio Nicæno.*

CVII. (*Concil. Nicæn.* c. 13; Burchard. lib. XVIII, c. 6.) De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc relaxatio antiqua regularisque servabitur, ita ut si quis egreditur e corpore, ultimo et necessario viatico minime privetur; quo si vel desperatus, et consecutus communionem, oblationisque particeps factus, iterum convaluerit, sit inter eos qui communionem orationis tantummodo consequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu posito et poscenti sibi communionis gratiam tribui, episcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.

*De eadem re. Ex epistola Leonis papæ.*

CVIII. (Leo I, *ep.* 91; Burchard. lib. XVIII, c. 4.) His autem qui in tempore necessitatis et in periculi

urgentis instantia præsidium pœnitentiæ, mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda; quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, ad quem nulla impedit venire mortis conversio, dicente Dei Spiritu per Prophetam: *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Et alibi: *Dic iniquitates tuas prior, ut justificeris.* Item: *Quia apud Dominum misericordia est, et copiosa apud eum redemptio.* In dispensandis itaque donis Dei non debemus esse difficiles nec se accusantium gemitus lacrymasque negligere, cum ipsam pœnitendi **73** affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

*De eadem re. Ex consilio Africano.*

CIX. (*Conc. Carthag.* II, c. 4; BURCHARD. lib. XVIII, c. 13). Aurelius episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, et se reconciliari divinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbyter consulere episcopum, et sic periclitantem ejus præcepto reconciliare; quam rem salubri consilio debemus roborare.

*De eadem re. Ex epistola Cœlestini papæ.*

CX. (*Decreta* COELEST. I, c. 15; BURCHARD. lib. XVIII, c. 1). Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum mente potius est æstimanda quam tempore, propheta hoc taliter asserente: *Cum conversus, ingemueris tunc salvus eris.* Cum ergo Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum illi se obliget judici cui occulta omnia noverit revelari.

*De his qui obmutescunt antequam sacerdos veniat ad eos. Ex epistola Leonis papæ.*

CXI. (S. LEO, *epist.* 91, c. 5; BURCHARD. lib. XVIII, c. 9; RICULF., c. 10). Ita ergo talium necessitati auxiliandum est ut nec actio illis pœnitentiæ nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio per indicia integri sensus quærere comprobentur. Quod si ita aliqua ægritudine fuerint aggravati ut quod paulo ante poscebant, et sub præsentia significare non valebant (197), testimonia eis fidelium circumstantium **74** prodesse debebunt, simul tamen et pœnitentiæ et reconciliationis beneficium consequantur.

*De eadem re. Ex consilio Carthaginensi.*

CXII. (*Concil. Carthag.* IV, c. 78; BURCHARD. lib. XVIII, c. 23). Pœnitentes qui in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

*De eadem re. Ex epistola Siricii papæ.*

CXIII. (*Decreta* SIRICII, c. 5; BURCHARD. lib. XVIII, c. 8). Quicumque carnali fragilitate ceciderunt, his viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficisci, per communionis [*cod ms.*, communicationis] gratiam volumus subvenire.

*De pœnitentibus subito mortuis. Ex consilio Vasensi cap. 65.*

CXIV. *Concil. Vas.* 1, c. 2; BURCHARD. lib. XVIII, c. 24). Eorum qui in pœnitentia accepta in bonæ vitæ cursu sine communione subito moriuntur, oblationem recipiendam, et eorum funera ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequendam.

*De communione privatis qui vita defuncti sunt. Ex epistola Leonis papæ.*

CXV. (*Decreta* LEONIS I, c. 20; BURCHARD. lib XI, c. 52). Horum causa Dei judicio conservanda est. in cujus manu fuit ut talium obitus usque ad communionis remedium [*adde* non] differretur. Nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.

**75** *De ungendis infirmis. Ex concilio Turonensi.*

CXVI. Postquam infirmus ab onere peccatorum per confessionem relevatus fuerit et a sacerdote reconciliatus, oleo sanctificato in Dei nomine inungendus est, primum in pectore, deinde inter scapulas cum precibus ad hanc sanctam unctionem pertinentibus, ut juxta Apostolum oratio fidei salvet infirmum, etc.

*De eadem re. Ex epistola Innocentii papæ, cap.* 387.

CXVII. (*Decreta* INNOC. I, c. 8; BURCHARD. lib. XVIII, c. 2). Beatus enim Jacobus apostolus in Epistola sua scripsit: *Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, urgentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei salvabit infirmum, et allevabit eum Dominus: et si in peccatis fuerit, remittentur ei* (*Jac.* V). Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, quia sancto oleo chrismatis perungi possunt, quod ab episcopo confectum non solum sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua aut suorum necessitate ungendum. Cæterum illud superfluum videmus adjectum, ut de episcopo ambigatur quod presbytero licere non dubium est. Nam idcirco presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus impediti ad omnes languidos ire non possunt. Cæterum si episcopus aut potest aut dignum ducit aliquem a se visitandum et benedicere et tangere chrismate, sine cunctatione potest, cujus **76** est ipsum chrisma conficere. Nam pœnitentibus istud fundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi.

*De eadem re. Ex dictis* Bedæ *presbyteri.*

CXVIII. *Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum.* Hoc et apostoli in Evangelio fecisse leguntur, et nunc Ecclesiæ consuetudo tenet, ut infirmi oleo consecrato ungantur a presbyteris, et oratione comitante sanentur. Non solum presbyte-

(197) Mendosa est lectio istius capitis apud Reginonem. Legendum itaque, *poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant*, etc.

ris, sed, ut papa Innocentius scribit, etiam omnibus Christianis licet eodem oleo in sua aut suorum necessitate ungendo; quod tamen oleum nonnisi ab episcopis licet confici. Nam quod ait *oleo in nomine Domini* significat oleo in nomine Domini consecrato, vel certe quia etiam cum ungunt infirmum nomen Domini super eum invocare pariter debent. *Et si in peccatis sit, dimittentur ei.* Multi propter peccata in animam facta infirmitate aut etiam morte plectuntur corporis. Unde Apostolus Corinthiis, quia corpus Domini indigne percipere erant soliti ait: *Ideo inter vos multi imbecilles et dormiunt multi.* Si ergo infirmi in peccatis sunt, et hæc presbyteris Ecclesiæ confessi fuerint, ac perfecto corde ea relinquere atque emendare sategerint dimittentur eis. Neque enim sine confessione emendationis peccata queunt dimitti. Unde recte **77** subjungitur: *Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem ut salvemini.*

*De sacra communione. Unde supra.*

CXIX. Postquam infirmus sacra unctione fuerit delibutus, statim corpore et sanguine Domini recreandus est; ut de cujus vita corporali desperatur, vivificari in anima aut vita mereatur æterna. Ait enim Dominus: *Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, habet vitam æternam.* Et: *Nisi manducaveritis, non habebitis vitam in vobis.* Proinde sancti canones præcipiunt ut nulli fideli in extremis posito communio denegetur.

*Ne presbyter sacram communionem laico vel feminæ ad deferendum tradat. Ex concilio Rhemensi.*

CXX. (Burchard. lib. v. c. 30, et dist. 2, *de consecr.* c. 29). Pervenit ad notitiam nostram quod quidam presbyteri in tantum parvipendant divina mysteria, ut laico aut feminæ sacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis; et quibus prohibetur ne sacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis Sancta sanctorum committuntur. Quod quam sit horribile, quam detestabile, omnium religiosorum animadvertit prudentia. Igitur interdicit per omnia synodus ne talis temeraria præsumptio ulterius fiat, sed omnimode presbyter per semetipsum infirmum communicet. Quod si aliter fecerit, gradus sui periculo subjacebit.

**78** *Et nulla præmia pro baptizandis requirantur. Ex epistola Gelasii papæ.*

CXXI. (*Decreta* Gelas. c. 5; Burchard. lib. iv, c. 71). Baptizandis consignandisque fidelibus pretia nulla præfigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes, quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil a prædictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione vocati, redemptionis suæ causas adire despiciant; certum habentes quod qui prohibita admississe fuerint deprehensi, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris.

*Ut nemo pro sepultura quidquid exigat. Ex epistola Gregorii papæ.*

CXXII. (S. Gregor. lib. vii, indict. 2, *epist.* 55, *Capitulare* Ahytonis, c. 24). Grave nimis et procul est a sacerdotis officio pretium de terra concessa putredini quærere et de alieno velle facere luctu compendium. Hoc autem vitium et nos, postquam Deo auctore ad episcopatus honorem accessimus, de Ecclesia nostra omnino vetuimus, et pravam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus, memores quia dum Abraham a filiis Ephron, hoc est, filio Seor, sepulcri pretium ad humandum corpus conjugis postularet, pretium accipere renuit, ne commodum videretur de cadavere consecutus. Si ergo tantæ considerationis paganus vir fuit, quanto magis nos, qui sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Unde hoc avaritiæ vitium ne vel in alienis denuo tentari **79** præsumatur admoneo. Sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis, siquidem parentes ipsius, proximi, vel hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint accipere non vetamus. Peti vero aut aliquid exigi omni modo prohibemus; ne, quod valde irreligiosum est, aut venalis, quod absit, dicatur Ecclesia, aut, vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus studetis quærere quolibet modo compendium.

*De eadem re. Ex concilio Meldensi, cap. 72.*

CXXIII. (*Capitulare* Theodulfi, c. 9; Riculf. c. 19; Ahylonis c. 23; Burchard. lib. iii, c. 158). Ut nemo quemlibet mortuum in ecclesia quasi hæreditario jure, nisi quem episcopus aut presbyter pro qualitate conversationis aut vitæ dignum duxerit, sepelire præsumat: nec quisquam ossa cujuslibet mortui de sepulcro suo ejicere, aut sepulturam cujusquam temerario ausu quoquo modo violet, sed unumquemque in loculo sibi a Deo parato atque concesso adventum sui judicis præstolari concedat; maxime cum non solum divinæ leges, sed etiam et humanæ, apud humanam rempublicam sepulcrorum violatores reos mortis dijudicent. Sed et neque proloco sepulturæ, ut verbis sancti Gregorii utamur, pretium de terra concessa putedrini quærere et de alieno velle facere luctu compendium aliquo modo tentent. Si quando autem proximi vel hæredes sponte aliquid offerre in ecclesia voluerint in eleemosyna defuncti, accipere non vetamus. Peti vero aut aliquid exigi **80** omnino prohibemus; ne, quod valde irreligiosum est, aut venalis, quod absit, dicatur Ecclesia, aut de humanis mortibus videamur gratulari, si compendium exinde studemus modo quolibet quærere.

*Ut nullus in ecclesia mortuum sepeliat. Ex Capitulis synodalibus tit.* 156.

CXXIV. (Lib. i. *Capitular.* c. 159). Ut nullus deinceps in ecclesia mortuum sepeliat.

*De eadem re. Cap* 46.

CXXV. (Lib. ii. *Capitular.* c. 47; *concil. Arelat.* vi, c. 21). Ut de sepeliendis in basilicis mortuis constitutio illa servetur quæ ab antiquis Patribus constituta est.

*Ex concilio Nannetensi.*

(*Concilio Nannet.* c. 6; Burchard. lib. iii, c. 159).

Præcipiendum, secundum canonum auctoritatem, ut de sepulcris et hominibus sepeliendis nihil muneris exigant; nisi forte qui sepelitur, vivens jusserit ecclesiæ, in cujus atrio sepelitur, de suis rebus aliquid tribuere, aut etiam post mortem illius, quibus commissum est ejus eleemosynam facere, de rebus illius aliquid dare sponte voluerint. Tamen nullatenus a presbyteris illis aliquid exigatur, sive ab illlis qui locis et vicis præsunt. Prohibendum etiam, secundum majorum instituta, ut in ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut in porticu aut exedra ecclesiæ. Infra ecclesiam vero, aut prope altare, ubi corpus Domini et sanguis conficitur, nullatenus habeant licentiam sepeliendi.

**81** *De eadem re. Ex concilio Triburiensi.*

CXXVI. (*Concil. Tribur.* c. 15, 16). Ut, si possit fieri, mortui non alibi sepeliantur præter ad ecclesiam, et deinceps nihil exigatur pro pretio sepulturæ.

*De eadem re. Ex eodem.*

CXXVII. (BURCHARD. lib. IV, c. 101). Dictum est in quibusdam locis pro perceptione chrismatis nummos dari solere, pro baptismo et communione. Hoc simoniacæ hæresis semen detestata est sancta synodus et anathematizavit, et ut de cætero nec pro ordinatione nec pro chrismate vel baptismo, nec pro sepultura vel communione quidquam exigatur, sed gratis dona Christi gratuita dispensentur [*Burchard.*, dispensatione donentur.

*De infantibus mortuis per negligentiam non baptizatis. Ex Pœnitentiali, cap.* 17.

CXXVIII. Pariens femina, cujus filius per negligentiam non baptizatus obierit, annum unum pœniteat, et nunquam sit sine aliqua pœnitentia (198). Si sacerdos, ad quem pertinebat, vocatus fuerit ad baptizandum infantem, et venire neglexerit, ipse secundum damnationem animæ judicio episcopi sui castigetur. Sed et omnibus fidelibus licet, ubi forte morituros invenerint non baptizatos, imo præceptum est, omnes animas eripere a diabolo per baptisma, id est benedicta aqua simpliciter in nomine Domini, et baptizare illos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, intinctos aut superfusa aqua. Unde oportet **82** eos, qui possunt, tamen fideles, monachos maxime, et scientiam habere baptizandi; et si alicubi longius exierint, eucharistiam semper secum habere debent.

*De eadem re.*

CXXIX. (BURCHARD. lib. IV, c. 46; *Capitulare* THEODULFI, c. 17). Perpendant presbyteri quanti discriminis sit animas innocentium per eorum negligentiam a regno Dei excludi. Si enim gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quid putas, quanta ira et indignatio super illum erit qui per suam negligentiam januas paradisi innocentibus clausit? Et ideo presbyteri summa diligentia caveant ne animas, pro quibus sanguis Christi effusus est, per suam incuriam a cœlesti beatitudine separent. Sed si, quod absit, evenerit, gravi pœnitentiæ luctu diebus vitæ suæ se submittat per cujus evenerit neglectum.

*De eadem re. Unde supra.*

CXXX. Cujus parvulus in negligentia sine baptismo mortuus fuerit, tres annos pœniteat, primum ex his in pane et aqua.

*Ne oblationes in dominibus offerantur, et ne missæ extra ecclesiam cantentur. Ex concilio Laodicensi.*

CXXXI. (*Concil. Laodic.* c. 58; *Addit.* III, c. 4 et 41; BURCHARD. lib. III, c. 60). Quod non oporteat in domibus oblationes celebrari ab episcopis vel presbyteris.

*Unde supra.*

CXXXII. (BURCHARD. lib. III, c. 61). Dictum est nobis quod quidam **83** laici in domibus propriis præcipiant presbyteris missas celebrare et inter canum discursus et scortorum greges sanctitatis mysteria polluantur magis quam consecrentur. Quapropter præcipimus ut nullus presbyter extra ecclesiam præsumat missam cantare nisi forte itineris necessitas exposcat: ubi in tentorio, aut sub divo, in loco nitido et longe ab omni immunditia remoto missas celebrare permittimus: et hoc nullatenus sine tabula consecrata.

*De eadem re. Ex epistola Anacleti papæ.*

CXXXIII. (BURCHARD. lib. III, c. 71). Sacerdotes quando sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Deo perfecte in sacratis Domino locis sacrificare probentur. Ait namque auctoritas legis divinæ: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus* (*Deut.* XII). (199).

*De ebriosis clericis. Ex concilio Agathensi.*

CXXXIV. (*Conc. Agath.* c. 41; BURCHARD. lib. XIV, c. 2). Itaque eum quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporal dandum [subdendum] supplicio.

*De eadem re. Fructuosi episcopi.*

CXXXV. (BURCHARD. lib. XIV, c. 9). Si quis ecclesiastica præditus ordinatione, aut monachus, repertus fuerit **84** ebriosus, in pane et aqua tribus pœniteat mensibus.

*De eadem re.*

CXXXVI. (BURCHARD. lib. XIV, c. 6). Si quis episcopus aut aliquis ordinatus in consuetudine ebriosus fuerit, aut desinat, aut deponatur.

*De eadem re.*

CXXXVII. Laicus, si ebriosus fuerit, tres dies in pane et aqua pœniteat.

(198) Vide infra cap. 60 et seqq., libri II.

(199) Cf. infra cap. 339 et 340 hujus libri. — Vide lib. VI Capitularium, cap. 198, 205, lib. VII, cap. 99, 312, 334, et Addit. II, cap. 7, 10, et Capitulare Riculfi Suession., cap. 2.

*Generales sententiæ de omnibus ebriosis ac vinolentis. Sancti Hieronymi presbyteri et Ephræm Syri diaconi.*

CXXXVIII. (HIERON., *in epist ad Eustoch.*; BURCHARD. lib. XIV, c. 12). Fuge vinum velut venenum, ne ebrietas superet te, exspoliatumque virtutibus, nudum efficiat. Vinum enim, ut sancta Scriptura dicit (*Eccli.* XIX), apostatare facit etiam sapientes. Attende Noë, virum sapientem et sanctum, quomodo ad ebrietatem nudatus est dormiens (*Gen.* IX). Attende Lot patriarcham, qui per ebrietatem impudenter se commiscuit filiabus (*Gen.* XIX). Hinc beatus Basilius ait: « Multi per vinum a dæmonibus capti sunt; nec est aliud ebrietas quam manifestissimus dæmon. » Hinc propheta ait: *Fornicatio et ebrietas anfert cor* (*Os.* IV). Ebrietas enim perturbationem parit, gignit mentis furorem, et flammam suscitat libidinis, Apostolo teste: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* (*Ephes.* V). Si quis autem contra hæc sanctorum fecerit statuta, dignam ac longam agat pœnitentiam; quia unum est ex his peccatis quæ hominem a regno Dei separant, dicente **85** apostolo Paulo: *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt* (*I Cor.* VI).

*De eadem re. Ex dictis sancti Benedicti.*

CXXXIX. (BURCHARD. lib. XIV, c. 1). Nihil sic contrarium est homini Christiano quomodo crapula, sicut ait Dominus in Evangelio: *Videte ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate* (*Luc.* XXI).

*De eadem re. Ex Capitularibus, titulo 161.*

CXL. (Lib. I *Capitular.* c. 167). De ebrietate, ut omnium primum seniores semetipsos exinde caveant, et eorum junioribus exemplum modum sobrietatis ostendant.

*Item ex lib.* III, *cap.* 38.

CXLI. (Lib. I *Capitular.*, c. 38). Ut nullus ebrius causam suam in mallo quærere nec testimonium dicere præsumat; nec placitum comes habeat nisi jejunus.

*Ex eodem, cap.* 72.

CXLII. (Lib. III *Capitular.*, 72). Ut in hoste nemo parem suum vel quemlibet alterum hominem bibere roget [cogat. *Ex ms, codice Rivipull.*]. Et quicunque in exercitu ebrius inventus fuerit, ita excommunicetur, ut in bibendo sola aqua utatur, quousque se male fecisse cognoscat.

*Ex Capitularium lib.* I, *tit.* 138.

CXLIII. (Lib. I *Capitular.*, c. 144). Ut nemini liceat alium cogere ad bibendum.

**86** *Ex canonibus apostolorum, tit.* 42.

CXLIV. (BURCHARD. lib. XIV, c. 5). Episcopus, presbyter, aut diaconus aleæ atque ebrietati deserviens aut desinat aut certe damnetur. Subdiaconus aut lector aut cantor similia faciens aut desinat, aut communione privetur. Similiter etiam laicus.

*Ex Pœnitentiali, cap.* 19.

CXLV. (BURCHARD. lib. XIV, c. 13). Qui per ebrietatem vomitum facit, si presbyter aut diaconus est, quadraginta dies pœniteat. Si monachus triginta dies; si clericus, viginti dies. Si laicus, quindecim dies.

*Ex canonibus.*

CXLVI. (BURCHARD. lib. XIV, c. 6). Si quis episcopus, aut aliquis ordinatus, vitium habuerit ebrietatis, aut desinat, aut deponatur.

*Ex alio Pœnitentiali.*

CXLVII. (BURCHARD. lib. XIV, c. 14). Laicus si per ebrietatem vomitum fecerit, tres dies a carne et vino et cervisia abstineat.

CXLVIII. (BURCHARD. lib. XIV, c. 15). Si quis per nequitiam alium inebriaverit, dies quadraginta pœniteat.

*De his qui eucharistiam vomunt.*

CXLIX. (BURCHARD. lib. V, c. 46). Si quis per ebrietatem vel voracitatem eucharistiam evomuerit, XL dies pœniteat. Clerici vel monachi seu diaconi XL dies pœniteant. Presbyteri LXX dies episcopi XC. Si pro infirmitatis causa evomuerit, IV dies pœniteat.

**87** *De clericis inter epulas cantantibus. Ex concilio Africano.*

CL. (*Concil. Carthag.* IV, c. 62; BURCHARD. lib. II, c. 170). Clericos inter epulas cantantes ab officio detrahendos (200).

*De eadem re. Ex eodem.*

CLI. (BURCHARD. lib. II, c. 171). Si quis clericus aut monachus verba scurrilia, joculatoria, risumque moventia loquitur, acerrime corripiatur.

*De eadem re. Ex eodem.*

CLII. (*Concil. Carthag.* IV, c. 60; BURCHARD. lib. II, c. 172). Clericos scurriles et verbis turpibus joculatores ab officio detrahendos (201).

*De clericis maledicis.*

CLIII. (*Concil. Carthag.* IV, c. 57; BURCHARD. lib. X, c. 66). Clericus maledicus, maximeque in sacerdotibus, cogatur ad postulandum veniam. Si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

*De clericis jurantibus.*

CLIV. Clericos jurantes excommunicandos.

*De eadem re. Unde supra.*

CLV. (*Concil. Carthag.* IV, c. 61. *Addit.* IV, c. 48; BURCHARD. lib. II, c. 175). Clericum per creaturas jurantem **88** acerrime objurgandum. Si perstiterit in vitio, excommunicandum.

*De conviciosis vel maledicis.*

CLVI. Si quis convicio vel maledicto vel etiam crimine subjecto læserit aliquem, dignissima purgetur satisfactione. Si hoc vitium iteraverit, pœnitentia justissima secundum modum culpæ expietur.

(200) Vide Additionem IV Capitular., cap. 47; Capitulare Riculfi Suession., cap. 14, et Capitulare Ahytonis Basileensis, cap. 46.

(201) Vide concilium Tolet. IV, cap. 23; concilium Agathense, cap. 70; Addit. IV Capitular., cap. 48; et Capitulare Abytonis episcopi Basilcensis, cap. 44.

*De eadem re.*

CLVII. (BURCHARD. lib. x, c. 51.) Apostolus dicit: *Neque maledici regnum Dei possidebunt.* Si quis hoc peccatum admiserit, tam grande pœniteat quam grande perpetravit scelus, quod a regno Dei separat.

*De detractoribus.*

CLVIII. (BURCHARD. lib. x, c. 63.) Si quis promptus facilisque est ad detrahendum, dicensque quod verum non est, septem dies in pane et aqua sequestratus a fraterno consortio pœniteat.

*De contentionibus vel rixis.*

CLIX. (BURCHARD. lib. x, c. 62.) Si quis contentiones vel rixas amaverit, vel manifestum convicium fratri intulerit, juxta arbitrium prioris tandiu pœniteat quam diuturna expietur pœnitentia.

*Unde supra.*

CLX. (BURCHARD. lib. x, c. 53.) Qui contentiosus aut murmurans exstiterit, secundum arbitrium prioris tandiu pœniteat quandiu culpæ qualitas exstat.

**89** *Unde supra.*

CLXI. (BURCHARD. lib. x, c. 55.) Si quis videtur contentiosus esse, dicente Apostolo: *Nos talem consuetudinem non habemus neque Ecclesia Dei* (*I Cor.* XI). Si quis hoc facit, notetur, usquequo corrigatur.

*De lascivis vel superbis.*

CLXII. Qui lascivus et superbus fuerit, triduo in pane et aqua pœniteat.

*De eadem re.*

CLXIII. (BURCHARD, lib. x, c. 56.) Si quis lascivus in lingua fuerit, triduana pœnitentia expietur (202).

*De murmurantibus.*

CLXIV. (*Regula S. Basilii* c. 71; *Concordia Regular.* c. 8, § 9, BURCHARD, lib. x, c. 54.) Apostolus dicit: *Omnia facite sine murmurationibus* (*Philip.* II). Alienus sit a fratrum unitate qui murmurat, et opus ejus abiiciatur.

*Unde supra.*

CLXV. (*Regula S. Basilii*, c. 93; BURCHARD. lib. x, c. 52.) Si quis murmurans exstiterit, videat ne pœnam murmurantium incurrat, de qua Apostolus dicit: *Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore* (*I Cor.* x). Juxta mensuram opusque peccati, quia in hac sententia Apostoli pleniter declaratur, sacerdotis judicio pœniteat.

*Si quis priorem detraxerit. Ex dictis sancti Basilii.*

CLXVI. (*Regula S. Basilii*, c. 43; BURCHARD, lib. x, c. 67.) Si quis detraxerit eum qui **90** præst, septem dies a conventu ecclesiæ separatus, ut Maria soror Aaronis, quæ detraxit Moysi, pœniteat.

*De seditiosis clericis. Ex concilio Toletano.*

CLXVII. (*Concil. Tolet.* IV, c. 45.) De clericis qui in seditione arma sumpserint, amisso ordinis sui gradu in monasterium pene contrahantur (203).

A *De clericis in mutuam cædem prorumpentibus. Ex concilio Ilerdensi.*

CLXVIII. (*Concil. Ilerd.* c. 11; BURCHARD, lib. II, c. 216.) Si qui clerici in mutuam cædem prorupe-rint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, a pontifice districtius vindicetur.

*Unde supra.*

CLXIX. (*Regula S. Aureliani*, c. 13; *Concordia Regular.* c. 75, § 2; BURCHARD, lib. 11, c. 217.) Frater in fratrem si ausus fuerit manum mittere, legitimam disciplinam accipiat.

*De eadem re. Ex dictis sanctorum.*

CLXX. (*Regula S. Ferreoli*, c. 21; *Concordia Regular.* c. 75, § 2.) Clericus aut monachus in alterum inflammatus, quod est turpissimum, manus B injicere non præsumat, præter illos ad quos pertinet correptio. Si quis hæc transgressus fuerit, disciplinis canonicis subjacebit.

*De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CLXXI. (*Concil. Carthag.* IV, c. 67; *Conc. Agath.* c. 69; BURCHARD, lib. II, c. 17.) Seditionarios nunquam ordinandos, **91** sicut nec usurarios vel injuriarum suarum ultores.

*Unde supra.*

CLXXII. (BURCHARD. lib. II, c. 190.) Si quis in aliquo ecclesiastico gradu sacratus percussor exstiterit, corripiatur acerrime. Si non emendaverit, tribus mensibus pœniteat in pane et aqua.

*De eadem re. Ex canonibus apostolorum.*

C CLXXIII. (*Can. Apostolor.* c. 28.) Episcopum aut presbyterum aut diaconum percutientem fideles delinquentes aut infideles inique agentes, et per hujusmodi volentem timeri, dejici ab officio suo præcipimus, quia nusquam nos hoc Dominus non docuit; e contrario vero ipse, cum percuteretur, non repercussit.

*Ne clerici arma ferant. Ex Capitularibus, lib.* 1, *tit.* 72.

CLXXIV. (Lib. I *Capitular.*, c. 70; BURCHARD. lib. II, c. 212.) Omnimodis dicendum est presbyteris et diaconibus ut arma non portent, sed magis se confidant in defensione Dei quam in armis.

*De eadem re. Ex concilio Meldensi.*

CLXXV. (*Concil. Meld.* c. 37; BURCHARD. lib. II, c. 211.) Quicunque ex clero esse videntur, arma D militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus et religioso habitu præbeant. Quod si contempserint, tanquam sacrorum canonum contemptores et ecclesiasticæ sanctitatis profanatores proprii gradus amissione mulctentur, quia non possunt simul Deo et sæculo militare.

**92** *Ne episcopus vel presbyter aut diaconus canes ad venandum habeant.*

CLXXVI. (*Conc. Agath.* c. 55, *Epaon.* c. 4.; BURCHARD. lib. II, c. 213.) Episcopus, presbyter, aut diaconus canes ad venandum aut accipitres habere

(202) Vide Regulam sancti Fructuosi, cap. 15.
(203) *In editione Loaisæ legitur, pænitentiæ contradantur.* Alibi, *perenniter tradantur.*

non liceat. Quod si quis talium personarum hac voluntate detectus fuerit, si espiscopus est, tribus mensibus se a commutatione suspendat; presbyter duobus mensibus, diaconus uno ab omni officio vel communione.

*Ne clerici tabernas ingrediantur. Ex concilio Laodiceno.*

CLXXVII. (*Concil. Carthag.* III, c. 27; BURCHARD, lib. II, c. 130.) Ut clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

*Unde supra.*

CLXXVIII. (*Concil. Laodicen.*, c. 24; BURCHARD. lib. II, c. 131.) Quod non oportet sacro ministerio deditos a presbyteris usque ad diaconum et reliquum ecclesiasticum ordinem, id est usque ad subdiaconum, lectores, cantores, exorcistas et ostiarios, et ex numero continentium et monachorum, ingredi tabernas.

*De eadem re. Ex decretis Augustini.*

CLXXIX. Tabernas nullus clericorum, ut canonum prohibent decreta, causa sumendi cibi aut potus audeat ingredi. Si quis hæc violaverit, ut sanctorum canonum contemptor, acerrimis corripiatur disciplinis.

**93** *De eadem re. Ex concilio Carthaginensi.*

CLXXX. (*Concil. Carthag.* IV, c. 48; BURCHARD. lib. II, c. 210.) Clericus qui non pro emendo aliquid in nundinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.

*De vigiliis clericorum. Ex concilio Carthaginensi.*

CLXXXI. (*Concil. Carthag.* IV, c. 49.) Clericus qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendio privatus excommunicetur, quousque correptus videatur.

*De eadem re. Ex concilio Eliberitano*

CLXXXII. (*Concil. Eliberit.*, c. 21; *conc. Agath.*, c. 64.) Si quis in civitate positus per tres dominicas ad Ecclesiam non accesserit, excommunicetur, quousque correptus videatur.

*De eadem re. Ex concilio Toletano.*

CLXXXIII. (*Concil. Tolet.* I. c. 5.) Ut presbyter vel diaconus vel quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra civitatem fuerit, vel in loco in quo ecclesia est, aut castella, aut vicus, aut villæ, ad ecclesiam ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus non emendaverit (204).

*De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CLXXXIV. (*Conc. Agath.* c. 64.) Clerici qui ecclesiam frequentare aut officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur.

**94** *De eadem re. Ex decretis sancti Benedicti.*

CLXXXV. (*Regula S. Bened.*, c. 16; BURCHARD. lib. II, c. 105.) Ut ait Propheta : *Septies in die laudem dixi tibi* (*Psal.* CXVIII). Qui septenarius numerus a nobis sic implebitur, si matutino, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, vesperæ, completoriique tempore nostræ servitutis officia persolvamus, quia de eis dixit Propheta. Nam de nocturnis vigiliis idem ipse ait : *Media nocte surgebam*, etc. (*Ibid.*) Ergo his temporibus referamus laudes Creatori nostro super judicia justitiæ suæ.

*Ex concilio Venetico.*

(*Concil. Venetic.*, c. 14; BURCHARD. lib. II, c. 153.) Clericus qui intra muros civitatis manet, et eo die matutinis hymnis sine ægritudine defuerit, septem dies a communione habeatur extraneus.

*Ut missæ ante horam tertiam non celebrentur. Ex epistola Telesphori papæ.*

CLXXXVI. (BURCHARD. lib. III, c. 63, et dist. 1 *de consec.*, c. 48.) Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ (quia eadem hora et Dominus crucifixus est, et super apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur), excepta nocte sanctæ Nativitatis.

*Ut fideles ante horam tertiam non prandeant.*

CLXXXVII. (*Addit.* IV, c. 49; BURCHARD. lib. II, c. 185, et dist. 44, c. 12.) Non oportet clericos vel laicos religiosos ante sanctam horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando clericos, **95** nisi hymno dicto, edere panem, et post cibum gratias auctori Deo referre.

*Ut sacramenta altaris a jejunis celebrentur. Ex concilio Africano.*

CLXXXVIII. (*Conc. Afric.* c. 8; *Capitulare* AHYTONIS, c. 10.) Ut sacramenta altaris nonnisi a jejunis celebrentur, excepto uno die anniversario quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum episcoporum sive cæterorum commendatia facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt jam pransi inveniuntur.

*Ut post allocutionem episcopi in missarum solemniis plebs ad orationem invitetur. Ex concilio Laodiceno.*

CLXXXIX. (*Concil. Laodic.* c. 19; BURCHARD. lib. II, c. 69.) Quod oporteat seorsum primum post allocutiones episcoporum orationem super catechumenos celebrari. Et postquam catechumeni egressi fuerint, super eos qui sunt in pœnitentia precem fieri. His etiam accedentibus ad manum sacerdotis et discedentibus tres orationes consummari fidelium, ita ut prima quidem sub silentio, secunda vero et tertia per exclamationes solitas expleantur.

*De eadem re.*

CXC. (BURCHARD. lib. II, c. 70.) Oportet (205) ut in diebus festis vel dominicis, post sermonem intra missarum solemnia habitum ad plebem, sacerdos admoneat ut juxta apostolicam institutionem orationem omnes in commune pro diversis necessitatibus fundant ad Dominum pro regibus et **96** rectoribus ecclesiarum, pro pace, pro peste, pro infirmis qui in ipsa parœchia lecto decumbunt, pro nuper defunctis; in quibus singillatim precibus plebs ora-

(204) In concilio Toletano legitur : *Si castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo noluerit promereri.*

(205) Cf. infra cap. 204 hujus libri; vide Amulonis epistolam 1.

tionem Dominicam sub silentio dicat, sacerdos A vero orationes ad hoc pertinentes per singulas admonitiones solemniter expleat. Post hæc, sacra celebretur oblatio. Ait enim Apostolus : *Obsecro primum omnium fieri orationes, obsecrationes, gratiarum actiones*, etc (*I Tim.* II.)

*Ut nullus presbyter solus præsumat missam cantare. Ex concilio Nannetensi.*

CXCI. (BURCHARD. lib. III, c. 68.) Definivit sanctum concilium ut nullus presbyter solus præsumat missam cantare (206). Cui enim dicit *Dominus vobiscum*, aut *Sursum corda*, aut *Gratias agamus Domino Deo nostro*, cum nullus sit qui respondeat? Aut in Canone, *et omnium circumstantium*, cum nemo adsit? Aut quem invitat ad orationem, cum dicit *Oremus*, cum nullus sit qui secum oret? B Aut ergo ista penitus reticenda sunt, et non solum non erit perfectum sacrificium, verum etiam incurret, quisquis ille est, terribilem sententiam : *Si quis tulerit de hoc; tollet Deus partem ejus de libro vitæ* (*Apoc.* XXII). Aut si hæc muris et parietibus insusurraverit, ridiculosum erit. Quapropter periculosa superstitio maxime a monasteriis monachorum exterminanda est. Prævideant autem prælati ut presbyteri in cœnobiis cooperatores habeant in celebratione missarum. Si quis hæc transgressus fuerit, ab officio suspendatur.

97 *De presbyteris qui, celebrata missa, non communicant. Ex canonibus apostolorum.*

CXCII. (*Canon. apostolor.*, c. 9; BURCHARD. lib. III, c. 79.) Si quis episcopus aut presbyter aut dia- C conus vel quilibet ex sacerdotali catalogo, facta oblatione non communicaverit, aut causam dicat et si rationabilis fuerit, veniam consequatur ; aut si non dixerit, communione privetur, tanquam qui populo causa læsionis exstiterit.

*Quod fideles laici communicare debeant. Unde supra*

CXCIII. (*Can. Apostolor.* c. 10 ; BURCHARD. lib. II, c. 67.) Omnes fideles Christiani qui ingrediuntur ecclesiam die Dominico,et Scripturas apostolorum et Evangelium audiunt, non autem perseverant in oratione usque dum missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines ecclesiæ commoventes convenit communione privari.

*Unde supra.*

(BURCHARD. lib. II, c. 68.) Omnes qui ingrediuntur D ecclesiam Dei et Scripturas sanctas audiunt, neque communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se a perceptione sanctæ communionis avertunt, hi de ecclesia removeantur quandiu per confessionem pœnitentiæ fructus ostendant.

*De diligentia corporis Domini. Ex definitione ecclesiasticorum dogmatum.*

CXCIV. (BURCHARD. lib. V, c. 15, et dist. 2 *de consecr.*, c. 13.) Quotidie eucharistiæ communionem 98 percipere nec laudo nec vitupero, omnibus tamen Dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, gravari magis dico eucharistiæ perceptione quam purificari. Et ideo quamvis quis peccato mordeatur, peccandi de cætero voluntatem non habeat, et communicaturus satisfaciat lacrymis et orationibus, et confidens de Dei misericordia, accedat ad eucharistiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo dico quem mortalia peccata non gravant (207).

*Item sanctus Augustinus ad Januarium.*

(AUGUST. *epist.* 118 ; BURCHARD. lib. V, c. 16.) Dixerit quispiam non quotidie accipiendam eucharistiam, alius affirmet quotidie. Faciat unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit, Zachæus et ille centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua susceperit Dominum (*Luc.* XIX), alter dixerit : *Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum* (*Matth.* VIII) ; ambo Salvatorem honorificantes, quamvis non uno modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc valet quod manna secundum propriam voluntatem in ore cujusque sapiebat.

*De eadem re. Ex epistola Clementis papæ.*

CXCV. (CLEMENS, *epist.* 2 ; REMEDIUS Curiensis, c. 1 BURCHARD. lib. V, c. 11.) Certe tanta in altari holocausta offerantur quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum non reserventur, 99 sed cum timore et tremore clericorum diligentia consummantur. Qui autem residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes sumendos cibos conveniant, nec putent sanctæ portioni commiscere cibum qui per cuniculos digestus in secessum emittitur (208). Si igitur mane Dominica porrigitur, usque ad sextam jejunent ministri qui eam consumpserint, et si tertia vel quarta hora acceperint, jejunent usque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta.

*Ex Capitularibus, lib.* I, *cap.* 32.

(Lib. I *Capitular.*, 138.) Ut omnes fideles communicent, et ad missas exspectent finalem deprecationem (209).

*Ex lib.* II, *cap.* 34.

(*Concil. Cabilon.* II, c. 46 ; lib. II *Capitular.*, c. 40 ; BURCHARD. lib. V, c. 14.) In perceptione corporis et sanguinis Dominici magna discretio adhibenda est. Cavendum enim est ne si nimium in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino : *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis* (*Joan.* VI). Si vero indiscrete accipiatur, timendum est illud quod ait Apostolus :

(206) Vide librum V Capitularium, cap. 93.
(207) Vide Hincmarum in fine epistolæ 40.
(208) Vide epistolam Rabani ad Heribaldum, cap. 33.

(209) In codicibus Rivipullensi et Colbertino, tum etiam in Regio, ex quo prima editio Parisiensis prodiit, legitur, *exspectent sine alia deprecatione.*

*Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat* (*I Cor.* XI). Juxta ejusdem Apostoli vocem probare se debet homo, et sic de pane ille edat; ut videlicet abstinens aliquot diebus ab operibus carnis, et purificans corpus animamque **100** suam; præparet se ad percipiendum tantum sacramentum, exemplo David (*I Reg.* 21), qui nisi confessus fuisset abstinuisse [*edit. Helmæstad.*, fuisset abstinentiam] ab opere conjugali ab heri et nudiustertius, nequaquam panes propositionis a sacerdote accepisset.

*Ex eodem libro.*

(Lib. II *Capitular.* c. 45; BURCHARD. lib. V, c. 17.) Ut si non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent, nisi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur, id est in Pascha, Natali Domini et Pentecosten.

*De presbyteris qui non communicant.*

(Lib. I *Capitular.* c. 6, BURCHARD. lib. III. c. 78.) Auditum est aliquos presbyteros missam celebrare et non communicare, quod omnino in canonibus apostolorum interdictum esse legitur. Vel quomodo dicere recte potest, si non communicaverit, *Sumpsimus, Domine, sacramenta*, et cætera (210).

*Ne populus antequam missa finiatur, de ecclesia egrediatur. Ex concilio Arelatensi.*

CXCVI. (*Concil. Aurelian.* I, c. 26; BURCHARD. lib. III, c. 29.) Cum ad celebrandam missam in Dei nomine convenitur, populus non ante discedat quam Missæ solemnitas compleatur; et ubi episcopus fuerit (211), benedictionem accipiat sacerdotis.

**101** *De eadem re. Ex concilio Carthaginensi, capit.* 147.

CXCVII. (*Concil. Carthag.* IV, c. 24; BURCHARD. lib. II, c. 66.) Sacerdote in ecclesia verbum faciente, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

*Ut sacrarium mulieres non introeant. Ex concilio Laodiceno.*

CXCVIII. (*Concil. Laodic.* c. 44; BURCHARD. lib. III, c. 100.) Quod non oporteat mulieres ingredi ad altare, et ea contingere quæ virorum officiis deputata sunt (212).

*Ex epistola Leonis papæ.*

(*Decreta* GELAS. c. 26; BURCHARD. lib. III, c. 101.) Nihilominus impentienter audivimus tantum divinarum rerum subiisse despectum, ut feminæ sacris altaribus ministrare firmentur, cunctaque non nisi virorum famulatui deputata sexum cui non competit exhibere.

*De eadem re. Ex concilio Turonensi.*

CXCIX. (BURCHARD. lib. III, c. 76. *ex concilio Rothomag.*, c. 2.) Dictum est nobis quod quidam presbyteri, celebrata missa, detrectantes ipsi sumere divina mysteria quæ consecrarunt, calicem Domini mulierculis, quæ ad missas offerunt, tradunt, vel quibusdam laicis, qui dijudicare corpus

A Domini nesciunt, id est discernere inter cibum spiritalem et carnalem: quod quantum sit omni ecclesiasticæ religioni contrarium, pietas fidelium novit. Unde omnibus presbyteris interdicimus ut nullus imposterum **102** hoc facere præsumat; sed aut ipse cum reverentia sumat, aut diacono vel subdiacono, qui ministri altaris sunt, colligenda tradat. Illud etiam attendat ut eos propria manu ante communicet. Nulli autem laico aut feminæ eucharistiam in manibus ponat, sed tantum in ore cum his verbis: *Corpus et sanguis Domini prosit tibi ad remissionem peccatorum et ad vitam æternam.* Si quis hæc transgressus fuerit, quia Deum omnipotentem contemnit et quantum in ipso est inhonorat, ab altari removeatur.

B *Ut omnis presbyter qui ecclesiam regit, thuribulum et incensum habeat. Unde supra.*

CC. (BURCHARD. lib. III, c. 227, *ex concilio Rothomag.*, c. 1.) Ut tempore quo Evangelium legitur, et finito offertorio, super oblationem incensum, ut in mortem videlicet Redemptoris, ponatur.

*De prædicatione presbyterorum. Ex Capitul. lib.* I, *tit.* 76.

CCI. (Lib. I *Capitular.* c. 82.) Sed et unicuique vestrum videndum est, dilectissimi et venerabiles pastores ecclesiarum Dei, ut presbyteri quos præmittis per parœchias vestras ad regendum et prædicandum per ecclesias populum Dei, ut honeste prædicent, et non sinatis nova vel non canonica aliquos [*Editio Helmæstad.*, nova aut inusita aliq.]
C ex suo sensu et non secundum sacras Scripturas fingere et prædicare populo. Sed et vosmetipsi utilia, honesta et recta, et quæ ad vitam ducant æternam, prædicate; alios quoque instruite, ut hæc eadem prædicent.

**103** *Quid sit a presbyteris prædicandum.*

CCII. (Lib. I *Capitular.* c. 82; BURCHARD. lib. II, c. 59.) Primo omnium prædicandum est omnibus generaliter ut credant Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unum Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit, et unam esse deitatem et substantiam et majestatem in tribus personis Patris, Filii, et Spiritus sancti.

(BURCHARD. lib. II c. 60.) Item prædicandum est quomodo Filius Dei incarnatus est de Spiritu san-
D cto ex Maria virgine pro salute humani generis, passus, sepultus, tertia die resurrexit, et cœlum ascendit, in fine mundi veniens judicare omnes homines secundum opera propria; quo modo impii cum diabolo in ignem æternum mittentur, justi cum Christo in vitam æternam erunt.

(BURCHARD. lib. II, c. 61.) Item prædicandum est quod omnes homines in propria carne resurgent.

(BURCHARD. lib. II, c. 65). Item prædicandum est pro quibus criminibus cum diabolo deponuntur, quæ Apostolus enumerat, fornicatio, immunditia, luxu-

(210) Caput istud non exstat in editione Helmæstadiensi, et additum est ex codice ms. Parisiensi.

(211) In editione Helmæstad. legitur: *Et ubi episcopus non fuerit*, etc. Vide concilium III Aurelian., cap. 29, et lib. VII Capitular., cap. 201, et Addit. IV, cap. 42.

(212) Vide lib. VII Capitular., cap. 134, 175, 189, et Capitulare Theodulfi episcopi Aurelian., cap. 6; Capitulare Abytonis, cap. 11, et Capitula ejus, cap. 16.

ria, idolorum servitus, veneficia, etc. Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Et ideo hæc cum omni studio prohibeantur.

(BURCHARD. lib. II, c. 64.) Item prædicandum est de dilectione Dei et proximi, de fide et spe in Deo, de humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, de eleemosynis, de confessione, ut fratribus ex corde remittatur. Qui hæc et his similia agunt, regnum Dei consequentur.

*De eadem re. Ex eodem lib.* I, *cap.* 154.

CCIII. (Lib. I *Capitular.* c. 168 ; WALTER Aurelian., c. 7 ; BURCHARD. lib. XIX, c. 99.) Ut unusquisque presbyter capitula **104** habeat de majoribus vel minoribus vitiis, per quæ cognoscere valeat vel prædicare subditis ut caveant ad insidiis diaboli.

*De eadem re. Ex eodem cap.* 159.

CCIV. (Lib. I *Capitular.* c. 165 ; BURCHARD. lib. II, c. 72.) Ut sacerdotes admoneant populum ut eleemosynam dent et orationem faciant pro diversis plagis quas assidue pro peccatis nostris patimur (213).

*De eadem re. Ex cap.* 160.

CCV. (Lib. I *Capitular.* c. 166). Ut ipsi sacerdotes unusquisque secundum ordinem suum, prædicare et docere studeant plebem sibi commissam.

*Admonitio ad episcopos. Ex lib.* II, *cap.* 5.

CCVI. (Lib. II *Capitular.* c. 5.) De sacerdotibus ad vestram curam pertinentibus magnum adhibete studium ut qualiter vivere debeant, et quomodo populis ad suam portionis curam pertinentibus exemplo et verbo prosint, a vobis magna cura edoceantur, et ut id facere studeant, vestra auctoritate constringantur.

*Ut quisque presbyter qui ecclesiam tenet, clericum habeat. Ex concilio Nannetensi.*

CCVII. (BURCHARD. lib. II, c. 56 ; *Capitular* THEODULFI, c. 20.) Unusquisque presbyter qui plebem regit, clericum habeat qui cantet, et Epistolam et Lectionem legat, et qui possit scholam tenere ; et admoneat suos parœchianos ut filios suos ad Psalterium discendum mittant ad **105** ecclesiam, quo ipse in omni castitate erudiat.

*Ut omnis presbyter horas canonicas solemniter persolvat. Ex eodem, cap.* 19.

CCVIII. (HINCMARI *Capitula*, tit I, c. 9 ; BURCHARD. lib. II, c. 104.) Presbyter, mane matutinali officio expleto, pensum servitutis suæ canendo primam, tertiam, sextam nonamque persolvat, ita tamen ut postea horis competentibus juxta possibilitatem aut a se aut a scholaribus publice compleantur ; deinde peractis missis, et infirmis visitatis, ad opus rurale exeat jejunus, ut iterum necessitatibus peregrinorum et hospitum, sive diversorum commeantium, infirmorum quoque atque defunctorum succurrere possit, usque ad statutam horam pro qualitate temporis et opportunitatis.

*Ut presbyter curam hospitum habeat. Unde supra.*

CCIX. (HINCMAR. *ibid.* c. 10.) Ut presbyter curam hospitum, maxime pauperum atque debilium, orphanorum quoque atque peregrinorum habeat, hosque ad prandium suum quotidie juxta possibilitatem convocet, eisque hospitium tribuat (214).

*Ex eodem capite.*

*Capitula* CARLOMANNI tit. 2, c. 12 ; BURCHARD. lib. 2, c. 167.) Ut autem omnis occasio rapinæ tollatur, volumus ut presbyteri, qui bonum exemplum charitatis omnibus ostendere debent, hospitales existant, juxta Dominicum et apostolicum præceptum, et humanitatem præbeant iter facientibus, quia per hospitalitatem placuerunt **106** quidam Deo, angelis hospitio receptis ; et Dominus in die judicii dicturus est electis : *Hospes eram, et suscepistis me* (*Matth.* XXV). Et Job dicit : *Hostium meum semper viatori patuit* (*Job.* XXXI).

*De aqua benedicta. Ex epistola Alexandri papæ.*

CCX. (ALEXAND. I, *epist.* I, c. 8 ; REMEDIUS Curiensis, c. 24 ; BURCHARD. lib. II, c. 53.) Aquam enim sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur ; quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus populum sanctificabat atque mundabat (*Hebr* IX), quanto magis aqua, quæ sale aspersa divinisque precibus sacrata est, populum sanctificat atque mundat ? Et si sale asperso per Eliseum prophetam sterilitas aquæ sanata est (*I Reg.* II), quanto magis divinis precibus sacrata aqua sterilitatem rerum aufert humanarum, et coinquinatos sanctificat et purgat, et cætera bona multiplicat, et insidias diaboli avertit, et a phantasmatum versutiis hominem defendit.

*De eadem re. Ex supradicto concilio, cap.* 5.

CCXI. (HINCMAR. *ibid.*, c. 5 ; BURCHARD. lib. III, c. 52.) Ut omni die Dominico quisque presbyter in sua ecclesia ante missarum solemnia aquam benedictam faciat in vase nitido et tanto mysterio convenienti, de qua populus intrans ecclesiam aspergatur ; et qui voluerint, in vasculis suis accipiant ex ipsa, et per mansiones et agros et vineas, super pecora quoque sua, atque super pabula eorum, nocnon super cibos et potum suum conspergant.

**107** *De presbyteris qui culpas peccantium reticent vel minus digne pœnitentes ad reconciliationem adducunt. Unde supra.*

CCXII. (HINCMAR. *ibid.* cap. 13 ; BURCHARD. lib. XIX, c. 100 ; *Liber Pœnitentialis*, apud Stevartium, pag. 711.) Ut nemo presbyterorum xenium vel quodcunque emolumentum temporale, imo detrimentum spiritale, a quocunque publice peccante vel incestuoso accipiat ut episcopo vel ministris ejus peccatum illius reticeat, nec pro respectu cujusque personæ aut consanguinitatis vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc episcopo innotescere detrectet, nec a quoquam pœnitente aut gratia aut favore aut munus suscipere præsumat, aut minus di-

(213) Vide supra cap. 190 hujus libri.
(214) Vide Capitulare Rioulfi Suessionensis, cap. 12.

gne pœnitentem ad reconciliationem adducat, et A ei testimonium reconciliationis ferat, et quocunque livore alium quemlibet dignius pœnitentem a reconciliatione removeat, quia hoc simoniacum et Deo et hominibus contrarium est (215).

*Ex Pœnitentiali.*

(BURCHARD. lib. XIX, c. 121). Qui reticuerit peccatum fratris quod est ad mortem, nec eum corripuerit, aut Ecclesiæ Dei ut emendetur dixerit, quandiu consensit, tandiu pœniteat.

*De presbyteris qui a fidelibus ad prandium invitantur. Unde supra, cap.* 14.

CCXIII. (HINCM. *ibid.*, c. 14; BURCHARD. lib. II, c. 161). Ut nullus presbyterorum, quando ad anniversarium diem, tricesimum, aut septimum, vel B tertium alicujus defuncti, aut quacunque vocatione ad collectam presbyteri **108** convenerint, se inebriare nullatenus præsumat, nec precari in amore sanctorum vel ipsius animæ bibere aut alios ad bibendum cogere, nec se aliena precatione ingurgitare, nec plausus et risus inconditos et inanes fabulas referre aut cantare præsumat vel turpia joca vel cum urso vel tornatricibus ante se facere permittat, nec larvas dæmonum, quas vulgo talamascas dicunt, ante se ferri consentiat, quia hoc diabolicum est et a sacris canonibus prohibitum.

*De rixis et pugna sacerdotum.*

CCXIV. (HINCMAR. *ibid.*; BURCHARD. lib. II, c. 103). Summopere etiam quisque presbyter caveat, sicut de statu suo vult gaudere, ut non quacunque oc- C casione parem suum aut alium quemlibet ad iram et rixam, multo minus ad pugnam vel ad cædem, aliquo verbo irritet seu provocet, nec provocatus ad hoc quisquam prosiliat, quia in talibus comessationibus et potationibus semper se immiscet diabolus.

*De convivio presbyterorum.*

CCXV. (HINCMAR. *ibid.*; BURCHARD. lib. II, c. 162). Quando autem convenerint presbyteri ad convivium, decanus aut aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat, et cibum benedicat, et tunc secundum suum ordinem sedeant, alteri honorem portantes, et per vices cibum et potum benedicant; et aliquis de illorum clericis aliquid de sancta Scriptura legat, et post refectionem similiter D sanctum [*cod. Paris.* secundum] hymnum dicant ad exemplum Domini, sicut in cœno fecisse legitur; et sic se **109** contineant omnes presbyteri, maxime in talibus locis, ut non vituperetur ministerium nostrum [*Burchardus*, ut non vitup. min. illorum; *codex Helmœstad.*, ne min. nostrum vituperetur].

*De Kalendis, quando presbyteri simul conveniunt. Unde supra, cap.* 16.

CCXVI. HINCMAR. *ibid.*, c. 15; RICULF. c. 20; *Capitulare* AHYTONIS, c. 29; BURCHARD. lib. II, c. 164). Quando presbyteri per Kalendas simul conveniunt, post peractum divinum ministerium et necessariam collationem, non quasi ad prandium [*Burchardus*, non quasi ad plenam refectionem], ibi ad tabulas resideant, et per talia inhonesta convivia invicem graventur, quia indecens est et onerosum. Sæpe etiam tarde ad ecclesias redeuntes, magis damnum de reprehensione conquirunt et de gravedine mutua contrahunt quam lucrum ibi faciant. Nam de hujusmodi conventu Paulus Corinthios reprehendit (*1 Cor.* XI), qui inconvenienter cœnam Dominicam manducare conveniebant. Sic et qui ad cœnam Dominicam, id est ad collationem verbi sub occasione conveniunt, et exuri ætate ventrisca [*edit. Helmæstad.*, *Burchard. et Hincmar.*, ex veritate ventris causa. — *Vide concilium Nannet.*, *c.* 15] conjunguntur, reprehensibiles coram Deo et hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerit, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangat et singulos biberes accipiant, maxime ultra tertiam vicem poculum non contingant; et sic ad ecclesias redeant.

*De his qui de nihil habentibus ordinantur. Ex concilio Carthaginensi.*

CCXVII. (*Codex Canon. Eccl. Afric.*, c. 32; JESSE Ambian., c. 6; BURCHARD. lib. III, c. 120). Placuit ut episcopi, presbyteri, **110** diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur, et tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quæcunque prædia suo nomini comparant, tanquam rerum Dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti in ecclesia eadem ipsa contulerint.

*De eadem re. Ex Capitularium libro* I, *cap.* 150.

CCXVIII. (Lib. I *Capitular.*, c. 156; BURCHARD., lib III, cap. 121). Unusquisque presbyter res quas post diem consecrationis acquisiverit, propriæ Ecclesiæ relinquat.

*De eadem re. Ex concilio remensi.*

CCXIX. (HINCMARI *Capitul.* tit. 2, c. 18; BURCHARD. lib. III, c. 118). Investigandum est si nihil patrimonii habens presbyter quando provectus est ad ordinem ecclesiasticum, postea emerit prædia, cujus juris sint, quoniam ecclesiæ ad quam de nihil habente promotus est, esse debent juxta canonicam auctoritatem.

*Ex concilio Arausicano, cap.* 54.

(*Conc. Agath.* c. 54; BURCHARD. lib. III, c. 119). Presbyter, cum diœcesim tenet, de his quæ emerit ad ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab ejus quam tenet ecclesiæ ordinatione discedat (216).

*De reditibus vel oblationibus ecclesiæ.*

CCXX. (HINCMARI *Capitula*, tit. 2, c. 19). Inquirendum est si occasione hujus præcedentis capituli aliquis presbyterorum de redditibus ecclesiæ vel oblationibus ac votis fidelium alio nomine res comparaverit, **111** et ibi structuras fecerit, vel quæ ad ecclesiam pertinent ibidem collocaverit, et mu-

(215) Vide Capitulare Riculfi Suessionensis, cap. 9.
(216) Caput istud non exstat in codice ms.

lierum frequentationem inibi fieri permiserit, vel, quod turpis est, tales mulieres ibidem habuerit quæ beneficium suum exerceant et curam domus agant, et in eodem presbyter frequenter veniens manserit. Contra decreta canonum hoc malum agitur. Quia sicut nec suo, ita nec alieno nomine presbyter fenus exercere debet, multo minus fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis : quoniam hoc sacrilegium est, par crimen Judæ furis, qui sacras oblationes asportabat et furabatur.

*De usuris. Ex canone apostolorum.*

CCXXI. *Canon. apostolor.* c. 44 ; BURCHARD. lib. II, c. 119.) Episcopus, presbyter, aut diaconus usuras a debitoribus exigens, aut desinat, aut certe damnetur.

*De eadem re. Ex concilio Nicæno.*

CCXXII. (*Concil. Nicæn.* c. 17 ; BURCHRD. lib. II, c. 120.) Quoniam multi sub regula constituti avàritiam et turpia lucra sectantur, oblitique Scripturæ dicentis : *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, etc., mutuum dantes, centesimas exigunt, juste censuit sancta synodus ut si quis inventus fuerit usuras accipiens aut hemiolia, id est sescupla, exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans, turpis lucri gratia dejiciatur a clero, et alienus existat a regula.

*De eadem re. Ex concilio Laodicensi.*

CCXXIII. *Concil. Laodic.* c. 5.) Quod non oporteat sacerdotes et clericos fenerantes usuras, vel quæ **112** dicuntur sescupla, id est summam capitis et dimidium summæ, percipere (217).

*De eadem re. Ex epistola Leonis.*

CCXXIV. (*Decreta* LEONIS I, c. 3 ; BURCHARD. lib. II, cap 123) Nec hoc quoque prætereundum esse duximus, quosdam turpis lucri cupiditate captos usurariam exercere pœnam (218) et fenore velle ditescere : quod non dicam in eos qui sunt in clericali officio constituti, sed et in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus.

*Ut sub alieno nomine fenus non exerceant clerici. Ex eadem epistola.*

CCXXV. (LEO I *in Decretis*, c. 4 ; BURCHARD. lib. II, c. 121.) Illud etiam præmonendum, ut sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fenus attentet.

*De eadem re. Ex concilio Tarraconensi.*

CCXXVI. (*Concil. Tarrac.* c. 2 ; BURCHARD. lib. c. 122.) Quicunque in clero esse voluerit. emendi vilius vel vendendi carius studio non utatur.

*De eadem re. Ex concilio Eliberitano.*

CCXXVII. (*Concil. Eliberit.* c. 18.) Episcopi, presbyteri, et **113** diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeuntes provincias, nundinas sectentur. Sane ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum mittant. Et si voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

*De eadem re. Ex concilio Carthaginensi.*

CCXXVIII. (*Concil. Carthag.* III, c. 16 ; BURCHARD. lib. II, c. 131.) Placuit ut episcopi, presbyteri et diaconi non sint conductores, aut procuratores, neque ullo turpi negotio et inhonesto victum quærant, quia scriptum est : *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus* (*II Tim.* II).

*De eadem re. Ex eodem concilio.*

CCXXIX. (*Concil. Carthag.* III, c. 16 ; BURCHARD. lib. II, c. 124.) Item placuit ut clericus, si commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat ; si speciem, eamdem speciem, quantum dederit accipiat.

*Ex Capitularium lib.* II, *cap.* 36.

CCXXX. (Lib. II *Capitular.* c. 37 ; BURCHARD. lib. II, c. 125.) Ut presbyteri a turpibus lucris et usuris non solum ipsi abstineant, verumetiam plebes sibi subditas abstinere instruant.

*De eadem re. Ex concilio Chalcedonensi.*

CCXXXI. *Concil. Chalcedon.* c. 3 ; BURCHARD. lib. II, 145.) Pervenit ad sanctam synodum quod quidam qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, et sæcularia negotia sub cura sua suscipiant, Dei quidem ministerium parvipendentes, sæcularium vero discurrentes domos, et propter avaritiam patrimoniorum **114** sollicitudinem sumentes. Decrevit itaque sanctum concilium, nullum deinceps, non episcopum, non clericum, non monachum, aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus se miscere, præter ecclesiasticarum rerum sollicitudinem.

*De eadem re. Ex concilio Meldensi, cap.* 49.

CCXXXII. (*Concil. Meld.* c. 49 ; BURCHARD. lib. II, c. 146.) Ut nemo laicorum presbyteros ecclesiarum suarum turpi villicationi et, secundum Apostolum (*II Tim.* II), sæculari et inhonestæ negotiationi implicare nec secum alios [*Apud Sirmondum*, aliorsum ; *sic etiam in vet. cod. nostro.*] contra auctoritatem ducere præsumat, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere. Quod si contra interdicta præsumpserit, excommunicetur.

*De his qui per pecunias fuerint ordinati. Ex canone apostolorum.*

CCXXXIII. (*Canon. apostolor.* c. 30.) Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur ipse et ordinator ejus et a communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus a Petro.

*De eadem re. Ex concilio Chalcedonensi.*

CCXXXIV. (*Concil. Chalcedon.* c. 2 ; BURCHARD. lib. I, 112.) Si quis episcopus per pecunias fecerit ordinationem et sub pretio redegerit Spiritus sancti

(217) Vide capitula Ahytonis Basileensis, cap. 17.

(218) Admonendum hoc loco est, pro eo quod codex ms. Reginonis habet *usurariam exercere pœnam*, apud Leonem primum in epistola prima legi *exercere pecuniam* ; quod rectius puto. Editio Helmæstadiensis neque *pœnam* habet neque *percuniam.* Ivo parte VI, cap 65, et, Gratianus 14, q. 4, cap. 76 legunt *pecuniam.*

gratiam, quæ non potest vendi, ordinaveritque per pecunias episcopum aut presbyterum aut diaconem proprii gradus periculo subjacebit, et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione proficiat, sed **115** alienus sit a dignitate. Si quis vero mediator datis vel acceptis exstiterit, si clericus fuerit, proprio gradu decidat ; si monachus aut laicus, anathematizetur.

*De eadem re. Ex epistola Gelasii papæ*

CCXXXV. (*Decreta* GELASII c. 24 ; BURCHARD. lib. I, c. 22.) Quos constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem, convictos oportet arceri : quia dantem pariter accipientemque damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, involvit.

*De eadem re. Ex epistola Hormisdæ papæ.*

CCXXXVI. (BURCHARD. lib. I, c. 23.) Hoc itaque ad priora conjungimus, ne benedictio per impositionem manus, quæ a Deo esse creditur, pretio comparetur ; quia Simon Spiritum sanctum volens redemptione mercari, apostoli fuit detestatione percussus (*Act.* VIII).

*De eadem re. Ex concilio Nannetensi.*

CCXXXVII. (*Concil. Nannet.* c. 7 ; BURCHARD. lib. I, c. 106.) Omnibus ministris ecclesiasticæ dignitatis interdicimus ut nullus quocumque munere aut favore corruptus clericum alterius parochiæ latenter ac furtive ad ordinationem suaintroducere præsumat. Quod si fecerit, juxta Chalcedonense decretum is qui ordinatus est donum sancti Spiritus, quod furari conatus est, amittat ; et qui mediator exstitit, si clericus est, proprio gradu decidat ; si laicus aut monachus, anathematizetur.

**116** *De eadem re. Ex concilio Meldensi, cap.* 43.

CCXXXVIII. (*Concil. Meld.* c. 43 ; BURCHARD. lib. I, c. 21.) Cavendum est et summopere præcavendum, ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum episcopis et regibus, et omnibus sublimioribus potestatibus atque cunctis fautoribus et electoribus quorumcunque, atque consensoribus seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, ut nemo per simoniacam hæresim regiminis locum obtineat quacunque factione, calliditate, promissione, seu commoditate, aut datione per se aut per omissam personam, cum Spiritus sanctus inter cætera documenta per os sancti dicat Gregorii (*lib.* VII, *indict.* 2, *epist.* 110) : « Cur non perpendit quia benedictio illi in maledictionem convertitur ? » Et alibi (*lib.* IV, *ind.* 14, *epist.* 51) : « Dolens, inquit, dico, gemens denuntio, quia sacerdotium, quod apud vos intus cecidit, foris diu stare non poterit. »

A *Quod munus sit etiam a lingua. Ex dictis Gregorii papæ.*

CCXXXIX. (S. GREGOR. *homil.* 4 *in Evangelia* ; BURCHARD. lib. I, c. 113.) Sunt nonnulli qui nummorum quidem præmia ex ordinatione non accipiunt, et tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur. Hi nimirum quod gratis accipiunt, gratis non tribuunt, quia nummum favoris de impenso officio sanctitatis expetunt. Unde cum virum justum describeret Isaias, ait : *Qui excutit manus suas ab omni munere* (*Isa.* XXXIII). Quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus ab obsequio est subjectio indebite impensa. Munus a manu, **117** pecunia est. Munus a lingua, favor. Qui ergo sacros ordines
B tribuit, tunc ab omni munere manus excutit quando in divinis rebus non solum ullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit (219).

*Ne presbyteri, ut ecclesias obtineant, munera dent. Ex Capitularium libro* I

CCXL. (Lib. I *Capitular.*, c. 146.) Ut nullus presbyter ad introitum ecclesiæ xenia donet (220).

*De his sacerdotibus vel clericis qui per pecunias aliorum sacerdotum ecclesias aut beneficia subripiunt vel subvertunt*

(Lib. VII *Capitular.*, c. 146, BURCHARD. lib. III, c. 114.) Sancitum est atque omnibus modis prohibitum, ut si quis presbyter præventus fuerit alicui clerico aut laico munera dare aut dedisse aut ali-
C cui pecuniam tribuere ut alterius presbyteri ecclesiam subripiat, pro hac cupiditate seu rapina turpis lucri gratia dejiciatur a clero et alienus existat a regula. Nam si pro misericordia episcopo placuerit longo tempore eum, pœnitendo quæ gessit, in carceris ærumna recludere, et usque ad satisfactionem ibi detineri, et postea, si se correxerit, et talia deinceps minime se facere promiserit, humanius erga eum agere, poterit, si voluerit, et ipse dignus inventus fuerit.

**118** *Ut nullus presbyterum in ecclesia mittat vel ejiciat, ex eisdem Capitularibus, cap.* 41.

CCXLI. (Lib. I *Capitular.*, c. 147 ; BURCHARD, lib. III, c. 111.) Ut nullus laicus presbyterum in ecclesia mittere vel ejicere præsumat, nisi per con-
D sensum episcopi (221).

*Ex eodem.*

Item interdicendum videtur clericis sive laicis ne quis cuilibet presbytero præsumat dare ecclesiam sine licentia et consensu episcopi sui.

*Item ex eodem.*

(Lib. V *Capitular.*, c. 43, et *Addit.* IV, c. 72, lib. III, *Leg. Longob.*, tit. 1, c. 43.) De his qui sine consensu episcopi presbyteros in ecclesiis suis constituunt, vel de ecclesiis ejiciunt, et ab episcopo vel quolibet misso dominico admoniti obedire noluerint,

(219) Vide S. Gregorium lib. IX Moral. cap. 17, et lib. XII, cap. 25.

(220) Vide Capitulare Theodulfi, cap. 16 ; Capitula Ahytonis episcopi Basileensis ad presbyteros suos cap. 12, et Capitulare ejusdem, cap. 33.

(221) Vide concilium Viennense sub Formoso, cap. 4, et concilium Engelheimense, cap. 4.

ut bannum nostrum rewadiare et per fidejussores A ad palatium venire jubeantur; ut tunc nos decernamus utrum nobis placeat ut illum bannum persolvant aut aliam armiscaram sustineant.

*De ecclesiis inter cohæredes divisis. Ex eodem.*

CCXLII. (Lib. v *Capitular.*, c. 44; lib. III *Leg. Longob.*, tit. I, c. 44; BURCHARD. lib. II, c. 41.) De ecclesiis quæ inter cohæredes sunt divisæ considerandum est quatenus si secundum providentiam et admonitionem episcopi ipsi cohæredes eas voluerint tenere et honorare, faciant. Sin autem hoc contradixerint, in episcopi potestate maneat utrum eas 119 ita consistere permittat, aut reliquias exinde auferat.

*De eadem re. Ex concilio Triburiensi.*

B (*Concil. Tribur.*, c. 32, BURCHARD. lib. III, c. 40.) Si plures hæredes contenderint de communi ecclesia, auferri jubeat episcopus reliquias sacras et ecclesiam claudi, donec communi consensu statuant ibi presbyterum et unde vivat.

*Ut in ecclesia una non plures presbyteri constituantur. Ex concilio Ilthemensi, cap. 8.*

CCXLIII. (BURCHARD. lib. III. c. 44.) Unusquisque presbytor ecclesia una, ubi ordinatus est, contentus sit, et nullus in duabus ecclesiis ministrare præsumat (222).

*Ex concilio quo supra.*

(BURCHARD, lib. III, c. 45.) Sicut in unaquaque ecclesia presbyter debet esse, ita ipsa ecclesia, C quæ sponsa vel uxor ejus dicitur, non potest dividi inter plures presbyteros; sed unum tantummodo habebit sacerdotem, qui eam caste et sinceriter regat. Unde interdicimus ut nullus præsumat ecclesiam inter duos vel plures dividere, quia ecclesia Christi uxor et sponsa debet esse, non scortum, sicut Calixtus papa testatur (223) [7, q. I, c. 39].

120 *Ut laici ecclesias non teneant nec decimas accipiant. Ex concilio [Meldensi], cap. 65.*

CCXLIV. (*Concil. Meld.* c. 75.) Indignum valde est ut qui in regia dignitate cæteros Ecclesiæ filios auctore Deo præcellitis, negligentius quæ Dei sunt exsequi videamini. Unde dignum erat ut capellas villarum vestrarum laicis non committeretis, sed potius illis qui et eadem sacrata loca religiosius D tractarent et vobis debitum obsequium impenderent. Monemus itaque et hortamur, ne, quod absit, periculum anathematis ex decimis præsumptis incurratis, ut hoc corrigere studeatis

*De eadem re. Ex eodem capitulo.*

CCXLV. (*Concil. Meld.* ibid.) Si capellas vestras presbyteris aut viris ecclesiasticis dederitis, et Dominicas decimas acceperint, sarta tecta ecclesiæ et luminaria exinde competenter provideant, et presbyteri parochianas decimas accipiant, et populi necessitatibus debite invigilent.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCXLVI. (*Concil. Meld.* ibid.) Si autem laici capellas vestras habuerint, a ratione et ab auctoritate alienum habetur ut ipsi decimas accipiant et inde canes aut genitiarias eas accipiant, et inde restaurationem ecclesiarum suas pascant. Sed potius presbyteri ecclesiarum et luminaria et hospitum ac pauperum receptionem exhibeant, et pro vobis ac statu regni vestri Dei misericordiam studiose implorent.

121 *De his qui ecclesias deserunt in quibus provecti sunt et ad alias transeunt. Ex concilio Nicæno.*

CCXLVII. (*Concil. Nic.* c. 16; BURCHARD. lib. II, c. 98). Quicunque temere et periculose, neque timorem Domini præ oculis habentes, nec agnoscentes ecclesiasticam regulam, discedunt ab ecclesia presbyteri et diaconi vel quicunque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent, in aliam ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi ut ad suas parochias revertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communione privari.

*De eadem re. Ex concilio Chalcedonensi, cap. 10.*

CCXLVIII. (BURCHARD. lib. II, c, 96.) Non licere clericum in duarum civitatum conscribi simul ecclesiis, et in qua initio ordinatus est, et ad quam confugit, quasi ad potiorem, ob inanis gloriæ cupiditatem: hoc autem facientes revocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinati sunt, et ibi tantummodo ministrare (224).

*Item ex concilio Antiocheno.*

CCXLIX. (*Concil. Antioch.* c. 21; BURCHARD, lib. I, c. 75.) Episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus a populis. Maneat autem in Ecclesia quam primitus a Deo sortitas est, nec inde transmigret.

122 *De eadem re. Ex Decretis Calixti papæ.*

CCL. (CALIXT. *epist.* 2; BURCHARD. lib. III, c. 49, et apud GRATIAN. 7, q. 1, c, 39.) Quoniam sicut alterius uxor nec adulterari ab aliquo vel judicari aut disponi nisi a proprio viro, eo vivente, permittitur, sic nec uxor episcopi et presbyteri, quæ ejus ecclesia vel parochia indubitanter intelligitur, eo vivente, alteri judicare vel disponere aut ejus concubitu frui permittitur. Unde apostolus: *Alligata est uxor legi, quandiu vir ejus vivit. Eo vero defuncto, soluta est a lege viri* (*Rom.* VII). Similiter et Ecclesia, quæ uxor sacerdotis dicitur, eo vi vente ei alligata est; eo vero defuncto, nubat in Domino, id est regulariter. Si enim eo vivente alteri nupserit, adultera judicabitur.

*Ne quis alienam parochiam usurpet. Ex epistola Calixti papæ.*

CCLI. (CALIXT. *ibid.*) Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum judicare aut excommunicare præsumat; quia talis judicatio aut excommunicatio nec rata erit nec vires ullas habe-

(222) Caput istud additum est ex codice manuscripto. Non exstat enim in editione Helmæstadiensi. Vide lib. VI Capitular., c. 73, et Addit. II, cap. 8.

(223) Vide Addit. III Capitular., cap. 25.

(224) Vide Addit. III Capitularium, cap. 30.

bit, quoniam nullus alterius judicis nisi sui sententia tenebitur aut damnabitur. Nullus autem primas vel metropolitanus diœcesanei Ecclesiam vel parochiam usurpet aut aliquem ne ejus parochia excommunicare aut judicare præsumat absque consilio vel judicio ejusdem episcopi; sed hoc observet quod ab apostolis et Patribus ac prædecessoribus nostris est constitutum et a nobis est confirmatum.

**123** *Item ex eadem epistola.*

(Calixt. *ibid.*; *Capitula Adr.* i, c. 43.) Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam propriam pertinet parochiam, sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit, et quod ita egerit, irritum habeatur et vacuum.

*De clericis qui præficiuntur ptochiis. Ex concilio Chalcedonensi.*

CCLII. (*Concil. Chalcedon.* c. 8; lib. vii. *Capitular.* c. 2.) Clerici qui præficiuntur ptochiis, vel qui ordinantur in monasteriis et basilicis martyrum, sub episcoporum qui in unaquaque civitate sunt secundum sanctorum Patrum traditiones potestate permaneant, nec per contumaciam ab episcopo suo dissiliant. Qui vero audent evertere hujuscemodi formam nec proprio subjiciuntur episcopo, si clerici sunt, canonum correptionibus subjacebunt; si laici vel monachi, communione priventur.

*Ut amplius presbyter non habeat quam unam ecclesiam. Ex Capitularium lib.* i, *cap.* 86.

CCLIII. Statutum est ut unaquæque ecclesia suum presbyterum habeat, ubi id fieri facultas providente episcopo permiserit. (Lib. i *Capitular.* c. 92; Burchard. lib. iii, c. 46.)

*De eadem re. Ex concilio Nannetensi.*

CCLIV. *Concil. Nannet.* c. 8; Burchard, lib. iii, c. 47.) Sicut enim episcopus non plus potest habere quam unam civitatem et vir unam uxorem, ita presbyter unam tantum **124** ecclesiam (225). Itaque nullus presbyter plures præsumat habere ecclesias, nisi forte alios presbyteros sub se in unaquaque illarum habeat qui nocturnum atque diunum officium solemniter adimpleant et missarum celebrationes quotidianis expleant cæremoniis.

*Ut nullus presbyter alterius parochianum recipiat.*

CCLV. (*Concil. Nannet.* c. 2; lib. i *Capitular.* c. 153; Burchard. lib. ii, c. 91.) Ut nullus presbyter alterius parochianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad missam recipiat (226).

*Ex concilio Carthaginensi.*

(*Concil. Carthag.* i c. 7: *Addit.* iv, c. 22.) Cassianus episcopus dixit: Statuat gravitas vestra ut unusquisque clericus vel laicus non communicet in alia plebe sine litteris episcopi sui.

*De eadem re. Ex Capitularium lib.* i, *tit.* 187.

CCLVI. (Lib. i *Capitular.* c. 154.) Nullus presbyter in alterius parochia missam cantare præsumat, nisi in itinere fuerit, nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

CCLVII. *De eadem re* (227).

**125** *Ut episcopus in alterius episcopi parochia ordinationem non faciat. Ex concilio Antiocheno.*

CCLVIII. (*Concil. Antioch.* c. 22; Burchard, lib. i, c. 71.) Episcopus alienam civitatem, quæ non est illi subjecta, non adeat, nec ad possessionem accedat quæ ad eum non pertinet, nec ordinationem ibi faciat, nisi forte cum consilio et voluntate regionis episcopi.

*Ut nullus presbyter aut laicus pænitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare. Ex Capitular. lib.* i, *tit.* 151.

CCLIX. (Lib. i *Capitular.* c. 157). Ut nullus presbyter aut laicus pœnitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare, nisi ad præsens pro ipso unum vel duos denarios juxta qualitatem pœnitentiæ dederit.

*Ut nullus presbyter chartas scribat. Ex eodem.*

CCLX. (Lib. i *Capitular.* c. 158; Riculf. c. 15.) Nullus presbyter chartas scribat, aut conductor sui senioris existat.

*Ut nullus, contempta minore ecclesia, ad potiorem aspiret. Ex synodo Meldensi.*

CCLXI. *Concil. Meld.* c. 30; Burchard, lib. iii, c. 48.) Si quis de ordine sacerdotali, contemptu minoris ecclesiæ, ambitiose et improbe **126** ad potiorem aspiraverit, canonica erga eum definitio conservetur.

*De baptismo, et quo tempore celebrandus sit. Ex canone apostolorum.*

CCLXII. (*Can. apostolor.* c. 49. Burchard. lib. iv, c. 22.) Si quis episcopus aut presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris, Filii, et Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus paraclitis, abjiciatur.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCLXIII. (*Can apostolor.* c. 50; Burchard. lib. ix, c. 23.) Si quis episcopus aut presbyter non trinam mersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismate quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit Dominus. In morte mea baptizate; sed: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (*Matth.* xxviii).

*Quod Pascha et Pentecosten sit baptizandum. Ex epistola Leonis papæ.*

CCLXIV. (*Decreta* Leonis I, c. 11; Burchard. lib.

(225) Vide lib. vi Capitularium, cap. 73.

(226) Caput hoc non exstat in codice Helmæstadiensi, neque in Parisiensi. Quia tamen ex indiculo capitum qui præfixus est initio codicis Parisiensis constabat caput istud hoc loco deesse, nos huc transtulimus ex libro primo Capitularium. Vide supra cap. 61.

(227) Deest hoc caput in codicibus Helmæstadiensi et Parisiensi. Nos, cum nihil certi nobis occurreret quod reponeremus, nihil temere præsumendum censuimus. Si quis tamen hunc hiatum suppleri desiderat, utatur capite 33 concilii Carthaginensis quarti.

IV, c. 2, 12). Unde quia manifestissime patet baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora, id est Pascha et Pentecosten, esse legitima, dilectionem vestram monemus ut nullos alios dies huic observantiæ misceatis : quia sicut sunt alia quoque festa, quibus multa in honorem Dei reverentia debeatur, principalis tamen et maximi sacramenti custodienda nobis est mysticæ rationis excerptio, non interdicta licentia, qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur. **127** Ita enim ad has duas festivitates connexas sibimet atque cognatas incolumium et in pacis securitate degentium vota libera differimus, ut in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in persecutionis angustiis, in timore naufragii, nullo tempore hoc veræ salutis singulare præsidium cuiquam denegemus.

*De gravidis baptizandis. Ex concilio Neocæsariensi.*

CCLXV. (*Concil. Neocæsar.* c. 6 ; BURCHARD. lib. IV, c. 31). Gravidam oportet baptizari quando voluerit. Nihil enim in hoc quæ parit nescienti communicat, propterea quod uniuscujusque suum propositum in confessione declaratur.

*Baptizentur de quibus ignoratur an sint baptizati. Ex concilio Carthaginensi.*

CCLXVI. (*Concil. Carthag.* V, c. 5 ; lib. VII *Capitular.* c. 307 ; BURCHARD. lib. IV, c. 45). Item placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem de traditis sibi sacramentis idonei respondere, absque ullo scrupulo eos esse baptizandos.

*De baptizatis qui non confirmati moriuntur. Ex concilio Eliberitano.*

CCLXVII. (*Concil. Eliber.* c. 77, BURCHARD. lib. IV, c. 92). Si quis diaconus regens plebem sine episcopo vel presbytero aliquos baptizaverit, episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod si ante de sæculo recesserint, sub fide qua quisque credidit poterit esse justus.

**128** *De rebaptizatis. Ex concilio Hilerdensi.*

CCLXVIII. (*Concil. Hilerd.* c. 9). De his qui in prævaricatione rebaptizati sunt sine aliqua necessitate vel tormento, placuit ut circa eos Nicænæ synodi statuta serventur, id est, ut septem annos inter catechumenos orent, et duos inter catholicos, et postea fidelibus in oblatione et eucharistia communicent.

*Quod nonnisi in Pascha et Pentecoste sit baptizandum. Ex concilio Wormatiensi.*

CCLXIX. (*Concil. Wormat.* c. 1 ; BURCHARD. lib. IV, c. 7). Sacrosancti baptismi sacramentum nonnisi in paschali festivitate et Pentecosten unusquisque fidelium noverit esse præbendum, exceptis his quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subvenire.

*Ex concilio Meldensi, cap. 48.*

CCLXX. (*Concil. Meld.* c. 48 ; BURCHARD. lib. IV, c. 14). Nemo presbyterorum baptizare præsumat nisi in vicis et ecclesiis baptismalibus, atque temporibus constitutis, nisi causa ægritudinis vel certæ necessitatis : et vici auctoritatem et privilegia debita retineant.

*De fontibus sacris. Unde supra.*

CCLXXI. (BURCHARD. lib. IV, c. 13, et apud GRATIAN. dist. 4, *de consecr.* c. 106). Omnis presbyter qui fontes lapideos habere nequiverit, vas conveniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat. Similiter ad corporale lavandum et ad pallas altaris propria vasa habeantur, in quibus nihil aliud fiat (228).

**129** *Ut omnis presbyter suis parochianis symbolum et orationem Dominicam insinuet. Ex concilio Rhemensi, tit. 20.*

CCLXXII. (BURCHARD., lib. II, c. 62). Ut omnis presbyter omnibus parochianis suis symbolum et orationem Dominicam aut ipsemet insinuet aut aliis insinuandum injungat (229). Et cum ad confessionem tempore quadragesimali veniunt, hæc ab unoquoque memoriter sibi decantari faciat nec ante sanctam communionem alicui tradat nisi hæc ex corde pronuntiare noverit ; siquidem sine horum scientia nullus salvus esse poterit. In uno enim fides et credulitas Christiana continetur, in alio quid orare et petere a Deo debeamus exprimitur. Quod vero sine fide nemo possit esse salvus, Dominus ostendit, cum dicit : *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit* (*Marc.* XVI). Nullus autem credere potest quod nescit nec audivit. Ait enim Paulus : *Quomodo credent ei quem non audierunt ?* (*Rom.* X). Nec sola sufficit fides in corde, nisi etiam verbis enuncietur, ut idem Apostolus testis est : *Corde*, inquit, *creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem* (*Rom.* X). Nullus autem de stoliditate sensus vel tenuitate ingenii causetur : quia hæc tam parva sunt ut nemo tam hebes et barbarus sit qui hoc discere et verbis communibus pronuntiare non possit ; tam magna, ut qui horum scientiam pleniter capere potuerit, sufficere ea sibi credatur ad salutem perpetuam. *Capitulare* THEODULPHI c. 22, et lib. VI *Capitular.* c. 172). Illud etiam observandum, ut nullus suscipiat infantem in baptismo a sacro fonte antequam eumdem symbolum et orationem **130** dominicam coram presbytero decantet ; et ut presbyter omnibus patrinis annuntiet quod debitores sint suis filiolis, cum ad intelligibilem ætatem venerint, hæc eadem insinuare.

*Ex Capitularium lib. II.*

CCLXXIII. (*Concil. Mogunt. sub Car. M.* c. 47 ; lib. II *Capitular.* c. 39). Præcipimus ut unusqui-

(228) Vide supra cap. 79 hujus libri.

(229) Vide Capitulare Theodulfi c. 22 ; Capitulare Ahytonis, c. 97 ; lib. V Capitular. c. 103, et lib. VI c. 172.

sque compater et proximi spirituales filios suos A catholice instruant (230).

*Ex eodem, cap.* 49.

CCLXXIV. (*Concil. Arelat.* VI, c. 19; lib. II *Capitular.* c. 46). Ut parentes filios suos, et patrini eos quos de fonte suscipiunt, erudire summopere studeant; illi, quia eos genuerunt et eis a Domino dati sunt; et isti, quia pro eis fidejussores exstiterunt.

*De Litania majore. Ex concilio Moguntiacensi.*

CCLXXV. *Concil. Mogunt. sub Car. M. c.* 33; lib. V *Capitular.* c. 86; BURCHARD. lib. XIII, c. 6). Placuit nobis ut litania major observanda sit a cunctis Christianis die septimo Kalend. Maii, sicut legendo reperimus, et sicut sancti patres nostri constituerunt, non equitando, non pretiosis vesti- B bus induti, sed cinere respersi, et cilicio induti, nisi infirmitas impedierit (231).

*De jejunio Rogationum.*

CCLXXVI. (BURCHARD. lib. XIII, c. 7). Cum exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur (*editio Helmæstad.*, infestarentur), nec hujus flagelli aliquod remedium invenire possent, congregati traduntur **131** Galliarum episcopi apud Viennam urbem (232), atque in commune statuerunt ut triduanum jejunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuæ celebritatis venerunt, ut per Galliarum provincias ante Ascensionis Domini diem celebrarentur. Agamus et nos hos dies cum summa reverentia et devo- C tione, cum abstinentia carnis et humilitate cordis: non ut invisibilium luporum rabiem evadamus, sed ut invisibilium, id est, spirituum immundorum, tentamenta vincere valeamus (233). Nullus autem his diebus vestimenta pretiosa induat, qui in sacco et cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates et comessationes quæ fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare præsumat, sed discalciatis pedibus omnes incedant. Nequaquam mulierculæ choreas ducant, sed omnes in commune *Kyrie eleison* decantent, et cum contritione cordis Dei misericordiam exorent pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conversatione frugum, et pro cæteris necessitatibus. Dies enim abstinentiæ sunt non lætitiæ.

*De jejunio Quatuor Temporum. Ex concilio Moguntiacensi.*

CCLXXVII. *Concil. Mogunt. sub Car. M.* c. 34; lib. V *Capitular.* c. 86; BURCHARD. lib. XIII, c. 2). Constituimus ut quatuor tempora anni ab omnibus cum jejunio observentur, id est, in Martio hebdomada prima, in Junio secunda, in Septembri tertia, in Decembri quarta, quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini, id est, feria quarta et sexta et sabbato. Veniant omnes ad ecclesiam hora nona **132** cum litaniis ad missarum solemnia.

*De vigiliis sanctorum.*

CCLXXVIII. (BURCHARD. lib. XIII, c. 16). Presbyteri cum sacras festivitates populo annuntiant, etiam jejunium vigiliarum eos omnimodis servare moneant.

*De indicto jejunio. Ex concilio Moguntiacensi.*

CCLXXIX. (*Concil. Mogunt. sub Car. M.* c. 55; lib. V *Capitular.* c. 87; BURCHARD. lib. XIII, c. 4). Si quis indictum jejunium superbiendo contempserit et observare cum cæteris Christianis noluerit, in Gangrensi concilio præcipitur anathematizetur.

*Ex concilio Gangrensi.*

CCLXXX. (*Conc. Gangr.* c. 19; BURCHARD. lib. XIII, c. 5). Si quis eorum qui continentiæ student, absque necessitate corporea tradita in commune jejunia ab Ecclesia custodita superbiendo dissolvit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

*De eadem re. Ibidem.*

CCLXXXI. Quicunque indictum jejunium violant sine gravi necessitate, memorentur Jonathæ filii Saul regis, qui maledictum patris parvipendens parumper mellis in summitate virgæ comedit, et idcirco sententiam mortis promeruit (*I Reg.* XIV).

*Item ex Capitularium lib.* I, *cap.* 47.

CCLXXXII. (BURCHARD. lib. XIII, c. 17). Ut in Ecclesia a sacerdotibus jejunia constituta sine necessitate rationabili non solvantur.

**133** *De fame et pestilentia.*

CCLXXXIII. (Lib. I *Capitular.* c. 118; BURCHARD. lib. XIII, c. 18). De hoc si evenerit fames, pestilentia, inæqualitas aeris, vel alia qualiscunque tribulatio, non exspectetur edictum nostrum, sed statim deprecetur misericordia Dei.

*Quid sit usura.*

CCLXXXIV. (Lib. I *Capitular.* c. 125; BURCHARD. lib. II, c. 126). Usura est ubi amplius requiritur quam datur, verbi gratia; si dederis decem solidos, et amplius requisieris; vel si dederis frumenti modium unum, et super eum aliquid exigas.

*Item cap.* 123.

CCLXXXV. (Lib. I *Capitular.* c. 129). Turpe lucrum exercent qui per varias circumventiones lu- D crandi causa inhoneste res quaslibet congregare decertant.

*Quid sit fenus.*

CCLXXXVI. (Lib. I, *Capitular.* c. 130). Fenus est qui aliquid præstat. Justum fenus est, qui amplius non requirit nisi quantum præstitit.

*De eadem re. Ibidem cap.* 123.

CCLXXXVII. (Lib. I *Capitular.* c. 131; BURCHARD. lib. II, c. 127). Quicunque enim tempore messis vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem, comparat annonam vel vinum, verbi gratia, de duobus denariis comparat modium unum, et servat us-

(230) Vide Capitulare Ahytonis episcopi Basileensis, cap. 18, item Capitula ejusdem, cap. 25; in tom. VI et VIII Spicilegii Dacheriani.

(231) Vide concil. Aquisgran, anni 836, cap. 10.

(232) Vide Alcuin. c. 20 divinor. Officior. et Walafr. Strab. c. 28 de Reb. eccles.

(233) Vide Cæsarium Arelat. homil. 37.

que dum venundetur denariis quatuor, aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

**134** *De confessione et pœnitentia.*

CCLXXXVIII. (BURCHARD. lib. XIX, c. 2.) Presbyteri debent admonere plebem sibi subjectam ut omnis qui se sentit mortifero peccati vulnere sauciatum, feria quarta ante Quadragesimam cum omni festinatione recurrat ad vivificantem matrem Ecclesiam, ubi quod male commisit cum omni humilitate et contritione cordis simpliciter confessus suscipiat remedia pœnitentiæ secundum modum canonicis auctoritatibus præfixum, tradaturque Satanæ in interitu carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini. Non solum autem ille qui mortale aliquod commisit, sed etiam omnis homo quicunque se recognoscit immaculatam Christi tunicam, quam in baptismo accepit, peccati macula polluisse, ad proprium sacerdotem venire festinet, et cum purificatione [*Burchard.*, puritate] mentis omnes transgressiones omniaque peccata, quibus Dei offensam se incurrisse meminit, humiliter confiteatur, et quidquid ei a sacerdote fuerit injunctum, ac si ab ipso omnipotentis Dei ore esset prolatum, ita diligenter intendat et cautissime observet.

*De pœnitentibus. Ex concilio Africano.*

CCLXXXIX. (*Concil. Carthag.* III, c. 32 ; lib. V *Capitular.* c. 53 ; BURCHARD. lib. XIX, c. 40.) Cujuscunque pœnitentis publicum et vulgatum crimen est, quod universam Ecclesiam commoverit, ante absidam manus ei imponatur.

*De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CCXC. (*Conc. Agath.* c. 15 ; BURCHARD. lib. XIX, c. 27.) Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum et **135** cilicium super capita a sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur. Si autem comas non deposuerint aut vestimenta non mutaverint, abjiciantur [*edit. Helmæstad.* Si autem comas deponere aut vestimenta mutare noluerint, abjiciantur].

*Item unde supra. Ex eodem concilio.*

CCXCI. (BURCHARD. lib. XIX, c. 26, et dist. 50, c. 64.) In capite Quadragesimæ omnes pœnitentes qui publicam suscipiunt aut susceperunt pœnitentiam, ante fores ecclesiæ se repræsentent episcopo civitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu et vultu proclamantes ; ubi adesse debent decani, id est archipresbyteri parochiarum, cum testibus, id est presbyteri pœnitentium, qui eorum conversationem diligenter inspicere debent ; et secundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus injungat. Post hæc in ecclesiam eos introducat, et cum omni clero septem pœnitentiæ psalmos in terram prostratus cum lacrymis pro eorum absolutione decantet. Tum consurgens ab oratione, juxta id quod canones jubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, dein cilicio capita eorum cooperiat, et cum gemitu ac crebris suspiriis eis deA nuntiet quod sicut Adam projectus est de paradiso, ita et ipsi ab Ecclesia ob peccata ejiciantur. Post hæc jubeat ministros ut eos extra januas ecclesiæ expellant. Clerus vero prosequatur eos cum responsorio : *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, etc. (*Gen.* III), ut videntes sanctam Ecclesiam, ob facinora **136** sua temefactam et commotam, non parvipendant pœnitentiam. In sacra autem Domini cœna rursus ecclesiæ liminibus se præsentent.

*De danda pœnitentia. Ex concilio Moguntiacensi.*

CCXCII. (*Concil. Mogunt. sub Rabano* c. 31 ; BURCHARD. lib. XIX, c. 28.) Modus tempusque pœnitentiæ peccata sua confitentibus aut per antiquorum canonum institutonem, aut per sanctarum Scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam B consuetudinem imponi debet a sacerdotibus. Nam qui peccatis gravibus leves quosdam et inusitatos imponunt pœnitentiæ modos, consuunt pulvillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas. Sed discretio servanda est inter pœnitentes publice et absconse. Nam qui publice peccat, oportet ut publica multetur pœnitentia et secundum ordinem canonum pro merito suo excommunicetur et reconcilietur.

*Qualiter suscipere debent pœnitentem episcopi vel presbyteri. Ex Pœnitentiali Romano.*

CCXCIII. (BURCHARD. lib. XIX, c. 33.) Quotiescunque Christiani ad pœnitentiam accedunt, jejunia C injungimus, et nos communicare cum eis debemus in jejunio unam aut duas hebdomadas vel quantum possumus, ut non dicatur quod sacerdotibus Judæorum a Domino dicitur : *Væ vobis legisperitis, qui aggravatis homines, imponentes super humeros eorum onera gravia et importabilia,* **137** *ipsi autem uno digito vestro non tangitis sarcinas ipsas* (*Luc.* XI).

*Item post pauca.*

CCXCIV. (BURCHARD. *ibid.*) Quotiescunque dederis consilium peccanti, simulque da illi statim pœnitentiam, quantum debeat jejunare, aut eleemosynis redimere peccata sua ; ne forte obliviscaris quæ tibi jam dixit, et iterum tibi necesse sit interrogare, et forsitan erubescat iterum confiteri, et inveniatur jam amplius judicari.

D *Ut nullus alius præsumat pœnitentiam dare vel confessionem audire nisi episcopus aut presbyter. Ex eodem.*

CCXCV. Exsurge qui dormis, exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus. Frater, Dominus Jesus Christus, qui dixit discipulis suis : *Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cœlo ; et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta et in cœlo* (*Matth.* XVIII), de quorum numero quamvis indignos nos esse voluit, ipse te absolvat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis, quæcunque cogitatione, locutione, atque operatione negligenter egisti, ut a nexibus peccatorum absolutum perducere te dignetur ad regna cœlestia. Amen. Nos etiam, frater charissime,

secundum auctoritatem nobis indignis a Domino commissam absolvimus te ab omni vinculo delictorum, ut merearis habere vitam æternam per eum qui vivit, etc. (234)

(Burchard. lib. xix, c. 153.) Sicut enim sacrificium offerre non debent **138** nisi episcopi et presbyteri, quibus claves regni cœlestis traditæ sunt, sic nec pœnitentium judicia alii usurpare debent.

*Ut diaconus, si necesse sit, suscipiat confessionem.*

CCXCVI. (Halitgar. *in præfat. lib.* vi; Burchard. lib. xix, c. 154.) Si autem necessitas evenerit, et presbyter non fuerit præsens, diaconus suscipiat pœnitentem ad sanctam communionem.

*Item de suscipienda confessione. Ex Theodori archiepiscopi vel Bedæ presbyteri Pœnitentiali.*

CCXCVII, (Halitgar. *ibid.* Burchard. lib. xix, c. 2.) Episcopi vel presbyteri, quando fidelium recipiunt confessiones, humiliare se debent, et cum tristitiæ gemitu lacrymisque orare, non solum pro suis delictis, sed etiam pro fratris casu. Ait enim Apostolus: *Quis infirmatur, et ego non infirmor?* (*II Cor.* xi.)

*Unde supra.*

CCXCVIII. (Halitgar. *ibid*; Burchard. lib. xix, c. 2.) Dum ergo venerit aliquis ad sacerdotem confiteri peccata sua, mandet ei sacerdos ut exspectet modicum, donec intret ecclesiam aut cubiculum suum ad orationem. Si autem non est locus aptus ad hoc, dicat hanc orationem in corde suo.

*Oratio.*

CCXCIX. (Halitgar. *ibid.*; Burchard. *ibid.* c. 3.) Domine Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, ut condigne tibi possim gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti officii **139** sacerdotalis, et me exiguum humilemque mediatorem constituisti ad orandum et intercedendum ad Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum pro peccantibus et ad pœnitentiam revertentibus. Ideoque, dominator Domine, qui omnes homines vis salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed ut convertantur et vivant, suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum clementiæ tuæ pro famulis et famulabus tuis qui ad pœnitentiam venerunt, ut des illis spiritum compunctionis, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo adstricti tenentur, et ad te per condignam satisfactionem revertantur per eumdem Dominum.

Videns autem ille qui ad pœnitentiam venit sacerdotem tristem et lacrymantem pro suis facinoribus, magis ipse timore Dei perculsus, amplius tristetur et exhorrescat peccata sua (235).

*Ordo ad dandam pœnitentiam. Unde supra.*

CCC. (Burchard. *ibid.*) Post hæc interroga eum blande leniterque. **140** Credis in Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum? *Resp.* Credo. Credis quod istæ tres personæ unus Deus sit? *Resp.* Credo. Credis quod in ipsa ista carne, in qua nunc es, in ipsa resurgere habes in die judicii et recipere sive bonum sive malnm quod gessisti? Credo. Vis dimittere illis peccata qui in te peccaverunt, Domino dicente: *Si non remiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra* (*Matth.* vi). *Resp.* Volo. Et require ab eo diligenter si est incestuosus, aut suo seniori infidelis. Et si non vult incestum dimittere, non potes ei dare pœnitentiam. Si autem vult, potes. His præmissis, pœnitentem alloqui affectuose debet sacerdos his verbis:

Frater, noli erubescere peccata tua confiteri. Nam et ego peccator sum, et fortassis pejora quam tu feceris habeo facta. Hæc idcirco admoneo, quia usitatum generis humani vitium est, ut beatus Gregorius dicit (lib. xxii *Moral.* c. 9), et labendo peccatum committere, et commissum confitendo non prodere, sed negando defendere, atque convictum defendendo multiplicare. Et qui diabolo instigante nefanda crimina perpetrare non metuimus, hæc eadem quæ opere absque ulla verecundia perfecimus, eodem suadente saltim verbis confiteri erubescimus, et coram homine, qui similis nostri est, eisdemque fortasse passionibus subjacet, confundimur dicere quod coram Domino, qui omnia inspicit, absque ullo mentis rubore committere non formidavimus detestanda actione. Sponte ergo fateamur quod nullo cogente commisimus. Si vero nos nostra scelera celaverimus, **141** ab illo manifestabuntur qui et accusator [*cod. Rivipull.*, auctor] est peccati et incentor (236). Ipse enim hic nos ut peccemus instigat; ipse, cum peccaverimus, accusat. Si ergo in hac vita præveniamus eum et ipsi sceleris nostri accusatores simus, nequitias diaboli inimici nostri accusatoris effugiemus, Paulo teste, qui ait: *Si nosmetipsos judicaremus, non utique dijudicaremur* (*I Cor.* vi).

Videns autem eum sacerdos verecundantem, rursum prosequatur: Fortasse, charissime, non omnia quæ gessisti ad memoriam modo veniunt. Ego te interrogabo. Tu cave ne diabolo suadente aliquid celare præsumas. Et tunc eum ita per ordinem interroget.

Fecisti homicidium aut casu aut volens, aut pro vindicta parentum, aut jubente domino tuo, aut in publico bello. Si voluntarie fecisti, septem annos pœnitere debes; si nolens aut casu, quinque annos. Si pro vindicta parentis, unum annum, et sequentibus duobus annis tres quadragesimas et legitimas ferias. Si in bello, quadraginta dies. Si liber es, et jubente domino servum innocentem occidisti, annum unum, in duobus aliis annis tres quadragesimas et

(234) Caput istud non exstat in ms.

(235) Hic locus sic habet in veteri codice ms. monasterii Rivipullensis: « Videns autem ille frater, qui ad pœnitentiam venit, hanc sacerdotis humilitatem, magis peccata sua exhorrescit, magis scelera sua pertimescit. Post hæc charitative sacerdos eum suscipiat, humiliter eum sedere faciat secum, blande eum hujusmodi sermonibus attrahat. Frater, non erubescas confiteri peccata tua, » etc.

(236) Vide Ruricium, lib. ii, epist. 12.

legitimas ferias. Si servus dignus est morte, quadraginta dies pœniteat.

Fecisti truncationes manuum aut pedum, aut oculos hominis eruisti, aut vulnerasti hominem. Pro truncatione annum unum pœnitere debes; pro vulnere, quadraginta dies pœniteat.

Fecisti perjurium aut pro cupiditate sæculi, aut coactus et pro necessitate aut pervicacia **142** aut parentum, aut nesciens aut alios in perjurium induxisti scienter. Si sciens pejerasti, et alios in perjurium induxisti, septem annos pœnitere debes. Si nesciens, annum unum et tres quadragesimas. Si pro vita vel membris, tres quadragesimas :

Fecisti furtum aut sacrilegium aut infracturas vel rapinam, tollens quod tuum non erat. Si domos per noctem infregisti et quadrupedia tulisti vel
B fortiorem causam valentem solidis quadraginta, annum unum pœnitere debes et pretium reddere. Si non reddis, annos duos pœniteas. Si majorem fecisti furtum, tres annos pœnitere debes. Et si sæpe fecisti, annos septem. Pro modico furto viginti dies, pueri decem dies. Si de ecclesia aliquid tulisti, quod est sacrilegium, septem annos pœniteas.

Fecisti adulterium cum uxore aliena vel desponsata, vel virginem corrupisti, sive cum sanctimoniali vel Deo dicata, vel cum absoluta femina, id est, sine marito, vel cum ancilla propria. Si mœchatus es cum alterius uxore aut cum sanctimoniali, septem annos pœniteas ; si cum virgine, duos annos ; si cum vidua, annum unum. Si tuam
C uxorem dimisisti et alterius junxisti, septem annos pœniteas ; si cum vacante femina, tres quadragesimas et legitimas ferias ; si cum propria ancilla, quadraginta dies pœnitere debes.

Nupsisti cum uxore tua vel ancilla retro. Si fecisti, quadraginta dies debes pœnitere.

Nupsisti cum uxore tua quadraginta dies ante partum, quadraginta dies debes pœnitere.

**143** Nupsisti in die Dominico, tres dies pœnitere debes.

Fecisti raptum de virgine vel vidua, tres annos pœnitere debes.

Fecisti fornicationem, sicut Sodomitæ fecerunt, cum pecoribus aut cum matre vel sorore, quindecim annos vel duodecim pœnitere debes.

D Coinquinatus ex uxore tua in Quadragesima. Si hoc fecisti, annum unum pœnitere debes aut viginti sex solidos in eleemosynam dare. Si per ebrietatem evenit, quadraginta dies pœniteas.

Hoc etiam caveri debet, ut viginti dies ante Natale Domini et Pentecosten et omni die Dominica et post conceptionem manifestatam vir contineat se ab uxore.

A Dixisti falsum testimonium pro cupiditate aut nesciens, annum unum pœniteas.

Truncasti ullum membrum, tres annos pœniteas.

Odisti fratrem tuum. Quandiu in ipso odio fuisti, tandiu pœniteas in pane et aqua.

Detraxisti ullum hominem ad seniorem vel ad pares propter invidiam, quadraginta dies pœniteas.

Violasti in furto sepulcrum, annos duos pœniteas.

Contigit tibi ulla negligentia de sacrificio Domini, centum quadraginta dies pœniteas.

Consuluisti magos aut aruspices, aut incantatores aut sortilegos, vel vota quæ ad arbores vel ad fontes fiunt vovisti, annos tres pœniteas.

**144** Tulisti aliquid pecuniæ de Ecclesia. Aut in quadruplum restitue, aut tres annos pœniteas.

Perdidisti aliquem per injustam delaturam, tres annos pœniteas.

Duxisti aut transmisisti aliquem in captivitatem, tres annos pœniteas (237).

Cremasti domum aut aream alterius, tres annos pœniteas.

Fecisti vomitum per ebrietatem, quindecim dies pœniteas. Si per contentionem, quadraginta. Si nesciens, sex dies pœniteas (238)

Manducasti morticina aut dilacerata a bestiis, quadraginta dies pœniteas. Similiter si sanguinem comederis.

Bibisti de liquore in quo mus vel mustela mortua inventa fuerit, quadraginta dies pœniteas.

Contempsisti inductum jejunium in Ecclesia vel decreta seniorum, quadraginta dies pœniteas. Si in Quadragesima, unum annum.

**145** Oppressisti infantem tuum, quinque annos aut tres pœnitere debes.

Bibisti ullum maleficium, id est, herbas vel alias causas, ut non potuisses infantes habere, aut alio donasti, aut hominem per mortiferam potionem occidere voluisti, aut alium hoc facere docuisti, aut de semine viri gustasti ut in amorem tuum exardesceret, aut chrisma bibisti aut ad subvertendum Dei judicium alteri dedisti, etc. Si quid hujusmodi operatus es, septem annos pœniteas.

Necasti voluntarie partus tuos, decem annos pœniteas. Et si filum vel filiam occidisti, duodecim. Et si in utero ante conceptum, unum annum. Si post conceptum, tres annos. Si tuus infans per tuam negligentiam sine baptismo mortuus est, annum unum pœniteas, et nusquam sis sine aliqua pœnitentia.

Fecisti aliquid, quod pagani faciunt in Kalendis Januarii, in cervulo vel in vegula, tres annos pœniteas.

Fecisti aliquid vel dixisti in quocunque opere

(237) Editio Helmæstadiensis ita habet: « Duxisti aut transmisisti ullum hominem Christianum in captivitatem, tres annos. » Burchardus in libro XIX paulo fusius, et cum aliquo discrimine. « Duxisti aut transmisisti vel vendidisti aliquem hominem in captivitatem, nisi pro pace communi. Si fecisti ; reduc eum, si poteris. Sin autem, duos annos per legitimas ferias pœniteas. »

(238) Editio Helmæstadiensis : « Fecisti vomitum per ebrietatem, XV dies pœniteas. Si per contentionem, XL. Si nesciens, VII dies pœniteas. Similiter si sanguinem comederis. »

quod inchoas per sortilegam vel magicam artem, annum unum pœniteas.

Misisti filium tuum super tectum aut super fornacem pro aliqua sanitate, vel incendisti grana ubi mortuus homo fuerat, quinque annos pœniteas.

Cantasti carmina diabolica super mortuos, viginti dies pœniteas.

Junxisti te mulieri tempore menstruo, quadraginta dies pœniteas.

Nupsisti cum uxore tua, postquam peperit, antequam quadraginta dies adimplerentur, **146** triginta dies pœniteas.

Communicasti de sacrificio Domini, et non prius abstinuisti ab uxoris amplexu quinque aut septem diebus, dies viginti pœniteas.

Operatus es aliquid in Dominica die, septem dies pœniteas.

Detraxisti vel maledixisti aliquem causa invidiæ, septem dies pœniteas.

(Burchard. lib. xix, c. 6 ; *Capitulare* Theodulfi, c. 31.) Nunc tibi octo principalia vitia explicabo, id est, superbiam, vanam gloriam, invidiam, iram, tristitiam, avaritiam, ventris ingluviem, luxuriam. Ex quibus si te culpabilem recognoscis, pœnitentiam suscipe. Nam ex his omnia vitia oriuntur. (239) [De superbia, quæ initium omnis peccati est et regina omnium malorum, nascitur omnis inobedientia, omnis præsumptio, et omnis pertinacia, contentiones, hæreses, arrogantia.] De vana gloria oriuntur inobedientia, jactantia, hypocrisis, contentiones, pertinacia, discordiæ, novitatum præsumptiones. De invidia nascitur odium, susurratio, detractio, exsultatio in adversis proximi, afflictio in prosperis. De ira oriuntur rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blasphemiæ. De tristitia nascitur malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor, vagatio mentis. De avaritia oriuntur proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo; et contra misericordiam obduratio. De ventris ingluvie propagatur inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus. De luxuria generatur cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, **147** amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, horror et desperatio futuri.

ALLOCUTIO.

(Burchard. lib. xix, c. 7.) Ergo si superbus usque modo fuisti, humilia te ipsum in conspectu Dei. Si vanam gloriam dilexisti, cogita ne propter transitoriam laudem æternam perdas mercedem. Si invidiæ rubigo te huc usque consumpsit, quod est maximum peccatum et super omnia detestabile, quia diabolo comparatur invidus, qui primo homini invidit datum quod ipse per suam culpam perdiderat, age pœnitentiam, et profectum aliorum, tuum deputa. Si tristitia te superat, patientiam et longanimitatem meditare. Si avaritiæ morbus gravat, cogita quia radix est omnium malorum et idololatriæ comparatur, et ideo lar-

A gum te esse oportet. Si ira te vexat, quæ in stultorum sinu requiescit, dominari debes animo tuo, et hanc a te mentis tranquillitate fuga. Si ventris ingluvies ad vorandum pertrahit, sobrietatem sectare. Si luxuria, castitatem vove.

Tunc prosternat se pœnitens in terram, et cum lacrymis dicat : Et in his et in aliis quibuscunque humana fragilitas contra Deum et creatorem suum aut cogitando, aut loquendo, aut operando, aut delectando, aut concupiscendo peccare potest, in omnibus me peccasse et reum in conspectu Dei super omnes homines esse cognosco et confiteor. Humiliter etiam te, sacerdos Dei, exposco ut intercedas pro me et pro peccatis meis ad Dominum et creatorem nostrum, quatenus de his et de omni-
B bus **148** sceleribus meis veniam et indulgentiam consequi merear.

Deinde sacerdos surgat et psalmum xxxvii decantet. Deinde l et liii, et prosternat se in terram, et dicat hunc orationem :

ORATIO

Precor, Domine, clementiæ et misericordiæ tuæ majestatem ut famulo tuo illi nunc peccata et facinora sua confitenti veniam relaxare digneris et præteritorum culpas indulgeas. Qui humeris tuis ovem perditam reduxisti, qui publicani precibus et confessione placatus es, tu etiam, Domine, huic famulo tuo illi placatus esse digneris. Tu hujus precibus benignus aspira, ut in confessione placabilis permaneat. Fletus ejus et petitio perpetuam clementiam tuam celeriter exoret sanctisque alta-
C ribus restitutus rursum æternæ ac cœlesti gloriæ mancipetur, qui vivis, etc.

*Deinde adjungatur :*

Deus omnipotens sit adjutor et protector tuus, et præstet indulgentiam de peccatis tuis præteritis, præsentibus et futuris (Burchard. lib. xix, c. 7).

*Præfatio* Bedæ *de remediis peccatorum.*) Hæc de remediis peccatorum ex priorum monumentis excerpsimus : in quibus tamen omnibus, non auctoritate censoris, sed consilio potius compatientis usi sumus, solerter admonentes doctum quemque sacerdotem Christi ut in universis quæ hic adnotata repererit, sexum, ætatem, conditionem, statum, personam, intellectum, ipsum quoque cor **149** pœnitentis curiose discernat, et secundum hæc, ut
D sibi visum fuerit, singula quæque dijudicet. Quibusdam namque a cibis abstinendo, aliis eleemosynas dando, nonnullis genua flectendo sæpius, sive in cruce stando, aut aliquid aliud hujusmodi, quod ad purgationem peccatorum pertineat, faciendo, universa necesse est errata corrigere ; quæ universa in examine discreti debent pendere judicis.

*De pœnitentibus. Ex concilio Africano.*

CCCI. (Halitgar. lib. iii, c. 1, 11 ; *concil Carthag.* iii, c. 31.) Pœnitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

(239) Ista desunt in edit. Helmæstad. et in cod. ms. ; addita autem sunt ex Burchardo et aliis.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCCII. (HALITGAR. *ibid.* c. 1. *concil. Carthag.* IV, c. 74; BURCHARD. lib. XIX, c. 35). Ut sacerdos pœnitentiam imploranti absque personæ acceptione pœnitentiæ leges injungat.

*Ut pœnitentia conjugatis ex consensu detur. Ex concilio Arelatensi.*

CCCIII. (*Concil. Arelat.* II, c. 22; BURCHARD. lib. XIX, c. 111). Pœnitentiam conjugatis nonnisi ex consensu dandam.

*Ex concilio Laodicensi.*

CCCIV. (*Concil. Laodic.* c. 2; HALITGAR. lib. III, c. 12; BURCHARD. lib. XIX, c. 41). De his qui diversis facinoribus peccaverunt, et perseverantes in oratione confessionis et pœnitentiæ conversionem a malis habuere perfectam, pro qualitate delicti talibus pœnitentiæ tempus impensum, propter clementiam et bonitatem Dei communio concedatur.

150 *De eadem re.*

CCCV. (HALITGAR. *in præfat.* lib. VI; BURCHARD. lib. XIX, c. 32). Unumquemque hominem accedentem ad pœnitentiam si videris acriter et assidue stare in pœnitentia, statim remissius age adversus eum (240).

*Ex concilio africano.*

CCCVI. (*Concil. Carthag.* III, c. 32; BURCHARD. lib. XIX, c. 40, 70). Ut presbyter non interrogato episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia episcopi, necessitate compellente.

*Ex epistola Innocentii papæ.*

CCCVII. (*Decreta* INNOC. I, c. 7; HALITGAR. lib. III, c. 13; BURCHARD. lib. XVIII, c. 18). De pœnitentibus autem qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Sane si quis ægritudinem inciderit, et usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum.

*Ex concilio Carthaginensi.*

CCCVIII. (*Concil Carthag.* IV, c. 75; BURCHARD. lib. XV, c. 38). Ut negligentes pœnitentes tardius recipiantur.

151 *Ut nullus episcopus alterius civitatis vel parochiæ pœnitentem suscipiat, vel sine episcopi vel presbyteri testimonio reconciliet. Ex epistola Felicis papæ.*

CCCIX. (FELIX III; *epist.* 7, c. 6). Curandum summopere est ne quis fratrum coepiscoporumque nostrorum aut etiam presbyterorum in alterius civitate vel diœcesi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio et litteris, ad cujus pertinet parochiam, suscipiat.

*Ut presbyteris et diaconibus manus tanquam pœnitentibus non imponatur. Ex concilio Carthaginensi.*

CCCX. (*Concil. Carthag.* V, c. 11; BURCHARD. lib. XIX, c. 72). Confirmatum est ut si quando presbyteri vel diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit removeri, non eis manus tanquam pœnitentibus vel tanquam fidelibus laicis imponatur.

*Ut pœnitentia clericis non negetur. Ex concilio Arelatensi.*

CCCXI. (*Concil. Arelat.* II, c. 29). Pœnitentiam desiderantibus clericis non negandam.

*Qualiter presbyteri et diaconi agant pœnitentiam. Ex epistola Leonis papæ.*

CCCXII. (*Decreta* LEONIS I, c. 16; BURCHARD. lib. XIX, c. 71). Alienum est a consuetudine ecclesiastica ut qui in presbyterali honore aut diaconi gradu fuerint consecrati, hi pro crimine 152 aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi, secundum quod scriptum est: *Sacerdos, si peccaverit, quis orabit pro illo?* (*I Reg.* I). Unde hujusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei privata est expetenda secessio; ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

*Ut a negotiatione pœnitentes abstineant. Ex epistola Leonis papæ.*

CCCXIII. (*Decreta* LEONIS I, c. 23; HALITGAR. lib. III, c. 6; RAB. *epist. ad Heribald.* c. 15; BURCHARD. lib. XIX, c. 95). Qualitas negotiandi aut excusat aut arguit, quia est honestus quæstus et turpis. Verumtamen pœnitenti utilius est dispendia pati quam periculis negotiationis astringi, quia difficile est inter ementis vendentisque commercium non intervenire peccatum.

*Ut post depositum cingulum nullus pœnitens ad militiam sæcularem redeat. Ex eadem.*

CCCXIV. (*Decreta* LEONIS I, c. 24; HALITGAR. ibid. c. 7; BURCHARD. lib. XIX, c. 66). Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis post pœnitentiæ actionem redire ad militiam sæcularem, cum Apostolus dicat: *Nemo militans Deo*, etc. Unde non est liber a laqueis diaboli qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.

*De eadem re. Ex concilio Arelatensi.*

CCCXV. (*Concil. Arelat.* II, c. 25; BURCHARD. lib. XIX, c. 67). Hi qui post sanctæ religionis propositum apostatant, et ad sæculum redeunt, et postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, communionem non accipiant sine pœnitentia; quos etiam jubemus ad clericatus 153 officium non admitti.

*Item ex eodem.*

CCCXVI. Quicumque habitum sæcularem præsumpserit, ab Ecclesia expellatur.

*De eadem re. Ex concilio Toletano.*

CCCXVII. (*Concil. Tolet.* VI, c. 7. Vide *Decreta* SIRICII, c. 5; *Concil. Aurelian.* I, c. 13, et HALITGAR. lib. III, c. 8). De his qui acta pœnitentia ad pristina redeunt peccata, antiquorum patrum decernunt concilia, ut qui acta pœnitentia tanquam canes ac sues ad vomitus pristinos et ad volutabra redeunt, quousque ad remedia pœnitentiæ recurrant

(240) In veteri codice ms. monasterii Rivipullensis, post hæc verba, *remissius age adversus eum*, ista adduntur: *Si vero negligentem videris et tepidum, tardius relaxa eum.*

et ad omissum ordinem revertantur, excommunicati et anathema condemnati habeantur.

*De eadem re. Ex dictis sancti Gregorii.*

CCCXVIII. (Burchard. lib. xix, c. 65). Qui se illicita meminit commisisse, a licitis etiam studeat abstinere ; quatenus per hoc conditori suo satisfaciat; ut qui commisit prohibita, sibimet abscidere debeat etiam concessa.

*De eadem re. Ex epistola Leonis.*

CCCXIX. (*Decreta* Leonis I, c. 22 ; Halitgar. lib. iii, c. 5 ; lib, vii *Capitulur.*, c. 43). Illicitorum veniam postulantem oportet etiam a licitis abstinere, dicente Apostolo : *Omnia licent, sed non omnia expediunt* (241) [*I Cor.* vi).

*De eadem re. Ex concilio Toletano.*

CCCXX. (Burchard. lib. xix, c. 158). Ea quæ frequenti prævaricatione iterantur, frequenti etiam sententia condemnantur.

**154** *De eadem re. Ex dictis Basilii episcopi.*

CCCXXI. (*Regula S. Basilii* c. 27 ; Burchard. lib. xix, c. 39). Pœnitentem ex corde ita oportet suscipere sicut Dominus ostendit, cum dicit : *Quia convocavit amicos suos et vicinos dicens : Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quam perdideram* (*Luc.* xv).

*Unde supra.*

CCCXXII. (*Regula S. Basilii*, c. 18). Affectum illum in se recipiat pœnitens quem gerebat ille qui dicebat : *Iniquitatem odio habui et abominatus sum* (*Psal.* cxviii).

*Qualis sit vera pœnitentia. Ex dictis sancti Augustini.*

CCCXXIII. Pœnitentiam certam non facit nisi odium peccati et amor Dei. Quando sic pœnites ut tibi amarum sapiat in animo quod antea dulce fuit in vita, et quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciet in corde, tunc vere pœnites.

*Quales esse debemus erga impœnitentes. Unde supra*

CCCXXIV. (*Regula S. Basilii* c. 28 ; Burchard. lib. xix, c. 64). Erga eum qui pro peccato non pœnitet tales esse debemus sicut Dominus præcepit dicens : *Sit tibi sicut gentilis et publicanus* (*Matth.* xviii); et sicut Apostolus jubet : *Subtrahite*, inquit, *vos ab omni fratre inordinate ambulante et non secundum traditionem quam tradidi vobis* (*II Thess.* iii).

*Ut clerici non intersint nuptiis.*

CCCXXV. (*Concil. Venetic.* c. 11 ; *conc. Agath.* cap. 39 ; Burchard. lib. ii, c. 134). Presbyteri, diaconi, subdiaconi, **155** vel deinceps quibus ducendi uxores non est licentia, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, neque his cœtibus admisceantur ubi amatoria cantantur et turpia, aut obsceni motus corporum choris et saltationibus efferuntur ; ne auditus et obtutus sacris mysteriis deputatus turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

*De eadem re. Ex concilio Moguntiacensi c p.* 39.

CCCXXVI. (Burchard. lib. ii, c. 132). Quibus licentia uxores ducendi non est, alienarum nuptiarum evitent convivia.

*De eadem re. Ex decretis sancti Martini papæ.*

CCCXXVII. (Martinus Bracar. c. 59 ; Burchard. lib. ii, c. 135). Non licet sacerdotibus vel clericis aliqua spectacula in nuptiis vel conviviis spectare ; sed oportet, antequam ingrediantur ipsa spectacula, surgere et redire inde (242).

*De temporibus quibus se continere debent conjugati ab uxoribus. Ex concilio Helibernensi.*

CCCXXVIII. (Burchard. lib. xix, c. 155). Synodus Helibernensium dicit : In tribus quadragesimis anni, et in die Dominico, et in quarta feria et sexta feria conjugales continere se debent. Item nec in illis diebus copulari quandiu gravata fuerit uxor, id est, a quo die filius in ultero motum fecerit usque ad partum. Item a partu post triginta tres dies, si filius, si autem filia, post quinquaginta sex.

**156** *De eadem re. Ex pœnitentiali.*

CCCXXIX. Uxoratus contineat se quadraginta dies ante Pascha et Pentecosten seu ante Natale Domini, et omnem Dominicam noctem, et quartam et sextam feriam, et a conceptione manifestata usque post natam sobolem. Uxor post natam sobolem abstineat se ab ecclesia, si filius est, dies triginta : si filia, dies quadraginta. Mulier se abstineat a viro tres menses ante partum, et post partum quadraginta dies. Qui autem nupserit his diebus, viginti dies pœniteat.

*De eadem re.*

CCCXXX. (Burchard. lib. xix, c. 76). Qui in quadragesima ante Pascha cognoverit uxorem suam et noluerit abstinere ab ea, uno [*Edit. Helmæstad.*, annos v pœn.] anno pœniteat, aut pretium suum, videlicet viginti sex solidos, ad ecclesiam tribuat, aut pauperibus dividat. Si per ebrietatem et sine consuetudine acciderit, quadraginta dies pœniteat.

*Quod ante communionem abstinere debet a conjuge.*

CCCXXXI. (Burchard. lib. v, c. 22). Omnis homo ante sacram communionem a propria uxore abstinere debet vii, aut v, aut iii dies.

*De eulogiis populo a presbytero dandis. Ex concilio Nannetensi.*

CCCXXXII. (*Concil Nannet.* c. 9 ; Burchard. lib. v, c. 27). Ut de oblationibus quæ offeruntur a populo, et consecrationi supersunt, vel de panibus quos offerunt fideles ad **157** ecclesiam, vel certe de suis presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido, ut post missarum solemnia, qui communicare non fuerunt parati, eulogias omni die Dominico et in diebus festis exinde accipiant ; et illa unde eulogias presbyter daturus est ante in hæc verba benedicat :

ORATIO.

(Burchard. lib. v, c. 28). Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua sancta et spirituali benedictione, ut sit

(241) Vide Rabani epistolam ad Heribaldum Antissiodorensem, cap. 15.
(242) Vide supra cap. 213.

omnibus salus mentis et corporis, atque contra omnes morbos et universas inimicorum insidias tutamentum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, panem vitæ, qui de cœlo descendit, et dat vitam et salutem mundo, et tecum vivit et regnat.

Providendum est autem ne micæ incaute defluant.

*Ut presbyteri cum stola incedant. Ex synodo Triburiensi.*

CCCXXXIII. Ut presbyteri non vadant nisi stola vel orario induti. Et si itinere presbyteri spoliantur vel vulnerantur aut occiduntur non stola vestiti, simplici emendatione sua solvantur. Si autem cum stola, tripliciter.

*De eadem re. Ex concilio Moguntiacensi.*

CCCXXXIV. *Concil. Mogunt. sub. Car. M. c.* 28; lib. v *Capitular.* c. 81, et lib. vi, c. 169; Burchard. lib. ii, c. 101.) Presbyteri sine intermissione utantur orariis, propter differentiam sarerdotalis dignitatis.

**158** *Ne clerici laicalibus induantur vestibus. Ex concilio quo supra.*

CCCXXXV. (Burchard. lib. ii, c. 208.) Ut laicalibus vesmentis clerici non utantur, id est, mantellum vel cottam sine cappa, nec pretiosis et ineptis calciamentis et aliis novitatum vanitatibus, sed religioso et decenti habitu incedant (243).

*De eadem re. Ex concilio Adrisphach in Bajoaria, cap. 41.*

CCCXXXVI. Ut nullus clericus vestimenta laicalia portet; nec arma, nisi tantum quod ipsius religioni deceat, induere præsumat.

*De eadem re. Ex concilio Carthaginensi.*

CCCXXXVII. (*Concil. Carthag.* iv, c. 45; Burchard. lib. ii, c. 209.) Clericus professionem suam etiam habitu et incessu probet. Et ideo nec vestibus nec calciamentis decorem quærat.

*Ne presbyteri per pretium ecclesias obtineant. Ex concilio Moguntiacensi.*

CCCXXXVIII. (Rab., *epist. ad Herib. id.*, c. 19; Burchard. lib. iii, c. 110.) Quincunque presbyter per pretium ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur: quoniam contra ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere degnoscitur qui alium presbyterum legitime ad ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vindicaverit (244).

**159** *Quod non ubique sacrificium sit offerendum. Ex epistola Anacleti papæ.*

CCCXXXIX. (245) Sacerdotes quando sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Deo perfecte in sacratis Domino locis sacrificare probentur. Ait namque auctoritas legis divinæ: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegit Dominus Deus tuus. (Deut.* xii.)

*Ubi sit missa celebranda. Ex concilio sancti Silvestri.*

CCCXL. Lib. vi *Capitular.* c. 198.) Ut nullus presbyter missam celebrare præsumat nisi in sacratis ab episcopo locis, qui sui particeps de cætero voluerit esse sacerdotii (246).

*Ut de decimis quatuor fiant portiones. Ex synodo Nannetensi.*

CCCXLI. (*Concil. Nannet.* c. 10: lib. vii *Capitular.* c. 290; Burchard. lib. iii, c. 138.) Instruendi sunt presbyteri pariterque admonendi quatenus noverint decimas et oblationes quas a fidelibus accipiunt, pauperum et hospitum et peregrinorum esse stipendia, et non quasi suis sed quasi commendati uti, de quibus omnibus sciant se rationem **160** posituros in conspectu Dei, et nisi eas fideliter pauperibus et his qui præmissi sunt administraverint, damna patiendos (*cod. ms.*, faciendos; *editio Sirmondi*, passuros]. Qualiter vero dispensari debeant, canones sancti instituunt; scilicet ut quatuor partes inde fiant, una ad fabricam ecclesiæ relevandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta episcopo reservanda, ut quidquid exinde jusserit, prudenti consilio fiat.

*Si episcopus aut presbyter rem ecclesiæ quocunque ingenio alienare præsumpserit. Ex concilio Bracarensi.*

CCCXLII. (*Concil. Bracar.* ii, c. 17; Burchard. lib. iii, c. 179.) Si quis presbyter aut diaconus inventus fuerit de ministeriis ecclesiæ aliquid venundasse, quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiæ non haberi. In judicio tamen episcopi dimittendum est sive dignus sit sive indignus in suo recipi gradu.

*Ut nulli præsuli possessionem magnam vel parvam ecclesiæ liceat in perpetuum alienare. Ex decretis Symmachi papæ.*

CCCXLIII. (*Concil. Roman.* iii, *sub Symmacho*, c. 4.) Ut nulli apostolicæ sedis præsuli liceat prædium rusticum, quantæcunque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis, sub perpetua alienatione vel commutatione ad cujuslibet jura transferre (247).

*Ex eadem re. Ex eodem.*

CCCXLIV. (*Ex eod. conc. Rom.*, c. 1.) Sane domus in quibuslibet **161** urbibus constitutæ, quarum statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis si offerri contigerit, sub justa æstimatione redditibus et divini timore judicii commutentur.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCCLXV. (*Ex eod. conc. Rom.* c. 6; Burchard. lib. iii, c. 180.) Quicunque presbyter de jure tituli

(243) Vide Capitulare Ahytonis episcopi Basileensis, cap 15.
(244) Vide supra, cap. 240.
(245) Vide supra capp. 132 et 191.
(246) Caput istud habetur in epilogo quem vocant concilii Romani, sub papa Silvestro celebrati, et inde apud Gratianum dist. I, *de consecrat.* cap. 15. Vide Capitulare Theodulfi Aurelianensis, cap. 11; Capitular Ahytonis episcopi Basileensis, cap. 8; et Capitula ejusdem cap. 14. Vide etiam Addit. i Capitular., cap. 10.
(247) Vide concilium Parisiense, lib. i, cap. 17.

sui quolibet modo, præter aurum, argentum, vel gemmas, vestes quoque, si sunt, vel si accesserint aliqua mobilia ad ornamenta divina minime pertinentia, aliquid in perpetuum alienare tentaverit, donator, alienator ac venditor honoris sui amissione mulctentur.

*Item cap. 6.*

CCCXLVI. (*Ex eod. conc. Rom.* c. 7.) Præterea qui rem ecclesiæ petierit et acceperit, vel qui presbyterorum aut diaconorum seu defensorum danti subscripserit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur.

*Ut presbyteri non vendant rem ecclesiæ ubi sunt constituti. Ex concilio Carthaginensi.*

CCCXLVII. (*Concil. Carthag.* c. 33; BURCHARD. lib. III, c. 178.) Item placuit ut presbyteri non vendant rem ecclesiæ ubi sunt constituti, nescientibus episcopis suis; quomodo et episcopo non licet vendere prædia ecclesiæ ignorante concilio et presbyteris sui. Non habentem autem necessitatem nec episcopo liceat ecclesiæ ignorante concilio et presbyteris suis. Non habentem autem necessitatem nec episcopo liceat ecclesiæ rem tituli sui usurpare [*Legendum*, liceat matricis ecclesiæ nec presbytero rem, etc.]

**162** *De eadem re. Ex eodem.*

CCCXLVIII. (*Concil. Carthag.* c. 26.) Placuit ut rem Ecclesiæ nemo vendat. Quod si redditus non habet, et aliqua nimia necessitas cogat, hoc insinuandum est primati provinciæ ipsius; ut cum statuto numero episcoporum, utrum fiendum sit arbitretur. Quod sin on fecerit, reus Deo et concilio venditor amisso honore teneatur.

*Ex decretis sancti Martini papæ.*

CCCXLIX. (MARTIN. BRACAR. c. 14; BURCHARD. lib. I, c. 215, et lib. III, c. 181.) Si quis episcopus, nulla ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus, in suo clero [inscio clero], aut ubi forte non est presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid præsumpserit vendere, res ipsas ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, et in judicio episcoporum dejiciatur auditus, et tanquam furti aut latrocinii reus suo honore privetur.

*Quid agere oporteat propinquos illius qui ecclesiam ditavit de rebus suis, si prævidèrent ex collatis aliquid defraudatum ecclesiæ. Ex concilio Toletano.*

CCCL. (*Concil. Tolet.* IX, c. 1; BURCHARD. lib. III, c. 182). Omnis itaque rei ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum rite præparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum vel ministrorum ex rebus ecclesiæ, quæ in quibuscunque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri suo aut cathedræ propriæ unitati connectat. Verum ut hujus rei potior soliditas habeatur, propinquis ejus qui construxit vel ditavit ecclesiam licitum sit hanc bonæ intentionis habere **163** solertiam, ut si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collectis rebus præviderint defraudare, aut commonitionis honesta conventione

A compescant, aut talia episcopo vel judici corrigenda denuntient. Quod si talia episcopus agere tentat, metropolitano ejus hæc insinuare procurent. Si autem metropolitanus talia egerit, regis hæc auribus intimare non differant. Ipsis tamen hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi juris proprii potestatem præferre, non rapinam, non fraudem ingerere, non violentiam quamcunque præsumere. Si quis hæc monita temerare præsumpserit, et male rapta cum confusione restituet, et excommunicationis annuæ sententiam sustinebit.

*De terrulis et exiguis vineis. Ex concilio Agathensi.*

CCCLI. (*Conc. Agath.* c. 45.) Terrulas aut vineas B exiguas et ecclesiæ minus utiles aut longe positas parvas episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem.

*Quod fugitivi servi ecclesiæ permittuntur distrahi. Ex eodem concilio.*

CCCLII. (*Concil. Agath.* c. 46; BURCHARD. lib. III, c. 188). Fugitivos etiam servos, domos suas aut familias deserentes, qui etiam si revocati fuerint, teneri non possunt, simili ratione ab episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur.

**164** *Si quis chartas vel præcepta regia supprimere aut adversariis tradere ausus fuerit. Ex concilio Agathensi.*

CCCLIII. (*Conc Agath.* c. 26; BURCHARD. lib. III, C c. 183.) Si quis vero de clericis documenta quibus ecclesiæ possessio firmatur aut supprimere aut negare aut adversariis fortasse tradere damnabili et punienda obstinatione præsumpserit, quidquid per abstinentiam [*edit. Helmæstad.*, abstractionem; *Sirm.*, absentiam] documentorum damni Ecclesiæ illatum est, et de propriis facultatibus reddant, communione priventur. Hi autem qui in damno ecclesiæ instrumenta sanctæ Ecclesiæ impie sollicitati a traditoribus [*Sirm.*, sollicitatis trad.] susceperunt, pari sententia feriantur.

*De testamento episcopi qualiter valeat. Ex eodem concilio.*

CCCLIV. (*Conc. Agath.* c. 51; BURCHARD. lib. I, c. 212.) Si quis episcopus condito testamento ali-D quid de ecclesiastici juris proprietate delegaverit, aliter non valebit nisi tantum de juris proprii facultatibus suppleverit.

*De manumissionibus in Ecclesia. Ex eodem.*

CCCLV. (*Conc. Agath.* c. 56.) Mancipia monachis donata ab abbate non licet manumitti. Injustum est enim ut, monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum libertatis otio potiantur (248).

*De eadem re. Ex concilio Toletano.*

CCCLVI. (*Concil. Tolet.* IV, c. 67; BURCHARD. lib. III, c. 189.) Episcopi qui nihil ex proprio suo Ecclesiæ Christi conferunt libertos ex **165** familiis

(248) Vide Regulam sancti Ferreoli, cap. 36.

Ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium est enim ut qui res suas Ecclesiæ Christi non contulerit, damnum inferat. Tales igitur libertos successor episcopus absque aliqua oppositione ad jus Ecclesiæ revocabit (249).

*De eadem re. Ex eodem concilio.*

CCCLVII. (*Concil. Tolet.* IV, c. 68; BURCHARD lib. III, c. 176). Episcopus qui mancipium juris Ecclesiæ, non retento ecclesiastico patrocinio, manumitti desiderat, duo meriti ejusdem et peculii coram concilio Ecclesiæ cui præeminet per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat, ut rata et justa inveniatur definitio commutantis. Hujusmodi autem liberto adversus Ecclesiam cujus juris exstitit accusandi vel testificandi denegetur licentia. Quod si præsumpserit, placet ut stante commutatione in servitutem propriæ Ecclesiæ revocetur.

*De libertis Ecclesiæ. Ex eodem concilio.*

CCCLVIII. (*Concil. Tolet.* IV, c. 72; BURCHARD. lib. III, c. 186). Liberti qui a quibuscunque manumissi sunt, atque Ecclesiæ patrocinio commendati sunt, sacerdotali defensione a cujuslibet insolentia protegantur, sive in statu libertatis eorum, seu in peculio quod habere noscuntur.

*De thesauris ecclesiasticis. Ex Capitularium lib.* I, *titulo* 117.

CCCLIX. (Lib. I *Capitular.* c. 123). Ut singuli episcopi, abbates et abbatissæ diligenter considerent thesauros **166** ecclesiasticos, ne propter perfidiam aut negligentiam custodum aliquid de gemmis aut de vasis vel de reliquo thesauro sit perditum.

*Ut nullus rem ecclesiæ immobilem alienare præsumat, Ex lib.* I, *cap.* 19.

CCCLX. (Imp. JUSTINIAN., *nov.* 7, c. 1; lib. II *Capitular.* c. 29; BURCHARD. lib. III, c. 164). Nulli liceat alienare rem immobilem ecclesiæ, sive domum, sive agrum, sive hortum, sive rusticum mancipium, vel panes civiles, neque creditoribus specialis hypothecæ titulo obligare (250). Alienationis autem verbum contineat conditionem, donationem, permutationem, et emphiteuseos perpetuum contractum. Sed omnes omnino sacerdotes ab hujusmodi alienatione abstineant, pœnas timentes quas Leoniana constitutio minatur (L. 14, C. *de sacros. eccles*).

*Si princeps commutationem in ecclesia facere voluerit. Ex eodem capitulo* 30.

CCCLXI. (JUSTINIAN. *nov.* 7, c. 2; lib. II *Capitular.* c. 30; BURCHARD. lib. III, c. 165). Si princeps voluerit rem immobilem sanctis locis præstare et accipere ab eo aliam immobilem rem, et eo modo permutationem contrahere, liceat hoc ei facere divina pragmatica sanctione ab eo promulgata (251).

*De precariis ecclesiasticis. Ex concilio ad Belvacum titulo* 21.

CCCLXII (*Concil. Meld.* c. 21; *Capitula* CAROLI CALVI tit. 6, c. 4; BURCHARD. lib. III, c. 166). Ut precariæ et commutationes tempore viduatarum occupaverant, rescindantur, et cum auctoritate ecclesiastica **167** vel civili, si fiendæ sunt, fiant.

*De eadem re. Cap.* 22.

CCCLXIII. (*Concil. Meld.* c. 22; *Capitula* CAROLI CALVI, tit. 6, c. 7; BURCHARD. lib. III, c. 167). Precariæ autem a nemine de rebus ecclesiasticis fieri præsumantur, nisi quantum de qualitate convenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus ecclesiæ, in suo tantum qui dederit nomine, si res proprias et ecclesiasticas usu fructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit ex rebus ecclesiasticis triplum fructuario usu in suo tantum quis nomine sumat. Quia sic eas quemque tractare ut alienarum rerum dispensatorem convenit, non ut propriarum largitorem.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCCLXIV. (*Concil. Meld.* c. 22; BURCHARD. lib. III, c. 168). A nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus Deo et sanctis ejus dicatis, cum ratio et usus obtineat neminem cui non vult contra utilitatem et rationem præstitum de proprio facere beneficium.

*Ut precariæ in quinquennio renoventur. Ex eodem.*

CCCLXV. *Concil. Meld.* c. 22; BURCHARD. lib. III, c. 169). Ut precariæ de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem et auctoritatem renoventur.

*De commutationibus. Ex eodem, cap.* 23.

CCCLXVI. (*Concil. Meld* c. 23; BURCHARD. lib. III, c. 171). Ut commutationes rerum ecclesiasticarum valide caveantur et subtilissime **168**, si aliquo modo fieri debent, inspiciantur. Quæ autem inconsulte factæ sunt, juxta decretum canonicum Hilarii papæ (*cap.* 1), quæ illicite decessor episcopus admiserit, vel ab aliis illicite commissa sunt, ab eo qui successor est emendentur (252).

*Ne præcepta fiant super beneficia ecclesiastica vel precarias. Ex concilio apud sanctum Medardum, cap.* 40.

CCCLXVII. (*Conc. Meld.* c. 22; *Capitula* CAROLI CALVI, tit. 6, 7; BURCHARD. lib. III, c. 175). Præcepta autem regalia super precariis ecclesiasticis fieri nec ratio sinit nec auctoritas quolibet modo permittit: quoniam præcepta in jure ecclesiastico firmare indignum judicet necesse est majestas regia nisi ab ecclesiastico rectore petantur. Isdem autem custos Ecclesiæ solertissime caveat ne sui ordinis et ecclesiasticæ communionis forte immemor,

(249) Vide concilium Hispalense I, cap. 1 et 2, et concilium Emeritanum, cap. 20.

(250) Vide lib. III Decretal; tit. 13, cap. 5.

(251) Vide ibid., tit. 19, cap. 1.

(252) Vide concilium Valentinum III, cap. 21, et lib. III Legum Longob., tit. 10, cap. 3.

contra auctoritatem præceptum regium pro qua- A cunque assentatione fieri petat: qui etsi fecerit, non audiatur, si autem et obtinuerit, regia discretione et episcopali judicio idem rescendatur, et petitor injustus pro principis injusta suggestione digne corripiatur.

*De eadem re. Ex eodem cap.*

CCCLXVIII. (*Capitula* Caroli Calvi tit. 9, c. 7, § 11, in concilio apud sanct. Medard). Sciant fideles nostri quia concessimus in synodo venerabilibus episcopis ne super beneficia ecclesiastica vel precarias, etiamsi quilibet monasterium prælatus irrationabiliter petierit, præcepta confirmationis nostræ ullo modo faciamus. **169** Et ideo ab irrationabili petitione se unusque compescat.

*Ne commutationes fiant de rebus ecclesiasticis sine* B *consensu regis. Et ut mancipia ecclesiastica nisi ad libertatem commutentur. Ex eodem, cap.* 12.

CCCLXIX. *Capitula* Caroli Calvi *ibid.*, § 12; Burchard. lib. III, c. 172). Ut missi nostri omnibus per illorum missaticum denuntient ne commutationes rerum vel mancipiorum ecclesiasticorum quilibet prælatus sine licentia et consensu nostro præsumat facere.

*Alia.*

*Capitula* Caroli Calvi *ibid.*; Burchard. lib. III, c. 173). Neque mancipia ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem commutet; videlicet ut mancipia quæ pro ecclesiastico dabuntur, in Ecclesiæ servitute permaneant, et ecclesiasticus homo qui com- C mutatur perpetua libertate perfruatur (253). Quod enim semel Domino consecratum est, ad humanos usus jam transferri non potest. Ait enim lex: *Si quis mutaverit, et quod mutat, et quod mutatum est, sacrificabitur Domino* (*Levit*. (XXVII).

**170** *Item ex Capitulis ad Carisiacum.*

CCCLXX. (Burchard. lib. III, c. 174). Injustum videtur et impium ut mancipia quæ fideles viri seu feminæ pro remedio animæ suæ Deo et sanctis ejus consecrarunt, cujuscunque muneris, pretii, vel commutationis commercio iterum in sæcularem servitutem redigantur, cum canonica auctoritas servos fugitivos tantummodo distrahi permittat. Et ideo omnes rectores ecclesiarum summopere caveant ne unius eleemosyna alterius peccatum D fiat. Sicut enim indecens est ut ex libero servus fiat, sic absurdum ut ex ecclesesiastica dignitate servus decidens humanæ obnoxius sit servituti.

*De die Dominico. Ex Capit Caroli.*

CCCLXXI. (Lib. I *Capitular.* c. 81: Burchard. lib. II, c. 82). Statuimus quoque, secundum quod in lege Dominus mandavit, ut opera servilia diebus Dominicis non agantur, sicut genitor meus in suis synodalibus edictis mandavit (254), quod nec viri ruralia exerceant, nec in vinea colenda, nec in campis arando, vel metendo, vel fenum secando, vel spem ponendo, vel in sylvis stirpando, vel arbores cædere, vel in petris laborare, nec domos struere, nec in horto laborare, nec ad placita conveniant, nec mercatus fiat, nec venationes exerceantur.

*Quid in Dominico die possit vel liceat fieri. Ex eodem.*

CCCLXXII. (Lib. I *Capitular.* c. 81; Burchard. lib. II, c. 83). Tria carraria opera licet fieri in Dominica die, id est hostilia carra, victualia, **171** vel angaria, et si forte necesse sit, corpus cujuslibet duci ad sepulcrum.

*Item de die Dominico. Ex eodem concilio.*

CCCLXXIII. (Lib. I *Capitular.* c. 81 Burchard. lib. II c. 84). Feminæ opera textilia non faciant in die Dominica, non capulent vestitus, non consuant, vel lanam carpant (255). Non licet linum battere, aut in publico vestimenta lavare, nec verveces tondere, ut omnimodis honor et requies die Dominica persolvatur. Sed ad missarum solemnia undique conveniant et laudent Deum pro omnibus bonis quæ nobis in illa die conferre dignatus est.

*Ut mercatus in die Dominico non sit. Ex concilio...*

CCCLXXIV. (*Concil. Moyunt. an.* 813, c. 37; lib. V *Capitular.* c. 88; Burchard. lib. II, c. 81 et 85). Omnes dies Dominicos cum omni veneratione observare decrevimus et ab illicito opere abstinere, et ut mercatus in eis minime fiat, nec placitum ubi aliquis ad mortem vel ad pœnam judicetur, nec sacramenta **172** jurentur (256).

*Ex Capitularium lib.* I *cap* 139.

CCCLXXV. (Lib. I *Capitular.* c. 145; Burchard. lib. II, c. 86). Mercatus die Dominico in nullo loco habeatur (257).

*Ut nullus episcopus vel infra positus die Dominico causam judicare præsumat. Ex concilio Tarraconensi.*

CCCLXXVI (*Concil. Tarrac.* c. 4; Burchard. lib. II, c. 87). Ut nullus episcoporum vel presby-

(253) Quæ sequuntur post illa verba *perpetua libertate fruatur*, non exstant in actis concilii Suessionensis, unde illa citat Regino, neque in Capitulis Caroli Calvi, non demum in capitulari Compendiensi a nobis edito in appendice Lupi Ferrariensis, quod descriptum est ex Capitulis editis in synodo illa Suessionensi. Habentur tamen etiam apud Burchardum, qui haud dubie accepit ex Reginone.

(254) Vide lib. VII Capitular. c. 200, Addit. I, c. 9, et Addit. II, c. 9.

(255) In vulgatis Capitularium editionibus, et in codice Regio, ex quo prima Parisiensis editio prodiit, legitur; *Item fem. op. text non faciant, nec capulent vestitus, nec consuant, vel acupictile faciant; nec lanam carpere etc.* Codex Colbertinus, *vel acupile faciant*. Ripullensis, *acupicula faciant*. Noster, nec *aucupiculæ fiant*. Pro eo autem quod hic legitur, *nec verveces tondere*, editiones Capitularium habent *berbices*. Et tamen omnes libri mss. habent *verveces* aut *vervices*, etiam ille ex quo prima editio Parisiensis adornata est.

(256) Vide lib. IV Capitul., cap. 28, et Capitulare Riculfi Suession., cap. 18.

(257) Vide lib. II Leg. Longob., tit. 49, cap. 1.

terorum vel clericorum die Dominico propositum A cujuscunque causæ negotium audeat vindicare, nisi hoc tantum, ut Deo statuta solemnia peragantur.

*De festivitatibus anni. Ex Capitularium lib.* II, *cap.* 23.

CCCLXXVII. (Lib. II *Capitular.* c. 35). Festos dies in anno celebrare sancimus, id est, diem Dominicum Paschæ cum omni hebdomada, diem Ascensionis Domini, Pentecosten similiter ut in Pascha, apostolorum Petri et Pauli diem unum, Nativitatem sancti Johannis Baptistæ, Assumptionem sanctæ Mariæ, sancti Michaelis, sancti Remigii, sancti Martini, sancti Andreæ, in Natali Domini dies quatuor, Octavam Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem sanctæ Mariæ ; et illas fes- B tivitates martyrum vel confessorum observare decrevimus quorum in unaquaque parœchia corpora requiescunt (258).

**173** *De eadem . reEx concilio Adrisphach.*

CCCLXXVIII. Festos dies celebrare sancimus, id est, diem Paschæ, similiter feria secunda, tertia, quarta et quinta. Ante missam licentia sit arandi et seminandi, hortum vel vineam excolendi, et sepem circumcludendi. Ab alio vero opere cessare decrevimus. Post missam autem ab opere vacare. Pentecosten similiter ut in Pascha. Sancti Laurentii, Kal. Novemb. Omnium Sanctorum. Similiter dedicationes ecclesiarum (259).

*De non flectendo genu in diebus festis. Ex concilio Nicæno.*

CCCLXXIX. (*Concil. Nic.* c. 20 ; BURCHARD. lib. II, c. 88). Quoniam sunt quidam in die Dominico genu flectentes, et in diebus Pentecosten, ut omnia in diversis locis consonanter observentur, placuit sancto concilio stantes Domino vota persolvere.

*Unde supra.*

CCCLXXX. Ut presbyteri plebibus annuntient quod in Quadragesima et in jejunio Quatuor Temporum tantummodo ad miseram solemnia annuntiante diacono genua flectere debeant. In Dominicis e contra diebus vel cæteris festis a vespera usque in vesperam non flectant genua, sed stantes incurvati orent. Nec quisquam uno genu solo tenus impresso orare præsumat, sicut Judæi irridentes Dominum in ejus passione fecisse leguntur, sed utraque **174** genua terræ figat. Ait enim Apostolus : *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi* (*Ephes.* III).

*Ut turpia cantica plebibus prohibeantur. Ex concilio Arelatensi.*

CCCLXXXI. (*Concil. Tolet.* III c. 23). Exterminanda omnino est irreligiosa consuetudo, quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consuevit, ut populi, qui debent officia divina attendere saltationibus et turpibus invigilent canticis, non solum sibi nocentes, sed et religiosorum officiis perstrepentes. Hoc etenim ut ab omni Hispania depellatur, sacerdotum et judicum a sancto concilio curæ committitur.

*Ne super mortuorum cadaveribus carmina diabolica nocturnis horis cantentur. Unde supra.*

CCCLXXXII. (BURCHARD. lib. X, c. 34). Laici qui excubias funeris observant, cum timore et tremore et reverentia hoc faciant. Nullus ibi præsumat diabolica carmina cantare, non joca et saltationes facere, quæ pagani diabolo docente adinvenerunt (260). Quis enim nesciat diabolicum esse, et non solum a religione Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ esse contrarium, ibi cantari, lætari, inebriari, et cachinnis ora dissolvi, et omni pietate et affectu charitatis postposito, quasi de fraterna morte exultare, ubi luctus et planctus flebilibus vocibus debuerat resonare pro amissione chari fratris? Patres siquidem Veteris ac Novi Testamenti mortes sanctorum virorum legimus multis **175** in locis cum fletu deplorasse, in nullo autem loco, quia a sæculo recesserant, exsultasse. Nam et Jacob Patriarcham flevit Ægyptus tota diebus septuaginta. Et Joseph et fratres ejus, cum patrem deferrent in terram Chanaan ad sepeliendum, celebrantes exsequias, ad aream Atahe [Atad], quæ sita est trans Jordanem, planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies (*Gen.* L). Tantus autem fuit planctus ut locus inde nomen acceperit. Et de beato Stephano legimus C quod sepelierunt eum sive curaverunt viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum (*Act.* VIII). Et ideo talis inepta lætitia et pestifera cantica ex auctoritate Dei penitus interdicenda sunt. Si quis autem cantare desiderat, *Kyrie eleison* cantet. Sin aliter, omnino taceat. Si autem tacere non vult, statim ab omnibus banniatur, vel adjuretur ut non habeat ibi licentiam amplius consistere, sed recedat, et ad propriam eat mansionem. In crastinum autem taliter coerceatur ut cæteri timeant.

*Ut episcopus clericos alterius parœchiæ nullatenus ordinet. Ex concilio Antiocheno.*

CCCLXXXIII. (*Concil Antioch.* c. 22; BURCHARD. lib. I, c. 107). Episcopus non constituat presbyteros aut diaconos alteri subjectos episcopo. Si quis D autem tale aliquid agere tentaverit, irrita sit ejus ordinatio, et ipse coerceatur a synodo.

**176** *Ut nullus alterius clericum ordinet. Ex concilio Nicæno*

CCCLXXXIV. (*Concil. Nicæn.* c. 16 ; BURCHARD. lib. I, c. 109). Si quis episcopus clericum ad alium pertinentem audacter invadere [*edit. Helmæstad.*, pertinentem aut diaconum invadere, *male*] et in sua Ecclesia ordinare tentaverit non consentiente episcopo a quo discessit, ordinatio hujusmodi irrita comprobetur.

(258) Vide lib. I Capitular., c. 164, et l. VI, c. 186.

(259) Vide concilium Moguntiacum celebratum anno 813, cap. 36.

(260) Vide lib. VI Capitular., 193, 194, et concil. Tolet. III, c. 22.

*De eadem re. Ex concilio Africano.*

CCCLXXXV. (*Concil. Afric.* c. 57 ; lib. VII *Capitular.* c. 21 ; BURCHARD. lib. VIII, c. 11). Item placuit ut quicunque in ecclesia vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

*Quod non oportet absolute ordinationes fieri. Ex concilio Chalcedonensi.*

CCCLXXXVI. (*Concil. Chalcedon.* c. 6 ; BURCHARD. lib. II, c. 6). Nullum absolute ordinari debere presbyterum aut diaconum nec quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter ecclesiæ civitatis aut possessionis, aut martyrii, aut monasterii, cui ordinandus est, pronuntietur. Qui vero absolute ordinantur, decrevit sancta synodus irritam haberi hujusmodi manus impositionem, et nusquam posse ministrare, ad ordinantis injuriam.

B *Item ut nullus absolute ordinetur. Ex Capitularium, lib.* I, *cap.* 25.

CCCLXXXVII. (Lib. I *Capitular.* c. 25). Ut nullus absolute ordinetur et sine pronuntiatione stabilitatis loci ad quem ordinatur.

**177** *De examinatione ante ordinationem. Ex eodem, cap.* 136.

CCCLXXXVIII. (Lib. I *Capitular.* c. 142). Ut presbyteri non ordinentur priusquam examinentur.

*De eadem re. Ex concilio Meldensi, cap.* 52.

CCCLXXXIX. (*Concil. Meld.* c. 52). Qui vero ex nostris parœchiis aut ad titulum aut absolute ordinari petuntur, nullatenus ordinentur nisi aut in loco certo et religioso, vel etiam in civitate, saltem uno anno immorentur, ut de vita et conversatione C atque doctrina illius certitudo possit agnosci. Et nemo absolute ordinare quemquam præsumat, sicut sancti sanxerunt canones (261).

*Ut ordinati litteras accipiant a suis ordinatoribus. Ex concilio Africano.*

CCCXC. (*Concil. Afric.* c. 56 ; BURCHARD. lib. II, c. 46). Placuit ut quicunque deinceps ordinantur per provincias Africanas, litteras accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas continentes consulem et diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

*Ut nullus alterius servum ordinare præsumat. Ex epistola Leonis papæ.*

CCCXCI. (*Decreta* LEONIS I, c. 1). Non admittantur D passim ad ordinem sacrum quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur ; et qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii, tanquam servilis vilitas **178** hunc honorem capiat, non provehantur. Et probari Deo posse creditur qui domino suo necdum probare se potuit. *Et post pauca.* Debet esse immunis ab aliis qui divinæ militiæ fuerit aggregandus ; ut castris Dominicis, quibus nomen ejus ascribitur, nullis necessitatum vinculis abstrahatur.

A *De eadem re. Ex concilio Moguntiacensi, cap.* 26.

CCCXCII. (*Concil. Aurelian.* I, c. 8 ; *concil. Wormat.* c. 40). Si servus, absente aut nesciente domino, episcopo autem sciente, diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipse in clericatus officio permaneat, episcopus autem eum duplici satisfactione domino persolvat (262). Si vero episcopus servum eum esse nescierit, qui testimonium de illo perhibent, aut eum postulant ordinari, simili recompensatione teneantur obnoxii (263).

*Ut nullus ministrorum alterius parœchiæ clericum latenter ad ordinationem subintroducat. Ex epistola Innocentii papæ.*

CCCXCIII. (*Decreta* INNOC. I, c. 14). Ut de aliena Ecclesia clericum ordinare nullus episcopus usurpet, nisi alterius episcopi precibus exoratus fecerit, vel **179** ipse episcopus exoratus concedere voluerit. Hoc etiam synodus Nicæna statuit, ut abjectum ab altero clericum altera Ecclesia non recipiat.

*Item de servis ordinandis. Ex concilio Toletano.*

CCCXCIV. (*Concil. Tolet.* c. 73 ; BURCHARD. lib. I, c. 25). Quicunque libertatem a dominis suis ita percipiunt ut nullam sibimet in eis obsequium patronus retentet, isti, si sine crimine sunt, ad clericatus ordinem libere suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo quod a patronis adhuc servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi ; ne, quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis servi.

*Item ex Capitularibus, tit.* 84.

CCCXCV. (*Concil. Paris.* lib. I, c. 22, et lib. V, *Capitular.* c. 178). Si laici clericos probabilis vitæ et doctrinæ episcopis consecrando suisque in Ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione eos rejiciant.

*De servorum ordinatione. Ex eadem, cap.* 82.

CCCXCVI. (*Capitulare Aquisgranense* LUDOVICI PII, c. 6 ; lib. I *Capitular.* c. 88 ; BURCHARD. lib. II, c. 31 ; IVO, part. VI, c. 232). De servorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscrete promoventur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordare debere ; et statutum est ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promovere præsumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint. Et **180** si quilibet servus dominum suum fugiens vel latitans, aut qualibet calliditate vel fraude, ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est ut deponatur, et dominus ejus eum recipiat. Si vero avus aut pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem provincia filium genuerit, et ipse filius ibidem educatus et ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, et utrum servus sit ignotum sit [*Sirmond.*,] ignoratum fuerit.

(261) Vide infra cap. 442 hujus libri.

(262) Vide concil. Mogunt. sub Carolo M., c. 23.

(263) Mutila est prima pars istius capitis, adeoque nullum sensum habet. Sic itaque supplendus est hiatus ex editionibus concilii Aurelianensis : *Si servus, absente aut nesciente domino, et episcopo sciente quod servus sit, aut diaconus,* etc. De servorum porro ordinatione vide infra cap. 396 hujus libri.

*Codex noster ve-*

*tus*, ignoraverit], et postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit, sancitum est ut si dominus ejus illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. Si vero eum catena servitutis a castris Dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat, quia juxta sacros canones vilis persona manens sacerdotii dignitate fungi non potest.

*De peculiare servorum.*

CCCXCVII. (Lib. I *Capitular*. c. 88; BURCHARD. lib. II, c. 23; Ivo, part. VI, c. 38.) De rebus vero illorum vel peculiare qui a dominis propriis libertate donantur ut ad gradus ecclesiasticos jure promoveantur, statutum est in potestate dominorum consistat utrum illis concedere an sibi vindicare voluerint.

*De peculiare ordinatorum.*

CCCXCVIII. (Lib. I *Capitular*. c. 88; BURCHARD. lib. III, c. 122.) Cæterum si post ordinationem aliquid acquisierit, illud observandum est quod canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est.

*De servis ecclesiarum.*

CCCXCIX. (Lib. I *Capitular*. c. 88; BURCHARD. lib. II, c. 32; Ivo. part. VI. c. 133.) De ecclesiarum vero servis **181** communi sententia est decretum ut archiepiscopi per singulas provincias constituti nostram auctoritatem, suffraganei autem illorum exemplar illius penes se habeant. Et quandocunque de familia ecclesiæ utilis aliquis inventus est ordinandus, in ambone ipsa auctoritas coram populo legatur, et coram sacerdotibus et omni clero ante cornu altaris, sicut in nostra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate, libertatem consequatur, et tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoveatur.

*De familiis monasteriorum.*

CCCC (Lib. I *Capitular*. c. 88.) Similiter quoque de his agendum est quos laici de familia ecclesiarum ad sacros ordines promovere voluerint. Sed et de his quos præpositi canonicorum aut monachorum ordinandos expetierint eadem forma servanda est.

*Exemplar libertatis supra notatum.*

CCCCI. (BURCHARD. lib. II, c. 26; Ivo, part. VI, c. 127.) Auctoritas ecclesiastica patenter admonet, insuper et majestas regia canonicæ religioni assensum præbet, ut quemcunque ad sacros ordines ex familia propria promovere ecclesia quæque delegerit, in præsentia sacerdotum, canonicorum, simul et nobilium laicorum, ejus qui subjecta est subscriptione sub (264) libertatis testamento solemniter roboretur. Idcirco ego in Dei nomine episcopus, vel abbas, vel quilibet alius, annuente Christo sanctæ illius ecclesiæ rector quemdam ecclesiæ nostræ famulum nomine illum **182** sacris ordinibus oblatum, ad altaris cornu, in nobilium virorum præsentia per hoc auctoritatis testamentum statuo, ita ut ab hodierna die et tempore bene ingenuus atque ab omni servitutis vinculo securus permaneat tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset procreatus vel natus, eamdemque pergat partem quacunque volens canonice elegerit, ita ut deinceps nec nobis neque successoribus nostris ullum debeat noxiæ conditionis servitium, sed omnibus diebus vitæ suæ sub certa plenissimaque ingenuitate, sicut alii cives Romani, per hunc manumissionis atque ingenuitatis titulum bene semper ingenuus atque securus existat. De suo vero peculiare quod habet, vel quod abhinc vel deinceps assequi poterit, faciat inde secundum canonicam auctoritatem libere quidquid voluerit. Et ut hæc ingenuitatis pagina inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria illam roboravimus.

*Exemplar libertatis de proprio servo.*

CCCCII. (BURCHARD. lib. II, c. 30; Ivo, part. VI, c. 131.) Qui debitum sibi nexum atque competens relaxat servitium, præmium in futuro apud Dominum sibi provenire non dubitat. Quapropter ego in Dei nomine ille pro remedio animæ meæ vel æterna retributione in ecclesia sancti Petri, vel illius sancti sub præsentia episcopi, vel sacerdotum ibi consistentium ac nobilium laicorum, ante cornu altaris istius ecclesiæ, absolvo servum meum illum per hanc chartam absolutionis et ingenuitatis ab omni vinculo servitutis, ita ut ab hac die et deinceps ingenuus sit et ingenuus **183** permaneat tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus vel procreatus, eamque pergat partem quam maluerit, vel quam ei auctoritas canonica permittit, et, sicut alii cives Romani, vitam ducat ingenuam. Nulli autem hæredum meorum ac prohæredum nec cuicunque alii personæ quidquam debeat servitutis vel libertatis obsequium nisi soli Deo, cui omnia subjecta sunt, vel pro cujus amore ipsum devotus ad ejus servitium obtuli. Peculiare vero suum quod ei Dominus dederit, et deinceps Deo auxiliante laborare potuerit, concessum in perpetuum habeat, ut inde faciat quidquid illi placuerit secundum ecclesiasticas sanctiones. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse aut aliquis de hæredibus meis vel quælibet opposita persona contra hanc ingenuitatis chartam venire tentaverit, aut eam quolibet modo infringere voluerit, primitus iram Dei incurrat, et a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ extraneus efficiatur, et insuper cui litem intulerit sexaginta solidos persolvat, et quod repetit evindicare non valeat, sed præsens ingenuitas mea et aliorum bonorum hominum manibus roborata cum stipulatione subnixa omni tempore maneat inconvulsa.

(BURCHARD. lib. II, c. 27; Ivo, part. VI, c. 128.) Debent autem suprascriptæ ingenuitatis charta non solum nomen illis qui has fieri rogat, sed etiam nomina sacerdotum et nobilium laicorum, qui ibi adfuerint, in ordine digesta cum signis propria manu impressis continere. Nam sine horum astipu-

(264) Vide tom. II Rer. Alamann. Goldasti, cap. 7, pag. 37.

latione pagina auctoritate testium nudata pro n-hilo deputatur. **184** Oportet etiam ut locum, diem, annum, et consulem, et indictionem, in fine vel in margine adnotatam habeat in hunc modum. Actum in illa civitate, in domo sancti Petri, Kalendis illis, anno Dominicæ incarnationis illo, regnante illo rege, et præsidente in cathedra supradictæ civitatis episcopo illo, in monasterio illo, indictione illa, in Dei nomine feliciter. Amen. Ait enim Romana auctoritas (Interpret. l. 1 *Cod. Theodos.*, *de Constitut. princ.*): « Quæcunque leges sine die et consule fuerint prolatæ, non valeant. »

*Quod manumissio in Ecclesia debet fieri.*

CCCCIII (BURCHARD. lib. II, c. 28; Ivo, part. VI, c. 129.) Instruendi sunt præterea laici ut sciant quod nullatenus alio loco manumittere proprio possunt servos, quos Dominicis castris aggregari decreverunt, nisi in sacrosancta ecclesia, ordine supra notato. Quomodo enim clerici extra ecclesiam libertatem consequi possunt, qui a lege mundana extranei sunt? Et quibus interdicitur ne ad sæculare judicium procedant, quomodo sæculari judicio a jugo servitutis absolvuntur? Sed fortasse dicit aliquis: Clericus fieri non permittitur, nisi ante susceptum clericatus officium ingenuitatis dignitate potiatur. Revera verum dicit. Et ideo quod infirmari vel vituperari potest, præcaveri debet.

*Unde supra.*

CCCCIV. (BURCHARD. lib. II. c. 29; Ivo, part. VI, c. 130.) Non solum autem qui ad clericatus ordinem promovendi sunt, in ecclesia manumittendi sunt, verum etiam hi quos quisque pro remedio animæ suæ emancipare **185** vult, secundum legem mundanam in ecclesia absolvi debent, et ejusdem ecclesiæ patrocinio commendari. Scriptum quippe est in Pacto Francorum.

*De eadem re. Ex Pacto.*

CCCCV. (Cap. 58 *Legis Ripuariorum.*) Hac etiam volumus, ut qualiscunque Francus Ribuarius servum suum pro remedio animæ suæ secundum legem Romanam liberum facere voluerit, ut in ecclesia coram presbyteris, diaconibus, seu cuncto clero et plebe in manu episcopi servum cum tabulis tradat, et episcopus archidiacono jubeat ut ei tabulas secundum legem Romanam, qua ecclesiæ vivunt [*Edit. Helmæstad*, quæ in Ecclesia viget], scribere faciat, et tam ipse quam et omnis procreatio ejus liberi permaneant, et sub tuitione ecclesiæ consistant, et omnem reditum status sui ad ecclesiam persolvant, et non alibi nisi ad ecclesiam ubi relaxati sunt mallum teneant. Et si absque liberis discesserint, nullum alium nisi ecclesiam relinquant hæredem.

*De eadem re. Ex lege Romana.*

CCCCVI. (Interpret. l. 1, et *Cod. Theodos.*, *de Manumiss. in ecclesia.*) Imperator Constantinus Augustus Osio episcopo Cordubensi. Qui manumittendi in sacrosancta ecclesia habuerit voluntatem, tantum est ut sub præsentia sacerdotum servos suos voluerit absolvere, noverit eos suscepta libertate cives esse Romanos. Nam si clerici mancipiis suis dare voluerint libertatem, etiamsi extra conspectum fecerint sacerdotum, vel sine scriptura verbis tantum fuerint absoluti, manebit, sicut civibus **186** Romanis, integra et plena libertas.

*Quod charta libertatis in ambone sit legenda. Ex concilio Triburiensi.*

CCCCVII. (BURCHARD. lib. II, c. 21.) Ut nulli de servili conditione ad sacros ordines promoveantur, nisi prius a dominis propriis libertatem legitimam consequantur; cujus libertatis charta ante ordinationem in ambone publice legatur; et si nullus contradixerit, rite consecrabitur. Porro si de gradu deciderit, ejus sit conditionis cujus fuerat ante gradum (265).

*De ordinatione. Ex concilio Neocæsariensi.*

CCCCVIII. *Concil. Neocæsar.* c. 11; lib. I *Capitular.* c. 50; BURCHARD. lib. II, c. 10.) Presbyter ante tricesimum ætatis suæ annum nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus, sed hoc tempus observetur. Nam Dominus noster trigesimo ætatis anno baptizatus est.

*De diaconibus. Ex concilio Carthaginensi.*

CCCCIX. (*Concil. Carthag.* 3, c. 4; BURCHARD. lib. II, cap. 11). Item placuit ut ante XXV annos **187** ætatis nec diaconi ordinentur nec virgines consecrentur.

*Qui partem digiti sibi abscidit, clericus esse non debet. Ex epistola Felicis papæ.*

CCCCX. (*Decreta* INNOC. I, c. 28; BURCHARD, lib. II, c. 14.) Qui igitur partem digiti sibi abscidit volens, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu hoc accidit, et clerici possunt fieri, et si in clero fuerint reperti, non abjici (266).

*Ne illitterati ordinentur. Ex epistola Gelasii papæ.*

CCCCXI. (*Decreta* GELAS. c. 16; BURCHARD. lib. II, c. 18.) Illitteratos quoque aut aliqua parte corporis imminutos nemo præsumat ad clerum provehere; quia nec litteris carens sacris esse potest aptus officiis, et vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt. Similiter qui seipsos abscidunt (*Decreta* GELASII, c. 17).

*Ne criminosi ad clerum assumantur. Ex eadem epistola.*

CCCCXII. (*Decreta* GELASII, c. 18; lib. VII *Capitular.* c. 50.) Ne criminosi ad clerum admittantur. Ait enim Apostolus: *Manum nemini cito imposueris, neque communicaveris peccatis alienis* (*I Tim.* V.)

(265) Caput istud non exstat in vulgatis editionibus concilii Triburiensis. Exstat autem etiam apud Burchardum et in veteri collectione canonum ms. in Bibliotheca regia. Postrema porro illius pars, quæ mutila est apud Reginonem, sic supplenda est ex Burchardo et veteri illa collectione: *Porro servus non canonice consecratus, postquam de gradu ceciderit, ejus sit conditionis cujus fuerat ante gradum.*

(266) Vide Innocentem III lib. X, epist. 124.

*Ut dæmonibus similibusque passionibus irretiti ministeria sacra tractare non debeant. Ex eadem epistola.*

(267) CCCCXIII. (*Decreta* GELASII, c. 19; BURCHARD. lib. II, c. 20). Usque adeo sane comperimus illicita quæque prorumpere ut dæmonibus similibusque passionibus irretitos mysteria sacrosancta tractare tribuatur. *Et post* **188** *pauca.* Si corpore sauciatum aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina prohibet, quanto magis doni cœlestis dispensatores non convenit, quod est deterius, mente perculsos (268)?

*De filiis concubinarum, ne ad clerum assumantur. Ex concilio Aurelianensi, cap.* 10.

CCCCXIV. (*Concil. Aurelian.* III, c. 9; BURCHARD. lib. II, c. 17.) De his qui ex concubinis filios habent, et uxores legitimas habuerunt, et defunctis B uxoribus sibi concubinas publice sociaverunt, id observandum censuimus, ut sicut eos qui jam clerici per ignorantiam ordinati sunt non removemus, ita statuimus ne ulterius ordinentur.

*De raptoribus virginum et viduarum. Ex concilio Meldensi, cap.* 61.

CCCCXV. (*Concil. Meld.* c. 64.) Raptores virginum et viduarum (269), qui etiam postea voluntate parentum eas quasi desponsatas sub dotalitii nomine in conjugium duxerunt, publicæ pœnitentiæ subjungantur, at post publicam pœnitentiam, ne in pejus corruant, iterum convenientes de cætero eleemosynis et cæteris quibuscunque salvificæ conversationis actionibus inservire **189** procurent, usquequo ab opere conjugali ex consensu C se valeant abstinere.

*De filiis non legitimis.*

CCCCXVI (*Concil. Meld.* c. 64, et I, q. 7, cap. *Tali conjugio.*) Filii vero ex hujuscemodi vituperabili conjunctione ante conjugium minus laudabile procreati, ad ecclesiasticam dignitatem nullo modo provehantur, nec de tali conjugio generati ecclesiasticis ordinibus applicentur, nisi forte eos aut maxima Ecclesiæ utilitas aut necessitas postulet, aut evidens meritorum prærogativa commendet.

*De eadem re. Ex Lege Romana.*

CCCCXVII. (*Gaii Institut.* tit. 4.) Si quis incestas aut nefarias nuptias inierit, nec uxorem habet nec filios (270). Nam hi qui ex hujuscemodi conceptione D nati fuerint, quamvis videantur nasci, patrem nullatenus habere censentur, et tanquam si de adulterio concepti fuissent deputantur.

*Ecclesiastica dignitas non recipit filios ex illicito concubitu natos.*

CCCCXVIII. Eos itaque quos publicæ leges non admittunt, sed velut infamiæ maculis respersos respuunt, et quasi degeneres despiciunt, ecclesiastica dignitas nullatenus recipit; præsertim cum nihil maculosum Deo rite possit offerri vel ejus servitio applicari.

*Ut nullus alterius suscipiat clericum. In canonibus apostolorum.*

CCCCXIX. (*Canon. apostolor.* c. 16.) Episcopus apud quem clericos alterius moratos esse constiterit, si **190** contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tanquam clericos fortasse susceperit, velut magister inquietudinis communione privetur.

*Ut alienum clericum nemo suscipit. Ex decretis Leonis episcopi.*

CCCCXX. (*Decreta* LEONIS I, c. 39.) Alienum clericum invito episcopo ipsius nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi forte ex placito charitatis id inter dantem accipientemque conveniat. Nam gravis injuriæ reus est qui de fratris Ecclesia id quod est utilius aut pretiosius audet vel adjicere [*in epistola Leonis,* allicere] vel tenere.

*De transfugis clericis.*

CCCCXXI. (*Decreta* LEONIS I, c. 39.) Itaque si intra provinciam res agitur, transfugam clericum ad Ecclesiam suam metropolitanus redire compellat. Si autem longius recessit, tui præcepti auctoritate revocabitur (271).

*Unde supra.*

CCCCXXII. (*Regula S. Ferreoli* c. 20; BURCHARD. lib. VIII, c. 26.) Fugitivum vero clericum, aut monachum deserentem disciplinam, veluti contemptorem placuit revocare.

**191**. *De eadem re. Ex dictis Basilii episcopi.*

CCCCXXIII. (BURCHARD. lib. II, 228.) Si, quis eum qui districtionem ecclesiasticam non ferens fugam meditari agnoverit, si non statim prodiderit, proditionis illius participem se esse non dubitet, et tandiu a conventu fratrum sequestrandus est quandiu ille valeat revocari.

*Ut clerici cum epistolis episcopi sui proficiscantur. Ex Canonibus apostolorum.*

CCCCXXIV. (*Canon. Apostolor.* c. 13; BURCHARD. lib. II, c, 136.) Si quis clericus aut laicus ad alteram properat civitatem, et suscipitur præter commendatitias epistolas, et qui susceperit et qui susceptus est communione privetur.

*De eadem re. Ex concilio Antiocheno.*

CCCCXXV. (*Concil. Antioch.* c. 7; BURCHARD. lib. II, c. 137.) Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitiis suscipiatur epistolis.

*De eadem re. Ex concilio Chalcedonensi.*

CCCCXXVI. (*Concil. Chalcedon.* c. 13; BURCHARD. lib. II, cap. 139.) Peregrinos clericos et lectores in alia civitate præter commendatitias litteras

(267) Caput 412 vicem obtinebat lemmatis in editione Helmæstadiensi. Quoniam vero hic titulus non conveniebat capiti 413, in quo de diversa prorsus materia agitur, nos, ne quid remorari posset lectorem, singula distinximus. Tum lemmata his duobus capitibus addidimus ex nostro.

(268) Vide librum VIII Capitul., cap. 51.

(269) Vide infra lib. II, cap. 159.

(270) Vide lib. II Leg. Longob., tit. 8, capp. 4, 5.

(271) In editione Helmæstadiensi et in codice Pariensi legitur, *sui præcepti auctoritate revocabitur.* Verum sensus repugnat. Præterea in omnibus epistolarum Leonis editionibus legitur *tui.* Agitur enim hic de auctoritate Anastasii episcopi Thessalonicensis in provinciis Illyricianis. Vide lib. V de Concordia sacerdotii et imperii, cap. 27, § 5.

episcopi sui nusquam penitus ministrare debere. A

*De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CCCCXXVII. (*Conc. Agath.* c. 52 ; lib. VII *Capitular.* c. 149 ; BURCHARD. lib. II, c. 44.) Presbyter aut diaconus aut clericus sine antistitis sui litteris ambulans, communionem ei nullus impendat.

**192** *De eadem re. Ex concilio Chalcedonensi.*

CCCCXXVIII. (*Conc Chalcedon.* c. 11 ; BURCHARD. lib. II, c. 142.) Omnes pauperes et indigentes ecclesiastico auxilio, cum proficiscuntur, cum probatione epistolii vel ecclesiasticis pacificis tantummodo commendare decrevimus, et non commendatitiis litteris, propterea quod commendatitias litteras honoratioribus tantummodo personis præstari conveniat.

*De eadem re. Ex eodem concilio.*

CCCCXXIX. (*Conc. Agath.* c. 38 ; lib. VI *Capitular.* c. 130, et lib. VII, c. 195 ; BURCHARD. lib. II, c. 142.) Clerico sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia non pateat evagandi. In monachis quoque præsentis sententiæ forma servetur.

*De eadem re. Ex canonibus apostolorum.*

CCCCXXX. (*Can. apostolor.* c. 34.) Nullus episcoporum peregrinorum, presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitiis suscipiatur epistolis ; et cum scripta detulerint, discutiantur attentius, et ita suscipiantur.

*De eadem re. Ex concilio Sardicensi.*

CCCCXXXI. (*Concil. Sardic.* c. 18.) Januarius episcopus dixit : Illud quoque statuat sanctitas vestra, ut nulli episcopo liceat alterius episcopi civitatis ministrum sollicitare et in suis parœchiis ordinare.

*Unde supra.*

CCCCXXXII. (*Concil. Sardic.* c. 19.) Osius episcopus dixit : Et hoc universi constituimus, ut quicunque ex **193** alia parœchia voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi ipsius et voluntate ordinare, non sit rata ordinatio ejus.

*De eadem re. Ex concilio Laodicensi.*

CCCCXXXIII. (*Concil. Laodic.* c. 41 ; lib. VII *Capitular.* c. 59 ; BURCHARD. lib. II, c. 45.) Quod non oporteat sacerdotem vel clericum sine litteris proficisci canonicis.

*De eadem re. Ex concilio Meldensi, cap.* 50.

CCCCXXXIV. (*Concil. Meld.* c. 50.) Ut presbyteri vel quilibet clerici in alterius parœchiam sine formata non recipiantur, neque retineantur, nec etiam ministrare sinantur. Criminati autem ab omnibus excludantur et ejiciantur a parœchiis in quibus delitescunt, usquequo ad eum revertantur episcopum a quo aufugisse noscuntur (272).

*De eadem re. Ex eodem concilio.*

CCCCXXXV. (*Concil. Meld.* c. 51 ; BURCHARD, lib. II, c. 144.) Qui cum senioribus suis de aliis provinciis ad nostras provincias veniunt sine formata, ministrare non permittantur ; quam etsi attulerint, et ministrare idonei **194** inventi fuerint, instruantur quam religiose atque studiose sacrum ministerium peragant [*edit. Helmæstad.*, peragere], aut in quibus locis illud agere non debeant.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCCCXXXVI. (*Concil. Meld.* ibid.) Clerici vero, si ab hujusmodi hominibus ad ordinandum offeruntur, instrui debent ut ad episcopos ex quorum parœchiis sumpti sunt eos remittant, et aut ibi ordinentur, aut litteras canonicas ab episcopo ex cujus diœcesi sunt ferant, sicut canonica docet auctoritas. B

*Nicæna synodus hunc ordinem inter episcopos in faciendis epistolis conservandum esse instituit.*

CCCCXXXVII. (Ivo, part. VI, c. 453.) Græca elementa litterarum numeros etiam exprimere nullus, qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas appellat, aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur, hoc a patribus CCCXVIII Nicææ constitutis saluberrime inventum est et constitutum, ut formatæ epistolæ hanc calculationis sive supputationis habeant rationem, id est, ut assumantur in supputationem prima Græca elementa Patris et Filii, et Spiritus sancti, id est, Π, Υ, Α ; quæ elementa octogenarium quadringentenarium et unum numerum servant. Petri C quoque apostoli prima littera, id est Π, qui numerus octoginta significat. Ejus qui scribit epistolam prima littera ; cui scribitur, secunda ; accipientis, tertia ; civitatis quoque de qua scribitur, quarta ; et indictionis, quæcumque est illius temporis, **195** numerus assumatur. Atque ita his omnibus litteris Græcis, quæ, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quæcunque collecta fuerit, summam epistola teneat. Addat præterea separatim in epistola etiam nonagenarium et nonum numeros, qui secundum Græca elementa significant ΑΜΗΝ. Tres igitur prædictæ litteræ, id est, Π, Υ, Α, et prima littera ex nomine Petri, id est, Π, DLX et I efficiunt numeros. Π enim, quæ est D prima in nomine summi Patris, LXXX numerat. Υ vero, quæ est prima in nomine Filii, CCCC numerat. Α vero, quæ prima est in nomine Spiritus sancti, unum indicat. Si addas Π, quæ in nomine Petri est prima, id est LXXX, DLXI reperies. ΑΜΗΝ vero, quod in fine prædictæ epistolæ scriptum est, XCIX indicat. Α, enim unum, Μ, XL ; Η, VIII ; Ν, L numerant qui XCIX efficiunt numeros. Et si summam totam simul jungas, DCLX epistola numeros tenet.

Sed propter minus scientes ponenda videntur elementa ipsa Græca cum numeris propriis.

(272) Consentiunt in hoc capite editio Helmæstadiensis et codex ms. Parisiensis. In vulgatis tamen editionibus concilii Meldensis ita legitur : *et rejiciantur a parochiis in quibus cupiunt immorari, usquequo*, etc. Habemus autem nos vetustum codicem ms. in quo descripti sunt canones istius synodi Meldensis, in quo locus iste sic habet : *et ejiciantur a parochiis in quibus cupiunt immorari*, etc.

GRÆCÆ LITTERÆ.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| I. | Α | Alfa. | X. | Ι | Iota. | C. | Ρ | Ro. |
| II. | Β | Bêta. | XX. | Κ | Cappa. | CC. | Σ | Sigma. |
| III. | Γ | Gamma. | XXX. | Λ | Lapda. | CCC. | Τ | Tau. |
| IV. | Δ | Delta. | XL. | Μ | Mi. | CCCC. | Υ | Ry. |
| V. | Ε | Epi. | L. | Ν | Ni. | D. | Φ | Phi. |
| VI. | ς | Senon. | LX. | Ξ | Xi. | DC. | Χ | Chi. |
| VII. | Ζ | Zeta. | LXX. | Ο | O brevis. | DCC. | Ψ | Psi. |
| VIII. | Η | Eta. | LXXX. | Π | Pi. | DCCC. | Ω | O longa. |
| IX. | Θ | Theta. | XC. | | Cophe. | DCCCC. | | Ennachos Æ.hile. |

**196** Numerant autem ita : mia, dia, tria, tessera, pente, exa, epta, ogda, nea, deca, icosi, triepta, serenta, nirenta, exenta, ebdominta, ogdominta, enneminta, ecaton, diacos. tetracos, pentacos, exacos, ebdacos, ogdacos, ennacos, etc. (273).

*Exemplar epistolæ formatæ.*

CCCCXXXVIII. (Ivo, part. VI, c. 434.) In nomine Π. Patris, et Υ, Filii, et Α, Spiritus sancti. Rathbodus sanctæ Treverensis Ecclesiæ ac plebis ipsius humilis famulus, Rotberto reverendo sanctæ Metensis Ecclesiæ antistiti, in Christo pastorum principe mansuram cum gaudio prosperitatis ac perpetuitatis gloriam. Decreta sanctorum trecentorum decem et octo Patrum Nicææ constitutorum saluberrima servantes, Deo dignam piamque fraternitatem vestram canonice aggredimur, et sub nomine formatæ epistolæ reverenter vestram sanctitatem adimus, vobis scilicet intimando quia præsenti presbytero nostro nomine Gislemaro has dimissorias dedimus litteras, quem in nostra diœcesi ecclesiastice educatum, de ordine clericatus ad presbyteratus proveximus gradum, fit his canonicis munitus apicibus cum nostra licentia ei in vestra parœchia sub defensione ac regimine vestræ charæ dilectionis degere liceat ; illumque in sinu sanctæ matris Ecclesiæ canonice fovendum ac regendum vobis committimus. Hanc ergo epistolam Græcis litteris hinc inde munire decrevimus, et annulo Ecclesiæ **197** nostræ bullare censuimus. Christus pastorum princeps interventu beati Petri, cui specialiter ovile Dominicum commissum est, fraternitatem vestram ad custodiam sui gregis diu nobis conservet incolumem. Amen. Π. Υ. Α. Π. Ρ. Ο. C. Υ. Θ. ΑΜΗΝ. Summa horum MDXXXIX. Data Treveris Idib. Octob. anno Dominicæ incarnationis DCCCCVI, indictione nona. Π. Υ. Α. Π. Δ. Ρ. Δ. Θ.

*Item alia epistola.*

CCCCXXXIX. (Ivo, part. VI, c. 435.) Reverentissimo et sanctissimo Rathbodo sanctæ Treverensis Ecclesiæ archiepiscopo Dado Wirdunensis Ecclesiæ devotus gregis Christi famulus in Domino vero Rege summæ felicitatis beatitudinem. (Burchard. lib. II, c. 227.) Cum sancta catholica Ecclesia prompta sit sequi documenta evangelica, quæ dicunt : *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prohetæ accipiet ; et qui recipit justum*, etc.; et Apostolus jubeat hospitalitatem sectari et necessitatibus sanctorum virorum communicare ; tamen qui [*leg.* propter eos qui caut.] cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cum sint astutia diabolica repleti, et pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cum sint sua malitia faciente fugitivi, et dicunt se esse ministerio sacro incertos, cum non sint, statutum est a sanctis patribus neminem clericum alienum et ignotum recipi ad aliquo episcopo, et inthronizari in sua Ecclesia, nisi habeat a proprio episcopo epistolam quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus paternitati vestræ quod præsens frater **198** noster harum litterarum portitor, nomine Adruinus, non pro sua nequitia expulsus est a nobis ; sed postulantibus fratribus nostris, eo quod ex familia nostra fuit (274), dedimus ei libertatem receptam a cornu altaris canonice, et ordinavimus eum ad gradum presbyterii ; cui etiam has dimissorias sive commendatitias litteras fecimus, et eum ad vestram dilectissimam fraternitatem dirigimus, ut in vestra parœchia sub vestro sacro regimine et defensione consistere valeat. Ego, inquam, in nomine Π, Patris, et Υ, Filii, et Α, Spiritus sancti, et in unitate sanctæ Ecclesiæ, in qua Petro datum est jus ligandi atque solvendi, absolvo Dado humilis episcopus presbyterum Adruinum de civitate Wirdunensi, indictione 9, et licentiam do vobis, Rathbode, venerabilis archiepiscope, inthronizandi eum in quacunque ecclesia vultis vestræ parochiæ. Dilectam paternitatem vestram virtutum floribus insignitam omnipotens Deus conservare dignetur. Amen. Π. Υ, Α. Π. Δ. Α. Ρ. Δ. Θ. DCCLXXVIII. Data V. Id. Maii, anno Dominicæ incarnationis DCCCCVI, interdictione 9.

*De ordinatione Ex epistola Gelasii papæ.*

CCCCXL. (*Decreta* Gelasii, c. 11 ; Ivo, part. VI, c. 74.) Ordinationes presbyterorum et diaconorum, quæ nisi certis temporibus et diebus exerceri non debent, quarti [*leg.* id est, primi et quarti] mensis jejunio, septimi, et decimi, sed etiam quadragesimalis initii ac mediana quadragesimæ die, sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas ; nec cujuslibet utilitatis seu **199** presbyterum seu diaconum his præferre qui ante ipsos fuerint ordinati, aliquis præsumat.

*Qualiter episcopus debet ordinem facere. Ex concilio Nannetensi.*

CCCCXLI. (*Concil. Nannet.* c. 11 ; Burchard. lib. II, c. 1.) Episcopus quando ordinationes facere

(273) Ista sunt valde corrupta. Sed cum facile sit illa corrigere, nihil mutare voluimus.

(274) Vide supra, cap. 399.

disponit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem una cum archipresbyteris qui eos repræsentare debent. Et tunc episcopus e latere suo dirigere debet sacerdotes et alios prudentes viros gnaros legis divinæ et exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum ubi educati sunt, si sint bene litterati, si in lege Domini instructi, diligenter investigent. Ante omnia, si fidem catholicam firmiter teneant et verbis simplicibus adserere queant. Ipsi autem qui- bus hoc committitur cavere debent ne aut favoris gratia aut cujuscunque muneris cupiditate illecti a vero devient, ut indignum et minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, et ille qui indigne accessit, ab altari removebitur, et illi qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo jam condemnati, ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur. Et sic Sabbato, qui probati inventi sunt, episcopo repræsententur.

**200** *Ex concilio Meldensi.*

CCCCXLII. (*Concil. Meld.* c. 52; BURCHARD. lib. II, c. 4.) Hi qui ordinari petuntur nullatenus ordinentur nisi in loco certo et religioso, vel etiam in civitate, saltem uno anno immorentur, ut de vita et conversatione atque doctrina illorum certitudo possit agnosci (275).

*Qualiter episcopus ordinandus examinabitur. Ex concilio Carthaginensi.*

CCCCXLIII. (*Concil. Carthag.* IV, c. 1; BURCHARD. lib. I, e. 8; IVO, part. V, c. 62; GRATIAN, dist. 23; c. 2.) Qui episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura prudens est, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper sui negotii cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in Scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, et ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque Trinitatem deitatem coessentialem et consubstantialem et coæternalem et coomnipotentem prædicans, singulam quamque in Trinitate personam plenum Deum et totas tres personas unum Deum, si incarnationem divinam non in Patre neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat; ut qui erat in divinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens et animam humanam rationalem, simul in eo utriusque naturæ, id est, homo et **201** Deus, una persona, unus Filius, unus Christus, unus Dominus, creaturarum [creator] omnium quæ sunt et auctor et dominus et rector cum Patre et Spiritu sancto omnium creaturarum, qui passus est vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrectione vel resumptione [*alibi legitur*, et vera animæ resumpt.], in qua veniet judicare vivos et mortuos. Quærendum etiam ab eo si Novi et Veteris Testamenti, id est, Legis et Prophetarum et Apostolorum, unum eumdemque credat auctorem Deum, si diabolus non per conditionem sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo si credat hujus quam gestamus et non alterius carnis resurrectionem, si credat judicium futurum, et recepturos singulos pro his quæ in hac carne gesserunt vel pœnas vel præmia, si nuptias non improbet, si secunda matrimonia non condemnet, si carnium perceptionem non culpet, si pœnitentibus reconciliatis communicet, si in baptismo omnia peccata, id est, tam illud originale contractum, quam illa quæ voluntarie admissa sunt, dimittantur, si extra Ecclesiam catholicam nullus salvetur. Cum in his hominibus examinatus, pleniter instructus repertus fuerit, tunc ordinetur (276).

**202** Qualiter presbyteri vel diaconi ante ordinationem vel post ordinationem examinentur, vel qualiter de suo ministerio discutiantur, in principio istius libelli satis expressum est, ubi scriptum est quid sit a presbytero requirendum. Et ideo superfluum videtur repeti et iterari quod jam constat esse notatum.

(275) Vide supra cap. 389.

(276) Postremam istius capitis partem decurtavit Regino. Et tamen illa magni momenti est. Itaque nos hic eam censuimus esse reponendam in gratiam lectorum. Sic ergo habet in capite primo concilii Carthaginensis quarti: « Cum in his omnibus examinatus, inventus fuerit plene instructus, tunc consensu clericorum et laicorum et conventu totius provinciæ episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate vel præsentia, ordinetur episcopus. » Burchardus et Ivo, quia ex Reginone acceperunt, finem hanc istius capitis exhibent decurtatam. Gratianus aliunde accepisse videtur quam ex istorum collectionibus, cum integrum locum referat.

EXPLICIT LIBELLUS PRIMUS.

# **203** INCIPIT LIBER SECUNDUS.

In superiori libello quid episcopo vel ejus ministris cum ecclesiasticis viris sit agendum et in sua synodo requirendum ex parte notavimus. Nunc quid cum sæcularibus et laicis sit agendum vel agere oporteat, prout Dominus dederit, percurramus.

*Qualiter episcopus suam parœchiam debet circuire. Ex concilio Rothomagensi.*

I. (BURCHARD. lib. I, c. 90.) Cum episcopus suam diœcesim circuit, archidiaconus vel archipresbyter eum præire [debet] uno aut duobus diebus per parochias quas visitaturus est; et plebe convocata annun-

tiare debet proprii pastoris adventum, et ut omnes ad ejus synodum die denominata imprætermisse occurrant omnimodis ex auctoritate sanctorum canonum præcipere, et minaciter denuntiare quod si quis absque gravi necessitate defuerit, procul dubio a communione Christiana sit repellendus. Deinde ascitis secum presbyteris qui illo in loco servitium debent exhibere **204** episcopo, quidquid de minoribus et levioribus causis corrigere potest, emendare satagat ; ut pontifex veniens nequaquam in facilioribus negotiis fatigetur, aut ibi immorari amplius necesse sit quam expensa sufficiat. Ait enim Dominus ad Moysen de hujusmodi cooperatoribus : *Ut tecum sustentent onus populi, et non tu solus graveris* (*Num.* XI). Et beatus Joannes Baptista adventum Domini præcurrit prædicando dicens : *Pœnitentiam agite*, etc. (*Matth.* III). Et idem : *Parate viam Domino* (*ibid.*). Siquidem episcopus vicem Christi agere videtur. Et ideo cum gaudio, timore et summa reverentia a plebibus sibi subjectis suscipiendus est, ut illis cum laude dicatur quod Apostolus discipulis dicit. *Testimonium*, inquit, *vobis perhibeo quod ita suscepistis me sicut angelum Dei, sicut Dominum Jesum* (*Gal.* IV.)

*De juratoribus synodi. Unde supra.*

II. (BURCHARD. lib. I, c. 91. ) Episcopus in synodo residens, post congruam allocutionem, septem ex plebe ipsius parœchiæ vel eo amplius aut minus, prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atque veraciores viros in medio debet evocare ; et allatis sanctorum pignoribus unumquemque illorum tali sacramento constringat.

*Sacramentum synodale.*

III. (BURCHARD. lib. I, c. 92) Amodo inantea quidquid nosti, vel audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem et rectam Christianitatem in ista paræchia factum est, aut in futurum erit, si in diebus tuis evenerit, tantum **205** ut ad tuam cognitionem quocunque modo perveniat, si scis tibi indicatum fuerit synodalem causam esse et ad ministerium episcopi pertinere, quod nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam ullatenus celare debeas episcopo de Treveris aut ejus misso, cui hoc inquirere jusserit, quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adjuvet et istæ sanctorum reliquiæ.

*Reliqui ita jurent.*

(BURCHARD. *ibid.*, c. 93.) Istud sacramentum quod iste juravit de synodali causa, quod tu illud observabis, in quantum sapis aut audisti, aut ab hac die inantea inquisiturus es. Sic te Deus adjuvet.

*Allocutio episcopi.*

IV. (BURCHARD. *ibid.* c. 94 ) Videte, fratres, ut Domino reddatis juramenta vestra. Non enim homini jurastis, sed Deo creatori vestro Nos autem, qui ejus ministri sumus, non terrenam substantiam vestram concupiscimus, sed salutem animarum vestrarum requirimus. Cavete ne aliquid abscondatis, et ex alterius peccato vestra fiat damnatio.

*Post hæc ita per ordinem interroget.*

V. (BURCHARD. lib. I, c. 94.) 1. Est in hac parœchia homicida, qui hominem aut spontanea voluntate, aut cupiditatis aut rapacitatis causa, aut casu, aut nolens, et coactus, aut pro vindicta parentum, quod faidam dicimus, aut in bello, aut jussu domini, aut proprium servum occiderit ?

**206** 2. Est aliquis parricida, aut fratricida, qui patrem, matrem, fratrem, sororem, avunculum, aut aliquem parentem interfecerit ?

3. Est aliquis qui presbyterum aut diaconum aut aliquem clericorum occiderit vel aliquo membro detruncaverit ?

4. Est aliquis vel aliqua qui infantem proprium oppresserit vel vestimentorum pondere suffocaverit ? Et si hoc factum est ante baptismum aut post baptismum. Aut si infans infirmatus per negligentiam parentis absque baptismo obierit.

5. Est aliquis vel aliqua qui alterius partum excusserit ? vel si ipsa femina propria voluntate suum partum excusserit, et abortivum fecerit ?

6. Est aliqua femina quæ in fornicatione concipiens, timens ne manifestaretur, infantem proprium aut in aquam projecerit aut in terra occultaverit, quod morth dicunt.

7. Est aliquis qui uxorem suam absque lege aut certa probatione interfecerit ?

8. Est aliqua femina quæ virum suum vel aliquem hominem per herbas venenatas vel mortiferas potiones interfecerit, vel alium hoc facere docuerit ?

9. Est aliquis vel aliqua qui hoc fecerit vel alium facere docuerit ut vir non possit generare aut femina concipere ?

10. Est aliquis qui proprium servum extra judicem occiderit, et aliqua femina quæ ancillam propriam necaverit furore zeli inflammata ?

**207** 11. Est aliquis qui diabolo impellente semetipsum occiderit ?

12. Si in bello aliquis homines vulneravit, et nescit si de illo vulnere aliquis perierit, et si alicui imputatur quod hominem occiderit, et ipse hoc denegat.

13. Si aliquis est in consilio ut homo interficiatur et non est in facto, et tamen per ejus consilium et exhortationem interfectus est.

14. Est aliquis qui truncationes manuum, pedum, linguæ, et testiculorum fecerit, et oculos alterius eruerit ?

*Deinde interrogandum de adulteriis et fornicationibus.*

15. Si quis conjugatus cum alterius uxore adulteratus fuerit. Si qua uxor cum alterius viro.

16. Si quis uxorem habens ; concubinam simul habuerit ancillam propriam aut aliam feminam.

17. Si quis uxorem legitimam dimiserit, et aliam in conjugium acceperit.

18. Si qua mulier virum proprium dimiserit, et alteri se conjunxerit.

19. Si interveniente repudio ab invicem separantur et sic manent.

20. Si quis absque consensu uxoris, derelicto legitimo conjugio, in monasterium intrat.

21. Si aliquis suam conjugem, quamvis culpabilem, sine episcopi judicio relinquit.

22. Si qua mulier conscio viro suo fornicata fuerit.

23. Si quis uxore carens, cum alterius conjuge **208** fornicatus fuerit ; aut si qua mulier non habens virum, cum alterius marito.

24. Si quis non habens uxorem, cum femina quæ virum non habet fornicatus fuerit.

25. Si laica virgo mœchata fuerit cum adolescente.

26. Si quis desponsatam puellam non duxerit, B et fidem sponsaliorum fregerit.

27. Si quis alterius sponsam rapuerit et sibi sociaverit.

28. Si quis quamcumque feminam, virginem, aut viduam, per raptum traxerit, et sociaverit sibi matrimonio. Et si aliqui sunt qui in hoc consentientes et adjuvantes fuerunt.

29. Si quis cum Judæa, vel si Judæus vel si paganum cum aliqua Christiana, mœchatus fuerit.

30. Si quis sanctimonialem vel viduam Deo sacratam rapuerit et in conjugium sumpserit, vel ipsis consentientibus cum eis fornicatus fuerit.

31. Si quis vivente marito conjugem illius adulterasse accusatur, et eo in proximo defuncto eamdem sumpsisse dignoscitur.

32. Si aliqua mulier dicit quod vir ejus non possit cum ea coire, et ob hanc causam discidium quærit, et aliam virum vult accipere.

33. Si filius cum matre spiritali mœchatus fuerit, vel eam in matrimonium accepit, similiterque cum filiola quam ex sacro fonte suscepit aut ante episcopum tenuit.

34. Si quis propinquam et consanguineam suam in matrimonium accepit, aut cum ea fornicatus est.

**209** 35. Si aliquis irrationabiliter, id est contra naturam, cum masculis et mutis misceatur animalibus.

36. Si qua mulier lenocinium fecerit.

37. Si aliquis in sua domo consentit cum propriis ancilis vel geneciariis suis adulterium perpetrare.

*De furto et sacrilegio.*

38. Interrogandum si aliquis fur aut sacrilegus sit, qui ecclesias Dei infregerit, vel aliquid de ecclesia furatus sit, aut publice rapuerit, aut latenter subripuerit, aut aliquis rapax et raptor et deprædator ecclesiæ Dei est. Quamvis enim hæc secundum legem humanam emendari debeant atque exsolvi, tamen pœnitentia ad episcopum pertinet.

*De perjurio.*

39. Interrogandum si aliquis perjurus sit, aut si sciens et pro cupiditate terrena perjuraverit ; et si nesciens aut coactus jussu senioris, aut pro membris et vita redimenda : aut si quis scienter non solum perjuraverit, sed etiam alios in perjurium induxerit.

*De falso testimonio.*

40. Interrogandum si aliquis scienter contra aliquem falsum testimonium protulerit, quia hoc capitale crimen est, et quale damnum aliquis per hanc testificationem habuerit.

41. Interrogandum si aliquis hominem liberum, aut servum alterius, aut peregrinum **210** et adventitium furatus fuerit, aut eum blandiendo seduxerit et vendiderit, et extra patriam in captivitatem miserit, aut si aliquis Judæo vel pagano Christianum mancipium vendiderit, aut si ipsi Judæi B Christiana mancipia vendant.

*De incantatoribus et sortilegis.*

42. Interrogandum si aliquis magus, hariolus, aut incantator, divinus, aut sortilegus sit.

43. (Burchard. lib. x, c. 32.) Si aliquis vota ad arbores vel ad fontes vel ad lapides quosdam quasi ad altaria faciat, aut ibi candelam seu quodlibet munus deferat, velut ibi quoddam numen sit quod bonum aut malum possit inferre.

44. (Burchard. lib. i, c. 94, § 43; et lib. x, c. 18.) Perscrutandum si aliquis subulcus vel bubulcus sive venator vel cæteri hujusmodi dicat diabolica carmina super panem aut herbas et super quædam nefaria ligamenta, et hæc aut in arbore ab- C scondat, aut in bivio aut in trivio projiciat, ut sua animalia liberet a peste et clade, et alterius perdat : quæ omnia idololatriam esse nulli fideli dubium est, et ideo summopere sunt exterminanda.

45. (Burchard. lib. i, c. 94, § 64, lib. x, c. 29.) Perquirendum si aliqua femina sit quæ per quædam maleficia et incantationes mentes hominum se immutare posse dicat, id est, ut de odio in amorem, aut de amore in odium convertat, aut bona hominum aut damnet aut subripiat. Et si aliqua est quæ se dicat cum dæmonum turba in similitudine mulierum transformata certis noctibus equitare super quasdam bestias et in earum consortio annumeratam **211** esse, hæc talis omnimodis ex parochia ejiciatur.

D *De morticinis et sanguine.*

46. (Burchard. lib. i, c. 94, § 45 et seqq.) Interrogandum si aliquis sanguinem, morticinum, aut dilaceratum a bestia comedat.

47. Si aliquis per odium ad pacem non revertitur, aut juravit, quod Deo contrarium est, ut fratri nunquam reconcilietur, quod est peccatum usque ad mortem.

48. Si aliquis bibit de liquore in quo mustela vel mus sive aliquod immundum animal necatum est.

49. Si aliquis jejunium quadragesimale non observat, vel Quatuor Temporum, sive Letaniam majorem vel Rogationum, sive indictum ab episcopo jejunium pro quacunque plaga.

50. (Burchard. libr. x, c. 25.) Si aliquis est qui

bibit aut manducat aut portat super se quod existimat Dei judicium pervertere posse.

51. (BURCHARD. lib. X, c. 17.) Si aliquis in Kalendis Januarii aliquid fecit quod a paganis inventum est, et dies observat, et lunam, et menses, et horum effectiva potentia aliquid sperat in melius aut in deterius verti.

52. Si aliquis quodcunque opus inchoans, aliud ibi aliquid dicit, aut quacunque magica arte aliud facit, nisi, ut Apostolus docet, omnia in nomine Domini facienda. Neque enim dæmones in nostro adjutorio debemus invocare, sed Deum. In collectione similiter herbarum medicinalium Symbolum et orationem **212** Dominicam dicere oportet, et nihil aliud.

53. Quærendum etiam si mulieres in lanificiis suis vel in ordiendis [*edit. Helmæstad.*. ordinandis] telis aliquid dicant aut observent nisi, ut supra dictum est, omnia in nomine Domini.

54. Si quis oblationes, id est eleemosynam parentum defunctorum, injuste retinet.

55. Si aliquis super mortuum nocturnis horis carmina diabolica cantat, et bibit, et manducat, et quasi de ejus morte gratulatur, et si alibi mortui in vigiliis nocturnis nisi in Ecclesia custodiuntur.

56. Si aliquis Christianus est qui non communicet vel tribus temporibus in anno, id est, Pascha, Pentecosten, et Natale Domini, nisi pro mortiferis criminibus episcopi vel sacerdotum judicio a communione fuerit remotus.

57. Est aliquis qui in die Dominico vel in præcipuis festivitatibus quidquam operis faciat ; et si ad matutinas et ad missam et ad vesperas his diebus imprætermisse omnes occurant.

58 Si aliquis excommunicatus pro nihilo duxerit excommunicationem, et si aliquis cum excommunicato communicaverit.

59. Si aliquis modum pœnitentiæ sibi injunctum non custodierit.

60. Si aliquis patrem aut matrem inhonorat, aut percutit, aut maledicit.

61. Si aliquis vomitum post acceptam eucharistiam per ebrietatem fecerit.

62. Si aliquis est qui suam decimam Deo et sanctis ejus retrahat.

63. Si aliquis est tam perversus et a Deo **213** alienus ut saltim Dominica die ad ecclesiam non veniat.

64. Si porcarii et alii pastores Dominica die ad ecclesiam veniant et missas audiant. Similiter in aliis festis diebus (277).

65. Si aliquis ad confessionem non veniat vel una vice in anno, id est, in capite Quadragesimæ, et pœnitentiam pro peccatis suis suscipiat.

A 66. Si quis est qui assiduam ebrietatem sectatur. Neque enim ebriosi regnum Dei possidebunt.

67. Si aliquis est qui contempto suo presbytero in aliam parœchiam venit ad ecclesiam, et ibi communicat et suam decimam dat.

68. Inquirendum de mendicis qui per patrias discurrunt, et si unusquisque pauperem de familia sua pascat.

69. (BURCHARD. lib. I, c. 93, § 68, et seqq.) Si in unaquaque parœchia decani sunt per villas constituti, viri veraces, et Deum timentes, qui cæteros admoneant ut ad ecclesiam pergant ad matutinas, missam, et vesperas, et nihil operis in diebus festis faciant : et si horum quisquam transgressus

B fuerit, statim presbytero annuntient ; similiter et de **214** luxuria et omni opere pravo.

70. Si aliquis est qui bannum episcopi aut presbyteri sui et excommunicationem parvipendens, pro nihilo ducat.

71. Si parœchiani presbytero suo debitum honorem impendant, aut si aliquis est qui eum verbo vel facto inhonorat et ejus monita spernit.

72. Si aliquis est qui peregrino aut viatori hospitium contradicit.

73. Inquirendum quas festivitates colant.

74. Si patrini filiolis suis symbolum et orationem Dominicam insinuant aut insinuari faciunt.

75. Si quatuor aut quinque vel plures unum interfecerint hominem.

C 76. Si aliquis est qui contradicit episcopo aut ejus ministris, ne coloni aut servi propter commissa crimina virgis nudi cædantur.

77. Inquirendum si aliquis peregrinum, qui de sua patria propter paganorum infestationem vel persecutionem fugit, hac de causa quia in domo ejus mansit, et diebus aut annis loco mercenarii illi servivit, pro proprio servo illum velit habere, et vendere aut dare alicui præsumat.

78. Si aliquis est qui injusta mensura suam annonam aut vinum vendat, cum Dominus dicat : *Æquus tibi sit modius et sextarius æquus.*

79. Denuntiandum etiam quam magnum piaculum sit usuras exigere et de alieno fenore velle ditescere, et quod sacri canones tales ab Ecclesia ejici præcipiant.

**215** 80. Si aliquis propter cupiditatem judæum aut paganum interfecerit.

81. Si aliquis insaniens aliquem hominem occiderit.

82. Si quis arborem inciderit, et dum operi necessario insistit, aliquis subtus arborem deveniens improvise opprimitur.

83. Si quis conjurationes et conspirationes sectatur.

(277) *Ita editio Helmæstadiensis et Burchardus l. I, cap. 94, § 63. Codex vero Parisiensis ita habet :* Si porcarii... veniant. Similiter præcipuis festivitatibus. *Codex ms. monasterii Rivipullensis, in quo continentur decreta Eutychiani papæ* : Si porcarri et alii pastores Dominica die ad ecclesiam non veniant et missam non audiant. Similiter et in aliis festivitatibus.

84. Si quis ecclesiam aut clericum fatigare præsumit.

85. Inquirendum de refugis et perfidis laicis.

86. Percunctandum de confratriis et fraternitatum societatibus qualiter in parœchia agantur.

87. Si cantica turpia et risum moventia aliquis circa ecclesiam cantare præsumit.

88. Si aliquis in ecclesiam intrans, fabulis vacare consuevit, et non diligenter auscultat divina eloquia, et si antequam missa finiatur, de ecclesia exit.

89. Si oblationem, id est panem et vinum, viri et feminæ ad missas offerunt ; et si non viri, conjuges pro illis offerant, pro se suisque omnibus, ut in canone continetur.

Capitula hæc quæ per ordinem adnotavimus, canonicis oportet roborari decretis.

*De pœnitentia homicidarum. Ex concilio Triburiensi.*

VI. Ut pœnitentia super homicidiis non diverso more, ut prius, sed in episcopiis singulis uno more agatur.

**216** *Unde supra.*

(Burchard. lib. i, c. 1.) Si quis spontanea voluntate, diabolo suadente, homicidium perpetraverit, juxta canonum sanctiones et judicium episcoporum talem pœnitentiam accipere debet.

In primis ut licentiam non habeat ecclesiam intrandi illos proximos quadraginta dies, nudis pedibus incedat, et nullo vehiculo utatur ; in laneis vestibus sit absque femoralibus ; arma non ferat, et nihil sumat his quadraginta diebus nisi tantum panem et salem, et puram bibat aquam, et nullam communionem cum cæteris Christianis neque cum alio pœnitente habeat in cibo et potu antequam quadraginta dies adimpleantur ; ex cibo quem sumit nullus alius manducet. Considerata vero personæ qualitate vel infirmitate, de pomis vel oleribus seu leguminibus, prout visum fuerit, aliquid pro misericordia indulgeatur, maxime si quis coactus et non sponte homicidium fecerit. Et ei omnimodis ex canonica auctoritate interdicatur ut in his diebus cum nulla femina misceatur, nec ad propriam uxorem accedat, nec cum aliquo homine dormiat ; juxta ecclesiam sit, ante cujus januas peccata sua defleat diebus et noctibus ; et non de loco ad locum pergat sed in uno loco his quadraginta diebus sit. Et si forte habuerit insidiatores vitæ suæ, interim differantur ei pœnitentia donec ab episcopo pax ei ab inimicis reddatur. Et si infirmitate detentus fuerit, ita ut non possit digne pœnitere, differatur pœnitentia donec sanitati restituatur. Si autem longa **217** ægritudine detentus fuerit, ad sententiam episcopi pertinebit quomodo reum et infirmum sanare disponat. Completis quadraginta diebus, aqua lotus, vestimenta et calciamenta, quæ a se abjecerat, rursus sumat, et capillum incidat.

*Quid in primo anno observare debeat.*

VII. (Burchard. lib. vi, c. 2). In primo anno post quadraginta dies totum illum annum a vino, medone, et mellita cervisia, a carne et caseo et pinguibus piscibus abstineat, nisi festis diebus qui in illo episcopo a cuncto populo celebrantur, et nisi forte in magno itinere, vel in hoste, vel diu ad dominicam curtem vel infirmitate detentus. sit. Tunc liceat uno denario, vel pretio unius denarii, aut tres pauperes pascendo, tertiam feriam, quintam feriam, et Sabbatum redimere, ita duntaxat ut una re de tribus utatur. Postquam domum venerit, aut sanitati fuerit restitutus, nullam licentiam habeat redimendi.

*Quid in aliis duobus annis observare debet.*

VIII. (Burchard. lib. vi, c. 3, 4.) Completo anni circulo ecclesiam ingrediatur, et pacis osculum concedatur. In secundo et tertio anno similiter jejunet; nisi quod tertiam feriam, quintam, et Sabbatum potestatem habeat, redimendi, ubicunque est. Cætera diligenter omnia observet ut in primo anno.

**218** *Quid in reliquis quatuor annis observare debet.*

IX. (Burchard. lib. vi, c. 5.) Quatuor anni deinde restant, per quos singulos jejunet tres quadragesimas. Unam ante Pascha cum cæteris Christianis, abstinendo a vino, medone, mellita cervisia, caseo, et a piscibus pinguibus. Alteram ante Nativitatem sancti Joannis. Si aliquid remanet de quadraginta diebus, post missam sancti Joannis impleat. Tertiam ante Natale Domini jejunet, ut supra dictum est. Et in quatuor supradictis annis, tertia, quinta feria. et Sabbato utatur quidquid vult, et secundam et quartam feriam omnimodis observet, et nequaquam redimat. His expletis, sacram communionem accipiat.

*De eo qui voluntarie homicidium fecit. Ex concilio Ancyrano.*

X. (*Concil. Ancyr.* c. 21 ; Halitgar. lib. iv, c. 1 ; Burchard. lib. vi, c. 13.) Qui voluntarie homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter se submittant, perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur.

*De eadem re. Ex concilio Rhemensi.*

XI. (*Concil. Rhemense anni* 630, c. 9 ; Burchard. lib. vi. 14.) Si quis homicidium sponte commiserit, et non violenti resistens, sed vim faciens, innocentem et simpliciter gradientem interfecerit, cum isto penitus non communicandum, sic tamen ut si pœnitentiam egerit, in exitu ei communionis viaticum non negetur.

**219** *De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

XII. (*Conc. Agath.* c. 37 ; Burchard. lib. vi, c. 29.) Itaque censuimus homicidas et falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint.

*De eadem re. Ex concilio Nannetensi.*

XIII. (*Concil Nannet.* c. 17 ; Burchard. lib. vi, c. 12.) Si quis voluntarie et per insidias hominem interfecerit, jugi se pœnitentiæ submittat. Et si hoc publice actum constat, si laicus est a communione orationum quinquennio removeatur; post quinquennium in orationum communione recipiatur (278);

(278 Sequeutia non exstant in cod. ms.

non autem simul offerat, non corpus Domini contingat in quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

*De eadem re. Ex eodem*

XIV. (*Concil.Nannet.ibid.*)In Exodo Dominus dicit de homicidis : *Si quis de industria et per insidias hominem occiderit, ab altari meo evelles eum, ut moriatur* (*Exod* XXI).

*De homicidiis non sponte commissis. Ex concilio Ancyrano.*

XV. (*Concil. Ancyr.* c. 22 ; HALITGAR. lib. IV, c.2 ; BURCHARD. lib. VI, c. 15.) De homicidiis non sponte commissis prior quidem definitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcepit, secunda vero quinquennii tempus explere.

**220** *De eadem re. Ex epistola Rabani ad Heribaldum episcopum*

XVI. (RAB., *Epist. ad Heribald.* c. 4 ; BURCHARD. lib. VI, c. 23.) Nam de his legimus qui hominem non sponte interfecerunt, Deum per legislatorem urbes refugii deputasse, ad quas confugientes salvarentur ab ultore sanguinis proximi sui et non morerentur. Unde in Deuteronomio scriptum est : *Hœc erit lex homicidœ cujus vita servanda est. Qui percusserit proximum suum nesciens, et heri et nudiustertius nullum contra eum odium habuisse comprobatnr, sed abisse simpliciter cum eo in silvam ad ligna cœdenda, et in succisione lignorum securis fugerit de manu, aut ferrum delapsum de manubrio amicum ejus percusserit et occiderit, hic ad unam urbium supradictarum confugiat et vivat.* (*Deut.* XIX.)

*De eadem re. Ex concilio Wormatiensi. cap.* 5

XVII. (*Concil. Wormat.* c. 29 ; BURCHARD. lib. VI, c. 21.) Sæpe contingit ut dum quis operi necessario insistens arborem incidat, aliquis subtus ipsam veniens deprimatur (279) et idcirco, si voluntate vel negligentia incidentis arborem factum est, ut homicida pœnitentiæ debet omnino submitti. Quod si non voto, sed incuria ejus, non denique (280) [hæc eum] sententia contigit ; sed dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus occurrit sub arbore, et sub ipsa oppressus est, incisor arboris non tenetur pro homicida.

**221** *De eadem re. Ex concilio Triburiensi, cap.* 17.

XVIII. (*Concil. Tribur.* c. 36 ; BURCHARD, lib VI, c. 22.) Si duo fratres in silva arbores succiderint, et appropinquante casu unius arboris frater fratri *Cave* dixerit, et ille fugiens in pressuram arboris inciderit et mortuus fuerit, vivens frater innocens de sanguine germani dijudicetur.

*De eadem re. Ex eodem*

XIX. (*Concil. Tribur.* c. 37.) Mater si juxta focum infantem posuerit, et alius homo aquam in caldariam miserit, et ebullita aqua infans superfusus mortuus fuerit, pro negligentia mater pœniteat et ille homo securus sit.

279 Vide legem Saxon., c. 11, et leg. Longobard. lib. I, tit. 9, c. 5.

A *De eadem re. Ex eodem, cap.* 20.

XX. (*Concil. Tribur.* c. 52.) De homicidiis non sponte commissis, quali pœnitentiæ jugo submittantur hi qui fecerint ea, in episcopi sententia maneat.

*De eadem re. Ex eodem.*

XXI. (*Concil. Tribur.* c. 53 ; BURCHARD. lib. VI, c. 36.) Si quis filium suum non sponte occiderit, juxta homicidia non sponte commissa pœniteat.

*De eadem re. Ex concilio Nannetensi.*

XXII. (*Concil. Nannet.* c. 18 ; BURCHARD. lib. VI, c. 16.) Si quis casu, non volens homicidium perpetraverit,quadraginta diebus in pane et aqua pœniteat. Quibus peractis, biennio ab oratione fidelium segregetur, non communione orationis

B offerat, non tamen communicet. **222** Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis maneat.

*Qui per faidam hominem occiderit. Ex Pœnitentiali, cap.* 14.

XXIII. (BURCHARD. lib. I, c. 32.) Qui pro vindicta fratris aut aliorum parentum occiderit hominem, annum unum pœniteat, et sequentibus duobus tres quadragesimas observet et legitimas ferias, id est secundam, quartam, et sextam feriam.

*De eadem re. Ex eodem.*

XXIV. Qui per iram et rixam et ebrietatem subito hominem occiderit, quatuor annos pœniteat.

*De eadem re. Ex eodem.*

C XXV Si quis liber, jubente domino suo, servum occiderit, quadraginta dies pœniteat. Et si quis liber, jubente domino suo, hominem innocentem occiderit, annum unum pœniteat, et in duobus aliis annis tres quadragesimas observet et legitimas ferias.

*De his qui servos suos necant extra judicem. Ex concilio Agathensi, cap* 35.

XXVI. (*Conc. Agath.* c. 62 ; RAB., *Epist. ad Heribald.* c. 3.) Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione biennii reatum sanguinis emundabit.

*De parricidis et fratricidis. Ex concilio Moguntiacensi.*

XXVII. (*Concil. Wormat. c.* 30; BURCHARD. lib. X, c. 34.) Statuimus ut parricidæ et fratricidæ **223**

D per unius anni circulum ante fores basilicæ orantes Domini clementiam perseverent. Completo anni circulo, introducantur in ecclesiam ; tamen inter audientes, usque dum unius anni spatium finiatur, stent. His ita peractis, si pœnitentiæ fructus in eis conspicitur, corporis et sanguinis Domini participes fiant, ut non obdurentur desperatione. Carnem non manducent omnibus diebus vitæ illorum. Jejunent autem usque ad nonam diei horam quotidie, exceptis festis diebus atque Dominicis. Abstineant autem a vino, medone, atque mellita cervisia tres dies per hebdomadam. Arma portare non audeant, nisi contra paganos ; et ubicunque ire maluerint, nullo ve-

(280) Ex veteri codice ms. Bibliothecæ regiæ.

hiculo deducantur, sed pedibus propriis pergant. Tempus autem hujus pœnitentiæ in episcoporum ponimus arbitrio, ut secundum conversationem illorum aut extendere vel minuere valeant. Ab uxoribus, si habuerint, non separentur. Si autem non habuerint, et se continere non valuerint, legitimas accipiant in conjugio feminas, ne in fornicationis voraginem incidere videantur. Si autem antequam duorum prædictorum annorum finiantur curricula, finis vitæ illorum pervenerit, viaticum illis non negetur. (281)

**224** *Item de parricidis. Ex alio concilio Moguntiacensi, cap.* 20.

XXVIII. (*Pœnit.* Rab. c. II et in *ep. ad Heribald.* c. 7; *concil. Mogunt. sub.* Rab. c. 20; Burchard. lib. VI, c. 35.) Parricidium quam sit detestabile crimen, judicio facto inter Cain et Abel fratrem suum Dominus ostendit. Sed quia modernis temporibus parricidæ profugi discurrunt per diversa loca, et variis vitiis et gulæ illecebris deserviunt, melius nobis videtur ut in uno loco manentes pœnitentia districta semetipsos castigent, si forte, Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereatur.

*Quod parricidis arma et conjugium interdicatur.*

XXIX. (*Concil. Mogunt.* ibid.; Burchard. lib. VI, c. 35.) Non enim eis licebit ultra militiæ cingulum sumere et conjugiis copulari, quia sacri canones hoc eis non consentiunt.

**225** *De eo qui hominem publicam pœnitentiam agentem interficit. Ex Capitularium lib* III, *cap* 17.

XXX. (Lib IV *Capitular. c.* 18) Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo componat, et wirgildum proximis ejus persolvat. (282)

*De eo qui hominem in ecclesia interficit.*

XXXI. Lib. IV *Capitular. c.* 13; Lib. I *Leg. Longob.* tit. 9, 2, 29, 30, 35 et seq.) Si quis aut ex levi causa aut sine causa homines in ecclesia interfecerit, de vita componat. Si vero rixati foris fuerint, et unus alterum in ecclesiam fugerit, et ibi se defendendo eum interfecerit, et si hujus facti testes non habuerit, cum duodecim testibus juret legitimis se defendendo eum interfecisse, et post hæc solidos sexcentos ad partem ecclesiæ, quam illo homicidio polluerat, et insuper bannum nostrum solvere cogatur. Is vero qui interfectus est, absque compositione jaceat; ac deinde interfector secundum judicium canonicum congruam facinori quod admisit pœnitentiam accipiat. (283) Si proprius A servus hoc commiserit, judicio aquæ ferventis examinetur utrum hoc sponte an se defendendo fecisset; et si manus ejus exusta fuerit, dominus ejus, juxta quod wirgildum illius est, ad ecclesiam persolvat; aut, si voluerit, eum eidem ecclesiæ tradat. De ecclesiastico et fiscalino et beneficiario volumus ut pro uno vice wirigildum pro eo componatur, altera vice servus ad supplicium tradatur. Hæreditas tamen liberi **226** hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerat judicatus, ad legitimos hæredes illius perveniat. Si in atrio ecclesiæ, cujus porta reliquiis sanctorum consecrata est, hujuscemodi homicidium perpetratum fuerit, similiter componatur et emendetur. Si vero non est consecrata, eodem modo componatur sicut B componi debet quod in immunitate violata committitur.

*De injuriis sacerdotum vel clericorum ex eodem, cap.* 14.

XXXII. (Lib. IV *Capitular.* c. 14; lib. II *Leg. Longob.* tit. 40, c. 6.) Sanguinis effusio in ecclesia facta cum fuste, si presbyter fuerit, triplo componatur, duas partes eidem presbytero tertia pro fredo ad ecclesiam, et insuper bannus noster. Similiter de diacono juxta compositionem ejus in triplo cum banno nostro componatur. De subdiacono et de uniuscujuscumque ordinis clerico secundum suam compositionem in triplo persolvatur, et insuper bannus noster.

**227** *De ictu.*

XXXIII. (Lib. I *Capitular.* c. 14; lib. II *Leg. Longob.* C tit 40, c. 6.) Similiter et de ictu sine sanguinis effusione de uniuscujuscunque ordinis clerico in triplo componatur, insuper et bannus noster. Et qui non habet unde ad ecclesiam persolvat, tradat se in servitium eidem ecclesiæ usque dum totum debitum persolvat.

*Si quis clericum exspoliaverit. Ex concilio Triburiensi.*

XXXIV. (*Concil. Tribur.* c. 7.) Ut si qua in ipsos clericos vel in ecclesias perpetrata fuerint, id est, si quis clericum expoliaverit aut vulneraverit, vel aliquam injuriam fecerit, decimas ecclesiæ tulerit vel retinuerit, si non prius per sæcularem potentiam digne vindicatum fuerit, episcopus ad suam synodum illos malefactores vocet et digne emendet. Si D contempserint venire, excommunicentur.

*Si quis clericum verberaverit. Ex eodem*

XXXV. Si quis clericum verberaverit vel debilitaverit aut in aliquo læserit, et canonice pœniteat et ad

(281) In excerptis e Buchardo quæ edita sunt a Stervartio, caput istud refertur ex epistola Nicolai papæ ad Carolum Maguntiensem archiepiscopum ejusque suffraganeos; cum in Decreto Burchardi referatur ex concilio Triburiensi, in quo non exstat, neque etiam in Moguntino, unde laudatur a Reginone. Ultima vero pars istius capitis, nimirum quæ sequuntur post illa verba *extendere vel minuere valeant*, non habentur in editionibus Burchardi, tamen et si exstent in excerptis editis a Stevartio. Unde colligi potest auctorem istorum exceptorum usum esse aliquo exemplari Burchardici Decreti vulgatis editionibus ampliore. Hæc porro ultima pars istius capitis, quam admonuimus non exstare in vulgatis Burchardi editionibus, habetur in capite 30 concilii Wormatiensis.

(282) Vide infra cap. 190 hujus libri.

(283) In vetustissimo codice ms. monasterii Rivipullensis, qui continet priores quinque libros Capitularium, post illa verba, « congruam facinori quod admisit pœnitentiam accipiat, » ista statim adduntur. « id est, XXI annis, VII ex his in pane et aqua ad ostium ecclesiæ satisfaciat, remotus ab oratione et communione fidelium; cæteros septem societur oratione fidelium: transactos qui supersunt VII communionem plenam perfecte subsequatur. Abstinentia ejus sacerdotali providentia temperetur. Si proprius servus, » etc.

legem emendet, juxta quod in Capitulari scriptum A est.

*De eadem re. Ex concilio Toletano.*

XXXVI. (*Concil. Tolet.* I, c. 11.) Si quis de potentibus clericum aut religiosum exspoliaverit, et episcopus mandaverit eum ad se venire ut audiatur, et contempserit, in invicem mox scripta percurrant per omnes provinciæ episcopos, quoscunque **228** adire potuerint, ut excommunicatus habeatur donec audiatur et reddat aliena.

*De pugna et homicidio in atrio ecclesiæ. Ex concilio Triburiensi.*

XXXVII. (*Concil. Tribur.* c. 4, 6: Burchard. lib. III, c. 193.) Si quis in atrio ecclesiæ pugnam committit aut homicidium, quidquid pro immunitate violata emendandum est, altario solvatur cujus cunque fuerit ecclesia.

*De pugna in ecclesia. Ex eodem.*

XXXVIII. Si quis in ecclesia clericum fuste aut gladio percusserit, ut sanguis exeat, vel de ictu sine effusione sanguinis, juxta quod in Capitulari scriptum est componatur, id est, in triplo secundum suam compositionem. (284).

*Quod laici de substantia morientium presbyterorum suorum nullam portionem accipiant. Ex eodem, cap.* 2.

XXXIX. (285) Perlatum est quoque ad sanctam synodum quod quidam laici improbe agant contra presbyteros suos, ita ut de morientium presbyterorum substantia partes sibi vindicent sicuti de propriis servis. Interdicimus itaque ne hoc ulterius fiat; sed secuti liberi facti sunt ad suscipien- C dum gradum et agendum divinum officium, ita ab eis nihil exigatur præter Dei officium. De peculiari vero sacerdotum nihil sibi usurpent; sed de duabus partibus faciant presbyteri quod eis visum fuerit, tertiam, secundum canonum jussa, quibus serviunt relinquant ecclesiis.

**229** *De compositione presbyteri, si occisus fuerit. Ex eodem.*

XL. (*Concil. Tribur.* c. 4.) Presbyter vulneratus aut cæsus, si mortem evaserit, tota compositio cedat presbytero. Si vero mortuus fuerit, compositio in tres dividatur portiones; id est, altari cui presbyter deserviebat pars una, altera episcopo, tertia parentibus presbyteri solvatur.

*De eadem re. Ex Capitularium libro* II, *cap.* 49. D

XLI. (Lib. IV. *Capitular.* c. 15; Burchard, lib. VI, c. 11.) Presbyteri interfecti compositio episcopo ad cujus parœchiam pertinent solvantur secundum capitulare gloriosi Caroli genitoris nostri, ita videlicet ut medietatem wirgildi ejus episcopus utilitatibus ecclesiæ cui præfuit tribuat, et alteram medietatem in eleemosyna ejus juste dispertiat: quia nullus nobis ejus hæres proximior videtur quam ille qui ipsum Domino sociavit. (286)

*De eo qui sacerdotem occiderit. Ex concilio Wormatiensi.*

XLII. (*Concil. Wormat.* c. 26; Burchard, lib. VI, c. 8.) Qui sacerdotem voluntarie occiderit, carnem non comedat et vinum non bibat cunctis diebus vitæ suæ; jejunet usque ad vesperam, exceptis diebus festis atque Dominicis: arma non sumat, equum non ascendat, ecclesiam per quinquennium non ingrediatur (287), sed ante fores ecclesiæ stet; post qinquennium ecclesiam ingrediatur, nondum vero communicet, sed inter audientes stet, vel sedeat. Cum autem fuerit duodecimi anni **230** cursus finitus, communicandi ei licentia concedatur, et equitandi tribuatur remissio. Maneat autem in reliquis observationibus tres dies per hebdomadam, ut perfectius purificari mereatur.

*De eadem re. Ex concilio Moguntiacensi, cap.* 24.

XLIII. (*Concil. Morgunt, sub Rabano*, c. 24; Burchard, lib. VI, c. 7.) Qui presbyterum occiderit, duodecim annorum ei pœnitentia secundum canones imponatur; aut si negaverit, si liber est, cum duodecim juret; si autem servus, super duodecim vomeres ferventes se purget: convictus noxæ, usque ad ultimum vitæ tempus militiæ cingulum deponat, et uxorem amittat.

*De eo qui presbyterum degradatum occiderit. Ex eodem concilio.*

XLIV. (*Concil. Mogunt. sub Rabano* c. 25; Burchard. lib. VI, c. 9.) Nuntiatum est nobis quod aliqui, qui olim dixerunt se fuisse sacerdotes, et postea degradati pro suis peccatis pœnitentiam agendo suffragia sanctorum, per diversa loca transeuntes, quæsierunt, trucidati sunt. Hujuscemodi interfectoribus omnem ecclesiasticam denegamus communionem, donec dignam pœnitentiam pro reatu secundum judicium episcoporum exsolvant.

*De homicidiis clericorum. Ex Capitularium lib.* III, *cap.* 25.

XLV. Qui subdiaconum occiderit, CCC solidos componat. Qui diaconum, CCCC. Qui presbyterum, DC. Qui **231** episcopum, DCCCC. Qui monachum, CCCC solidos componat.

*Si aliquis ordinatus homicidium fecerit. Ex Pœnitentiali.*

XLVI. Halitgar. lib. VI, c. 1.) Si quis episcopus aut aliquis ordinatus homicidium fecerit, decem annos pœniteat, tres ex his in pane et aqua.

*Si quis consenserit vel consiliatus fuerit ut homo interficiatur. Ex eodem.*

XLVII. (Halitgar. *ibid.*) Si quis ad homicidium faciendum consenserit et consilium dederit, et factum fuerit, septem annos pœniteat. Si vero non fuerit factum, tres annos pœniteat.

*Si quis consanguineum suum occiderit aut seniorem. Ex eodem.*

XLVIII. Si quis proximum et consanguineum suum occiderit, decem annos pœniteat. Similiter si quis seniorem et dominum suum dolo trucidaverit.

*Ex dictis Ferrandi diaconi.*

XLIX. (Burchard, lib. VI, c. 31, et apud Gratian.

(284) Vide supra cap. 132.

(285) Vide infra, in appendice secunda, cap. 39.

(286) Vide notam correctoris Romani ad cap. *Omnes presbyteri* 17, 9, 4.

(287) Vide Morin. lib. VII de Pœnitentia, c. 7, § 8, 9.

dist. 1, *de Pœnit.*, c. 23.) Periculose se decipiunt A qui existimant eos tantum homicidas esse qui manibus hominem occidunt, et non potius eos per quorum consilium et fraudem et exhortationem homines extinguuntur. Nam Judæi Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est: *Nobis non licet interficere quemquam* (*Joan.* XVIII); sed tamen illis Domini mors imputatur, quia ipsi eum lingua crucifixerunt dicentes: *Crucifige eum* (*Luc.* XXIII). Unde unus **232** evangelista dicit Dominum crucifixum hora tertia (*Marc.* XV), alius sexta (*Luc.* XXIII); quia Judæi crucifixerunt eum hora tertia lingua, milites hora sexta manibus. Qui ergo hominem tradit, ille eum interficit, Domino dicente: *Majus peccatum habet qui me tradidit tibi* (*Joan.* XVI). Unde Psal- B mista: *Filii hominum, dentes eorum arma et sagitta, et lingua eorum gladius acutus* (*Psal.* LVI). Subjiciant ergo se pœnitentiæ quorum consilio sanguis funditur, si veniam promereri volunt.

*De his qui pro nihilo ducunt homicidium in bello perpetratum. Ex epistola Rabani* (*cap.* 4) *ad Heribaldum episcopum Antissiodorensem, de prælio ad Fontaniacum gesto.*

L. (BURCHARD. lib. VI, c. 23.) Quod autem quidam homicidium quod nuper in seditione et prælio principum nostrorum perpetratum est excusant, quasi non necessarium sit pro hoc cuilibet agere pœnitentiam, eo quod jussu principum peractum sit, et Dei judicio ita finitum. Scimus enim quod Dei judicium semper justum est et nulla repre- C hensione dignum. Sed tamen oportet eos considerare qui hanc necem nefariam defendere cupiunt, utrum illos quasi coram oculis Dei innoxios excusare possint qui propter avaritiam, quæ omnium malorum radix est, et idolorum servituti comparatur, atque propter favorem dominorum suorum temporalium, æternum Dominum contempserunt, et mandata illius spernentes, non casu, sed per industriam, homicidium fecerunt. Unde in Exodo scriptum est: *Si quis de industria et per insidias occiderit proximum, ab altari meo* **233** *evelles eum* (*Exod.* XXI). Et in Deuteronomio: *Si quis odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ ejus, et surgens percusserit eum, et mortuus fuerit, et fugerit ad unam de supradictis urbibus,* D *mittent seniores civitatis illius, et rapient eum de loco refugii, et tradent eum in manus proximi ejus cujus sanguis effusus est, et moriatur; nec misereberis ejus* (*Deut.* XIX). Illum itaque quem Dominus dignum morte esse judicavit, quis dicat reum non esse? Quomodo contrarius legi non existit qui hoc quod Deus præcepit cassum esse contendit? Sed inter hæc sciendum est quod magna distantia est inter legitimum principem et seditiosum tyrannum.

*De eadem re. Ex Pœnitentiali.*

LI. Si quis hominem in bello publico occiderit, quadraginta dies pœniteat.

*De clerico qui proximum suum occidit. Ex eodem.*

LII. Si clericus homicidium fecerit et proximum suum occiderit odii meditatione, exsul septem annis pœniteat.

*De parricidis. Ex Pœnitentiali.*

LIII. Si quis hoc crimen perpetraverit, quidam judicaverunt ut septem annis pœniteat vel quatuordecim pœnitentiam egisset; quidam usque ad finem vitæ, sicut Cain, qui similia perpetraverit.

*Ex eodem.*

LIV. Qui hominem debilitaverit et deformem **234** fecerit, impensas in medicos tribuat, et maculæ pretium et opus ejus, donec sanetur, restituat, et dimidium annum pœniteat. Si vero non habet unde hoc restituat, annum unum pœniteat.

*De truncationibus membrorum. Ex concilio Mogontiacensi, cap.* 5.

LV. (*Concil. Tolet.* II, c. 6; BURCHARD. lib. I, c. 201.) His a quibus Domini sacramenta tractantur judicium sanguinis agitare non licet (288). Et ideo magno opere talis excessus prohibendus est; ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut, quod morte plectendum est, sententia propria judicare præsumant, aut truncationes quibuslibet personis aut per se inferant aut inferenda præcipiant. Quod si quisquam horum immemor præceptorum, aut in ecclesiæ suæ familiis aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, et concessi ordinis honore privetur et loco, sub perpetuæ damnationis religatus ergastulo; cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda est propter Domini misericordiam.

*Quæ debeat discretio ecclesiarum rectoribus esse ne per inconditam disciplinam subeant homicidii notam.*

LVI. (*Additio* IV *Capitular.* c. 6.) Cum juxta antiquæ institutionis edictum plus erga corrigendos agere debeat benevolentia quam severitas, plus cohortatio quam commotio, plus charitas quam potestas adhiberi debet.

**235** *De parricidio. Ex Lege Theodosiana lib.* IX.

LVII. (Interpretat. lib. I, *Cod. Theodos.*, *de Parricidio.*) Si quis patrem, matrem, fratrem, sororem, filios, filias, vel alios propinquos occiderit, remoto aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco qui culleus nominatur, in quo cum missus fuerit cum ipso etiam serpentes claudantur, et si mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite projiciatur, tali pœna damnatus nullo unquam tempore obtineat sepulturam.

*De domina quæ ancillam occidit. Ex concilio Eliberitano.*

LVIII. (*Concil. Eliberit.* c. 5; HALITGAR. lib. IV, c. 5; BURCHARD. lib. VI, c. 19.) Si qua domina furore zeli inflammata ancillam occiderit, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu emittat, eo quod incertum sit voluntarie an casu occiderit; si voluntarie, post septem annos, si casu, post quinque

(288) Vide Pœnitentiale Rabani, cap. 30.

annorum tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem admitti placuit.

*Si servus occiditur domino dum verberibus castigatur. Ex lege Theodosiana.*

LIX. (Interpretat. l. 1 *Cod. Theodos. De emendat. servor.*) Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit, dominus culpa homicidii non tenetur : quia tunc homicidii reus est, si occidere voluisse convincitur. Nam emendatio non vocatur ad crimen.

*De oppressione infantum. Ex concilio Mogonciacensi.*

LX. (Burchard. lib. xvii, c. 58.) Si quis infantem suum incaute oppresserit, **236** aut vestimentorum pondere suffocaverit, et hoc post baptismum factum fuerit, quadraginta dies pœniteat in pane et aqua, oleribus atque leguminibus, et a conjuge se abstineat. Postea tres annos pœniteat per legitimas ferias, et tres in anno quadragesimas observet. Quod si ante baptismum infans oppressus fuerit, proximos quadraginta dies ut supra pœniteat, postea vero quinquennium expleat.

*Si per negligentiam matris infans moritur non baptizatus. Ex epistola Rabani ad Reginbaldum chorepiscopum.*

LXI. (Burchard. lib. xvii, c. 59 ; *concil. Ancyr.* c. 20.) De infantibus autem qui mortui inveniuntur cum patre et matre, et non apparet utrum a patre aut matre occisus sit ipse infans vel suffocatus, an propria morte defunctus, non debent inde securi esse nec sine pœnitentia ipse parentes ; sed tamen in eis consideratio debet esse pietatis, ubi non voluntas, sed eventus mortis causa fuit. Si autem eos non latet ipsos ejus esse interfectores, scire debent graviter se deliquisse, quod in Ancyrano concilio comprobatur. Quidam autem trium annorum pœnitentiam hujusmodi hominis judicant esse debere, quorum ex his unum exigat in pane et aqua, atque se ab omni luxuria tempore pœnitentiæ suæ custodiat.

*De femina cujus filius per negligentiam obierit non baptizatus. Ex Pœnitentiali, cap.* 17.

LXII. Pariens femina, cujus filius per negligentiam **237** non baptizatus obierit, annum unum pœniteat, et nunquam sit sine aliqua pœnitentia. Si autem per negligentiam sacerdotis, require in primo libello, cap. 128.

*De mulieribus quæ partus suos necant. Ex concilio Ancyrano.*

LXIII. (*Concil. Ancyr.*, c. 20 ; Halitgar. lib. iv, c. 3 ; Rab. *epist. ad Heribald.*, c. 8 ; Burchard. lib. xvii, c. 54.) De mulieribus quæ fornicantur, et partus suos necant, vel quæ agunt secum ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia removet. Humanius autem nunc definimus ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus pœnitentia largiatur,

*De eadem re. Ex concilio Hilerdensi.*

LXIV. (*Concil. Ilerd.*, c. 2 ; Rab. *epist. ad Heribald.*, c. 9 ; Burchard. lib. xvii, c. 52.) Hi vero qui male conceptos ex adulterio factos vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potioni-

A bus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris, id est patri vel matri, post septem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen ut omni tempore vitæ suæ fletibus et humilitati insistant.

*De eadem re. Ex concilio Eliberitano.*

LXV. (*Concil. Eliberit.* c. 63 ; Rab. *epist. ad Heribald.*, c. 8 ; Burchard. lib. xvii, c. 51,) Si qua mulier, absente marito, per adulterium conceperit, idque post facinus occiderit, placuit vix in fine ei dandam communionem, eo quod geminaverit scelus.

*Si qua mulier partum suum excusserit. Ex Pœnitentiale.*

LXVI. Si qua mulier partum suum ante **238** quadraginta dies in utero sponte perdiderit, an-
B num unum pœniteat. Si vero post quadraginta dies eum occiderit, tres annos pœniteat. Si vero postquam animatus fuerit, eum perdiderit, quasi homicidia pœniteat. Sed distat multum utrum paupercula pro difficultate nutriendi, aut fornicaria causa sit, et pro sui sceleris celandi faciat causa.

*Si qua mulier filium vel filiam occiderit. Ex eodem.*

LXVII. Mulier si voluntarie occiderit filium suum aut filiam suam, pro homicidio decem annos pœniteat.

*De eadem re. Ex concilio Rothomagensi.*

LXVIII. (Burchard. lib. xvii, c. 52 ; Ivo, parte x, c. 103.) Sunt quædam mulieres, ut ad notitiam sancti concilii pervenit, quæ ex fornicatione con-
C cipientes, metuentes, ne scelus quod occulte perpetrarunt manifestum fieret, infantes quos perpererunt occiderunt, et terræ congerie cooperuerunt, aut in aquas projecerunt. Quod quantum nefas sit, canones Ancyrani, Eliberitani, atque Hilerdensis concilii testes sunt. His itaque vix in fine dandam esse communionem decernunt. Sed humanius tractantes, post decennem pœnitentiam tales placuit ad communionem recipi.

*Ut ante januam ecclesiæ adulteri infantes exponantur. Ex eodem.*

LXIX. (Burchard. lib. iii, cap. 200.) Igitur quia diabolo suadente, et carnis fragilitate delectante, et ideo consentiente, multoties talia perpetrantur, ideo ex **239** una mortifera potione aliam utcun-
D que mederi cupientes, ne geminetur scelus adulterii et homicidii, damus consilium ut unusquisque sacerdos in sua plebe publice annuntiet ut si aliqua femina clanculo corrupta conceperit et pepererit, nequaquam diabolo cohortante filium aut filiam suam interficiat, sed quocunque prævalet ingenio, ante januas ecclesiæ partum deportari faciat, ibique projici, ut coram sacerdote in crastinum delatus, ab aliquo fideli suscipiatur et nutriatur, et tali ex causa homicidii reatum, et, quod majus est, parricidii evadat. Nam qui filium aut filiam interficit, parricida omnimodis teneatur.

*De eadem re. Ex lege Theodosiana, lib.* v, *cap.* 7.

LXX. (Interpretat. 1. *Cod. Theodos. De expositis.*

Quicunque expositum recenti partu, sciente patre A vel matre vel domino, collegerit, et suo labore educaverit, in illius a quo collectus est potestate consistat, seu ingenuum seu servum quem nutrivit esse voluerit.

*De eadem re. Ex eodem.*

LXXI. (Interpret. l. 2; *Cod. Theodos.*, tit. eod.) Qui expositum puerum vel puellam sciente domino vel patrono, misericordiæ causa, collegerit, in ejus dominio permanebit; si tamen contestationi de collectione ejus episcopus vel clerici subscripserunt; quem postea suum dicere quis non poterit, quem projecisse probatur ad mortem.

*De eadem re. Ex eodem.*

LXXII. (L. un. *Cod. Theodos.*, *De his qui sanguin.*) Si quis infantem a sanguine nutrierit, **240** si nutritum dominus vel pater recipere voluerit, aut ejusdem meriti mancipium nutritori debet donare, aut pretium nutritor, quantum valuerit qui nutritus est, consequatur (289).

*De homicidis. Ex concilio Turonensi.*

LXXIII. (*Concil. Turon.* I, c. 7; Burchard. lib. VI, c. 30,) Homicidis penitus non communicandum, donec per confessionem pœnitentiæ ipsorum crimina diluantur.

*De his qui uxores occidunt. Ex concilio Mogontiacensi.*

LXXIV. (Burchard. lib. VI, c. 38.) Si maritus uxorem aut uxor maritum interfecerit, æquum judicium sit super eos, dicente Domino: *Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis* (*Levit.* XIX). Et post pauca: *Ita*, inquit, *parvum audietis ut magnum; nec accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est* (*Deut.* I). Idcirco uterque eorum in hujuscemodi criminis accusatione, si negaverit, pari judicio examinetur.

*De eadem re. Ex Capitularium libro* III, *cap.* 89.

LXXV. Lib. I *Capitular.*, c. 67.) Ut homicidia infra patriam, sicut in lege Domini interdictum est, nec causa ultionis nec avaritiæ nec latrocinandi fiant. Et ubicunque inventi fuerint, a judicibus nostris secundum legem ex nostro mandato vindicentur. Et non occidatur homo nisi lege jubente.

**241**. *De eadem re. Ex eodem.*

LXXVI. (Lib. V *Capitular.*, c. 149; lib. II; *leg. Longob.*, tit. 13, c. 5; Burchard. lib. VI, c. 37.) Quicunque, propria uxore derelicta, vel absque lege sine causa et certa probatione interfecta, aliam duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat pœnitentiam; et si contumax fuerit, comprehendatur a comite, et ferro vinciatur, et in custodiam mittatur, donec res ad nostram notitiam deducatur.

*De pugna duorum, quod nostri campum appellant, quod pro imputato adulterio solet exerceri. Ex epistola Nicolai papæ ad Carolum regem.*

LXXVII. (Nicol. I, *epist.* 50; Burchard. lib. IX, c. 51.) Monomachiam vero in lege non assumimus quam præceptam fuisse non reperimus: quam licet inisse quosdam legerimus, sicut sanctum David et Goliam sacra prodit historia, nusquam tamen ut pro lege teneatur, alicubi divina sancit auctoritas, cum hoc et hujuscemodi sectantes Deum solummodo tentare videantur.

*De eadem re. Ex eadem epistola.*

LXXXVIII. (Burchard. lib. IX, c. 50.) Verum, sicut multorum relatu didicimus, Lotharius rex conventum celebrare disponit, et Thetbirgam reginam B examini proprio et judicio subjicere meditatur; et si quidem eam præstigiis falsitatis suæ potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua uxor, vult eam penitus a se sequestrare. Sin autem, vult eam tanquam propriam uxorem admittere, sed deinde quasi mœchata fuerit, **242** insimulare, atque per [*editio Helmæstad.*, pro] hoc hominem suum et hominem Thietbirgæ ad monomachiam impellere, et si homo ipsius reginæ ceciderit, disponit hanc sine dilatione perimere. Quæ quantum sint omni divinæ legi contraria, magnitudo prudentiæ vestræ credimus jam advertit.

*De parricidis. Ex Capitul.*

LXXIX. (*Addit.* IV, c. 85; lib. I *Leg. Longob.*, tit. 10, c. 4.) Quicunque propter cupiditatem rerum C patrem aut matrem aut fratrem aut sororem vel nepotem, aut alium propinquum suum interfecerit, hæreditas interfecti ad legitimos hæredes perveniat. Interfectoris vero hæreditas in fiscum redigatur. Ipse vero, ordinante episcopo, publicæ pœnitentiæ subdatur.

*De his qui ferro vinciuntur. Ex eodem.*

LXXX. (Lib. I *Capitular.*, c. 79.) Ut mangones et cotiones, qui sine omni lege vagabundi vadunt per istam terram, non sinantur vagari ad deceptiones hominum, nec isti ferro colligati atque constricti, qui dicunt sibi injunctum esse a sacerdote ut vagi et profugi per patrias ambulent. Melius nobis videtur ut uno in loco permaneant laborantes et servientes et patientiam habentes, D secundum quod canonice impositum fuerit (290).

*De faidis coercendis.*

LXXXI. (Lib. IV *Capitular.*, c. 27; lib. I *Leg. Longob.*, tit. 9, c. 34.) Si quis aliqua necessitate cogente homicidium commisit, comes in cujus ministerio res est perpetrata et compositionem facere et faidam per sacramentum pacificare faciat. Quod si una pars ei ad hoc consentire noluerit, id est, aut ille qui homicidium fecit, aut is qui compositionem

(289) Vide lib. IV Legum Wisigoth., tit. 4, cap. 1.

(290) Caput istud non exstat in libro primo Capitularium in vetustissimis codicibus manuscriptis, non in Regio, ex quo prima Parisiensis editio prodiit, non in Rivipullensi, non demum **243** in Colbertino. Utrobique autem exstat in appendice prima libri quarti, cap. 34. Editio porro vulgata istius capitis, quam etiam præferunt vetusti codices, multum diversa est ab ea quam refert Regino. Illud sane admonendum, pro eo quod Regino habet et *patientiam habentes*, in libris Capitularium scriptum esse et *pœnitentiam agentes*.

suscipere debet, faciat illum qui ei contradicit ad A
præsentiam nostram venire, ut cum secundum tempus quod nobis placuerit in exsilium mittamus, donec ibi castigetur, ut comiti suo inobediens ulterius esse non audeat, et majus damnum non accrescat.

*De femina quæ virum per maleficium interficit. Ex Pænitentiali, cap. 15.*

LXXXII. Mulier, si aliquos interimit arte malefica, id est per poculum aut per aliquam artem, septem annis pœniteat. Si paupercula fuerit, quatuor annis pœniteat.

*De eadem re. Ex concilio Helibertensi.*

LXXXIII. (*Concil. Eliber.*, c. 6; Burchard. lib. vi, c. 28.) Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere **244** scelus non B
potuit, nec in finem percipiendam illi esse communionem.

*Unde supra.*

LXXXIV. (Halitgar. lib. vi, c. 5.) Si quis maleficio suo aliquem perdiderit, septem annis pœniteat, et eleemosynas multas faciat.

*De eadem re.*

LXXXV. (Burchard. lib. vi, c. 39.) Si mulier maritum suum causa fornicationis veneno interficit, aut quacunque arte perimere facit, quia dominum et seniorem suum occidit, decem annis pœniteat.

*De his qui hominem suadent interfici. Ex lege Romana. Pauli Sententiarum. lib. v. cap. 23.*

LXXXVI. (Pauli *Sent.* lib. v, c. 23.) Mandatores cædis, id est, qui homines præcipiunt vel suadent C
interficere, perinde ut homicidæ puniantur.

*De eadem re.*

LXXXVII. (*Ibid.*) Qui vero aliquem interficit hominem, aliquando absolvitur; et qui non occidit, ut homicida tenetur vel damnatur. Consilium enim uniuscujusque, non factum, puniendum est. Ideoque qui cum vellet occidere, id casu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punietur. Et is qui casu jactu teli hominem imprudenter occidit, absolvitur.

*De eo qui hominem castraverit. Ex eodem.*

LXXXVIII. (*Ibid.*) Qui hominem libidinis **245** aut negotiationis causa castraverit, castratumque tradiderit, sive servus, sive liber sit, capite puniatur.

*Unde supra.*

LXXXIX. (Burchard. lib. xvii, c. 57.) Si aliquis D
causa explendæ libidinis, vel odii meditatione, ut non ex eo soboles nascatur, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit ut non possit generare aut concipere, ut homicida teneatur.

Hoc totum idcirco ex lege Romana posuimus ut sacerdos ex lege perpendat modum pœnitentiæ in talibus transgressionibus. Canonica enim auctoritas cum lege Romana ex maxima parte concordat.

*De his qui circumciduntur. Ex eadem lege, cap. 24.*

XC. (Pauli *Sent.* lib. v, c. 22.) Cives Romani qui se Judaico ritu vel servos suos circumcidi patiuntur, bonis ademptis, in insulam deportentur; medici capite puniantur.

*Si Judæus servum alienæ nationis circumciderit. Ex eadem.*

XCI. (*Ibid.*) Judæi, si alienæ nationis comparatos servos circumciderint, aut exsilio deportentur, aut capite puniantur.

*De his qui semetipsos interficiunt. Ex concilio Bracarensi, cap. 15.*

XCII. (*Concil. Bracar.* i, c. 16; Halitgar. lib. iv, c. 6; Burchard. lib. xix, c. 130.) Placuit ut hi qui sibi ipsis aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut suspendium, vel quolibet modo inferunt **246** mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurparunt. Similiter et de his placuit fieri qui pro sceleribus puniuntur (291).

*De his qui in patibulo suspenduntur. Ex concilio Mongontiacensi.*

XCIII. (*Concil. Mogunt. sub Rab.*, c. 27; Burchard. lib. vi, c. 76.) Quæsitum ab est aliquibus fratribus de his qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus post confessionem Deo peractam, utrum cadavera illorum ad ecclesias deferenda sint, et oblationes pro eis offerendæ, et missæ celebrandæ, an non. Quibus respondemus: Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus et digne pœnitentibus communio in fine secundum canonum jussum danda est, cur non eis qui pro peccatis suis extremam pœnam pervolvunt? Scriptum est enim: *Non judicat Dominus bis in idipsum.*

*De furibus et latronibus deprehensis. Ex concilio Triburiensi.*

XCIV. (*Concil. Tribur.* c. 31; Burchard. lib. xi, c. 59, et apud Grat. 13. q. 2, c. 31.) Fures et latrones, si in furando et prædando occidantur, visum est pro eis non orandum; si comprehensi aut vulnerati, presbytero vel diacono confessi fuerint, communionem eis non negamus.

**247** *Qui propter cupiditatem Judæum vel paganum occiderit. Ex concilio Mogontiacensi.*

XCV. (*Concil. Wormat.* c. 27; Burchard, lib. vi, c. 33.) Qui odii meditatione, vel propter cupiditatem, Judæum vel paganum occiderit, quia non leve vitium committitur, ut homicidam convenit pœnitere; quandoquidem nec exteris gentibus, nisi oblatam pacem respuerint, bellum est populo antiquo penitus inferre præceptum.

*Si quis insaniens hominem occiderit. Ex eodem.*

XCVI. (*Concil. Wormat.* c. 28; Burchard, lib. vi, c. 25, et apud Gratian. 15. q. 1, c. 12. Si quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem pervenerit, levior ei pœnitentia imponenda est quam ei qui sana mente tale quid commiserit. Qui quamvis pœnitentia sit imponenda, quia ipsa infirmitas causa peccati, licet fortassis occulta contigisse creditur, tanto tamen sit levior quam ei qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum et insanum, irrationabile a rationabili constat esse discriminis.

(291) Vide lib. vi. Capitul., cap. 10, et lib. vii, cap. 344.

*Si plures unum hominem occiderent. Ex concilio Mogontiacensi.*

XCVII. (Burchard. lib. vi, c. 42.) Si quatuor aut quinque homines seu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, et ab his vulneratus mortuus fuerit, quicunque eorum plagam imposuit, secundum statuta canonum ut homicida judicetur (292).

**248** *De eo cui imputatur homicidium et probari non potest. Ex eodem.*

XCVIII. (Burchard. lib. vi, c. 24.) Ubi manifetari potest quemlibet hominem perpetrasse homicidium, secundum canonicam auctoritatem condignum pœnitentiæ judicium illi ingeratur. Si autem manifestis indiciis non potest probari eum homicidam esse, nec ipse vult confiteri, omnipotentis Dei judicio, cui omnia occulta manifesta sunt, reservetur. Et tamen indicetur quod communione ecclesiastica indignus sit, donec perpetratum crimen confiteatur, et per confessionem et pœnitentiam condignam ab hoc crimine se absolvere certet.

ABHINC DE ADULTERIIS ET FORNICATIONIBUS.

*Ex concilio Ancyrano.*

XCIX. (*Concil. Ancyr.* c. 19; Halitgar. lib. iv, c. 9; *concil., Wormat.*, c. 44.) Si cujus uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem consequi secundum pristinos gradus.

*De eo qui, uxorem habens, concubinam tenet. Ex concilio Toletano.*

C. (*Concil. Tolet.* i, c. 17.) De eo qui uxorem habens, si concubinam **249** habuerit, ut non communicet. Cæterum is qui non habet uxorem, et pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur, tantum ut unius mulieris aut uxoris aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus. Alias vero, vivens abjiciatur, donec desinat et ad pœnitentiam revertatur.

*De repudio. Ex epistola Innocentii papæ.*

CI. (*Decreta Innoc. I*, c. 26; Rab., *epist. ad Heribald.*, c. 21; Burchard, lib. ix, c. 72. De his etiam requisivit dilectio tua qui interveniente repudio aliis se matrimonio copulaverunt; quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum esse videatur conjugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum ut hæ etiam personæ quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in Evangelio: *Qui di-* A *miserit uxorem suam, et duxerit aliam, mœchatur*; et ideo omnes in communione fidelium abstinendos.

*De feminis quæ relinquunt viros suos. Ex concilio Eliberitano.*

CII. (*Concil. Eliberit.* c. 8; Burchard. lib. ix, c. 62.) Item feminæ quæ, nulla præcedente causa, reliquerunt viros suos, et alteri se copulaverunt, nec in finem accipiant communionem.

*De adultero marito. Unde supra.*

CIII. (*Concil. Eliberit.* c. 9; Burchard, lib. ix, c. 63.) Item femina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, et adulterum ducit (293) prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, **250** non prius accipiat communionem quam is quem reliquit de sæculo exierit, nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit.

B

*De discidio. Ex concilio Africano.*

CIV. *Concil. Afric.* c. 69; Halitgar. lib. iv, c. 10; *Pœnit.* Rab. c. 3; Burchard. lib. ix, c. 64.) Placuit ut secundum evangelicam et apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri conjungantur, sed ita maneant, aut sibi reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur, in qua causa legem imperialem petendam promulgari.

**251** *De eadem re. Ex dictis Augustini de Sermone Domini in monte.*

CV. (Burchard. lib. ix, c. 71, et apud Gratian.

C 32, q. 7, c. 5.) Apostolus Paulus dicit: ***His qui sunt in conjugio præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari*** (*I Cor.* vii). Potest enim fieri ut discedat ea causa qua Dominus permisit. Aut si feminæ licet virum dimittere etiam præter causam fornicationis, quid respondebimus de hoc quod dicit posterius, ***et vir uxorem non dimittat.*** Quare non addidit, ***excepta causa fornicationis,*** quod Dominus permittit, nisi quia similem formam vult intelligere, ut si dimiserit, quod causa fornicationis permittitur, maneat sine uxore, aut reconcilietur uxori. ***Et post pauca:*** Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, non jussit.

D *De eadem re. Ex Capitularium lib.* i, *cap.* 43.

CVI (Lib. i *Capitular.*, c. 43; lib. ii *Leg. Longob.*, tit. 13, c. 4.) Ut nec uxor a viro dimissa alium accipiat virum vivente suo, nec vir aliam accipiat vivente uxore priore.

(292) Hoc caput Regino laudat ex concilio Mogontiacensi, Burchardus et vetus canonum collector in bibliotheca Regia ex concilio apud Vermerias, cap. 991. Utrobique autem amplior habetur quam apud Reginonem.

(293) Canon est Eliberitani concilii, relatus ab omnibus decretorum collectoribus, Reginone, Burchardo, Ivone, Gratiano. Omnino autem prævaluisse videtur lectio quæ bona non est. Nam hic apud Reginonem, tum etiam apud Burchardum et Ivonem parte viii, cap. 199, legitur *et adulterum ducit.* Contra, in omnibus editionibus canonum Eliberitanorum, apud Rabanum in capite tertio Libri Pœnitentialis ad Otgarium, in vetustissimo codice ms. Reginonis, quo nos utimur in hac nostra editione, in veteri denique canonum collectione ms. quæ exstat in bibliotheca Regia, diserte scriptum est *et alterum ducit.* Quam lectionem confirmat idem Rabanus in epistola ad Heribaldum, cap. 21, ubi pro his vocibus habet *et alii nubit.* Apud Gratianum vero legitur in antiquis editionibus: *et alterum maritum duxerit.* Nos itaque vitiatam lectionem prætulimus sinceræ, ut intactos servaremus fontes ex quibus Burchardus suos rivulos derivavit.

*De legitimis conjugiis. Ex dictis Hieronymi.*

CVII. (36, q. 2, c. 8.) Tria legitima conjugia in Scripturis leguntur. Primum legitimum conjugium est, virgo casta in virginitate viro data legitime, Secundum, virgo in civitate deprehensa a viro, et illi per vim copulata. Si voluerit pater ejus, dotabit eam ipse vir quantum judicaverit **252** ipse pater, et dabit pretium pudicitiæ ejus. Si autem habuerit sponsum antequam deprehensa fuerit. dabitur ei. Tertium, filia prædicta deprehensa, si non fuerit voluntas patris, trahet eam a prædicto viro, et tradet eam alii, et dotabit eam, et legitima erit ei. Sed primum his duobus præfertur (27, q. 2, c. 13). Additur aliud quartum legitimum conjugium. Dum mortua fuerit uxor ejus, licet illi accipere aliam, sed non repudiatam, non desponsatam viro. Similiter debet et mulier. Quod Paulus manifeste docet: *Mulier*, inquit, *quæ sub viro est ligata, sub lege est viri quandiu vivit vir ejus*, et reliqua. Additur quintum: quando sive vir sive mulier ex consensu religionem ceperit, licet alteri accipere novum conjugium, sed puellam vel puerum.

Hanc auctoritatem, ut credimus, secutum est concilium quod congregatum fuit apud Compendium temporibus Pippini regis, in quo decretum ita legimus capitulo 16.

CVIII. (*Concil. Compend.* c. 13.) Si quis vir dimiserit uxorem suam, et dederit ei licentiam pro religionis causa intra monasterium Deo servire et velum suscipere, sicut diximus, propter Deum, vir illius, si vult, accipiat legitimam mulierem. Similiter et mulier faciat.

Sed hæc sententia canonicis atque apostolicis informatur documentis, ut supra monstratum est. Sed et Nicolai papæ decretis informamur, qui ad Lotharium regem ita scribit:

**253** *Si conjugatus vult sæculum relinquere. Ex epistola Nicolai.*

CIX. (Nicol. *I epist.* 67; Burchard, lib. ix, c. 53.) Itaque summo studio Thietbirgam conjugem tuam tanquam propriam carnem fovere ac diligere procurato, et ne illam a te separari ullo pacto consentias, vigilanter attende. Unde si vult a te discedere, corripe, imo corrige eam, et a tali intentione per omnia revocare satage. Jam vero si amore pudicitiæ separationem quærit, et conjugalis connubii solutionem efflagitat, certum est, Apostolo dicente, quia mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Verum si et ipse pudicitiam sectatus, religionis obtentu copulam dissolvere vis, tantum ne simulate fiat, concedimus. Nam licet sit scriptum: *Quod Deus conjunxit homo non separet*, Deus tamen, et non homo, separat quando divini amoris intuitu ex consensu utriusque conjugis matrimonia dissolvuntur. Si ergo hoc modo vis, gratuito permittimus animo, celeremque præbemus assensum. Aliter autem fieri mutuam separationem vestram prohibemus.

*De eadem re. Ex dictis Basilii episcopi.*

CX. (Burchard., lib. ix, c. 45.) Si quis vult conjugatus converti ad monasterium, non est recipiendus, nisi prius a conjuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Nam si illa, vivente illo, per incontinentiam alteri nupserit, procul dubio adultera erit; nec recipitur apud Deum ejusmodi viri conversio, quam sequitur conjugalis fœderis prostitutio. Tales igitur tunc sine culpa sequuntur **254** Christum, relicto sæculo, si habeant ex pari voluntate castitatis consensum.

*De his qui conjuges sine judicio dimittunt. Ex concilio Agathensi.*

CXI. (*Concil. Agathens.* c. 25, lib. vii *Capitular.* c. 226.) Hi vero sæculares qui conjugale consortium nulla culpa graviori dimittunt vel etiam dimiserunt, et nullas causas discidii probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt ut aut aliena aut illicita præsumant, si ante quam ante episcopum comprovincialem discidii causam dixerint, et prius uxores quam judicio damnentur abjecerunt, a communione Ecclesiæ ac populi cœtu, pro eo quod fidem conjugii maculant, excludantur.

*Ut omnis controversia, si judicio ecclesiastico expetit agitari, nequaquam ad sæculare judicium transeat. Ex Capitulare.*

CXII. Statutum est ut quæcunque controversiæ judicio et auctoritate ecclesiastica cœperint agitari, nequaquam ad sæculare judicium transeant, ubi iterato provocent, sed ecclesiasticis sanctionibus terminentur. Nam a judicibus quos communis consensus elegerit ad alios judices non licet provocare, nisi major auctoritas sit, secundum canonicam normam. Si autem in sæculari judicio, id est in comitis placito, causa prius fuerit ventilata, secundum legem mundanam finiatur, salvo ecclesiasticæ legis privilegio.

**255** *De eadem re. Ex epistola Nicolai papæ ad Carolum regem.*

CXIII. (Nicol. I *epist* 50; Burchard lib. ix, c. 49.) Scripsit nobis Thietbirga regina regia se velle dignitate seu copula exui, et sola privata vita esse contentam desiderare. Cui nos rescripsimus hoc aliter fieri non posse nisi eamdem vitam conjux ejus Lotharius elegerit. *Et post causa:* De retroacta controversia Thietbirga non debet ulterius ad iteratam responsionem provocari: quia quod semel bene definitum est, et interpositis juramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ubi fuerit major auctoritas, retractari.

*De judicio ecclesiastico.*

CXIV. (Nicol. I, *ibid.*) Deinde quia Ecclesiæ refugium quærens, ecclesiasticum judicium semper expetens, sæculari non debet judicio submitti. Post hæc vero, cum nos ex utraque parte, id est tam a rege quam a regina, fuerimus provocati judices, nosque amborum controversiam exsecuti simus, ad nullos alios convenit judices super hoc negotio convolare; cum secundum sacros canones a judicibus quos communis consensus elegerit non liceat provocare; et ubi concessa est provocatio, non nisi ubi major est auctoritas liceat provocare.

Itaque cum non sit apostolicæ sedis auctoritate, quæ amborum negotium exsecuta est, usquam major auctoritas, nescimus si alicui liceat de ejus judicare judicio vel ejus retractare sententiam.

**256** *Ut nullus causam judicatam iterare præsumat. Ex Capitularium lib.* III, *cap.* 31.

CXV. (Lib. II *Capitular.*, c. 31.) Si quis causam judicatam repetere præsumpserit in mallo, ibique testibus convictus fuerit, aut quindecim solidos componat, aut quindecim ictus a scabinis qui causam prius judicaverunt accipiat.

*Ut femina de adulterio inculpata, si cum marito debet inire certamen legale, suæ potestati debet ad tempus restitui. Ex epistola Nicolai papæ.*

CXVI. (NICOL. I. *epist.* 50; BURCHARD. lib. IX, c. 52.) Præterea, sive de conjugi fœdere, sive de adulterii crimine judicium sit agitandum, nulla ratione patet [*Apud Sirmond.*, nulla ratio patitur] Thietbirgam cum Lothario posse inire conflictum, vel legitimum controversiæ inire certamen, nisi prius ad tempus fuerit suæ potestati et consanguineis propriis libere sociata; inter quos etiam locus providendus est in quo nulla sit vis multitudinis formidanda, et non sit difficile testes producere vel cæteras personas quæ tam a sanctis canonibus quam a venerandis Romanis legibus in hujusmodi controversiis requirentur. Hæc idcirco diximus ut ostendamus quem legum conflictum Lotharius congredi posse autumat cum persona quam in suis penetralibus quotidie fatigat et conterit, quando vult ad judicium educit, quando vult ad claustra reducit, et quando educta fuerit, nisi ea profiteatur quæ ipse præceperit, etc. Propriæ igitur libertati committi et ab omni oppressione ac **257** potestate illius, cum quo initur conflictus, oportet liberari atque suis liberter [licenter] uti, et suspectas personas convenit declinare qui se ab objectis ostendere cupit immunem.

*Ne episcopi sententia retractetur. Ex lege Romana.*

CXVII. (L. 1 *Cod. Theodos. De epis. jud.*) Constantinus imperator dicit: Pro sanctis ac venerabilibus habeatur quidquid episcoporum fuerit sententia terminatum, nec liceat ulterius retractari negotium quod episcoporum sententia deciderit.

*Si qua mulier mortem viri sui cum aliis consiliata sit. Ex concilio quod factum fuit ad Vermeriam temporibus Pippini regis, cap.* 6.

CXVIII. *Concil. Vermer.* c. 5; BURCHARD. lib. VI, c. 41.) Si qua mulier mortem viri sui cum aliis consiliata est, et ipse vir ipsius hominem, se defendendo, occiderit, et hoc probare potest, ille vir potest, ut nobis videtur, ipsam uxorem dimittere, et si voluerit, aliam accipiat. Ipsa autem insidiatrix, pœnitentiæ subacta, absque spe conjugii maneat.

*De ingenuo qui ancillam alterius acceperit. Ex eodem, cap.* 7.

CXIX. (*Concil. Vermer* c. 6; BURCHARD. lib. IX, c. 26.) Si quis ingenuus homo ancillam alterius uxorem acceperit, et æstimat quod ingenua sit, si ipsa femina postea fuerit inservita, si eam a servitute redimere potest, faciat; si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Similiter et mulier ingenua de servo alterius facere potest.

**258** *Si servus suam ancillam concubinam habet. Ex eodem, capite* 8.

CXX. (*Concil. Vermer.* c. 7.) Si servus suam ancillam concubinam habuerit, si ita placet, potest, illa dimissa, parem suam ancillam domini sui accipere.

*De liberto qui ancillam domini tenuerit. Ex eodem.*

CXXI. (*Concil. Vermer.* c. 8.) Si servus, libertate a domino suo accepta, postea cum ancilla ejus adulterium perpetraverit, si dominus ejus vult, velit nolit, ipsam uxorem habebit.

*Si venditionis causa servus et ancilla separentur. Ex eodem.*

CXXII. (*Concil. Vermer.* c. 19.) Si servus et ancilla per venditionis causam separati fuerint, prædicandi sunt ut sic maneant, si eos conjungere non possumus.

Sed lex Romana longe melius de hac duntaxat præcipere videtur.

*De eadem re. In lege Romana, cap.* 25.

CXXIII. (Interpret. l. un. *Cod. Theodos. de com. divid.*) In divisione, inquit, patrimoniorum seu fiscalium dominorum, seu privatorum, observari specialiter debet ut quia injustum est filios a parentibus, uxores a maritis, cum ad quemcunque possessio pervenerit, sequestrari, ut mancipia quæ permista fuerint, id est, uxor cum filiis et marito suo, datis vicariis, ad unum debeant pertinere, cui necesse fuerit commutare quod sollicitudo ordinantium debet specialiter custodire, ut separatio **259** fieri omnino non possit.

Id etiam in venditione vel emptione videtur observari debere, ut quando quis maritum emerit, emat pariter et conjugem, nisi forte alterius ancilla fuerit. Hac de re lex jubet atque intercidit ut nullus servus neque proprius neque ecclesiasticus neque de fisco ancillam alienum in conjugium ducat, similiter ancilla alterius servum nequaquam accipiat: quod si fecerit, irritum habeatur hujuscemodi conjugium, et pro adulterio deputetur (294).

*Si maritus certa necessitate impellente, extra ducatum fugerit. Ex concilio unde supra.*

CXXIV. (*Concil. Vermer.* c. 9; BURCHARD. lib. IX, c. 54.) Si quis, necessitate inevitabili cogente, in alium ducatum seu provinciam fugerit, aut seniorem suum, cui fidem et fidelitatem promissam mentiri non potest, secutus fuerit, et uxor ejus, cum valet et potest, amore parentum aut rerum suarum eum sequi noluerit, ipsa omni tempore, quandiu vir ejus quem secuta non fuit vivit, semper innupta permaneat. Ille vero qui necessitate cogente, in alia patria manet, si nunquam in suam patriam se reversurum sperat, si se continere non potest, aliam uxorem accipiat, tamen cum pœnitentia.

(294) Vide lib. II Leg. Longob., tit. 12, cap 10.

*De eo qui uxorem suam permisit velare. Ex eodem, cap. 22.*

CXXV. (*Concil. Vermer.* c. 21; BURCHARD. lib. IX, c. 46). Qui uxorem suam permiserit velare, aliam non accipiat.

**260** *Si mulier sine licentia mariti sui velum accipiat. Ex decreto apud Compendium.*

CXXVI. (*Concil. Compend.* c. 3; lib. V *Capitular.* c. 16; BURCHARD. lib. IX, c. 47). Mulier si sine licentia mariti sui velum in caput miserit, si viro placuerit, recipiat eam iterum ad conjugium.

*De homine qui in alia provincia uxorem acceperit. Ex eodem cap. 8.*

CXXVII. (*Concil. Compend.* c. 6). Homo Francus accepit beneficium a seniore suo in alia provincia, et duxit secum suum vassallum; et post hæc fuit ibi mortuus ipse senior, et remansit ibi prædictus vassallus. Accepit autem homo alius ipsum beneficium; et ut securus posset habere ipsum vassallum, dedit illi mulierem de ipso beneficio, et habuit eam aliquo tempore. Et cum ille senior dure ageret contra eum, dimissa conjuge reversus est ad parentes senioris sui mortui, et accepit ibi uxorem. Definitum est ut illam quam postea accepit habeat.

*De uxore ante contaminata. Ex eodem, cap. 10.*

CXXVIII. (*Concil. Compend.* c. 7). Si quis uxorem accepit, et eam contaminatam inveniens dereliquit, et aliam accepit, statutum est ut omnimodis ad priorem revertatur; quia et ipse, quando illam accepit, potest fieri ut virgo non esset; nec mulier lege viri tenetur quousque merito conjungatur. Illa quam postea accepit, nubat cui vult.

**261** *Ne furiosi matrimonio jungantur. Ex lege Romana.*

CXXIX. (PAUL. lib. II *Sent.*, tit 19; BURCHARD. lib. IX, c. 30). Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possint: sed si contractum fuerit, non separetur.

*Si qui matrimonia sani junxerunt. Ex eodem.*

CXXX. (BURCHARD. lib. IX, c. 28). Si qui matrimonium sani contraxerunt, et uni ex duobus amentia aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem conjugia talium solvi non possunt. Similiter sentiendum de his qui ab adversariis cæcantur, aut membris detruncantur.

*Si cujus uxor adulterium perpetraverit. Ex concilio Nannetensi, cap. 21.*

CXXXI. (*Concil. Nannet.* c. 12). Si cujus uxor adulterium perpetraverit, et hoc a viro deprehensum fuerit et publicatum, dimittat uxorem, si voluerit, propter fornicationem; illa vero septem annis publice pœniteat. Vir vero ejus, illa vivente, nullotenus aliam accipiat. Quod si voluerit adulteram sibi reconciliari, licentiam habeat; ita tamen ut pariter cum illa pœnitentiam agat; et exacta pœnitentia, post septem annos ad communionem uterque accedat. Similis forma et in muliere servabitur, si eam vir ejus adulteravit.

A *Si non sociati conjugio fornicati fuerint. Ex eodem cap. 22.*

CXXXII. (*Concil. Nannet.* c. 13). Si qua mulier non habens virum **262** aut vir non habens uxorem fuerint fornicati, tribus annis pœniteant.

*Quid si unus absolutus et alter copulatus adulterati fuerint Ex eodem.*

CXXXIII. (*Concil. Nannet.* c. 14; BURCHARD. lib. IX, c. 70). Quod si vir non habens uxorem cum alterius uxore adulteraverit, aut si qua mulier non habens virum cum alterius viro, ille qui fœdus violavit conjugii, septem annis, ut supra dictum est, pœniteat: ille qui lege conjugii non tenetur, quinque annis pœniteat. Neque enim æqualis pœnitentia danda est his quibus sufficere poterat ad
B explendam libidinem suam conjugii amplexus, et illis qui, conjuge carentes ardore libidinis impellente, in fornicationem ceciderunt.

*De eadem re. Ex Pœnitentiali.*

CXXXIV. Si quis vacans uxore polluit se cum alterius uxore, annis duobus pœniteat. Similiter de feminis observandum.

*Si uxoratus ancillam propriam tenuerit.*

CXXXV. Si uxoratus ancillam propriam tenuerit, annum unum pœniteat, vel in alio anno tres quadragesimas et legitimas ferias et tribus mensibus prius se a sua contineat conjuge. Ancilla vero, si vim passa est, quadraginta dies; si consentiens fuerit, tres in anno quadragesimas et legitimas ferias pœniteat.

C **263** *Si laicus cum laica femina fornicatus fuerit. Ex eodem*

CXXXVI. (BURCHARD. lib. IX, c. 68). Si laicus cum laica femina, id est, uterque absolutus a lege conjugii, tres annos pœniteat; et quanto sæpius et negligentius ea peccata commiserunt, tanto magis et tempus addatur et modus pœnitentiæ.

*De conjugato qui sæpius fornicatus fuerit. Ex concilio Eliberitano.*

CXXXVII. (*Concil. Eliber.* c. 47; RAB. *epist. ab Heribald.* c. 22; BURCHARD. lib. IX, c. 67). Si quis fidelis habens uxorem non semel sed sæpius fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus, rursus fuerit mœchatus,
D placuit ulterius non illudere alios de communione pacis.

*De eo qui lapsus semel est. Ex eodem concilio.*

CXXXVIII. (*Concil. Eliberit.* c. 69). Si quis forte habens uxorem, semel fuerit lapsus, placuit per quinquennium agere de ea re pœnitentiam, et sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc et circa feminas observandum.

*Cur non communicant viri cum adulteris uxoribus. Ex epistola Innocentii papæ.*

CXXXIX. (*Decreta* INNOC. I, c. 24; RAB. *epist. ad Heribald.* c. 21; BURCHARD. lib. IX, c. 77). Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum e contra uxores in **264** consortium adulterorum virorum

manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, et non habent latentia peccata vindictam. Vir autem uxores adulteras liberius apud sacerdotes deferre consueverunt. Et ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur. Virorum autem commisso latente, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur ; qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo causa par sit, interdum, probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.

*Si conscio marito uxor fuerit mœchata. Ex concilio Eliberitano.*

CXL. (*Concil. Eliberit.* c. 70 ; BURCHARD. lib. IX, c. 69). Si conscio marito uxor fuerit mæchata, placuit nec in fine dandam ei communionem. Si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem (295).

*Si quis cum Judæa vel gentili mœchatus fuerit. Ex eodem.*

CXLI. (*Concil Eliberit.* c. 78). Si quis fidelis habens uxorem, cum Judæa vel gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si alius eam duxerit, post quinquennium, ac legitima pœnitentia, poterit Dominicæ sociari communioni (296).

**265** *De lenocinio. Ex eodem concilio*

CXLII. (*Concil. Eliberit.* c. 78). Mulier, vel parens, vel quælibet filibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus vel potius suum, placuit eam nec in finem accipere communionem.

*Ne Judæus Christianam ducat uxorem. Ex lege Theodosiana, lib.* IX.

CXLIII. Interpret. l. 5 (*Cod. Theodos. de adulteris*). Nec Judæus Christianam, nec Christianus Judæam ducat uxorem. Quod si fecerit, cujuslibet accusatione velut in adulterium vindicetur.

*Ut alterius mulierem nullus accuset. Ex eodem lib., cap* 4.

CXLIV. (Interpret. l. 2 *Cod. Theodos. de adulteris*). In adulterio extraneam mulierem nemo accuset, sed propinqui ad quorum notam pertinet, id est, frater germanus, patruelis, patruus et consobrinus. Reliqui tamen ante inscriptionem, si accusata acquieverit, possunt per satisfactionem veniam promereri.

*De maritis accusantibus. Ex eodem.*

CLXV. (*Cod Theod.* ibid ; BURCHARD. lib. XVI, c. 37). Maritis sane etiam ex suspicione accusare permissum est.

**266** *Ut familia de adulterio distringatur. Ex eodem*

CXLVI. (Interpret. l. 4 *Cod. Theodos.* eod. tit.) De adulterio uxorum maritis per tormenta familiæ utriusque, id est suæ et uxoris, quærere permittitur ; si tamen illo tempore quo admissum dicitur, hæc ipsa mancipia præsentia aut in eadem domo fuisse probantur. Similiter et si mortem sibi ab uxore adultera maritus paratam fuisse conqueritur. Similiter etiam familiæ utriusque pœna quærendum est si maritus mortem uxori qualibet oratione paraverit.

*Si ingenua servo proprio se miscuerit. Ex eodem, cap* 6.

CXLVII. (Interpret. l. un. *Cod. Theodos. De mulier. quæ se ser. pr. junx*). Si qua ingenua mulier servo proprio se occulte miscuerit, capitaliter puniatur. Servus etiam qui in adulterio dominæ convictus fuerit, ignibus exuratur. Servis etiam hoc crimen accusare licet ; et si probaverint, libertatem consequantur ; et si non, puniantur. Hæreditas mulieris vel filiis, si sunt ex maritis suscepti, vel propinquis ex lege venientibus tribuatur.

*Quando permittatur uxor occidi Pauli Sententiarum libro* II, *cap.* 27.

CXLVIII. (PAULUS lib. II *Sent.*, tit. 27). Inventam in adulterio uxorem maritus ita demum occidere potest, si adulterum domi comprehendat.

*De reo lenocinii. Ex eodem.*

CXLIX. (PAUL. *ibid.*) Eum qui in adulterio deprehensam **267** uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulare placuit.

*De dilatione in causa adulterii. Ex eodem.*

CL. (PAUL., *ibid.*) In causa adulterii si manifestum fuerit, dilatio postulata impertiri non potest [*apud Paulum*, dilatio postulata impetrari non potest].

*De virginibus laicis. Ex concilio Eliberitano.*

CLI. (*Concil. Eliberit.* c. 14 ; RAB. *epist. ad Heribald.* c. 23 ; BURCHARD. lib. IX, c. 14). Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violaverint maritos acceperint, eo quod solas nuptias violaverint, post pœnitentiam unius anni reconcilientur. Si alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ sunt, quinquennio pœniteant, et sic ad communionem accedant.

*De his qui fidem sponsaliorum frangunt. Ex eodem.*

CLII. (*Concil. Eliberit.* c. 54). Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore abstineant. Si tamen idem sponsus vel sponsa in gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes.

*De benedicenda sponsa. Ex concilio Carthaginensi.*

CLIII. (*Concil. Carthag.* IV, c. 13 ; BURCHARD. lib. IX, c. 5). Sponsus et sponsa, cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel a paranymphis offerantur. Qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia **268** ipsius benedictionis in virginitate permaneant

*Ut nullus alterius sponsam accipiat. Ex epistola Siricii papæ.*

CLIV. (*Decreta* SIRICII, c 4 ; HALITGAR. lib. IV, c. 15 ; BURCHARD. lib. IX, c. 31). De conjugali autem violatione requisisti, si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus : quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cujus-

(295) Vide Legum Longob. lib. I, tit. 32, cap. 6.

(296) Editio Helmæstadiensis et codex ms. Parisiensis constanter legunt *eam duxerit*. Apud Rabanum vero in epistola ad Heribaldum, cap. 26, *eum duxerit*. Consensus iste fecit ne eam lectionem mutaremus. Nam suspicabar vocem *duxerit* corruptam esse apud Reginonem, quod editionibus concilii Eliberitani scriptum sit *eum detexerit*.

sacrilegii instar est si illa transgressione vio-

*raptis puellis et desponsatis. Ex concilio Ancyrano.*

V. (*Concil. Ancyr.* c. 10 ; HALITGAR. lib. IV, c. ... *epist. ad Heribald.*, c. 20; BURCHARD. lib. . 38.) Desponsatas puellas, et post ab aliis ra- placuit erui, et eis reddi quibus ante fuerant ...nsatæ, etiamsi eis a raptoribus vis illata con- it.

*eadem re. Ex Capitularium lib.* I, *cap.* 99

VI. (Lib, I *Capitular.* c. 105 ; *Capitulare* ...*gran.* LUDOVICI PII, c. 24 ; BURCHARD. lib. IX. ...roinde placuit atque statutum est a sacro ...atu ut raptor publica pœnitentia mulctetur. ...m vero si sponsus recipere noluerit, et ipsa B ...a crimini consentiens non fuit, licentia nuben- .non negetur. Quod si ipsa consensit, simili ...ntiæ subjacebit. Quod si et ipsi post hæc se ...ngere præsumpserint, utrique anathemati- r.

*eadem re. Ex concilio Meldensi, cap.* 69.

VII. (*Concil. Meld.* c. 68; BURCHARD. lib. IX, c. ...e his qui sponsas alienas rapiunt **269** anti- t synodalis sententia observetur. Quod etsi ...n Ecclesia eventus talis reperiri dignoscitur, ... salutis et religionis competentia humanius ...lam debeat tractari pontifices [debeant trac- ...ont.], sicut canonica, ut eisdem verbis uta- docet auctoritas, quia prior, inquiens, defi- ...lurius, posterior autem quiddam tractavit hu- C ...s, nullo modo ut ad maximam indulgentiam ...ndamus, alterius sponsæ acceptor sine pu- ...ranseat pœnitentia, et sponso legaliter mu- componat. Quod si hæc obedire renuerit, sine ...ffragatione anathematizetur ; fautores vero juxta modum culpæ, episcopali decreto pœ- ...it. Si vero, quod non optamus, de gradu ec- ...stico talibus nuptiis se consensorem vel in- ...torem manifeste prodiderit, a gradu proprio ...atur : et si verisimilibus exinde suspicioni- ...erit propulsatus, canonice se purget.

*...n sponsatis. Ex Capitularium lib.* I, *cap.* 98.

VIII. (Lib. I *Capitular.* c. 104 ; *Capitulare* ...*granense* LUDOVICI P., c. 23 ; BURCHARD. lib. 36.) De puellis raptis necdum desponsatis in ...edonensi concilio scriptum est : « Eos qui ...t puellas sub nomine simul habitandi, coo- ...tes, et conhibentes raptoribus, decrevit sanc- ...nodus, si quidem clerici sunt, decidant a proprio ; si vero laici, anathematizentur. » ...s verbis datur intelligi qualiter hujus mali ...es damnandi sunt, quando participes et con- ...tes tanto anathemate feriuntur, et juxta ca- ...m auctoritatem ad conjugia legitima raptas ...re **270** vindicare nullatenus possunt.

*De raptoribus virginum et viduarum. Ex concilio Meldensi.*

CLIX. (*Concil. Meld.* c. 64.) Raptores virginum vel viduarum, qui etiam postea voluntate parentum, et cætera. Require retro in primo libello, de ordinatione clericorum, cap. 416.

*De eadem re. Ex eodem, cap.* 65.

CLX. (*Concil. Meld.* c. 65 ; BURCHARD. lib. IX, c. 39.) Si autem qui necdum eas quas rapuerunt, cum voluntate parentum sub præfato desponsionis vel dotalitii nomine in conjugium sumptas habent, quando in omnium aures hæc fuerit constitutio promulgata, ab earum conjunctione separentur, et publicæ pœnitentiæ subigantur ; raptæ autem parentibus legaliter restituantur. Post actam vero publicam pœnitentiam, si ætas et incontinentia exegerit, legitimo et ex utrisque partibus placito conjugio socientur. Nam in his non regulam constituimus ; sed, ut verbis magni Leonis utamur, quid sit tolerabilius æstimamus. Quod si unus ex conjugatis obierit, is qui publicam pœnitentiam egerit, et superstes exstiterit, iterare conjugium non præsumat, nisi forte episcopus præviderit aliquam concedere indulgentiam, ut graviorem possit amovere offensam

*De eadem re. Ex eodem. cap.* 66

CLXI. (*Concil. Meld.* c. 66; *concil. Rom. sub Greg. II*, c. 10, 11.) Qui vero deinceps rapere virgines præsumpserit vel viduas, secundum synodalem beati Gregorii definitionem ipsi et complices **271** eorum anathematizentur, et raptores sine conjugii perpetuo maneant.

*De eadem re. Ex epistola Symmachi papæ.*

CLXII. (SYMMACH. *epist.* 5, c. 4 ; HALITGAR. lib. IV, c. 16 ; BURCHARD. lib. IX, c. 34.) Raptores igitur viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur, illos vehementius persequendo qui sacras virgines vel volentes vel invitas matrimonio suo sociare tentaverint. Quos pro tam nefandissimi [*ita etiam in vet. codice regio.*] criminis atrocitate a communione suspendi præcipimus.

*De his qui sanctimoniales rapiunt. Ex concilio supradicto, cap.* 67

CLXIII. (*Concil. Meld.* c. 67 ; BURCHARD. lib. VIII, c. 52.) Qui sanctimoniales virgines vel viduas D rapiunt, et progressu etiam criminis in conjugium sumunt, publicæ pœnitentiæ subigantur. Uterque (297) autem sine ulla spe uxoriæ copulationis perenniter maneant. Si vero, quod absit, conjugia iterare præsumpserint, acriori subdantur vindictæ, et amplius propellantur. Quod si forte obedire monitis salutaribus noluerint, anathematizentur.

**272** *De eadem re. Ex epistola Siricii papæ.*

CLXIV. (*Decreta* SIRICII c. 6 ; BURCHARD. lib. VIII,

...) In editione Helmæstadiensi legitur, *publicæ* ...*ntiæ tradantur et ad habitum religionis* ...*cogantur. Uterque*, etc. Codicis vero Pari- ...lectio ea est quam præfert hæc nostra edi- ...robique autem mutilus est hic locus ; qui sic supplendus est ex editione Sirmondi et veteri codice nostro : *publicæ pœnitentiæ, juxta modum quem præviderit episcopus, subigantur. Ipsæ vero locis congruis pœnitentiæ retrudantur, et ad habitum*, etc.

c. 29). Impudicas detestabilesque personas (mona- A chorum scilicet atque monacharum, quæ, abjecto proposito sanctitatis, illicita ac sacrilega contagione se miscuerint) a monasteriorum cœtu ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus : quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoqui, ut eis vel ad mortem saltem, solius misericordiæ intuitu, per communionis gratiam possit subveniri.

*De eadem re. Ex epistola Gregorii papæ.*

CLXV. (Apud Gratian. 27, q. 1. c. 15). Pervenit ad nos quod quidam vir nequissimus diabolico instinctu de monasterio suaserit exire quamdam Deo sacratam, atque a quodam viro, unde exierat, sit revocata, rursusque eam vir ille nequissi- B mus iniqua suasione de monasterio ejiciens, apud se nunc usque retineat impudice. Volumus autem ut episcopatus tui auctoritate in monasterium revocetur ac retrudatur.

*De eadem re. Ex epistola Gelasii papæ.*

CLXVI. (*Decreta* Gelasii, c. 20; Burchard. lib. viii, c. 32). Virginibus sacris se quosdam sociare cognovimus, et post dicatum propositum incesta fœdera sacrilegaque miscere. Quos protinus æquum est a sacra communione detrudi, et nisi per publicam privatamque pœnitentiam non recipi : viati cum tamen de sæculo exeuntibus, si tamen pœnituerint, non negari.

**273** *Ut episcopus monasterium monachorum vel puellarum introeat. Ex concilio Rothomagensi.* C

CLXVII. (Burchard. lib. viii, c. 66). Ut episcopus monasterium monachorum et sanctimonalium frequenter introeat, et cum gravibus et religiosis personis in eorum vel earum conventu residens, eorum vitam et conversationem diligenter discutiat : et si quid reprehensibile invenerit, corrigere satagat. Sanctimonialium etiam pudicitiam subtiliter investiget. Et si aliquam invenerit quæ, neglecto proposito castitatis, clerico aut laico impudenter miscetur, acriter verberibus coerceatur, et in privata custodia retrudatur, ubi quod male commisit digne pœniteat. Interdicat autem ex auctoritate sanctorum canonum ut nullus laicus aut clericus in earum claustris et secretis habitationibus accessum habeat, neque presbyteri, nisi tan- D tum ad missam. Expleta missa, ad ecclesias suas redeant. Omnibus præterea publice et privatim denuntiet quantum piaculum sit qui sponsam alterius violat, quanto magis reus majestatis efficitur qui sponsam omnipotentis Dei corrumpit (298).

**274** *Ut abbatissa de monasterio non egrediatur. Ex concilio Mogontiacensi, cap.* 16.

CLXVIII. *Concil. Mogunt. sub Rab.* c. 16 ; Burchard. lib. viii, c. 80). Abbatissa nequaquam de monasterio egrediatur nisi per licentiam episcopi sui, nisi forte regali jussione cogatur. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus quas secum ducit curam maximam habeat, ut nulla eis detur occasio peccandi.

*Quid agere debeant sanctimoniales. Ex eodem.*

CLXIX. (*Concil. Mogunt. sub Rab.* c. 16 ; Burchard. lib. viii, c. 77). Sanctimoniales in monasterio constitutæ habeant studium in legendo et in cantando, et horas canonicas solemniter pariter celebrent, et omnes, exceptis quas infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, et omnibus diebus ad capitulum et collationes veniant, et regulam a sanctis Patribus illis constitutam diligenter observent.

*De cautela sanctimonialium. Ex concilio Hispalensi.*

CLXX. (*Concil. Hispal.* ii, c. 11 ; Burchard. lib. viii, c. 53). Hæc circa omnes cautela servetur, ut remoti a peculiaritate virginum, nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum. Nec ipse qui præest cum sola colloqui debet, sed sub testimonio duarum aut trium sororum, ita ut rara sit accessio, brevis locutio.

*Ne clerici vel continentes ad virgines ingrediantur. Ex concilio Carthaginensi.*

CLXXI. (*Concil Carthag.* iii, c. 25). Ut clerici vel continentes ad **275** viduas vel virgines, nisi ex jussu aut permissu episcoporum aut presbyterorum, non accedant : et hoc non soli, sed nec ipsi episcopi et presbyteri ; sed ubi clerici præsentes sunt, aut aliqui graves Christiani.

*De corruptis sanctimonialibus. Ex epistola Innocentii papæ.*

CLXXII. (*Decreta* Innoc. I. c. 10 ; Halitgar. lib. iv, c. 19 ; Burchard. lib. viii, c. 13). Quæ in Christo spiritaliter nubunt, si postea publice nupserint, vel se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is cui se junxerat de mundo recesserit. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, ut quæ vivente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus, quanto magis de illa tenendum est quæ ante immortali se sponso conjunxerat, et postea ad humanos amplexus transmigravit.

*De sæcularibus viduis. Ex concilio Meldensi, cap.* 61.

CLXXIII. (*Concil. Meld.* c. 70 ; Burchard. lib. viii, c. 50). Ut illæ quæ quasi sanctimoniales sub velamine religionis degere videntur, sed potius in deliciis viventes mortuæ in divinis oculis computantur, provincias discurrentes, curiose et verbose (*I Tim.* v), si libidinibus cæterisque carnalibus desideriis et voluptatibus inservire accusantur, si manifeste detegi potuerint , episcopali auctoritate et regia potestate in talibus locis residere sub testimonio religioso cogantur, ubi pœnitentiam si fecerint dignam, assequantur etiam fructuosam. Si autem **276** mani-

(298) Mutila est postrema pars istius capitis, quæ sic restituenda est ex Burchardo : *quantum piaculum sit qui sponsam Christi violare præsumit. Si enim ille reus tenetur qui sponsam hominis violat, quanto magis*, etc.

feste detegi non valuerint, erga Ecclesiam suæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur, et ut religiosus de cætero vivant, et in monasteriis conversentur, episcopali decreto et regia potestate coerceantur. De his enim Apostolus dicit: *Quæ cum fornicatæ fuerint in Christo, nubere volunt* (*Ibid.*) (299).

*De eadem re.*

CLXXIV. (Burchard. lib. viii, c. 41, et Ivo parte, vii, c. 59.) De viduis Apostolus dicit: *Præcipe*, inquit, *ut viduæ irreprehensibiles sint. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit*, etc. *Adolescentiores viduas devita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul et otiosæ discunt circuire domos, non solum otiosæ, sed et verbosæ, et curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Jam enim quædam conversa est retro post Satanam* (*I Tim.* v).

*De eadem re. Ex lege Romana.*

CLXXV. (*Nov.* Majoriani, tit. 8.) Viduarum sane obstinationibus **277** permovemur, quæ nulla prole suscepta fecunditatem suam reparatione familiæ repudiata conjugii iteratione condemnant, et solitariam vitam non, ut colligitur, religionis ac pudicitiæ amore, sed potentiæ lasciviæque vivendi eligunt libertatem. Quibus ad omnem licentiæ usum aut sollicitantium personarum ficta religione aut favore callidi captatores applaudunt. Has ad honestioris vitæ tramitem revocantes sancimus ut maritali obitu destituta mulier quadragenaria, cum adhuo procreare liberos per ætatem potest, intra quinquennium nubat. Emenso quinquennio si in viduitate persistit, mox cum propinquis suas dividat facultates; aut si hi fortasse defuerint, cum fisco matrimonium [*In nov.* patrimon.] dividat.

*Ne sanctimoniales palatium et publicos conventus adeant. Ex concilio Nannetensi.*

CLXXVI. (*Concil. Nannet.* c. 19; Burchard. lib. viii, c. 85.) Cum Apostolus dicat: *Mulieres in ecclesia taceant, non enim permittitur eis loqui* (*I Cor.* xiv), mirum videtur quod quædam mulierculæ contra divinas humanasque leges attrita fronte impudenter agentes, placita generalia et publicos conventus indesinenter adeunt, et negotia regni utilitatesque reipublicæ magis perturbant quam disponunt, cum indecens sit et etiam inter barbaras gentes reprehensibile mulieres virorum causas discutere, et quæ de lanificiis suis et operibus textilibus et mulieribus inter genitiarias suas residentes debuerant disputare, in conventu publico, ac si in curia residentes, senatoriam **278** sibi usurpant auctoritatem. Quæ ignominiosa præ-
A sumptio fautoribus magis imputanda videtur quam feminis. Unde, quia divinæ leges, ut supra monstratum est, hoc contradicunt, et humanæ nihilominus idipsum prohibent, ut feminæ nihil aliud prosequantur in publico quam suam causam. Ait enim lex Theodosiana (Interpret. l. 5 *Cod. Theod. de cognitor, et procurator.*): « Nulla ratione feminæ amplius quam suas causas agendi habeant potestatem, nec alicujus causam a se noverint prosequendam. » Idcirco ex auctoritate canonica interdicimus ut nulla sanctimonialis virgo vel vidua conventus generales adeat, nisi a principe fuerit evocata, aut ab episcopo suo, nisi forte propriæ necessitatis ratio impulerit, et hoc ipsum cum licentia episcopi sui.

B *Quando virgo veletur. Ex concilio Africano.*

CLXXVII. (*Concil. Afric.* c. 93; lib. i *Capitular.* c. 46; Burchard. lib. viii, c. 18; *Decreta* Gelasii, c. 12.) Ut virgines non velentur ante vigesimum quintum annum ætatis, nisi forte necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis, et, ut Gelasius papa dicit, nisi in Epiphania et in Albis paschalibus et in apostolorum natalitiis non sunt consecrandæ, nisi causa mortis urgente.

*De eadem re. Gelasius.*

CLXXVIII. (*Decreta* Gelasii. c. 13; lib. i *Capitular.* c. 59; Burchard, lib. viii, c. 36.) Viduas autem velare pontificum nullus attentet.

(*Concil. Tribur.* c. 24; Burchard, lib. viii, c. 10.) Virgines quæ ante duodecim annos, insciis mun-C diburdis suis, sacrum velamen capiti suo imposuerint, et illi mundiburdi integrum annum et diem hoc tacendo consenserint, in **279** sancto proposito permaneant. Et si in prædicto anno et die pro illis se proclamaverint, petitioni eorum assensus præbeatur; nisi forte Dei timore tacti, cum eorum licentia in religionis habitu perseverent.

*De eodem re. Ex eodem concilio.*

CLXXIX. (*Concil. Tribur.* c. 23; Burchard, lib. viii, c. 35.) Viduæ quæ spontanea voluntate ab altari sacræ conversationis velamen suscipiunt, decrevit sancta synodus in eodem proposito eas permanere. Non enim fas esse decernimus ut postquam se Domino semel sub velo consecraverint, et inter velatas oblationes fecerint, iterum eis con-D cedi Spiritui sancto mentiri.

*Zacharias papa, cap. 7.*

(Burchard. lib. ix, c. 13.) Virginem aut viduam, nisi is qui desponsatam habuerit, nullus audeat furari in uxorem. Si quis hoc temerario ausu præsumpserit, anathema sit (300).

*Item de sanctimonialibus. Ex eodem concilio.*

CLXXX. Sanctimonialis si pro lucro animæ suæ cum licentia abbatissæ suæ ad aliud monasterium pergere disposuerit, ibidemque commanere, decrevit synodus concedi. Si vero fuga disciplinæ alium locum quærit, redire cogatur.

(299) Caput istud multum diversum est ab editionibus vulgatis concilii Meldensis. Et tamen sicut a nobis editum est legitur in codice ms. Reginonis et in editione Helmæstadiensi; nisi quod in editione illa, vitio haud dubie librariorum, verba quæ sequuntur omissa sunt: *fructuosam. Si autem manifeste detegi non valuerint, erga Ecclesiam*, etc.

(300) Caput istud non exstat in codice Parisiensi.

*De concubinis. Ex epistola Leonis papæ.*

CLXXXI. (*Decreta* LEONIS I, c. 18 et 19; BURCHARD. lib. IX, c. 1.) Non omnis mulier viro conjuncta **280** uxor est viri, quia non omnis filius hæres est patris. Itaque aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, et aliud libera. Ancillam itaque a thoro abjicere, et uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus honestatis est. Dubium enim non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua docetur nuptiale non fuisse ministerium. Nisi forte illa mulier et ingenua facta, et dotata legitime, et publicis nuptiis honestata videatur.

*Ut de captivitate venientibus maritis uxores propriæ reformentur. Ex epistola Leonis.*

CLXXXII. (*Decreta* LEONIS I, c. 42; BURCHARD. lib. IX, c. 55.) Quod debeant feminæ quæ, captis viris et in captivitatem ductis, aliis viris nupserunt, putantes interemptos maritos, reversis de captivitate prioribus viris copulari, ut cuique id quod legitime habuit reformetur, et recipiat unusquisque quod suum est, et redintegrentur fœdera nuptiarum.

*De eadem re. Ex eodem.*

CLXXXIII. (*Decreta* LEONIS I, c. 43, 44, 45; BURCHARD. lib. IX, c. 56.) Quod non probatur esse culpabilis qui uxorem capti in matrimonio videtur esse sortitus. Et si viri de captivitate regressi, intemperantia uxorum offensi non fuerint, et voluerint eas in conjugium recipere, liberam habeant facultatem. Et si mulier ad priores maritos redire noluerit, posteriorum virorum amore capta, ecclesiastica communione privetur.

**281** *De incestis. Ex concilio Ilerdensi, cap. 4.*

CLXXXIV. (*Concil. Ilerd.* c. 4; RAB. *epist. ad Heribald.* c. 20; BURCHARD, lib. VII, c. 3). De his qui se incesta pollutione commaculant, placuit ut quousque in ipso detestando et illicito carnis contubernio perseverant, usqué ad missam tantum catechumenorum in ecclesia admittantur; cum quibus etiam nec cibum sumere ullum Christianorum, sicut Apostolus jussit, oportet.

*Ex concilio Toletano.*

(*Concil. Tolet.* II, c. 5; BURCHARD. lib. VII, c. 6.) Salubriter præcavendo sancimus ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usquequo affinitatis lineamenta successione generis cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari. Quoniam scriptum est: *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus* (*Levit.* XVIII).

*De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CLXXXV (*Concil. Agath.* c. 61; *concil. Arelat.* VI, c. 11; BURCHARD. lib. VII, c. 4.) De incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Hos enim esse censemus. Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror exstiterat, carnali conjunctione violaverit; si quis fratris uxoris germanam, si quis novercam, si quis consobrinam, si quis filiam avunculi, vel relictam ejus, si quis patrui filiam vel privignam suam duxerit. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt sibi, post actam pœnitentiam, ineundi melioris conjugii (id est legitimi) libertatem (id est potestatem (301).

**282** *De eadem re. Ex concilio Romano.*

CLXXXVI. (*Concil. Rom. sub Greg. II*, c. 3 et seqq.; HALITGAR, lib. IV, c. 22; lib. VII, *Capitular.* c. 127.) Gregorius papa dixit: Si quis Dei ancillam, id est sanctimonialem, in conjugio duxerit, anathema sit. Si quis commatrem spiritualem in conjugio duxerit, anathema sit. Si quis neptem [*Cod. Paris.*, fratris uxorem] in conjugio duxerit, anathema sit. Si quis novercam aut nurum suam duxerit, anathema sit. Si quis consobrinam duxerit, anathema sit. Si quis de propria cognatione vel quam cognatus habuit in conjugio duxerit, anathema sit. Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel consentientibus ei, anathema sit. Si quis virginem, nisi desponsaverit, furatus fuerit in uxorem, vel consentientibus ei, anathema sit. Et in his omnibus tertio omne concilium respondit: Amen.

*De judicio. Ex concilio ad Confluentes. Carolus ad Ludowicum.*

CLXXXVII. *Capitula* CAROLI CALVI, tit. 30, c. 5.) Filiam nostram Judith viduam secundum leges divinas et humanas sub tuitione ecclesiastica et regio mundeburde constitutam Balduinus sibi furatus est uxorem; quem post legale judicium episcopi nostri regni excommunicaverunt secundum sacros canones et definitionem sancti Gregorii papæ, qui dicit: « Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel consentientibus ei, anathema sit. »

**283** *De feminis quæ viros amittunt. Capitular. lib.* I, *cap.* 96.

CLXXXVIII. (Lib. I *Capitular.*, c. 102; et lib. II *Leg. Longob.* tit. 6, c. 4; BURCHARD. lib. VIII, c. 42; Ivo, part. VII, c. 60.) De feminis quæ viros amittunt, placet ne se, sicut hactenus, indiscrete velent; sed triginta dies post discessum viri sui exspectent; et post tricesimum diem per consilium episcopi sui, vel, si episcopus absens fuerit, consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumque amicorum, id quod eligere debent eligant. Et quia a sacro conventu rogati ut hi qui publicam gerunt pœnitentiam, et feminæ quæ viros amittunt, nostra auctoritate, donec deliberent quid agant, tuerentur, specialiter pro his capitulo fieri et legis mundanæ capitulis inferenda decrevimus (302).

*De eadem re. Ex Capitular. lib.* IV, *cap.* 16.

CLXXXIX. (Lib. IV *Capitular.* c. 17; lib. II *Leg.*

(301) Vide epistolam Rabani ad Heribaldum, cap. 20.

(302) Mutilus est hic locus apud Reginonem, Burchardum et Ivonem. Nam libro I Capitular., cap. 102, tam in editis quam in manuscriptis codicibus, tum in capitulari Aquisgranensi Ludovici Pii, cap. 21, post illa verba *religiosorum sacerdotum*, legitur *suorumque parentum atque amicorum*. Unde colligi debet Burchardum et Ivonem sua descripsisse ex Reginone.

*Longob.* tit. 6, c. 3.) Qui viduam intra primos triginta dies viduitatis vel invitam vel volentem sibi copulaverit, sexaginta solidos componat. Et si invitam eam traxerit, legem suam ei componat, illam vero ulterius non attingat.

**284** *Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interficit. Ex eodem, cap.* 17.

CXC. (Lib. IV, *Capitular.* c. 18; lib. I *Leg. Longob.* tit. 9, c. 31.) Qui hominem publicam pœnitentiam agenteum interfecerit, bannum nostrum in triplo componat, et ejus wirigildum proximis ejus persolvat (303).

*Ne frater super thorum defuncti fratris ascendat. Ex concilio Aurelianensi.*

CXCI. (*Concil. Aurelian.* I, c. 18; RAB. *epist ad Heribald.*, c. 20.) Ne frater super thorum defuncti fratris ascendat, nec quisquam, amissa, uxore sororem ejus sibi audeat sociare.

*De sorore sponsæ violata. Ex concilio Ancyrano.*

CXCII. (*Concil. Ancyr.* c. 24.) Quidam sponsam habens, sororem ejus violavit, et gravidam reddidit. Postmodum desponsatam sibi duxit uxorem. Illa vero quæ corrupta est, laqueo se peremit. Hi qui fuerunt conscii, post decennem satisfactionem jussi sunt suscipi secundum gradus pœnitentiæ constitutos.

*De muliere quæ duobus fratribus nupsit. Ex concilio Neocæsariensi.*

CXCIII. (*Concil. Neocæsar.* c. 2; HALITGAR. lib. IV, c. 14; BURCHARD. lib. XVII, c. 1.) Mulier si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem; verumtamen in exitu, propter misericordiam, communio ei concedatur. Quod si defecerit vir aut mulier talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti (304).

**285** *De eadem re. Ex concilio Eliberitano.*

CXCIV. (*Concil. Eliber.* c. 62.) Si quis post obitum uxoris suæ sororem ejus duxerit, et ipsa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abstineri, nisi mors coegerit.

*De eadem re. Ex concilio Martini papæ.*

CXCV. (MARTIN. BRACAR. c. 79; BURCHARD, lib. XVII, c. 2.) Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores duxerit, a communione separentur usque ad mortem, in morte pro misericordia viaticum accipiant.

*De filiola et commatre. Ex epistola Rabani ad Heribaldum episcopum Antissiodorensem, cap.* 20.

CXCVI. (BURCHARD. lib. XVII, c. 24.) De eo quod interrogasti, si ille qui filiolam suam, et de eo qui concubuit cum commatre sua spiritali, et de illo qui filium suum baptizavit, et cujus uxor eum de fonte suscepit, si postea in tali copulatione permanere possent, omnino illicitum esse judicavimus. Nam in concilio Mogontiacensi scriptum est cap. 55 (*Concil. Mogunt. sub Car. M.* c. 55; lib. V *Capitular.* c. 100; BURCHARD. lib. XVII, c. 25.): « Nullus proprium filium aut filium a fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam nec commatrem ducat uxorem, nec illam cujus filium ad confirmationem ante episcopum tenuerit. Ubi autem factum fuerit, separentur. »

*Si quis viduam uxorem duxerit. Ex eodem.*

CXCVII. (RAB., *ibid.; concil. Mogunt. sub Rab.* c. 56; lib. V *Capitular.* c. 101; BURCHARD, lib. XVII, c. 9.) Si quis viduam uxorem duxerit, et postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, **286** seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre et filio fornicata fuerit, tales copulationes anathematizari et disjungi præcipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, sed sub magna districtione fieri (305).

*De eo qui filiolam suam polluit. Unde supra.*

CXCVIII. (RAB. *ibid.;* BURCHARD, lib. XVII, c. 26.) Quam destabile et exsecrabile scelus sit unicuique Christiano filiolam suam constuprare testatur sanctus Gregorius papa in Dialogis suis (*lib.* IV, *cap.* 32), ubi refert quemdam hominem polluisse filiolam suam, et quia neglexit pœnitentiam agere, subito miserabili morbo correptus expiravit, et sepultus, non solum corpus, sed etiam omne sepulcrum, ignis invisibilis consumpsit.

*Item de incestis et eorum pœnitentia. Ex concilio Mogontiacensi.*

CXCIX. (RAB. *ibid.;* BURCHARD. lib. XVII, c. 18.) Si quis fornicatus fuerit cum duabus sororibus, vel cum noverca sua, vel cum amita sua, vel cum matre sua, vel cum filia patrui sui et avunculi sui, vel cum filia amitæ suæ sive materteræ suæ, vel cum nepte sua, vel cum commatre aut filiola sua, sive quam de fonte suscepit, vel ante episcopum tenuerit, et si qua mulier simili modo fornicata fuerit, abstineat se ab ingressu domus Dei annum unum; et eodem anno, nisi Dominicis et festis diebus, solummodo pane et aqua et sale utatur; **287** arma non ferat, osculum nulli præbeat; sacrificium, nisi pro viatico, minime sumat; sex deinde annis ingrediatur quidem domum Dei, sed carnibus et vino et sicera minime utatur, nisi festis diebus. De armis vero vel osculo sive sacrificio, sicut supra dictum est. Postea vero duobus annis, quando carne vescitur, a potu omni qui inebriare potest se contineat; et si potum biberit, minime carne vescatur, absque præcipuis festis diebus. De armis vel osculo et sacrificio modum teneat jam dictum. Inde usque ad obitum suum, nisi prædictis festis diebus, a carne se abstineat tres legitimas ferias in omni hebdomada, et tres quadragesimas in anno legitime custodiat. De armis vero ut supra dictum est. Et unquam aliquando conjugio copuletur. Hæc eadem pœnitentia imponenda est patricidis vel fratricidis vel consanguineis, necnon et qui sponte per fraudem et avaritiam hominem innoxium occidunt, quod morchidum vocant.

*In quota generatione copulentur fideles. Ex epistola Rabani ad Humbertum episcopum.*

CC. Igitur de nuptiis, vel quomodo consanguinitas

(303) Vide supra cap. 30 hujus libri.
(304) Vide lib. VII Capitul, cap. 296.

(305) Caput istud additum est ex codice ms.; non exstat in editione Helmæstadiensi.

honoranda sit, Dominus loquitur in Levitico dicens (A): *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus* (*Levit.* XVIII). Cum enim Dominus populum suum de contaminationibus gentium voluisset separare, primum generali vocabulo ad proximitatem sanguinis prohibuit quemquam accedere, ne revelaret turpitudinem ejus; deinde ipsam **288** generalitatem ferme in duodecim species subdivisit; quæ tamen ultra tertiam vel quartam generationem non procedunt (306). Unde accidit, ut reor,* domnum Gregorium Augustino interroganti tertia vel quarta generatione jam licite connubia jungere respondisse. Similiter et in Theodori archiepiscopi gentis Anglorum Capitulis, quæ de necessariis conscripsit rebus, invenimus quod in tertia propinquitate carnis secun- (B) dum Græcos liceat nubere, in quinta secundum Romanos. Qui tamen conjugia in tertia propinquitate facta non solverent, si antea ab inscientibus compacta fuissent, æqualiterque conjungeretur vir in matrimonio his qui sibi consanguinei sunt, et uxoris suæ consanguineis post mortem uxoris. Hunc autem Theodorum Tharso Ciliciæ natum, Vitellianus papa Romæ episcopum ordinans, ad Britanniam misit: unde tam Orientalium quam etiam Occidentalium Ecclesiarum consuetudinibus pleniter instructus fuerat. Nec eum aliqua latere potuerint quæ in observationibus legitimis Græci et Romani eo tempore habuerunt, maxime cum in utraque lingua perfecte instructus esset. Quod autem proximis temporibus Romanorum pontifi- (C) cum scripta continent usque ad sextam vel septimam generationem conjugii usum differendum, magis ex consuetudine humana quam ex lege divina hoc eos præcepisse credendum est. Nam quod Isidorus in Etymologiis suis usque ad sextam generationem consanguinitatis abstinendum et sic legitimo connubio conjungendum asseruit, inde reor eum fecisse **289** quod genealogiæ seriem retexens, quousque ordinem numerandi perduxit, eo cognationem sanguinis servandam æstimavit; sicque ad innovationem generis et amicitiæ jus confirmandum redire ad connubium sancivit, quando jam cognationis ordo numerari desiit. Cæterum ante omnia considerandum est ut sic censura disciplinæ temperetur, ne per immoderationem correptionnis peccati cumulus augeatur. (D) Scimus enim quod qui in lege cognationis jus observare constituit, in Evangelio fœdus conjugii non dissolvendum præcepit. Si enim ubicunque aliquid proximitatis vel consanguinitatis, licet longinquæ, inter conjugatos inveniri potest, statim matrimonium dissolvatur, vereor quod adulterium et fornicationis scelus multiplicetur; quia cum conjugato adolescentulo vel juveni societas comparis suæ denegatur, nec aliquid ei solatii impenditur unde continentiam salvare possit, libidine inflammatus per diaboli instigationem multiplici fornicatione forsitan polluitur, ac sic in præcipitium mortis æternæ anima demergatur. Igitur quia a mea parvitate voluisti, quid sentirem de hac re, tibi rescribi, propter fragilitatem præsentis temporis reor hoc quod Theodorus episcopus inter Gregorium et Isidorum medius incedens in suis Capitulis definivit magis sequendum, ut quinta generatione jam licitum connubium fiat, quia non lex divina huic contradicit, nec etiam sanctorum Patrum dicta hoc prohibent Si autem et in quinta ab insciis fuerit copula peracta, melius mihi videtur et cum pœnitentiæ humiliatione, **290** si se uxoratus continere non vult, Deo satisfaciat.

*De eadem re. Gregorius ad Augustinum.*

CCI. (Apud BEDAM lib. I, *Hist. Angl.* c. 27, § 6.) Necesse est ut etiam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi jungi debeat. Nam a secunda quam prædiximus se omnino debet abstinere.

*De eadem re. Ex epistola Rabani ad Reginbaldum chorepiscopum.*

CCII. De eo quod interrogasti, si pater et filius, vel si duo fratres, vel si avunculus et nepos, cum una muliere fornicati sint, quid inde faciendum sit, manifestum est quod gravi vindicta plectendum est quod grave facinus esse reperitur. Omnis enim mœchia interdicitur ubi scriptum est: *Non mœchaberis.* Quanto magis cum cognata vel cum conjuge seu concubina cognati. Hinc in Levitico scriptum est: *Si mœchatus fuerit quis cum uxore alterius, morte moriantur et mœchus et adultera. Qui dormierit cum noverca sua vel cum nuru sua, et qui filiam et matrem duxerit, et qui acceperit sororem suam, morte moriatur* (*Levit* XX). Si enim in lege turpitudinem incestus mortis sententia vindicare jussit, quomodo in Evangelio, ubi summa justitia est, incestuosus pœnitentiam peccati evadet? Unde Apostolus: *Irritam qui fecerit legem Moysi, sine ulla miseratione ne sub duobus vel tribus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et Spiritui* **291** *gratiæ contumeliam fecerit?* (*Hebr.* X.) Igitur Theodorus judicavit eum qui incestum fecerit duodecim annos pœnitere debere. Alii quindecim, alii decem, alii septem. Sed tu, priscorum Patrum vestigia sequens, his solis pœnitentiæ spatium temperes qui devote et cum lacrymis pœnitentiam egerint; cæteri definitum tempus servent.

*De illo qui servum se fecit. Ex concilio Triburiensi, cap.* 11.

CCIII. (BURCHARD. lib. IX, c. 75.) Perlatum est ad sanctam synodum quod quidam ingenuus ingenuam acceperit uxorem, et post filiorum procreationem, occasione divortii, cujusdam servum se fecerit, utrum necessario mulierem tenere debeat; et si tenuerit, utrum illa quoque secundum sæcularem legem servituti subjici debeat. Judicatum est uxorem minime debere dimitti, non tamen ob Christi legem

(306) Cf. infra Appendicis primæ cap. 30.

mulierem in servitutem redigi, dum ille non ex A consensu conjugis servum fecit, quem liberum maritum acceperat.

*Item de incestis. Ex eodem.*

CCIV. *Concil. Tribur.* c. 44 ; BURCHARD. lib. XVII, c. 15.) Item indicatum est quemdam stuprasse quamdam feminam, quam postea frater ejus accepit uxorem. Statuerunt eum qui stupravit, et a se stupratam fratri celavit, quia geminavit peccatum, pœnitentia districtiori castigandum, et conjugium tale dissolvi oportere, et mulieri quidem eis viventibus non fore potestatem nubendi, illis autem pro misericordia conjugium indulgere.

**292** *Si quis cum filia materteræ suæ*, etc., *concuberit. Ex eodem.*

CCV. (BURCHARD. lib. XVII, c. 20.) Item interrogatum fuit, si quis cum filia materteræ suæ vel avunculi, amitæ vel patrui, concubuerit, si conjugatus fuerit, liceatne illi ulterius uti conjugio, aut non conjugato uxorem accipere. Justum esset, sicut aliqua priorum statuta habeantur, ut in perpetuum, a conjugio tales abstineant. Sed visum est, humanæ fragilitatis intuitu, ut post pœnitentiam non quidem penitus priventur conjugio, durissime tamen tam immanis fornicatio vindicetur, sicut sanctus papa Nicolaus et alii Romani pontifices statuerunt, ne forte desperata conscientia multiplicius peccent.

*Item de incestis. Ex eodem.*

CCVI. BURCHARD. lib. XVIII, c. 4 ; *Pœnitent. Rom.* tit. 3, c. 5.) In lectum mariti, absente uxore, soror ivit uxoris ; quam ille uxorem suam putans, dormivit cum ea. Super hoc visum est, si ipse per securitatem veram hoc probaverit quod inscius fecerit hoc scelus, pœnitentiam quidem qui sibi indicata fuerit agat, et legitimum suum conjugium habere permittatur ; illam dignam vindicta affligi, et in æternum conjugio privari (307).

**293** *De eadem re. Ex eodem.*

CCVII. (*Concil. Tribur.* c. 43 ; BURCHARD. lib. XVII, c. 16.) Quidam fornicatus est cum aliqua muliere. Postea filius, nesciens patris factum, stupravit eamdem. Quod cum pater rescisset, de se filioque confessus est. Satuerunt melius esse ut taliter lapsis cum digna pœnitentia legitima permittantur conjugia quam forte deterius delinquant ; cum fornicaria autem illa gravius agendum.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCVIII. (*Concil. Tribur.* c. 45 ; BURCHARD. lib. XVII, c. 5.) Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, et soror sororem ab eodem antea stupratam nescierit, vel si ipse sororem ejus quam antea stupravit non intellexerit, si digne pœnituerint, et se continere non valuerint, post annos septem conjugia illis non negentur. Si autem non ignoraverunt, usque ad mortem a conjugio abstineant.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCIX. (BURCHARD. lib. XVII, c. 6.) Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, vir diebus vitæ suæ pœniteat. Soror autem quæ de alia sorore nescivit, licentiam habeat nubendi.

*De eadem re. Ex eadem.*

CCX. (*Concil. Tribur.* c. 44 ; BURCHARD. lib. XVII, c. 13.) Si homo forcincatus fuerit cum muliere, et frater ejus nesciens duxerit eam uxorem ; frater, eo quod fratri crimen celaverit, pœniteat, et post pœnitentiam nubat. Mulier autem usque ad mortem pœniteat (308).

**294** *De eadem re. Ex eodem.*

CCXI. (*Concil. Tribur.* c. 43 ; BURCHARD. lib. XVII, c. 14.). Si frater cum muliere fornicatus fuerit, et frater nesciens cum eadem concubuerit, B mulier diebus vitæ suæ pœniteat ; post pœnitentiam autem frater ignarus sceleris conjugium accipiat si vult (309).

*De separatione Ex concilio ad Vermeriam temporibus Pippini.*

CCXII. (*Concil. Vermer.* c. 1 ; *Concil. Compend.* c. 1.) In tertio geniculo separentur. In quarta autem conjugatione si inventi fuerint, non eos separamus, sed pœnitentiam eis indicimus. Et tamen si factum non fuerit, nullam facultatem conjungendi in quarta generatione damus.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCXIII. (*Concil. Vermer.* c. 2.) Si aliquis cum filiastra sua manet, nec matrem nec filiam ipsius potest habere, nec illa nec ille aliis se poterunt C conjungere ullo unquam tempore. Attamen uxor ejus, si ita voluerit, si se continere non potest, si postea quam cognovit quod cum filia sua vir ejus fuit in adulterio, carnale commercium cum eo non habeat ; si vult potest alii nubere.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCXIV. (*Concil. Vermer.* c. 10 ; BURCHARD. lib. XVIII, c. 11.) Si quis cum noverca sua dormierit, neutiquam possunt ad conjugium pervenire. Si vir ejus sic vult, potest aliam accipere, si se continere non potest. Similiter qui **295** cum filiastra sua vel cum sorore uxoris dormierit, stare potest.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCV. (*Concil. Vermer.* c. 12 ; BURCHARD. lib. XVII, c. 3.) Qui dormierit cum duabus sororibus, D et una ex illis antea uxor fuerit, nullam ex ipsis habeat, nec ipsis adulteri unquam conjugio copulentur.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCXVI. (*Concil. Compend.* c. 8 ; BURCHARD. lib. XVII, c. 17.) Si quis cum uxore fratris sui dormierit, adulter et mœcha diebus vitæ suæ absque conjugio maneant. Ille vero cui uxor fuit, si vult, alia conjugem accipiat.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCXVII. (*Concil. Compend.* c. 10 ; lib. v. *Capitu-*

(307) In editione Helmæstadiensi legitur *veram non probaverit*, omnino contra mentem canonis. Nos, quia destituebamur ope manuscripti codicis, qui imperfectus est in hoc loco, veram lectionem accepimus ex Burchardo et ex Pœnitentiali Romano quod editum est ab Antonio Augustino.

(308) Vide lib. VII Capitul., cap. 290.

(309) Vide concilium Compendiense sub Pippino, cap. 8 et lib. x Capitularium, c. 19.

*lar.* c. 5 ; Burchard. lib. xviii, c. 18. Si quis sponsam filii sui oppresserit, et postea filius eam duxerit pater postmodum non habeat uxorem, nec ipsa mulier virum. Filius qui facinus patris ignoravit aliam accipiat.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCXVIII. (Burchard. lib. xvii, c.22.) Si quis filiastrum aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua, et aliam nunquam accipiat. Similiter et mulier.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCXIX. (*Concil. Compend.* c. 14 ; Burchard. lib. xvii, c. 12.) Si quis cum matre et filia fornicatus est, ignorante matre de filia, et filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem. Illæ vero, si volunt, accipiant maritos. Si autem hoc scierint ipsæ feminæ, absque maritis in perpetuo maneant.

**296** *De eadem re. Ex eodem.*

CCXX. (*Concil. Compend.* c. 15 : Burchard. lib. xvii, c. 7.) Similiter et de duabus sororibus, qui cum una in adulterio mansit, et aliam publice accepit, non habeat mulierem usque in diem mortis ; et illa quæ nescivit, accipiat maritum.

*Si quis propter faidam fugit. Ex eodem.*

CCXXI. (*Concil. Compend.* c. 18 ; lib. v. *Capitular.*, c. 6.) Si qui propter vindictam fugiunt in alias patrias, et dimittunt uxores suas, nec illi nec illæ alteri copulentur.

*Item de incestis. Ex eodem.*

CCXXII. (*Concil. Met. sub Pippino* c. 1 ; lib. v *Capitular.*, c. 7.) Si quis incestum cum proxima sua commiserit, peculium suum perdat, si habet ; et si se non emendare voluerit, nullus eum in domo recipiat, neque ei cibum donet. Quod si fecerit, sexaginta solidos regi componat. Et si pecuniam non habet, mittatur, si liber est, in carcerem. Si servus est, vapulet multis plagis.

*Item de parricidis. Ex eodem.*

CCXXIII. Si homo liber patrem aut matrem, fratrem vel avunculum occiderit, hæreditatem propriam amittat. Et si quis mœchatus fuerit cum matre et sorore et amita, hæreditatem perdat.

*Item de incestis. Ex eodem.*

CCXXIV. (*Concil. Mogunt. sub Car. M.* c. 53 ; lib. v *Capitular.*, c. 98 et 152 ; *Concil. Turon.* iii, c. 41.) Episcopi incestuos investigare studeant. Et si pœnitere noluerint, de Ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam **297** revertantur. Quod si obedire sacerdotibus noluerint, oportet eos per sæcularem disciplinam coerceri.

*De eadem re. Ex concilio Monguntiacensi, cap.* 29.

CCXXV (310). Si quis viduam uxorem duxerit, et postea cum filiastra fuerit fornicatus, seu cum duabus sororibus nupserit, aut si qua cum duobus fratribus, sive cum patre et filio, si quis relictam fratris, si quis neptem, aut novercam, aut nurum, consobrinam, aut filiam avunculi, aut ejus relictam, aut privignam polluerit, eos disjungi et ulterius nunquam conjugio copulari præcipimus.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCXXVI. (*Concil. Mogun. sub Car. M.* c. 54 ; lib. v *Capitular.*, c. 99 ; Burchard. lib. vii, c. 18.) Contradicimus quoque ut quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur. Ubi autem post interdictum factum fuerit, separentur.

*De eadem re. Ex concilio Wormatiensi.*

CCXXVII. (*Concil. Wormat.* c. 33.) Si quis cum duabus sororibus, seu cum duobus fratribus, aut cum his personis de quibus sacra Scriptura, prohibet, fornicationem fecerit, si dignam egerit pœnitentiam, et se continere non potest, liceat ei legitimam uxorem vel virum accipere.

*Si quis cum commatre fornicatus fuerit. Ex eodem.*

CCXXVIII. (*Concil. Wormat.* c. 34.) Si quis cum commatre spirituali fuerit fornicatus, usque ad dignam **298** pœnitentiam anathemate percutiatur. Similiter si cum ea quam de fonte suscepit, vel quam ante episcopum tenuerit, fornicatus fuerit. Legitimam autem, si habuerit, non dimittat uxorem.

*Item de incestis. Ex eodem.*

CCXXIX. *Concil. Wormat.* c. 36.) Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, post dissolutum conjugium pœnitentiam agat. Scilicet per triennii tempus a corpore et sanguine Domini suspendatur, carnem non manducet, vinum non bibat, et omnibus diebus jejunet, exceptis festis et Dominicis diebus. Similiter de mulieribus quæ patri se clanculo in concubitu prostraverunt et filio observandum est, et qui duabus se absconse sororibus pollutos cognoscunt.

*Quod cum sacramento illicita conjugia solvenda sunt. Ex concilio Triburiensi.*

CCXXX. (*Concil. Tribur.* c. 49.) Quorum illicita conjugia scindenda sunt, volumus ut juramento confirment ne ad unam mensam nec sub uno tecto simul cohabitent, vel quolibet familiari colloquio perfruantur, nisi in publico aut in ecclesia. Res quas communes habuerint dividant, ne aliqua suspicio possit nasci atque increscere.

*Juramentum de parentela quomodo inquirendum.*

CCXXXI. (Burchard. lib. vii, c. 25.) De illa parentela quam dicunt esse inter illum et istam ejus conjugem, quidquid inde scis vel audisti computare a tuis **299** vicinis aut tuis antecessoribus, quod tu per nullum ingenium, nec propter timorem, aut præmium, aut consanguinitatem celabis episcopo tuo, aut ejus misso, cui hoc inquirere jusserit, quandocunque ex hoc te interrogaverit. Sic te Deus adjuvet.

*De eadem re.*

CCXXXII. (Burchard. lib. vii, c. 26.) Istud juramentum quod iste juravit de illa parentela quæ inter illum et ejus conjugem computatur, quod tu illud

(310) Vide supra cap. 197 hujus libri.

rabis inquantum sapis aut audisti. Sic te A
adjuvet.

*Sacramentum de incestuoso discidio.*

CXXIII. (BURCHARD. lib. VII, c. 27.) Ab isto die
s quod tu per nullum ingenium te sociabis
nse consanguineæ nomine illi, quæ contra le-
et rectam Christianitatem usque in hunc
ua uxor fuit, nec in conjugio, nec in adul-
vel fornicatione, nec cum illa ad unam men-
manducabis et bibes, aut sub uno tecto ma-
nisi forte in ecclesia aut in aliquo publico
ubi nulla mala suspicio possit esse, ut ibi
i testibus pro certa necessitate pariter collo-
ini. Nec aliam conjugem accipies, nisi forte
etiam pœnitentiam tibi licentia data fuerit
scopo tuo aut ejus misso. Sic te Deus adju- B
istæ sanctorum reliquiæ.

*Invocatio judicii.*

XXIV. (BURCHARD. lib. IX, c. 79.) De hoc quod
eputatum est in hac synodo quod simul cum
mina **300** adulterium vel fornicationem fe-
i: quod ego non ita feci, nec inde me culpa-
recognosco. Sic me Deus adjuvet ad istud
um suum.

*ientum post datam pœnitentiam de perpetrata luxuria.*

CXXV. (BURCHARD. lib. IX, c. 80.) Ab isto die
emina cum qua adulterium vel fornicationem
, unde disciplinam vel pœnitentiam susce-
amplius non adulterabis, nec fornicaberis,
m in uxorem accipies, nisi forte post pera- C
œnitiam tibi licentia data fuerit ab episcopo
as misso. Sic te Deus adjuvet.

*qui, vivente marito, conjugem illius adulte- accusatus perhibetur. Ex synodo Meldensi.*

XXVI. (*Concil. Meld.*, c. 69; BURCHARD. lib.
65.) Is qui vivente marito conjugem illius
rasse accusatur, et eo in proximo defuncto
m sumpsisse dignoscitur, omnimodis publi-
nitentiæ subigatur. De quo etiam post pœni-
n, præfata, si expedierit, servabitur regula,
rte idem aut mulier virum, qui mortuus fue-
ccidisse notentur, aut propinquitas vel alia
set actio criminalis impediat. Quod si proba-
nerit, sine ulla spe conjugii cum pœnitentia
mo maneant. Si autem negaverit se eamdem D
m vivente viro adulterasse, et præfati homi-
emo eorum reus exstiterit, et probatis testi-
antiquam convinci potuerit, purgent legaliter
a suæ opinionis, et sumpto utantur conju-
**301** alia, ut diximus, non impedierit ratio.

*De eadem re. Ex concilio Triburiensi.*

CXXVII. *Concil. Tribur.* c. 40; BURCHARD.
, c. 66.) Relatum est auribus sanctorum sa-
um quemdam alterius uxorem stupro vio-
insuper et mœchæ vivente viro suo juramen-
edisse ut post legitimi mariti mortem, si su-
fisset, duceret in uxorem; quod et factum
ile igitur connubium prohibemus et anathe-
amus.

*Invocatio de morte mariti vel uxoris.*

CCXXXVIII. De hoc quod tu accusata es in præsentia istius episcopi, in hac synodo, quod per tuum factum et per tuum consilium tuus maritus illius vel tua conjux illius mortem recepisset, et vitam perdidisset, omnino non est ita, nec tu in ejus vita aut membris quidquam fecisti aut cum aliis conciliatus es unde merito secundum ecclesiasticum judicium pœnitentiæ remedia suscipias aut secundum mundanam legem mortem aut aliquod damnum sustineas. Sic te Deus adjuvet ad istud judicium.

*Juramentum vel invocatio de homicidio imputato.*

CCXXXIX. De hoc quod tibi imputatum est in præsentia tui episcopi, cujus parœchianus es, quod tu illum hominem cum aliis hominibus sequacibus tuis occidisses propter hanc causam ut bona illius diriperes et ejus uxorem tibi in matrimonium sociares, in veritate non est ita, nec tu solus nec cum **302** aliis hominibus illum hominem occidisti, nec ut suam vitam aut membra perderet cum aliis consiliatus es, nec in ejus morte quidquam habes factum unde merito aut pœnitentiam suscipias, aut vindictam suscipias, aut pretium aliquod persolvas. Sic te Deus adjuvet.

*Juramentum de reconciliatione conjugatorum.*

CCXL. (BURCHARD. lib. IX, c. 81.) Ab isto die in antea istam tuam conjugem, nomine illam, quam injuste dimiseras, ita tenebris sicut per rectum maritus suam debet habere conjugem in dilectione et debita disciplina, nec eam per ullum malum ingenium separabis a te, nec ea vivente aliam accipies. Sic te Deus adjuvet.

*De eadem re.*

CCXLI. (BURCHARD, lib. X, c. 82.) Amodo in antea istum tuum, maritum quem injuste dimiseras, ita tenebis et amplexaberis, et ei in servitio, in amore et in timore ita eris subjecta et obediens, sicut per rectum uxor debet subjecta esse marito, nec unquam ab eo te separabis, nec illo vivente alteri viro te sociabis in conjugio aut adulterio. Sic te Deus adjuvet.

*De his qui matrimonio juncti sunt et nubere non possunt. Ex epistola Rabani, cap. 29.*

CCXLII (RAB. *epist. ad Heribald.*, c. 29; lib. VI *Capitular.* c. 55; BURCHARD. lib. X, c. 40) Quod autem interrogasti de his qui matrimonio juncti sunt, et coire non possunt, an ille aliam vel illa alium ducere possit. Quibus scriptum est: « Vir et mulier si se **303** conjunxerint, et postea dixerit mulier de viro, quod non possit coire cum eo, si potest probare per justum judicium quod verum sit, accipiat alium.

*De eadem re. Ex concilio ad Vermeriam temporibus Pippini regis, cap. 17.*

CCXLIII. (*Concil. Vermer.*, c. 17; BURCHARD. lib. IX, c. 41.) Si qua mulier se proclamaverit quod vir suus nunquam cum ea coisset, exeant inde ad crucem; et, si verum fuerit, separentur, et illa faciat quod vult.

*De eadem re.*

CCXLIV. *(Concil. Compend.*, c. 17; BURCHARD. lib. IX, c. 42.) Si quis accepit uxorem, et habuit ipsam aliquo tempore, et ipsa femina dicat quod non coisset cum ea, et ille vir dicit quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia vir caput est mulieris.

*De eadem re. Ex concilio Triburiensi.*

CCXLV. (*Concil. Tribur.*, c. 41; BURCHARD, lib. IX, c. 43.) Si duxerit vir uxorem, et concumbere cum ea non valens, frater ejus clanculo eam vitiaverit, et gravidam reddiderit, separentur. Considerata autem imbecillitate, misericordia eis impertiatur ad conjugium, tantum in Domino.

*De fornicatione diversarum personarum. Ex Pœnitentiali Romano, Theodori episcopi, et Bedæ presbyteri.*

B CCXLVI. Adolescens si cum virgine peccaverit, annum pœniteat.

Si semel et fortuito casu, levigetur ei pœnitentia, **304** et tantum usque ad annum plenum pœniteat.

Si infra triginta annos adolescens fornicationem faciat, tres quadragesimas et legitimas ferias.

Si propter hoc peccatum servitio humano abdicti sunt, quadraginta dies pœniteant.

Si uxoratus cum virgine fornicatus fuerit, duos annos pœniteat, ita primum omnium, ut a sua se contineat. Si ei consenserit, uxori etiam addatur modus pœnitentiæ.

Si laicus cum laica fornicatus fuerit, tres annos pœniteat; et quanto sæpius, tanto magis tempus addatur.

C Laicus maculans se cum ancilla Dei, duos annos pœniteat. Si genuerit ex ea filium, annos tres pœniteat. Si sine conjugio est, tres quadragesimas et legitimas ferias. Si canonici sunt et fornicantur, annum unum; si frequenter, duos.

Qui in gradu est, annos tres pœniteat. Monachus sine gradu vel canonicus gradum habens, si cum puella laica fornicati sunt, annos tres pœniteant. Si cum sanctimoniali, annos septem pœniteant. Monachi cum gradu fornicationem facientes, septem annos pœniteant. Si monachus laicam duxerit, tres annos pœniteant, illa duos et legitimas ferias. Si usque ad generationem filii, quatuor annos pœniteat. Si occiderit, septem annos pœniteat.

D Si episcopus fornicatus fuerit, octo annos pœniteat. Alii judicaverunt duodecim annorum pœnitentiam. Post annum tertium levius pœniteat.

**305** Presbyter cum puella fornicans, annos quatuor et tres quadragesimas in anno, et ferias quartam et sextam in pane et aqua. Si cum ancilla Dei fornicatus fuerit, septem annos pœniteat.

(BURCHARD. lib. XVII, c. 39.) Episcopus, presbyter, et diaconus, si in fornicatione, perjurio vel furto captus est, deponatur; non tamen communione privetur, quia non vindicat Dominus bis in idipsum (311).

*Item de incestis.*

CCXLVII. Si adolescens sororem suam duxerit, A quinque annos pœniteat. Si matrem, septem annos. Et quandiu vixerit, nunquam sit sine continentia [*leg.* pœnitentia].

*Item alii.*

Qui cum matre fornicatus fuerit, quindecim annos pœniteat.

Qui cum filia vel sorore fornicatus fuerit, ab omni carne se abstineat, et quindecim annos pœniteat.

Si mater cum filio suo parvulo fornicata fuerit, tres annos abstineat se a carne, et diem unum in unaquaque hebdomada jejunet usque ad vesperam.

*Item.*

Qui habet matrem et filiam, duas sorores, uxorem patris et fratris, patruelis aut avunculi, neptem aut consobrinam, aut qui in prima, secunda, vel tertia generatione juncti sunt, istis volumus indicare ut separentur. Et propter **306** novellam plantationem Ecclesiæ, ut septem annos agant pœnitentiam, tres primos annos tres dies in hebdomada, id est, feria secunda, et quarta, et sexta, quadraginta dies ante Pascha, viginti ante missam sancti Joannis, viginti ante Natale Domini. Quatuor vero reliquos, feria quarta et sexta, et quatuordecim noctes ante missam sancti Joannis et alias ante Natale Domini. Si se redimere vult, donet unum denarium aut pretium unius denarii pro uno die. Si pauper est, donet dimidium denarium.

*De sordidatione puerorum.*

CCXLVIII. Pueri se manibus invicem coinquinantes, quadraginta dies pœniteant; majores vero, centum dies. Pueri se inter femora sordidantes, centum dies pœniteant, majores tres quadragesimas et legitimas ferias. Parvulus a majore oppressus septem dies pœniteat Si consenserit, viginti dies. Puer voluntarie se polluens, tringinta dies, juvenis vero quadraginta dies pœniteat.

*De menstruis abstinendis.*

CCXLIX. Qui cum muliere menstruata nupserit, quadraginta dies pœniteat.

*Ut supra.*

Si quis cum uxore sua retro nupserit, quadraginta dies pœniteat. Si in terga nupserit, tres annos, quia sodomiticum scelus est. Viri inter femora fornicantes annum unum pœniteant. Si in terga, tres annos. Si pueri sunt, duos annos pœniteant.

**307** *De mulierum fornicatione.*

CCL. (BURCHARD. lib. XVII, c. 27.) Mulier, quocunque molimine aut in seipsa aut cum altera fornicans, tres annos pœniteat.

*Unde supra.*

(BURCHARD. lib. XVII, c. 28.) Si sanctimonialis cum alia sanctimoniali per aliquod machinamentum fornicatur, septem annos pœniteat.

*De illecebroso amplexu.*

CCLI. (BURCHARD. lib. XVII, c. 42.) Qui per illecebrosos amplexus feminæ vel per osculum polluitur, triginta dies pœniteat. Qui tetigerit inverecunde

(311) Ex canone 25 apostolorum.

carnem ejusdem feminæ, tres menses pœniteat. Qui A per turpiloquium polluitur, septem dies pœniteat.

Presbyter si osculatus fuerit feminam per immundum desiderium, viginti dies pœniteat. Si inquinatus fuerit, quadraginta dies pœniteat. Qui in ecclesia per somnum polluitur, tres dies pœniteat. Qui in somnis voluntate pollutus est, surgat, et cantet septem psalmos pœnitentiales, et dies triginta. Qui peccare voluerit in somnis, et non fuerit pollutus, triginta quatuor psalmos cantet.

*De fundendo semen.*

CCLII. (Burchard. lib. xvii, c. 43). Clericus si semen fuderit non tangendo, septem dies pœniteat. Si tangit cum manu, viginti dies. Si diaconus, triginta dies. Si presbyter, hebdomadas quatuor. Presbyter si semen fuderit per cogitationem, **308** septem dies pœniteat. Monachus similiter. Qui voluntarie semen fudit in ecclesia, si clericus est, quatuordecim ; si monachus aut diaconus, triginta dies ; si presbyter, quadraginta ; si episcopus, quinquaginta dies pœniteat.

*De quadrupedum fornicatione.*

CCLIII. (Burchard. lib. xvii, c. 32). Qui cum pecude peccat, annum unum. Quidam judicant annos decem, quidam septem, quidam quatuor, quidam centum dies.

*Item.*

Si quis clericus cum quadrupede fornicatus fuerit, annos duos, subdiaconus tres, diaconus et monachus quinque, presbyter septem, episcopus C decem pœniteat.

*De Sodomitis.*

CCLIV. (Halitgar. lib. vi, c. 25 ; Burchard. lib. xvii, c. 34). Qui fornicaverit sicut Sodomitæ, quidam judicaverunt decem annos, quidam septem, alii unum. Pueri centum dies. Alii judicaverunt, si in consuetudine est, laicus annos quinque, clericus septem, subdiaconus et monachus octo, diaconus decem, presbyter duodecim, episcopus tredecim pœniteat.

*De eadem re. Ex concilio Ancyrano.*

CCLV. (*Concil. Ancyr.*, 15 ; Rab. *epist. ad Heribald.*, c. 32 ; Halitgar. lib. iv, c. 7 ; Burchard. lib. xvii, c. 30). De his qui irrationabiliter versati sunt D sive versantur, quotquot ante viginti annos ætatis tale crimen commiserunt, quindecim annis exactis in pœnitentia communionem **309** mereantur orationum. Post quinquennium, id est post viginti annos, oblationis sacramenta contingant. Quotquot autem post viginti annos ætatis, uxores habentes, in hoc peccatum prolapsi sunt, viginti quinque annos pœnitentiam agentes, ad orationis communionem recipiantur. Et post quinquennium iidem post triginta annos communicent.

*De eadem re. Ex eodem concilio.*

CCLVI. (*Concil Ancyr.*, c. 16 ; lib. vii *Capitular.*, c. 273. Halitgard. lib. iv, c. 8 ; Burchard. lib. xvii, c. 31). Eos qui irrationabiliter vixerunt, et lepra inusti criminis alios polluerunt, præcepit sancta synodus inter eos orare qui spiritu periclitantur immundo.

*De eadem re. Ex lib.* i *Capitularium, cap.* 19

CCLVII. (Lib. i *Capitular.*, c. 49 ; Burchard, lib. xvii, c. 33). Si inventi fuerint qui cum quadrupedibus vel masculis contra naturam peccant, dura et districta pœnitentia coercendi sunt. Quapropter episcopi vel presbyterii, a quibus judicium pœnitentiæ injungitur, conentur omnimodis hoc malum radicitus abscidere.

*De eadem re. Ex dictis Basilii.*

CCLVIII. (Burchard. lib. xvii, c. 35). Clericus vel monachus adolescentium vel parvulorum insectator, B vel qui osculo vel aliqua occasione turpi reprehensus fuerit, publice verberetur, et coronam amittat ; decalvatusque turpiter, sputamentis obliniatur in facie ; vinculisque arctatus ferreis, carcerali sex mensibus angustia maceretur, et triduo per hebdomadas singulas ex pane hordeaceo **310** ad vesperam reficiatur. Post hæc, aliis sex mensibus sub senioris spiritalis custodia segregata in curticula degens, operi manuum et orationi sit intentus, vigiliis et fletibus subjectus, et sub custodia semper duorum fratrum spiritalium ambulet, nulla privata locutione vel consilio deinceps juvenibus conjungendus.

*De eadem re. Ex dictis Isidori.*

CCLIX. (Burchard. lib. xvii, c. 36). Si quis ex juvenibus vel aliqua suspiciosa persona cum parvulis jocaverit, diuturna pœnitentia maceretur.

*De eadem re. Unde supra.*

CCLX. (Burchard. lib. vii, c. 37). Si deprehensus fuerit aliquis frater ludere cum pueris et habere amicitias ætatis infirmæ, tertio commoneatur ut memor sit honestatis atque timoris Dei. Si non cessaverit, severissime corripiatur.

*De eadem re. Ex lege Theodosiana, lib.* 9.

CCLXI. (Interpret. l. 6 *Cod. Theodos. De adulteris*) Omnibus flagitiosum est virile corpus muliebriter constitutum alieni [*Editio Helmæstad.*, constituere et ad al.] sexus damnare patientiam. Nihil enim discretum videntur habere cum feminis. Hujusmodi scelus spectante populo flammis vindicibus expiabis [*edit. Helmæstad.*, expiabunt].

*De copulatione fidelium. Ex concilio Wormatiensi*

CCLXII. (*Concil. Wormat.*, c. 32 ; lib. v *Capitular.*, c. 80 ; Burchard. lib. vii, c. 2). In copulatione fidelium generationum numerum non definimus ; sed id statuimus, **311** ut nulli liceat Christiano de propria consanguinitate seu cognatione uxorem accipere usque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur.

Hæc de multimoda fornicatione ex diversis opusculis perstrinximus, sacerdotum judicio relinquentes quid salubrius et utilius esse in dandis pœnitentiis decernant.

*Ne in domibus fidelium adulteria perpetrentur. Ex concilio Meldensi.*

CCLXIII. (*Concil. Meld.*, c. 74). Provideant viri potentes, et maxime potentes feminæ, ut in suis domibus adulteria et luxuriæ concubinaticæ et incesta adulteria non vigeant. Et suos presbyteros [*vetus codex ms.*, sui presbyteri], qui cum eis in capella vadunt, hujusmodi virtutem habere faciant quatenus in domibus suis omnia vitia resecent, et orationem Dominicam ac Symbolum cunctos tenere et frequentare compellant, quia parœchiani presbyteri et episcoporum ministri de minoribus et levioribus personis hoc providere studebunt.

*De eadem re. Ex Capitularium, lib.* III.

CCLXIV. (*Concil. Cabilon.* II, c. 18 ; lib. II *Capitular.*, c. 38; lib. II *Leg. Longob.*, tit. 3, c. 10). Dictum est nobis quod in quibusdam locis episcopi et comites ab incestuosis, et ab his qui decimas non dant, wadios accipiant, et a presbyteris pro quibusdam negligentiis, et inter se pecuniam dividant, quod penitus abolendum decrevimus, ne forte avaritiæ locus detur.

**312** ABHINC DE FURTO ET RAPINA.

*Ex Pœnitentiali.*

CCLXV. (HALITGAR. lib. IV, c. 29). Qui cupiditate captus furtum fecerit, quod abstulerit reddat, et annos quinque pœniteat.

*De eadem re. Ex lege Romana.*

CCLXVI. Pecunia ecclesiastica furata, sive rapta, solvatur quadruplum, popularia dupliciter (312).

*De eadem re. Ex Pœnitentiali.*

CCLXVII. Qui sæpe furtum fecerit, septem annos pœniteat.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCLXVIII. (HALITGARD. lib. VI, c. 4 ; (BURCHARD. lib. XI, c. 58; GRATIAN. 17, q. 4, c. 17). Si quis furtum capitale commiserit, id est, quadrupedia tulerit, vel casas effregerit, septem annos pœniteat, et quod furatum est reddat. Si quis vero de minoribus semel aut bis furtum fecerit, reddat quod tulit, et annum unum pœniteat in pane et aqua. Et si reddere non potuerit, annos tres pœniteat.

*Unde supra.*

Si quis sepulcrum violaverit, septem annos pœniteat, tres ex his in pane et aqua.

**313** *De eadem re. Ex concilio Toletano.*

CCLXIX. (*Concil. Tolet.* IV, c. 46; (BURCHARD. lib. XI, c. 63). Si quis clericus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus, oportet in tali scelere proditum a clericatus ordine submoveri et pœnitentiæ triennio deputari.

*De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CCLXX. (*Concil. Agath.*, c. 5). Si quis clericus furtum ecclesiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCLXXI. (*Exceptiones* EGBERTI, c. 68 ; BURCHARD. A lib. XI, c. 64). Si quis clericus aut monachus furtum fecerit, quod potius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinandum, ut junior virgis cæsus, tanti criminis reus, nunquam officium ecclesiasticum accipiat. Si vero jam ordinatus in hoc facinore fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate privetur, cui sufficere potest, pro actus sui levitate, impleta pœnitentiæ satisfactione sola communio (313).

*De eadem re. Ex dictis Hieronymi ad Titum.*

CCLXXII (BURCHARD, lib. XI, c. 55) Fur autem non solum in majoribus, sed etiam in minoribus judicatur. Non enim quid furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione non idcirco diversa est fornicatio, si mulier pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, **314** pauper aut opulenta Sed qualiscunque illa fuerit, una est fornicatio. Ita in furto, quantumcunque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

*De eadem re. Augustini dicta.*

CCLXXIII. (AUGUST. *in Exod.* p. 39 ; BURCHARD, lib. XI, c. 53). Dixit Dominus ad Moysen : *Accipiat unusquisque a proximo suo et proxima vasa argentea et aurea et vestes*, etc. Non hinc quisquam exemplum sumendum putare debet ad exspoliandum proximum. Hoc enim Deus jussit, qui noverat quid quemque pati oporteret. Nec Israelitæ fecerunt ; sed Deo jubente ministerium præbuerunt. Quemadmodum cum minister occidit eum quem judex jussit occidi ; profecto si id sponte faciat, homicida est, etiamsi eum occidat quem scit a judice occidi debuisse.

*Item Augustinus.*

(AUGUST. *in Exod.* q. 71 ; BURCHARD. lib. XI, c. 54). Pœnale est occulte auferre. Multo majoris pœna est visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti, sive occulte, seu palam, habet præceptum suum. Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit, sed utique sub furti nomine et rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significavit quidquid proximo aufertur.

*De eadem re. Ex Capitularibus.*

CCLXXIV. (Lib. VI *Capitular.*, c. 96, et in *Capitulis* CAROLI CALVI, tit. 20, 27). Si quis infra regnum rapinam fecerit, aut cuiquam nostro fideli aut ejus homini aliquid vi abstulerit, in triplo, cui tulit, **315** legibus componat, et insuper bannum nostrum persolvat. Postmodum vero ante nos a comite adducatur, ut in bastiniaco retrusus usque dum nobis placuerit, pœnas luat. Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam juxta sanctorum canonum sanctiones. Si vero occulte, sacerdotum consilio exinde agat pœnitentiam : quoniam raptores, ut Apostolus ait, nisi inde veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus ec-

(312) Vide tom. IX Spicilegii Dacheriani. p. 57, cap. 54, et Gratian. 17, q. 4, c. 16.

(313) Caput istud non exstat inter canones synodi Agathensis. Et tamen Egbertus Cantuariensis, qui multo antiquior est Reginone, illud laudat ex concilio Agathensi.

ım aliquid abstulerint, gravius inde judi- quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium ıacrilegus vocatur qui exinde aliquid tule- orres namque a liminibus sanctæ Dei Ec- ales personæ usque ad satisfactionem eccle- um læserunt, sunt habendæ atque firmiter ıdæ (314).

*De eadem re. Ex Pœnitentiali.*

XV. (BURCHARD lib. I, c. 65). Si aliquis de rio Ecclesiæ quolibet modo aliquid furatus ıeptem annos pœniteat.

*eadem re. Ex concilio Wormatiensi.*

XI. (*Concil. Wormat.* c. 15; BURCHARD., lib. XI Sæpe contingit ut in monasteriis furta per- ır. Idcirco statuimus ut quando ipsi fratres us se purgare debent, missa ab abbate ıur, vel ab aliquo præsentibus fratribus. ıxpleta missa, omnes communicent in hæc **316** *Corpus Domini sit tibi ad probatio- die* (315).

*De causa criminali. Ex eodem.*

XVII. (*Concil. Wormat.*, c. 10; BURCHARD. :. 199). Si episcopo aut presbytero causa lis, homicidium, adulterium, et maleficium ım fuerit, in singulis missam tractare de- ıecretam publice dicere, et communicare, ngulis sibi reputatis innocentem se osten- uod si non fecerit, quinquenio a liminibus ı extraneus habeatur.

*e rapina et violentia. Ex Capitulari.*

XVIII. ((*Capitula* CAROLI CALVI, tit. 20, c. 3, 29, c. 4). Episcopi evangelicæ et apostolicæ propheticæ auctoritatis sententias de ra- vi et decreta canonica et apostolica brevi- ınt habere adnotata, et hæc omnibus pu- legant. Missi quoque legationis legales sen- et prædecessorum nostrorum et nostra de ısa capitula omnibus nota faciant. Et epi- ei et episcopali auctoritate depredationes ıas omnibus interdicant. Et missi et comites ıostri cunctis ex nostro banno prohibere studeant ut cognoscant omnes quod si tale facere præsumpserit, secundum divinas as episcopalem excipiet sententiam; et ım leges et capitula regia emendare coga- secundum judicium fidelium nostrorum ıam vindictam excipiet.

*De eadem re. Ex eodem.*

XIX. (*Ibid.*, c. 7). Quod si, quod absit, talis it qui Dei timorem postponat et ecclesiasti- ıtoritatem contemnat, et regiam potestatem , sciat, quicunque ille fuerit, quia et secun- nonicam auctoritatem ab omnium Christia- ıœtu et a sanctæ Ecclesiæ consortio in cœlo

A et in terra alienus efficietur, et regali potestate atque omnium regi fidelium unanimitate, sicut Dei inimicus, et regni devastator, persequetur usque a regno exterminetur.

*Unde supra.*

CCLXXX. (*Ibid.*, c. 10). Audiant rapaces quid Dominus per Isaiam dicit: *Rapina pauperis in domo vestra.* Et per Apostolum: *Neque rapaces, neque homicidæ adulteri, regnum Dei possidebunt.* Unde intendant quale quantumque peccatum est rapina, quam cum adulterio et homicidio sanctus comparavit Apostolus. Item ipse dicit: *Si quis fornicator, aut adulter, aut rapax, aut homicida est, cum hujusmodi nec cibum sumere Christiano licet ante satisfactionem* Et beatus Joannes apo-
B stolus talem hominem **318** salutare vetat dicens: *Nec ave ei dixeris, neque in domum receperis. Qui enim ave ei dicit, communicat operibus ejus malignis.* Audiant qui in Toletano concilio scriptum est. Require cap. 36.

CCLXXXI. Si quis, *inquiunt*, de potentioribus clericum aut pauperem exspoliaverit. Require retro ubi de homicidiis continetur.

Audiant raptores et prædones rerum ecclesiasticarum quid sanctus Anacletus a Petro apostolo ordinatus dicat.

*De eadem re. Anacletus.*

CCLXXXII. (*Capitula* CAROLI CALVI, *ibid*; BURCHARD. lib. XVII, c. 18). Qui abstulit, inquit, aliquid patri, homicidæ particeps est. Pater noster sine
C dubio Deus est, qui nos creavit. Mater vero nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritaliter genuit. Ergo qui Christi pecunias et Ecclesiæ aufert, rapit, aut fraudatur, homicida est, atque ante Deum homicida deputatur. Qui enim res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit, et ut sacrilegus judicandus est.

*Item Urbanus papa et martyr dicit.*

CCLXXXIII. (*Capitula* CAROLI CALVI, *ibid*). Res et facultates ecclesiasticæ oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, et vota sunt fidelium ac pretia peccatorum atque patrimonia pauperum. Si quis illa rapuerit, reus et damnationis Ananiæ et Saphiræ; et oportet hujusmodi tradere Satanæ, ut spiritus salvus sit in die Domini.

**319** *Item Lucius papa.*

D CCLXXXIV. (*Capitula* CAR. CALVI, *ibid.*; BURCHARD. lib. XI, c. 19). Rerum ecclesiasticarum et facultatum raptores a liminibus sanctæ Ecclesiæ anathematizantes apostolica auctoritate pellimus et damnamus atque sacrilegos esse judicamus, et non solum eos, sed etiam omnes consentientes eis: quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, rei judicantur.

Pars ultima istius capitis diversa est ab edi- ıæ exstat in libris Capitularium. Sed con- ım ea quam exhibent Caitula Caroli Calvi. Multum diversus es hic canon a vulgatis, bus concilii Wormatiensis. Istam tamen le- ı secutus est Burchardus, et ex eo Gratianus. ıostrema pars ita habet in canonibus concilii: *Et sic in ultima missæ celebratione, pro expurgatione sua corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant.* Vide Missam Judicii Glossario Francisci Pithœi, in verbo *Aquæ ferventis aut frigidæ judicium.*

*De eadem re.*

CCLXXXV. (*Capitula* Car. Calvi, *ibid.*; Burchard. lib. xi, c. 91). Augustinus dicit : Qui aliquid de ecclesia furatur et rapit, Judæ proditori comparatur.

*In canonibus scriptum.*

CCLXXXVI. (*Conc. Gangr.*, c. 7 ; Burchard. lib. xi, c. 21). Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam rapere vel dare voluerit præter conscientiam episcopi vel ejus qui hujusmodi officia commissa sunt, anathema sit.

*De eadem re. Ex concilio Meldensi. cap.* 61.

CCLXXXVII. (*Concil. Meld.* c. 61 ; Burchard. lib. xi, c. 61.) Ut pervasores rerum ecclesiasticarum, qui easdem res contra auctoritatem non solum retinere, verum etiam crudeliter depopulari noscuntur, quidam etiam et facultates ecclesiæ in diversa collaboratione et reditibus eas exspoliant; sed et pauperes et vicinos et circummanentes immisericorditer exspoliant, devastant, et opprimunt, ut rapaces, qui secundum Apostolum (*I Cor.* vi) a regno Dei excluduntur, ex criminali et publico peccato **320** publica pœnitentia satisfaciant. Quod si hoc agere noluerint, et potestate regia ad hoc exhortati vel coacti non fuerint, proferatur contra eos apostolica terribilis sententia, qua dicitur : *Si quis frater nominatur, et est rapax, cum hujusmodi nec cibum quisquam sumere præsumat* (*I Cor.* v). Quia iniquum et sacrilegum est, ut Symmachus papa (*sexta synodus Romana sub Symmacho*) et post eum beatus Gregorius (S. Gregor. lib. viii; Ind. 3, epist. 6) Sabino subdiacono scribit, et contra leges est, si quis quod venerabilibus locis relinquitur, pravæ voluntatis studiis suis compendiis tentaverit retinere. Secundum statuta canonum ab omni ecclesiastica communione ut sacrilegus debet arceri, donec studeat digna satisfactione quod admisit corrigere.

*De his qui loca sacrata infringunt. Ex eodem.*

CCLXXXVIII. (*Concil. Meld.*, c. 60 ; Burchard. lib. xi, c. 22.) Ut hi qui monasteria et loca Deo sacrata et ecclesias infringunt, et deposita vel alia quælibet exinde abstrahunt, et sacerdotes ac viros ecclesiasticos non solum deshonorant, verum diverso modo affligunt, velut sacrilegi, canonicæ sententiæ subigantur, atque excommunicentur.

*Quomodo episcopus ad synodum vocet prædatores. Unde supra.*

CCLXXXIX. *Capitula* Carlomanni, tit. 2, c. 5 ; Burchard. lib. xi, c. 13.) Episcopus in cujus parœchia aliquis consistens aliquid injuste fecerit, semel et bis atque tertio, si necesse fuerit, vocabit illum sua admonitione per suum nuntium canonice ad emendationem sive compositionem et ad pœnitentiam, ut Deo et ecclesiæ **321** satisfaciat, quam læsit. Si autem despexerit atque contempserit ejus admonitionem et saluberrimam invitationem, feriat illum pastorali virga, hoc est sententia excommunicationis, ut a communione sanctæ Ecclesiæ omniumque Christianorum sit separatus usque ad congruam satisfactionem et dignam amendationem. Quam excommunicationem debebit isdem episcopus seniori illius notam facere et omnibus suis coepiscopis, ne eum recipiant usque ad dignam satisfactionem (316).

*De his qui alterius parœchiani sunt. Ex eodem.*

CCXC. (*Capit.* Carloman., ibid. c. 6 ; Burchard. lib. xi, c. 45 ; Ivo parte xiv, c. 109 ; Gratian. 6, q. 3, c. 5 ; *Prima Coll. Decretal.* lib. v, tit. 14, c. 1.) De illis autem qui infra parœchiam beneficium aut hæreditatem habent, et alterius episcopi parœchiani sunt, et dum de loco ad locum iter faciunt, rapinas et deprædationes peragunt, placuit nobis et fidelibus nostris, ut excommunicentur, nec ante ex parœchia exeant quam quæ perpetrarunt digne emendent. Quorum excommunicatio seniori eorum et proprio episcopo significanda **322** est, ne eos recipiant antequam illuc redeant ubi rapinam fecerunt et omnia pleniter emendent (317).

*De eadem re. Unde supra.*

CCXCI. *Capitula* Carlom., *ibid.*, c. 8 ; Burchard. lib. xi, c. 12.) Placuit nobis et fidelibus nostris pro communi utilitate et instanti necessitate ut nullus episcoporum graviter ferat si ejus parœchianum pro hujusmodi deprædationis causa alter episcopus excommunicaverit.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCXCII. (*Capitula* Carlom., *ibid.*, c. 10.) Si aliquis autem regiam protestatem et episcopalem auctoritatem pro nihilo duxerit, et rebellis existens in rapina occisus fuerit, nulli fidelium nostrorum, qui eum occiderit, aliquis faidam portet, neque pro ejus morte aliquid componat.

*Si episcopus non excommunicet prædatorem. Ex concilio ad Pistas.*

CCXCIII. (*Capitula* Caroli Calvi, tit. 29 ; *Concil. Tolet.*, 6, c. 7.) Episcopus autem secundum **323** Toletani concilii capitulum septimum, ad quem pertinere noscuntur illi qui talia contra Deum et Ecclesiæ pacem faciunt, si eos quolibet munere vel favore aut negligentia admonere aut excommunicare distulerit, ut aut revertentes [*In Capitulis Caroli Calvi*, adm. noluerit, ut aut rev.] suscipiat, aut

(316) Burchardus in fine istius capitis quædam, ut ego quidem arbitror, de suo addidit, quod putaret haud dubie necessarium esse ut cum quis Christianus erat excommunicatus, id in omnium parochianorum notitiam perferretur. Itaque in fine capitis, post vocem *coepiscopis*, ista addita sunt apud Burchardum, *et omnibus suis parochianis* ; quæ tamen non exstant apud Reginonem, neque in Capitulis Carlomanni, unde petitum est istud a[illegible]

(317) In Capitulis Carlomanni, et apud Burchardum, tum etiam apud Ivonem et Gratianum, et in prima collectione Decretalium, longe diversa est editio istius capitis ab ea quam præfert collectio Reginonis. Nulla enim illic mentio fidelium regis, ut neque in sequenti capite. Quin et in veteri codice Reginonis, quo nos usi sumus, hæc verba, *et fidelibus nostris*, oultelli ope erasa sunt in his duobus capitibus, sic tamen ut manifesta vestigia supersint veteris lectionis.

contemnentes de Ecclesia ejiciat, excommunicatus a collegio cæterorum habebitur quousque emendationis vel damnationis eorum ab eo sententia promulgetur. Quoniam nisi communiter certaverimus ut in omnibus justitia conservetur, nec rex pater patriæ, nec episcopi propitiatores et reconciliatores populi, nec qui participatione nominis Christi Christiani vocamur, hoc quod humano ore dicimur in divinis oculis esse valemus.

*Item de rapacibus. Ex concilio Moguntiacensi.*

CCXCIV. (*Concil. Mogunt. sub Rab.* c. 6; BURCHARD. lib. XI, c. 23.) Quisquis fastu superbiæ elatus domum Dei ducit contemptibilem, et possessiones Deo sacratas atque ad honorem Dei sub regiæ immunitatis defensione constitutas inhoneste tractaverit, vel infringere præsumpserit, aut incendia vel vastationes ausu temerario perpetraverit, quasi invasor et violator Ecclesiæ Dei, quæ est domus Dei vivi, a communione omnium fidelium abscidatur. Decet etiam ut indignationem domini regis sentiat, cujus benevolentiæ contemptor et constitutionis prævaricator exstitit.

**324** *Quod episcopi protegere et defendere populum debent. Ex concilio Toletano.*

CCXCV. (*Concil. Tolet.* IV, c. 32; BURCHARD., lib. XV, c. 1.) Episcopi in protegendis populis ac defendendis impositam sibi curam non ambigant; ideoque dum conspiciunt judices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali communione [*leg.* commonitione] redarguant; et si contempserit emendari, eorum insolentiam regiis auribus intiment; ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coerceat.

*Item de malefactoribus. Ex concilio Triburiensi, cap. 8.*

CCXCVI. (*Concil. Tribur.*, c. 3, 8.) Conquesti sunt quidam de quibusdam malefactoribus, quorum tam nimia improbitas est ut admonitionem sacerdotum non curent, bannum episcoporum contemnant, ad synodum ter quaterque vocati venire despiciant, ad extremum communicari pro nihilo ducant. De talibus etiam in Capitulari statutum est regiæ cognitioni suaderi debere. Et devoto regi Arnulfo cum sancta synodo placuit ut quicunque post excommunicationem debita sic Deum parvi æstimant et Christianitatem, sæculari potestate persequendos; et si interficiantur, jaceant absque compositione.

**325** *De eadem re. Ex concilio apud Suessionis.*

CCXCVII. (*Concil. Suession.* II, c. 12.) Obtentum est etiam a devotissimo principe Carolo ut incesti quilibet aliique perditi examen episcoporum refugientes, per judices publicos ad eorum præsentiam deducantur, ne ulterius illecebram peccandi nutriat impunitas vitiorum.

*Ex concilio apud Lauriacum in pago Andecavensi anno 844 indict. 6, c.. 1, mense Octobri* (318).

CCXCVIII. (BURCHARD. lib. XV, c. 7.) Si quis publicus divinæ legis prævaricator, vel pro manifestis criminibus, ecclesiastica justa et rationabilia judicia contemptor repertus fuerit; ac sanctorum Patrum constitutionibus contradictor, si monitionibus episcopalibus obtemperare distulerit, anathematizetur.

*Ex eodem, cap.* 2.

CCXCIX. Si quis contra regiam dignitatem dolose ac callide et perniciose agere comprobatus fuerit, nisi dignissime satisfecerit, anathematizetur.

*Ex eodem, cap.* 3.

CCC. (BURCHARD. lib. XV, c. 22.) Si quis potestati regiæ, quæ non est juxta Apostolum (*Rom.* XIII) nisi a Deo, contumaci et inflato spiritu contradicere vel resistere præsumpserit, et ejus justis et rationabilibus imperiis secundum Deum et auctoritatem ecclesiasticam ac jus civile obtemperare noluerit, anathematizetur.

**326** *Unde supra, cap.* 4.

CCCI. Quicunque superbiæ facibus accensi, vel protervia stomachati, hæc quæ pro sanctæ matris Ecclesiæ tranquillitate sacerdotalique rigore a nobis unanimiter definita, manibusque propriis roborata, violaverint, placet eos omnes anathematizari.

*Si homo accusatur et negaverit. Ex concilio Triburiensi.*

CCCII. (*Concil. Tribur.*, c, 22; BURCHARD. lib. XVI, c. 19.) Nobilis homo vel ingenuus, si in synodo accusatur et negaverit, si eum fidelem esse sciunt, juramento se expurget. Si antea deprehensus fuerit in furto atque perjurio, ad juramentum non admittatur. Sed, sicut qui ingenuus non est, ferventi aqua et candendi ferro se expurget.

*Ut nullus alterius parœchianum excommunicet. Ex epistola Zephyrini papæ.*

CCCIII. (Lib. V *Capitular.*, c. 159; BURCHARD, lib. XVI, c. 13.) Nemo absens judicetur quia humanæ et divinæ hoc prohibent leges. Nullam namque eorum, id est accusatorum, sententia non a suo judice dicta constringat, quia et sæculi leges idipsum fieri præcipiunt (319).

*De eadem re. Ex lege Theodosiana.*

CCCIV. (Interpret. l. un. *Cod. Theodos.*, *de Re judic.*) In causis privatorum talis ratio observetur, ut nullus alterius judicis nisi sui sententia teneatur.

**327** *Ex eadem, cap.*

(Interpret. l. II. *Cod Theod. de Judiciis.*) Nullus penitus audiatur qui unius causæ propositionem apud duos judices partiri voluerit.

*De eadem re. Ex Capitularibus.*

CCCV. (*Capitula* CAROLI CALVI, tit. 26, c. 6.) Ut nemo episcoporum hominem peccantem ab Ecclesia et Christiana religione vel communione alienet donec illum ut secundum evangelicum præceptum ad

(318) Vide tom. III Conciliorum Galliæ, pag. 36.

(319) Vide lib. VII Capitul., cap. 229 et 266.

emendationem et pœnitentiam redeat commonitum A habeat. Quod si incorrigibilis permanserit, regiæ potestati episcopus notum faciat, ut constringatur. Quod si nec sic correxerit, tunc secundum leges canonicas a communione ecclesiastica segregetur.

*De eadem re. In synodo Meldensi, cap.* 55.

CCCVI. (*Concil. Meld.*, c. 56; BURCHARD. lib. XI, c. 16.) Ut nemo episcoporum quemlibet sine certa et manifesta peccati causa communione privet ecclesiastica. Anathema autem sine consensu archiepiscopi aut coepiscoporum, prælata etiam evangelica admonitione, nullum ponat, nisi unde canonica docet auctoritas: quia anathema æternæ est mortis damnatio, et nonnisi pro mortali debet imponi crimine, et illi qui aliter non potuerit B corrigi.

**328** *Ut non cito ira commotus aliquem episcopus excommunicet. Ex epistola Evaristi papæ.*

CCCVII. (*Concil. Tribur.*, c. 22; BURCHARD. lib. XI, c. 9). Deus omnipotens, ut nos a præcipitata prolatione sententiæ compesceret, cum omnia nuda et aperta sint oculis ejus, mala tamen Sodomæ noluit audita judicare priusquam manifeste agnosceret quæ dicebantur. Unde ait: *Descendam, et videbo utrum clamorem qui descendit ad me opere compleverint, annon est ita, ut sciam* (*Gen.* XVIII). Cujus exemplo monemur ne ad proferendam sententiam unquam præcipites simus, aut temere indiligenterque indiscussa quoquo modo judicemus. C

*De eadem re. Ex dictis Gregorii.*

CCCVIII. (S. GREGOR. lib. XIX *Moral.*, c. 23.) Beatus Job dicit: *Causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam* (*Job.* XXIX). Summopere præcavere debent rectores Ecclesiarum, et qui publica judicia exercent, ut in dictandis sententiis nullatenus levitate aut furore ducti sint præcipites; sed causis prius diligenter ventilatis, cum res quæ ignorabatur pleniter ad notitiam venerit, tunc divina et humana lex revolvatur, et secundum quod ibi constitutum est, remota personarum acceptione, definitiva proferatur sententia. Hinc est quod Moyses querelas populi semper ad Dominum, tabernaculum ingressus, referebat, et juxta quod Dominus imperabat, judicia proponebat; nimi- D rum nos instituens ut non ex corde nostro, sed ex oraculo divino, condemnationis vel justificationis sententiam proferamus.

**329** *De eadem re. Ex Lege Theodosiana, lib.* II, *cap.* 18.

CCCIX. (Interpret. lib. I *Cod. Theod.*, *de Judiciis.*) Judex cum causam audire cœperit, litigatorum assertiones vel responsiones patienter accipiat, et omnia plena discussione perquirat; nec prius litigantibus sua sententia velit obviare, nisi quando ipsi, peractis, omnibus, jam in concione vel contentione non habuerint quod proponant. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermissum fortasse remaneat.

*Ut quod in Deum quis peccat nullis donare possit. Ex dictis Hieronymi.*

CCCX. (HIERON. *in Matth.* c. 18; BURCHARD. lib. XI, c. 15; Ivo parte XIV, c. 85). Attendendum est quid Dominus dicat: *Si peccaverit in te frater tuus.* Si in nos aliquis peccaverit, habemus potestatem dimittere ei. Si autem in Deum quis peccaverit, non est nostri arbitrii. Scriptum quippe est: *Si peccaverit vir in virum, placari potest ei Deus. Si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* (*I Reg.* II.) Nos e contrario in Dei injuria benigni et misericordes sumus, et Dei offensam, quasi in nostra potestate sit ejus velle et ejus nolle, impune absque congruenti pœnitentiæ vindicta donamus; cum tamen quod in nobis commissum est, nec saltim verbum contumeliosum leviter prolatum, sine vindicta pertransire patiamur. Dimittamus ergo propter Deum quod in nobis perpetratum est; et quod in Deum commissum est, quia dimittere non possumus, juxta consuetudinem [*Codex ms.* constitution.] sanctorum **330** Patrum, secundum canonicam auctoritatem vindicemus.

ABHINC DE PERJURIO.

*Ex Cap.*

CCCXI. (*Capitulare Aquisgran.* CAROLI M., c. 63, et lib. I *Capitular.*, c. 63; BURCHARD, lib. XII, c. 2.) Habemus in lege Domini scriptum: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui, nec assumes nomen Domini Dei tui in vanum* (*Levit.* XIX). Ideo admonendi sunt omnes ut diligenter caveant perjurium, non solum in altari seu sanctorum reliquiis, sed et in omni loquela. Item cavendum est ne aliquis plus aurum honoret quam altare, nec ei Dominus dicat: *Stulte, quid est majus, aurum, aut altare quod sanctificat aurum?* (*Matth.* XXIII.)

*Item unde supra.*

CCCXII. (Lib. I *Capitular.*, c. 63; lib. II *Leg. Longob.*, tit. 55, c. 22; BURCHARD. lib. XII, c. 12.) Sed et nobis honestum videtur ut qui in sanctis audet jurare, hoc jejunus faciat cum omni honestate et timore Dei. Et ut parvuli, qui sine rationabili ætate sunt, non cogantur jurare.

*Item.*

CCCXIII. (Lib. I *Capitular.*, c. 63; lib. II *Leg. Longob.*, tit. 51, c. 4.) Qui semel perjuratus fuerit, nec testis sit posthæc, nec ad sacramentum accedat, nec in sua causa vel alterius jurator existat.

*De eadem re. Ex concilio ad Pistas.*

CCCXIV. (*Capitular.* lib. III, cap. 8.) Ut nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur nisi nobis et unicuique **331** proprio seniori ad nostram utilitatem et sui senioris, excepto his sacramentis quæ juste secundum legem alteri ab altero debentur.

*Ex Eodem, cap.* 10.

(Lib. III *Capitular.*, c. 10; lib. II *Leg. Longob.*, tit. 51; c. 2, et tit. 58.) De perjuriis ut caveantur, et

non admittantur testes ad juramentum antequam discutiantur. Et si aliter discuti non possunt, separentur ab invicem, et singulariter inquirantur; et non solum accusatori liceat testes eligere absente suo causatore. Et omnino nullus, nisi jejunus, ad sacramentum vel testimonium admittatur. Et de ipso pago et de vicinis centenis eligantur. Et si quis convictus fuerit perjurii, perdat manum, aut redimat.

*De eadem re. Ex eodem, cap.* 58.

CCCXV. (Lib. III *Capitular.*, c. 58; lib. II *Leg. Longob.*, tit, 55, c. 26). Ut sacramenta quæ ad palatium fuerint adrhamita, in palatio perficiantur. Et si sacramentales homines venire renuerint, jussione Dominica aut indiculo aut sigillo venire cogantur.

*Ex lib.* IV, *cap.* 26.

(Lib. IV *Capitular.*, c. 28). Ubi antiquitus consuetudo fuit, et ubi mallum habetur, ibi sacramenta jurentur.

*Ut episcopus super sacra non juret. Ex concilio Meldensi, cap.* 37.

CCCXVI. (*Concil. Meld.*, c. 38). Ut nullus deinceps episcopus super sacra jurare præsumat: quod mysterii causa sancti quæsierunt patriarchæ, et fecerunt. Non enim in hæsitatione et malitia exigentis, sed in charitate non ficta fides servatur. **332** Quod qui transgredi ausu temerario præsumpserit, quolibet modo illectus, gradus sui periculo subjacebit.

*Item de perjurio. Ex eodem, cap.* 38.

CCCXVII. (*Concil. Meld.*, c. 39; (BURCHARD. lib. XII, c. 1). Ut multiplex juramentorum et perjuriorum confusio, per quam multæ fidelium animæ in toto hoc regno perditæ esse noscuntur, quam sit detestanda et Deo odibilis, attentius omnibus annuntietur. Tantum namque hoc malum est ut ad sanctuaria martyrum, ubi diversorum ægritudines sanantur, ibi perjuri, licet manifeste interdum vexari non videantur, justo Dei judicio a dæmonibus arripiantur; et sicut sanctus dicit Gregorius (*Homil.* 32 *in Evang.*): « Ad horum corpora ægri veniunt et curantur, et perjuri a dæmonio vexantur. »

*Quo tempore sacramenta jurentur. Ex concilio ad Pistas.*

CCCXVIII. (*Capitula* CAROLI CALVI, tit. 31, c. 33). Constituimus una cum consensu et consilio fidelium nostrorum ut ab ipso die, quo sacramentum accipitur, post quadraginta dies et quadraginta noctes, id est, quadragesimo secundo die de sex septimanis, ipsa feria qui illud sacramentum accepit, legaliter in locis constitutis juret. Et si ipsa dies intra quadragesimam evenerit, nemo jurare præsumat. Et si quis præsumpserit, bannum nostrum componat, et inde pœnitentiam episcopali judicio faciat. Ipsa autem quadragesima a capite jejunii cum ipsa feria quarta usque ad illud die Lunis post octavas Paschæ observari præcipimus.

**333** *Ut feria quarta ante quadragesimam sacramenta non jurentur. Ex concilio apud sanctum Medardum.*

CCCXIX. (*Capitula* CAROLI CALVI, tit. 9, c. 7, § 8; et to. III *Concil. Gall.*, pag. 89). Ut Missi nostri comitibus et omnibus reipublicæ ministris firmiter ex verbo nostro denuntient ut a feria quarta ante initium Quadragesimæ usque post octavas Paschæ mallum publicum, nisi de concordia et pacificatione, tenere præsumant, neque aliquis juret. Similiter etiam a quarta feria ante nativitatem Domini usque post consecratos dies observent, nec non et jejuniis Quatuor Temporum, et in Rogationibus. Nullus etiam in Dominico die placitum teneat, aut sacramentum juret (320).

*De clerico, si perjuraverit. Ex concilio Aurelianensi*

CCCXX. (*Concil. Aurelian.* III, c. 8). Si quis clericus præbuerit juramentum, et post rebus evidentibus detegitur perjurasse, biennii temporis excommunicatione plectatur.

*De his qui sacramento se obligant ne ad pacem redeant. Ex concilio Ilerdensi.*

CCCXXI. (*Concil. Ilerd.*, c. 7; HALITGAR. lib. IV, c 33; BURCHARD. lib. XII, c. 18). Qui sacramento se obligaverit ut ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio **334** uno anno a corpore et sanguine Domini segregetur, et reatum suum jejuniis et eleemosynis absolvat: ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter veniat.

*Item de perjurio. Ex dictis Hieronymi.*

CCCXXII. (BURCHARD. lib. XII, c. 16). Cum juramento pollicitus est Herodes saltatrici dare quodcunque postulasset ab eo. Si ob jusjurandum fecisse se dicit, quid si patris matrisque postulasset interitum, facturus esset, an non? Quod in suis ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit etiam in propheta.

*De eadem re. Ex dictis Bedæ presbyteri.*

CCCXXIII. (BEDA, *homil.* 44, *in decollat. S. Joan.*; BURCHARD. lib. XII, c. 18). Si aliquid forte nos incautius jurasse contigerit, quod observatum pejorem vergat in exitum, illud consilio salubriori mutandum noverimus, ac magis instante necessitate perjurandum nobis quam perfecto juramento in aliud crimen majus esse divertendum.

*De eadem re. Ex Pœnitentiali.*

CCCXXIV. (HALITGAR. lib. IV, c. 28; BURCHARD. lib. XII, c. 8). Quicunque sciens perjuraverit, septem annos pœniteat, et post hæc communionem accipiat (321).

*Ex Pœnitentiali ut supra.*

CCCXXV. Si quis perjuraverit, ultra ad sacramentum non admittatur.

**335** *De eadem re. Ex eodem.*

CCCXXVI. (RAB. *epist. ad Heribald.*, c. 18; BURCHARD. lib. XII, c. 11). Si quis suspicatur quod ad

(320) Postremum istud membrum, quod et Helmæstadiensis editio Reginonis et manuscriptus liber Parisiensis exhibent, non exstat in Actis concilii Suessionensis, neque in Capitulis Caroli Calvi.

(321) Vide epistolam Rabani ad Heribaldum, cap. 8.

perjurium inducitur, et tamen ex consensu jurat, A duos annos pœniteat.

*Unde supra.*

CCCXXVII. (Burchard. lib. xii, c. 3). Si quis perjuraverit per cupiditatem, omnes res suas vendat, et pauperibus distribuat, et monasterium ingressus, jugi pœnitentiæ se subdat.

*Unde supra.*

CCCXXVIII. Si quis perjurium fecerit, laici annos tres, clerici quinque, subdiaconi sex, diaconi octo, presbyteri decem, episcopi duodecim annos pœniteant.

*De eadem re. Ex Capitul., titulo* 14.

CCCXXIX. (*Capitulare* III Lud. P., tit. 7, c. 6, et *Addit.* iv, c. 77 ; lib. ii *Leg. Longob.*, tit. 51, c. 14). Quicunque comprobatus fuerit quod scienter B testes in perjurium induxisset, sub fidejussoribus ad palatium adducatur, ubi cum fidelibus nostris consideremus quid de talibus faciendum sit. Episcoporum autem erit de pœnitentia cogitare (322).

*De eadem re. Ex eodem.*

CCCXXX. (Burchard. lib. xii, c. 4). Qui compulsus a domino perjuret, si sciens, tres quadragesimas et legitimas ferias pœniteat.

**336** *De eadem re. Ex eodem.*

CCCXXXI. (Rab. *epist. ad Heribald.*, c. 18 ; Burchard. lib. xii, c. 5). Qui perjurat se in manu episcopi vel presbyteri aut in cruce consecrata, tres annos pœniteat.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCCXXXII. (Rab. *epist. ibid.* ; Burchard. lib. xii, C c. 5). Si vero in cruce non consecrata, annum unum pœniteat. Si autem in manu hominis, apud Græcos nihil est. Qui autem seductus fuerit, et ignorans juravit, et postea cognoscit, tres quadragesimas pœniteat.

*Ex eodem.*

(Burchard. lib. xii, c. 6). Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet causa vel necessitate perjurat, tres quadragasimas. Alii judicant, tres annos, unum ex his in pane et aqua, pœniteat.

*De falso testimonio. Ex concilio Aurelianensi.*

CCCXXXIII. (*Concil. Aurelian.* iii, c. 8 ; lib. vii *Capitular.* c. 165). Si quis clericus furtum fecerit, aut falsum testimonium dixerit, quia capitalia D crimina sunt, communione concessa ab ordine degradetur.

*De eadem re. Ex Capitularium, lib.* iv, *cap.* 22.

CCCXXXIV. (Lib. iv *Capitular.*, c. 23 ; lib. ii. *Leg. Longob.*, tit. 51, c. 11). Si quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit, et testes contra eum per judicium producti fuerint, si ille falsos eos esse suspicatur, liceat ei alios testes, quos meliores potuerit, contra eos opponere. **337** Quod si ambæ partes ita inter se dissentiunt, ut nullatenus ulla pars alteri cedere velit, eligantur duos ex ipsis, qui cum scutis et fustibus in campo decertent, et campioni, qui victus fuerit, propter perjurium dextra manus amputetur. Cæteri vero falsi testes manus suas redimant. Duæ partes ex hoc persolvantur qui calumniatus est, tertia pro fredo. Et hoc in sæculari causa. In ecclesiasticis vero, ubi de una parte sæculare, de altera ecclesiasticum negotium est, idem modus servetur. Ubi autem ex utraque parte ecclesiasticum, si se rectores pacificare non possunt, advocati eorum in mallo coram comite causas suas prosequantur. Testes autem de ipso comitatu esse debent.

*De eadem re. Unde supra, cap.* 32.

CCCXXXV. (Lib. v *Capitular.* c. 32 ; *Addit. Caroli Magni ad Legem Salicam*, c. 11 ; lib. ii. *Leg. Longob.*, tit. 51, c. 3). Optimus quisque in pago vel civitate in testimonium assumatur, et cui is contra quem testimoniare debet nullum crimen possit inferre.

*De eadem re. Ex eodem, cap.* 52.

CCCXXXVI. (Lib. iii *Capitular.*, c. 52 ; lib. ii *Leg. Longob.*, tit. 51, c. 6; Burchard. lib. xvi, c. 35). Ut testes ad testimonium dicendum præmio non conducantur. Et nullus testimonium dicat nisi jejunus. Et ut testes, priusquam jurent, separatim discutiantur quid dicere velint de illa re unde testimonium reddere debent.

*De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CCCXXXVII. (*Concil. Arelat.* ii, c. 24 ; lib. vi *Capitular.*, c. 21 ; Burchard. lib. xvi, c. 34. (Eos qui false fratribus suis capitalia crimina objecisse convicti fuerint, placuit eos usque ad exitum non communicare, **338** nisi digna satisfactione pœnituerint.

*De eadem re. Ex concilio Eliberitano.*

CCCXXXVIII. (*Concil. Eliberit.*, c. 75; Burchard. lib. ii, c. 195). Si quis episcopum, presbyterum aut diaconum falsis criminibus appetierit, et probare non potuerit, nec in finem dandam ei communionem.

*De eadem re. Ex concilio Hispalensi.*

CCCXXXIX. (*Concil. Epaon.*, c. 13 ; Burchard. xvi, c. 24). Si quis clericus de falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis censeatur.

*De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CCCXL. (*Concil. Carthag.* iv, c. 55 ; *Addit.* iv, c. 20 ; Burchard. lib. xvi, c. 33). Episcopus accusatores fratrum excommunicet. Et si emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

*De eadem re. Ex concilio Eliberitano.*

CCCXLI. (*Concil. Eliberit.* c. 74 ; Burchard. lib. xvi, c. 18). Falsus testis, prout crimen est, abstinebitur. Si tamen non fuerit mortis quod objecit, et probaverit quod diu tacuit, biennii tempore abstinebitur. Si autem non probaverit, in conventu clericorum placuit per quinquennium abstineri.

*De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CCCXLII. (*Conc. Agath.*, c.37 ; Halitgard. lib. iv, c.

(322) *Postremam capitis istius partem non exhibet Capitulare* III *Ludovici Pii, neque Additio* iv *Capitularium. Exstat tamen in editione Helmæstadiensi Reginonis et in veteri codice ms. quo nos usi sumus.*

30; BURCHARD. lib. XVI, c. 17.) Falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint. A

*Unde supra.*

CCCXLIII. (BURCHARD. lib. XVI, c. 16.) Noverint falsi testes quod si falsum testimonium capitale crimen non esset, **339** nequaquam Dominus in Evangelio inter principalia crimina adnumerasset. Ait enim : *De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia.* Et ideo similiter debet pænitere et excommunicari falsus testis sicut adulter et fur et homicida.

*De eo qui hominem furatus fuerit. Ex epistola Rabani episcopi ad Reginbaldum chorepiscopum.*

CCCXLIV. Primo interrogasti quid de eo faciendum esset qui hominem Christianum sollicitando B fuerit furatus, et ad paganam gentem tradendo vendiderit. Ad quod tunc respondi, homicidii reatum ipsum hominem sibi contrahere mihi videri. Quod et postea, legens divinam legem, in Deuteronomio ita reperi, animam pro anima homicidam reddere debere, oculum pro oculo, dentem pro dente, etc. (*Deut.* XIX). Et rursum : *Si quis deprehensus fuerit sollicitasse fratrem suum de filiis Israel et vendidisse, accipiendo pretium, interficiatur* (*Deut.* XXIV). Unde mihi videtur, sicut par sententia in lege divina est constituta de homicida et de fure hominem vendente, sic et canonica auctoritate pari modo plectendum esse qui fratrem suum furando atque sollicitando vendiderit, et illum qui proximum suum, hoc est Christianum C hominem, injuste peremerit.

*De eadem re. Ex lege Theodosiana, lib.* IX.

CCCXLV. (Interpret. l. un. *Cod. Theod. ad legem Fab.*) Hi qui filios alienos furto abstulerint, et ubicunque transduxerint, sive **340** ingenuus, sive servus sit, morte puniatur.

*Ne Judæo Christianum mancipium habere liceat.*

CCCXLVI. Convenit diligenter observare ut nulli Judæo servum Christianum habere liceat, nec ad suam legem transferre præsumat.

DE INCANTATORIBUS, MALEFICIS ET SORTILEGIS.

*De his qui divinationes expetunt. Ex concilio Ancyrano.*

CCCXLVII. (*Concil. Ancyr.* c. 23 ; HALITGAR. lib. D IV, c. 25; HINCMAR. *de divort. Lothar., in respons. ad interrogat.* 17 ; BURCHARD. lib. 10, c. 5.) Qui divinationes expetunt, et more gentilium subsequuntur, aut in domos suas hujuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica aut expiandi causa, sub regula quinquennii jaceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos.

*Ex concilio Bracarensi.*

CCCXLVIII. *Concil. Bracar.* II. c. 71 ; HINCMAR., *ibid.*, BURCHARD. lib. X, c. 6.) Si quis, paganorum consuetudinem sequens, divinos et sortilegos in domum suam introduxerit, quasi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant, quinque annos pœnitentiam agat.

*Ex dictis Gregorii papæ.*

CCCXLIX. (*Concil. Rom. sub Gregor. I;* BURCHARD. lib. X, c. 23.) Si quis hariolos, aruspices, vel incantatores observaverit, aut phylacteriis usus fuerit, anathema sit.

**341** *Ex concilio Carthaginensi.*

CCCL. (*Concil. Carthag.* IV, c. 89 ; HALITGAR lib. IV, c. 27 ; HINCMAR., *ibid.*; BURCHARD. lib. X, c. 7.) Auguriis vel incantationibus servientem a conventu Ecclesiæ separandum. Similiter et Judaicis superstitionibus inhærentem.

*De eadem re. Gregorius papa.*

CCCLI. (S. GREGOR. lib. IX, *epist.* 47 ; BURCHARD. lib. X, c. 4 ; apud GRATIAN. 26, q. 5, c. 8.). Pervenit ad nos quod quosdam incantatores atque sortilegos fueris sectatus cum omni sollicitudine. Et zelum tuum gratum nobis fuisse cognoscas. Studii enim tui sit sollicite quærere, et quoscunque hujusmodi Christi inimicos inveneris, districta ultione corrige.

*De eadem re. Ex concilio Toletano.*

CCCLII. *Concil. Tolet.* IV, c. 29 ; BURCHARD. lib. X, c. 48.) Si quis episcopus, presbyter, diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum, magos, aruspices, aut hariolos, aut certe augures, vel sortilegos, vel eos qui profitentur sortem aliquam, consulere fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus, monasterii censuram excipiat, ibique perpetua pœnitentia scelus admissi sacrilegii luat.

*De eadem re. Ex lege Romana.*

CCCLIII. (Interpret. l. III *Cod. Theodos., de malefic.*; BURCHARD. lib. X, c. 28.) Malefici, vel incantatores, vel immissores tempestatum, vel qui per invocationem dæmonum mentes hominum turbant, omni pœnarum genere puniantur.

*De eadem re. Ex eadem.*

CCCLIV. (Interpret. l. IV, eod. tit.; BURCHARD. lib. X, c. 30.) Quicunque pro curiositate **342** futurorum vel invocatorem dæmonum, vel divinos, quos hariolos appellant, vel aruspicem, qui auguria colligit, consuluerit, capite puniatur.

*De eadem re. Ex Pœnitentiali.*

CCCLV. (BURCHARD. l. X, c. 31.) Quicunque nocturna sacrificia dæmonum celebraverint, vel incantationibus dæmones invocaverint, capite puniantur.

CCCLVI. Qui auguriis vel divinationibus inserviunt, quinque annos pœniteant. Immissores tempestatum septem annos pœniteant.

CCCLVII. (RAB. *epist. ad Heribald.*, c. 30; BURCHARD. lib. X, c. 24.) Mulier, si divinationes vel incantationes diabolicas fecerit, annum unum pœniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies secundum qualitatem delicti.

*Ex eodem.*

CCCLVIII. (BURCHARD. lib. X, c. 9.) Auguria vel sortes quæ dicuntur false sanctorum, vel divinationes, qui eas observaverit, vel quarumcunque scripturarum, vel vota voverit vel persolverit ad arbo-

A rem, vel ad lapidem, vel ad quamlibet rem excepto ad ecclesiam, omnes excommunicentur. Si ad pœnitentiam venerint, clerici annos tres, laici unum et dimidium pœniteant.

*De arboribus et fontibus et lapidibus dæmonibus consecratis. Ex concilio Nannetensi.*

CCCLIX. (*Concil. Nannet.*, c. 20 ; BURCHARD. lib. x, c. 10.) Summo decertare studio debent episcopi et eorum ministri ut arbores **343** dæmonibus consecratæ, quas vulgus colit et in tanta veneratione habet ut nec ramum nec surculum inde audeat amputare, radicitus excindantur atque comburantur. Lapides quoque, quos in ruinosis locis et silvestribus dæmonum ludificationibus decepti venerantur, ubi et vota vovent et deferunt, funditus effodiantur atque in tali loco projiciantur ubi B nunquam a cultoribus suis venerari possint. Et omnibus annuntietur quantum scelus sit idololatria, et qui hæc veneratur, et colit, quasi Deum suum negat, et Christianitati abrenuntiat; et talem pœnitentiam inde debet suscipere, quasi idola adorasset. Omnibusque interdicatur ut nullus votum faciat, aut candelam vel aliquod munus pro salute sua rogaturus alibi deferat nisi ad ecclesiam Domino Deo suo. Scriptum est enim : *Vovete et redite Domino Deo vestro.* Novimus siquidem quanta Dominus antiquo populo per prophetas suos interminatus est, qui in lucis sacrificabant, et in excelsis immolabant. Si quis hæc transgressus fuerit, fidem perdidit, et est infideli deterior. Et idcirco omnimodo a sanctæ Ecclesiæ consor- C tio abscidatur, et nisi digne pœnituerit, non recipiatur.

*De eadem re. Rabanus.*

CCCLX. (RAB. *epist. ad Heribald.*, c. 30 ; BURCHARD. lib. x, c. 13.) Nam de his qui dæmonibus immolant, Theodori episcopi constitutiones habemus, in quibus scriptum est : « Qui immolant dæmoniis in minimis, annum pœniteant. Qui vero in magnis, decem annos pœniteant. »

**344** *De eadem re. Ex eodem.*

CCCLXI. (RABAN. *ibid.*; BURCHARD, lib. XI, c, 14.) Mulier si qua filium suum ponit supra tectum aut in fornacem pro sanitate febris, septem annos pœniteat. Qui ardere facit grana ubi mortuus est homo pro sanitate viventium et domus, quinque D annos pœniteat.

*De menstruo sanguine. Rabanus ad Heribaldum.*

CCCLXII. (RABAN. *ibid.*; BURCHARD. lib. XIX, c. 152.) De his etiam super quibus interrogasti, hoc est, de illa femina quæ menstruum sanguinem suum immiscuit cibo vel potui, et dedit viro suo ut comederet; et de illa quæ semen viri sui in potu bibit, et de ea quæ testam hominis combussit igni et viro suo dedit pro infirmitate vitanda, quali pœnitentia sint plectendæ; ut nobis videtur, tali sententia feriendi sunt sicut magi et harioli, quia magicam artem exercuisse noscuntur.

*De eadem re. Ex concilio Anquirensi.*

CCCLXIII. (RABAN. *ibid.* c. 25 ; BURCHARD. lib. XVII, c. 29.) Mulier si cum muliere fornicata fuerit, annos tres pœniteat. Sic et illa quæ semen viri sui cibo miscens, ut inde plus ejus accipiat amorem, pœnitneat.

*Unde supra.*

CCCLXIV. (BURCHARD. lib. x, c. 1.) Ut episcopi episcoporumque ministri omnibus viribus elaborare studeant ut perniciosam et diabolo inventam **345** sortilegam et maleficam artem penitus ex parœchiis suis eradant, et si aliquem virum aut feminam hujuscemodi sceleris sectatorem invenerit, turpiter dehonestatum de parœchiis suis ejiciant. Ait enim Apostolus : *Hæreticum post unam et secundam admonitionem diveta, sciens quia subversus est qui ejusmodi est* (*Tit.* III). Subversi sunt, et a diabolo capti tenentur, qui, derelicto creatore suo, a diabolo suffragia quærunt. Et ideo a tali peste mundari debet sancta Ecclesia (323). Illud etiam non omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres retro post Satanam conversæ, dæmonum illusionibus et phantasmatibus seductæ, credunt se et profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum dea et innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, et multa terrarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire, ejusque jussionibus velut dominæ obedire, et certis noctibus ad ejus servitium evocari. Sed utinam hæ solæ in perfidia sua perissent, et non multos secum in infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo, hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credit, et credendo a recta fide deviat ; et in erorem paganorum revolvitur, cum aliquid divinitatis aut numinis extra unum Deum esse arbitratur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo cum omni instantia prædicare debent ut noverint hæc omnimodis falsa esse, et non a divino sed a maligno spiritu talia phantasmata mentibus infidelium irrogari. Siquidem ipse Satanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cujuscunque mulierculæ **346** ceperit, et hac sibi per infidelitatem et incredulitatem subjugaverit, illico transformat se in diversarum personarum species atque similitudines, et mentem, quam captivam tenet, in sommis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per devia quæque deducit ; et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hæc, non in animo, sed in corpore, evenire opinatur. Quis enim non in somnis et nocturnis visionibus extra seipsum educitur, et multa videt dormiendo quæ nunquam viderat vigilando? Quis vero tam stultus et hebes sit qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur; cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore, viderit ; et Joannes apostolus Apocalypsis sacramenta in spiritu, non in corpore, vidit et audivit, sicut ipse dicit: *Statim*

(323) Vide Capitula Herardi Turonensis, cap. 3.

*fui in spiritu* (*Apoc.* IV). Et paulus non audet se dicere raptum in corpore. Omnibus itaque publice annuntiandum est quod qui talia et his similia credit, fidem perdidit, et qui fidem rectam in Deo non habet, hic non est ejus, sed illius in quem credit, id est diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: *Omnia per ipsum facta sunt* (*Joan.* I). Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius aut deterius immutari aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso Creatore, qui omnia fecit, et per quem omnia facta sunt, procul dubio inidelis est. A

**347** *Ut Christiani traditiones gentilium non observent. Ex dictis Ambrosii.*

CCCLXV. (S. AMBROS. *in c.* IV *Epist. ad Galat.*; BURCHARD. lib. X, c. 11.) Apostolus dicit : *Dies observatis et menses et tempora et annos. Time ne sine causa laboraverim in vobis.* Dies observant, puta, qui dicunt : Crastino profiscendum non est, post crastinum enim non debet aliquid inchoari ; et sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses qui cursum lunæ perscrutantur dicentes : Septima luna strumenta confici non debent (324). Nona iterum luna emptum servum domum duci non oportet. Et per hæc facilius solent adversa provenire. Tempora vero observant, cum dicunt : Hodie veris initium est, et ideo festivitas est. Post cras Vulcanalia sunt. Et rursum : Posterum est, domum egredi non licet. Annos sic colunt, cum dicunt : Kalendis Januarii novus est annus, quasi quotidie anni impleantur. Hæc superstitio longe debet esse a servis Dei (325). B

*De eadem re. Ex concilio Bracarensi.*

CCCLXVI. (*Concil. Bracar.* II, c. 72 ; HALTIGAR. lib. IV, c. 26 ; HINCMAR. *de divortia Lothar.*, *in resp. ad interr.* 17 ; BURCHARD. lib. X, c. 13.) Non licet Christianis traditionem gentilium observare, vel colere elementa, aut lunam aut stellarum cursum et inanem signorum fallaciam considerare pro domo facienda, vel segetes vel arbores plantandas, aut conjugia socianda. Scriptum enim est : *Omnia quæcunque facitis in verbo aut in opere, in nomine Domini nostri Jesu Cristi facite, gratias agentes Deo* (*Coloss.* III). C

**348** *De collectione herbarum. Ex eodem.*

CCCLXVII. (*Concil, Bracar.* II, c. 74 ; HALITGAR. *ibid.*; HINCMAR. *ibid.*; BURCHARD. lib. X, c. 20.) Non licet in collectione herbarum medicinalium aliquas observationes vel incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo divino et oratione Dominica, ut Deus et dominus noster Jesus Christus honoretur. D

*De lanificiis feminarum. Ex eodem.*

CCCLXVIII. (*Concil. Bracar.* II, c. 75 ; HALITGAR., *ibid.* ; HINCMAR., *ibid.*; BURCHARD. lib. X, c. 19.) Non licet Christianas mulieres vanitatem in suis lanificiis observare ; sed Deum invocent adjutorem, qui eis sapientiam texendi donavit.

*De morticinis. Ex Pœnitentiali.*

CCCLXIX. (BURCHARD. lib. XIX, c. 88.) Qui manducat carnem immundam, aut morticinum, aut dilaceratum a bestia, quadraginta dies pœniteat. Si quis necessitate famis cogente manducavit, multo levius pœniteat.

CCCLXX. Qui fraudatum, raptum, vel furatum sciens manducat ; si pauper est, septem dies ; si potens, quadraginta dies pœniteat. Infirmi vero, si sciunt, quindecim dies pœniteant.

CCCLXXI (BURCHARD. lib. XIX, c. 106.) Qui comedit et bibit contaminatum a bestia domestica, id est a cane vel cato, duos dies pœniteat.

*De liquore. Ex eodem.*

CCCLXXII. (BURCHARD. lib. XIX, c. 106.) Si quis dederit alicui liquorem aliquem in quo mus vel mustela mortui sunt, si laicus est, septem dies pœniteat. **349** Si autem in cœnobio sunt, ducentos psalmos cantent. Qui postea noverit quod tale potum bibit, unum psalterium cantet.

*De sanguine.*

CCCLXXIII. Si quis sanguinem alicujus animalis manducaverit, quadraginta dies pœniteat.

*Item ut nullus sanguinem comedat.*

CCCLXXIV. Admonendi sunt fideles ut nullus præsumat sanguinem manducare. Nam in principio, quando homini licentia data est a Deo carnem manducandi, sanguinem interdictum legimus. Ait enim Dominus ad Noe et filios ejus : *Omne quod movetur et vivit, erit vobis in cibum, excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum et de manu hominis* (*Gen* IX). Quod non solum in lege veteri sæpissime inhibetur, verum etiam in Novo Testamento apostoli primitivæ Ecclesiæ ex gentibus sub magna deliberatione scribunt ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum et fornicatione et suffocatis et sanguine. Quod exponens Hieronymus dicit : « Juxta litteram, inquit, hæc precepta conveniunt omni Christiano, ut morticinum non comedat, tam de avibus quam de pecoribus, quorum nequaquam sanguis effusus est. » Quæ necessario observanda apostolorum de Jerusalem missa epistola monet (*Act.* XV). Et captum a bestia, quia et ipsum similiter suffocatum est. Et sanguine, id est non manducando **350** cum sanguine. Si ergo de gentili vita venientibus pro ipsis fidei rudimentis et inveterata consuetudine gentilitatis hæc, quasi sibi ad salutem sufficerent, scripta sunt, quis transgressor hæc, quasi sibi ad salutem sufficerent, scripta sunt, quis transgressor hæc parvipendat. Simul et hoc considerandum, quod idololatriæ et fornicationi suffocatum et sanguis æquiparatur. Unde omnibus annuntietur quantum piaculum sit sanguinem comedere, quod idolis et fornicationi comparatur. Si quis hæc Dominica et apostolica præcepta violave-

(324) Vide August. epist. 119 et in Enchirid. c. 79.

(325) Vide Hincmarum, tom. I. pag. 656.

rit, a communione ecclesiastica suspendatur usque digne pœniteat. A

*De discordantibus. Ex concilio Carthaginensi.*

CCCLXXV. (*Concil. Carthag.* IV c. 93; HALITGAR. lib. IV, c. 31; BURCHARD. lib. V, c. 38.) Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario neque in gazophylacio recipiantur.

De *eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CCCLXXVI. (*Conc. Agath*, c. 31; HALITGAR., *ibid.* c. 32; BURCHARD. lib. X, c. 61.) Placuit etiam, ut, sicut plerumque fit, ut quicunque odio aut longinqua inter se lite discesserunt, et ad pacem revocari diuturna intentione nequiverunt, de Ecclesiæ cœtu justissima excommunicatione pellantur (326).

*De eadem re ex dictis Isidori.*

CCCLXXVII. (BURCHARD. lib. X, c. 57.) Si quis discors et litigans et per odium dissidens exstiterit, quousque ad concordiam redeat, a conventu et societate Ecclesiæ, ut canones jubent, alienus existat.

**351** *De eadem re.*

CCCLXXVIII. (BURCHARD. lib. X, c. 58.) Si quis odio habens aliquem, ad pacem non revertitur, sicut sancti Patres statuerunt, in pane et aqua excommunicetur, et ab Ecclesia separetur.

*De eadem re. Ex concilio Carthaginensi.*

CCCLXXIX. (*Concil. Cartag.* IV, c. 25; BURCHARD. lib. I, c. 62.) Dissidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

*De eadem re. Ex eodem.*

CCCLXXX. (*Concil Cartag.* IV, c. 26; BURCHARD. lib. I, c. 101.) Studendum est episcopo ut dissidentes fratres, sive clericos, sive laicos, ad pacem magis quam ad judicium hortetur.

*De Dei judicio subvertendo.*

CCCLXXXI. (BURCHARD. lib. X. c. 25.) Si aliquis manducat et bibit aut portat super se unde exsistimat Dei judicium pervertere posse, et exinde comprobatus fuerit, eadem sententia feriatur qua magi et harioli et incantatores feriuntur, scilicet septem aut quinque annorum pœnitentia plectatur (327).

*De oblationibus defunctorum. Ex concilio Vasensi.*

CCCLXXXII. (*Concil. Vas.*, c. 4.) Hi qui oblationes defunctorum retinent, et ecclesiis tradere morantur, ut infideles ab ecclesia ejiciantur.

*Ex eodem.*

CCCLXXXIII. Si qui oblationes **352** aliorum fraudant, admonendi sunt ut reddant quod fraudulenter abstulerunt. Si vero reddere noluerint, usquequo reddant, sicut sancta synodus constituit, ab Ecclesiæ separentur consortio.

*Ex concilio Agathensi.*

CCCLXXXIV. *Conc. Agath*, c. IV; BURCHARD. lib. III, c. 140.) Clerici etiam vel sæculares, qui oblationes parentum aut donotas aut testamento relictas retinere præsumpserint, aut id quod ipsi donaverint, ecclesiis aut monasteriis crediderint auferendum, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludantur.

*Ex eodem.*

CCCLXXXV. (*Conc. Agath.*, c. 26). Si quis clericus damnum ecclesiæ voluntarie fecerit, de propriis facultatibus reddat, et communione privetur.

*De mortuis.*

CCCLXXXVI. Si quis super mortuum nocturnis horis carmina diabolica cantaverit, etc. Require in primo libello, cap. 383.

DE COMMUNIONE.

*Ut præcipuæ festivitates in civitatibus celebrentur. Ex concilio Agathensi.*

CCCLXXXVII. (*Conc. Agath.*, c. 18; BURCHARD. lib. V, c. 23). Sæculares vero qui Natale Domini, B Pascha, et Pentecosten non **353** communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Require in primo libello, cap. 93.

*De eadem re. Ex concilio Aurelianensi.*

CCCLXXXVIII. (*Concil. Aurelian.* I, c. 25). Ut nulli civium Paschæ, Natalis Domini, vel Pentecosten solennitates liceat in villa celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

*De eadem re. Ex concilio Agathensi.*

CCCLXXXIX. (*Conc. Agath.*, c. 63). Ut cives qui Paschæ, Natalis Domini, vel Pentecosten festivitatibus episcopis interesse neglexerint in civitatibus suis accipiendæ communionis vel benedictionis gratia, qui hoc neglexerint, triennio communione priventur.

C *De decanis per parœchias mittendis. Ex concilio Rothomagensi.*

CCCXC. (BURCHARD. lib. II, c. 239). Ut populus admoneatur ut in Dominicis et festis diebus omnes ad vesperas et nocturnas vigilias et ad missam omnimodis occurrant. Et ut decani in civitatibus et in vicis publicis viri veraces et Deum timentes constituantur, qui desides et negligentes commoneant ut ad Dei servitium absque occasione properent. Et ut ipsi decani sacramento astringantur ut nulla interveniente causa, scilicet aut amoris, aut timoris, aut propinquitatis, aut muneris, negligentes et transgressores, reticeant, quin sacerdotibus proprias eorum culpas manifestent. Sacerdotum autem erit ita eorum vitia D zelo et amore divino **354** cum debita disciplina corrigere sicut ipsi nolunt pro aliorum erratibus sententiam justæ damnationis suscipere. Et ut dies festi ad vespera usque ad vesperam absque opere servili cum debito honore celebrentur.

*De excommunicatis. Ex dictis Cassiani.*

CCCXCI. Si quis autem pro culpa sua fuerit ab oratione suspensus, nullus cum eo orandi aut loquendi habeat licentiam antequam reconcilietur. Nam qui se orationi vel confabulatione ejus, antequam a priore recipiatur, inconsiderata pietate sociare præsumpserit, similiter damnatum efficit ur.

(326) Vide supra libri I, cap. 61.

(327) Vide lib. III Legum Longobardorum.

*De eadem re. Isidorus ut supra.*

CCCXCII. (*Regula S. Isidori*, c. 17; BURCHARD. lib. XI, c. 31.) Cum excommunicato neque orare, neque loqui, neque vesci cuiquam licet.

*Unde supra.*

CCCXCIII. (BURCHARD. lib. lib. I, c. 32.) Si quis frater aut palam aut absconse cum excommunicato fuerit locutus, communem statim cum eo excommunicationis contrahit pœnam.

*De eadem re. Ex dictis Fructuosi episcopi.*

CCCXCIV. (*Regula S. Fructuosi*, c. 14; BURCHARD. lib. XI, c. 33.) Cum excommunicato nullus loquatur, neque qualibet eum compassione vel miseratione refoveat, neque ad contradictionem vel superbiam confortare præsumat.

**355** *De eadem re. Ex regula sancti Benedicti.*

CCCXCV. (*Regula S. Bened.*, c. 26.) Si quis fratri excommunicato quolibet modo se junxerit, aut mandatum ei direxerit, similem sortiatur excommunicationis vindictam.

*Item.*

CCCXCVI. (*Regula. S. Bened.*, c. 25.) Is autem frater qui gravioris culpæ noxa tenetur, suspendatur a mensa simul et ab oratorio. Nullus ei jungatur in consortio, neque in colloquio.

*De eadem re. Ex concilio Antiocheno.*

CCCXCVII. (*Concil. Antioch.*, c. 2; BURCHARD. lib. XI, c. 34.) Cum excommunicatis non licere communicare; nec cum his qui per domos conveniunt, devitantes orationes ecclesiæ, simul orandum est. Si quilibet autem ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam ille privetur communione.

*De eadem re. Ex concilio apostolorum.*

CCCXCVIII. (*Can. apost.*, c. 11; BURCHARD. lib. XI, c. 35.) Si quis cum excommunicato saltim in domo oraverit, iste communione privetur.

*De eadem re. Ex concilio Nicæno.*

CCCXCIX. (*Concil. Nic.*, c. 5; BURCHARD. lib. XI, c. 36.) De his qui communione privantur, seu ex clero, sive ex laico ordine, ab episcopis, sententia regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne pusillanimitate, aut contentione, **356** vel alio vitio episcopi videatur a communione seclusus.

*De eadem re. Ex concilio Antiocheno.*

CCCC. (*Concil. Antioch.*, c. 6; BURCHARD. lib. XI, c. 37.) Si quis a proprio episcopo communione privatus est, non ante suscipiatur ab aliis episcopis quam suo reconcilietur Episcopo.

*De eadem re. Ex concilio apostolorum.*

CCCCI. (*Can. apost.* c. 12.) Si quis cum damnato clerico, veluti cum clerico, simul oraverit, iste damnetur.

*De damnatis a synodo. Ex concilio Antiocheno.*

CCCCII. (*Concil. Antioch.*, c. 4; BURCHARD, lib. I, c. 199). Si quis episcopus damnatus a synodo, vel presbyter aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio contingere, nullo modo liceat
A eis, nec in alia synodo, restitutionis spem aut locum habere satisfactionis.

*De excommunicato qui communicare præsumpse. Ex concilio Carthaginensi.*

CCCCIII. (*Lib.* V *Capitular.*, c. 28, et *addit.*, IV, c. 35; BURCHARD. lib. I, c. 200.) Item placuit universo concilio ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu sive episcopus, sive quilibet clericus, et tempore excommunicationis suæ ante audientiam communionem præsumpserit, ipse in se damnationis indicetur protulisse sententiam.

**357** *Si episcopus voluerit exterminare aliquem de Ecclesia. Ex concilio Sardicensi.*

CCCCIV. (*Concil. Sardic.*, c. 17.) Si episcopus exterminare voluerit clericum suum de Ecclesia,
B providendum est ne innocens damnetur: et ideo habeat potestatem ut episcopos finitimos interpellet, et causa ejus audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet negari audientiam roganti; et episcopus patienter accipiat ut aut probetur sententia ejus, aut emendetur.

*De depositis, si ausi fuerint attrectare ministerium sibi dudum commissum. In canonibus apostolorum.*

CCCCV. (*Can. apost.*, c. 29.) Si quis episcopus, presbyter aut diaconus, juste super certis criminibus depositus, ausus fuerit attrectare ministerium sibi dudum commissum, hic ab Ecclesia penitus abscidatur.

*De presbytero accusato. Ex concilio Rothomagensi.*

C CCCCVI. Ut nullus episcopus presbyterum accusatum ab officio missæ removeat, nisi ad causam suam dicendam die statuta litteris evocatus minime occurrerit, id est infra spatium mensis. Et si post mensem secundum non occurrerit, tunc ab officio suspendatur, quousque pro se rationem reddat. Si enim laici non canonice excommunicantur nisi tertio fuerint vocati atque commoniti, indignum videtur ut sacerdotibus denegetur, qui majoris ordinis et dignitatis sunt, quod laicis regula **358** ecclesiastica indulgenter permittit. Pro tanto enim habetur sacerdotem ab officio removere pro quanto laicum a communione ecclesiæ cessare. Nam unde laici excommunicantur, inde presbyteri ab officio altaris submoventur. Require
D cap. 289.

*Qualiter episcopus excommunicare infideles debeat. Unde supra*

CCCCVII. (BURCHARD, lib. XI, c. 2, *ex concilio Rothomag.*) Episcopus, cum excommunicare vel anathematizare aliquem infidelem pro certis et manifestis scelesibus dispositum habet, post lectionem Evangelii clerum et plebem ita debet alloqui.

Allocutio.

CCCCVIII. (BURCHARD, lib. XI, c. 2, et apud CENTURIATORES, *centur.* 10, cap. 6.) Noverit charitas vestra, fratres mei, quod quidam vir nomine ille, diabolo suadente, postponens Christianam promissionem quam in baptismo professus est, per apostasiam conversus post Satan, cui abrenuntiavit et omnibus operibus ejus, vineam Christi, id est Eccle-

siam ejus, devastare et deprædare non pertimescit, pauperes Christi, quos pretioso sanguine suo redemit, violenter opprimens et interficiens, et bona eorum diripiens. Unde quia filius hujus nostræ Ecclesiæ, cui Deo auctore præsidemus, debuerat esse, quia in ea per aquam et Spiritum sanctum renatus est, et inter adoptivos filios Dei annumeratus, quamvis modo filius diaboli sit imitando diabolum, solliciti ne per negligentiam pastoralem aliqua de ovibus nobis creditis deperiret, pro qua in tremendo judicio **359** ante principem pastorum Dominum nostrum Jesum Christum rationem reddere compelleremur, juxta quod ipse terribiliter nobis comminatur dicens : *Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tua requiram* (*Ezech.* III), misimus ad eum presbyterum nostrum et litteras B commonitorias semel et iterum atque tertio, invitantes eum canonice ad emendationem et satisfactionem et pœnitentiam, corripientes eum paterno affectu. Sed ipse, proh dolor ! diabolo cor ejus indurante, monita salutaria sprevit, et in cœpta malitia perseverans, Ecclesiæ Dei, quam læsit, superbiæ spiritu inflatus, satisfacere dedignatur. De talibus itaque transgressoribus, et sanctæ religionis pacisque, quam Christus ipse suis discipulis dedit atque reliquit, violatoribus, præcepta Dominica et apostolica habemus, quibus informamur quid de hujuscemodi prævaricatoribus agere nos oporteat. Ait enim Dominus in Evangelio : *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum* (*Matth.* XVIII). Fratres, in unuquoque nostrum peccat qui in sanctam Ecclesiam peccat. Si enim C sancta Ecclesia unum corpus est, cujus corporis caput Christus est, singuli autem sumus alter alterius membra, et cum patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra (*I Cor.* XII), procul dubio in nos peccat qui membra nostra lædit. Jubet ergo Dominus ut frater, id est Christianus, in nos peccans, primo secrete corripiatur, deinde cum testibus redarguatur, novissime in conventu Ecclesiæ publice conveniatur. Quod si has tres admonitiones et pias correptiones **360** contemnit, et satisfacere despicit, *post hæc sit tibi*, inquit, *sicut ethnicus* (*Matth.* XVIII), id est gentilis atque paganus; ut non jam pro Christiano, sed pro pagano, habeatur. Et in alio loco membrum quod a sua compage resolvitur, et a junctura charitatis disso- D ciatur, et omne corpus quod scandalizat, Dominus abscidi et projici jubet, dicens : *Si oculus vel manus vel pes tuus scandalizat te, erue eum, et projice a te* (*Ibid*). Et Apostolus : *Auferte*, inquit, *malum a vobis* (*I Cor.* V.) Et item : *Infidelis si discedit, discedat* (*I Cor.* VII.) Et in alio loco rapaces a regno Dei excludit, dicens : *Neque rapaces regnum Dei possidebunt* (*I Cor.* 6.) Et alibi : *Si quis frater nominatur, et est fornicator, aut adulter, aut homicida, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere licet* (*I Cor.* V) Et Joannes, dilectus præ cæteris Christi discipulis, talem nefarium hominem salutare prohibebat, dicens : *Nec ei ave dixeris, neque eum in domum receperis. Qui enim ei ave dicit,*

A *communicat operibus ejus malignis* (*II Joan.* X). Dominica itaque atque apostolica præcepta adimplentes, membrum putridum et insanabile, quod medicinam non recipit, ferro excommunicationis a corpore Ecclesiæ abscidamus, ne tam pestifero morbo reliqua membra corporis, veluti veneno, inficiantur (*Decreta* SIRIC. c. 7).

Excommunicatio.

CCCCIX. (BURCHARD. lib. XI, c. 3, et apud CENTURIATORES, *ibid.*) Igitur quia monita nostra et crebras exhortationes contemnit, quia tertio secundum Dominum præceptum vocatus ad emendationem et pœnitentiam venire despexit, quia culpam suam necdum cognovit nec **361** confessus est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exsequimur, quia noster parœchianus est, veniam postulavit, quia in cœpta malitia, diabolo cor ejus indurante, perseverat, et, juxta quod Apostolus dicit, secundum duritiam suam et cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ, idcirco nos eum cum universis complicibus et communicatoribus fautoribusque suis judicio Dei omnipotentis, Patris, Filii, et Spiritus sancti, et beati Petri principis apostolorum, et omnium sanctorum, necnon et nostræ mediocritatis auctoritate et potestate nobis divinitus collata ligandi et solvendi in cœlo et in terra, a protiosi corporis et sanguinis Domini perceptione et a societate omnium Christianorum separamus, et a liminibus sanctæ matris Ecclesiæ in cœlo et in terra excludimus, et excommunicatum et anathematizatum esse decernimus, et damnatum cum diabolo et angelis ejus et omnibus reprobis in igne æterno judicamus, nisi forte a diaboli laqueis resipiscat, et ad emendationem et pœnitentiam redeat, et Ecclesiæ Dei, quam læsit, satisfaciat. Et respondeant omnes tertio : *Amen* ; aut : *Fiat. Fiat*; aut *Anathema sit*. Debent autem duodecim sacerdotes episcopum circumstare et lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis projicere debent in terram et pedibus conculcare. Post hæc episcopus plebi ipsam excommunicationem communibus verbis debet explanare, ut omnes intelligant quam terribiliter damnatus sit, et ut noverint quod ab illa hora in reliquum **362** non pro Christiano, sed pro pagano, habendus sit, et qui illi quasi Christiano communicaverit, aut cum eo manducaverit aut biberit, aut eum osculatus fuerit, vel cum eo colloquium familiare habuerit, nisi forte ad satisfactionem et pœnitentiam eum provocare studuerit, aut in domo sua eum receperit, aut simul cum eo oraverit, proculdubio similiter sit excommunicatus. Deinde epistolæ presbyteris per parœchiam mittantur, continentes modum excommunicationis, in quibus jubeatur ut Dominicis diebus post lectionem Evangelii plebibus sibi commissis publice annuntient ipsam excommunicationem, ut ne quis per ignorantiam communicet excommunicato. Oportet etiam ut aliis episcopis ipsa excommunicatio manifestetur. Præcepit enim Toletanum concilium (*Concil. Tolet.* I, c. 11.)

ieem mox scripta percurrant per omnes pro-
› episcopos, quoscunque adire potuerint, ut
imunicatus audiatur. Seniori etiam ejus ipsa
imunicatio debet nota fieri (328).

Item alia excommunicationis allocutio.

CX. (Burchard. lib. xi, c. 4, et apud Centuria-
ibid.) Audistis, dilectissimi, quanta et quam
ida pravitatis ac iniquitatis opera ille a dia-
nstigatus perpetrare non timuerit, et quo-
per apostasiam a totius Christianæ religionis
profana mente recesserit. Audistis quemad-
m canonice ad satisfaciendum evocatus sit,
mire distulerit, quomodo frequenter admo-
ut resipisceret a laqueis diaboli, quibus te-
astrictus, **363** saluberrimas admonitiones
itis auribus cordis audire contempserit. Do-
i dicit in Evangelio de tali contumaci fra-
ii ecclesiasticam renuit suscipere correptio-
*Si Ecclesiam non audierit, sit tibi*, inquit, *si-
hnicus et publicanus* (*Matth.* xvii); id est,
on est computandus inter Christianos, sed
paganos. Hinc Paulus Domini et Magistri doc-
i sequens, Corinthios redarguit quare cum
iosis ac sceleratis communionem haberent,
i. *Vos inflati estis, et non magis luctum ha-
i, ut tollatur de medio vestrum* (*I Cor.* v);
separetur a vestro consortio qui tale scelus
tus est. Et adjungit : *Ego quidem absens cor-
præsens autem spiritu, jam judicavi ut præ-
um qui sic operatus est, in nomine Domini
Jesu Christi congregatis vobis et meo spiri-
n virtute Domini mei Jesu tradere hujusmo-
tanæ in interitum carnis* (*ibid.*). Et post
: *Scripsi vobis ne commisceamini fornica-
bid.*). Et statim infert : *Si quis frater appella-
l est Christianus, et fornicator est aut rapax,
ujusmodi nec cibum sumere* (*ibid.*). Et alibi :
*te malum ex vobis* (*I Cor.* vii). Et *Infidelis, si
it, discedat* (*I Cor.* v). Una enim ovis mor-
mnem gregem contaminat, et modicum fer-
m totam massam corrumpit, et plerumque
membrum putridum totum corpus inficit.
› tam perniciosa pestis a corpore Ecclesiæ
ius evellatur.

Excommunicatio.

CXI. (Burchard. lib. xi, c. 5, et apud Centu-
rs, *ibid.*) Dominicis igitur atque apostolicis
iati præceptis, judicio Patris, et Filii ejus Do-
nostri Jesu Christi, et Spiritus **364** sancti,
itate et potestate apostolis apostolorumque
soribus a Deo concessa, una vobiscum præ-
a pessimum virum a liminibus sanctæ matris
iæ excludimus et ab omni societate et com-
ne Christiana separamus, separatumque
a æternum decernimus, id est in præsenti sæ-
t in futuro. Nullus Christianus ei ave dicat,
m osculari præsumat. Nullus presbyter cum
sam celebrare audeat vel sacrosanctum cor-
t sanguinem Domini tradere. Nemo ei junga-

A tur in consortio neque in aliquo negotio. Et si quis
ei se sociaverit, et communicaverit ejus operibus
malignis, noverit se simili percussum anathemate ;
his exceptis qui ob hanc causam ei junguntur ut
eum revocent ab errore, et provocent ad satisfac-
tionem ; nisi forte resipuerit, et Dei gratia inspi-
rante ad pœnitentiæ remedium conversus fuerit,
et digna emendatione Ecclesiæ Dei, quam læsit,
humiliter satisfecerit.

Item alia terribilior excommunicatio.

CCCCXII. (Burchard. lib. xi, c. 6, et apud Centu-
riatores, *ibid.*) Canonica instituta et sanctorum
Patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei viola-
latores, videlicet raptores, deprædatores, et homi-
cidas illos in nomine Patris, et Filii, et in virtute
B Spiritus sancti, nec non auctoritate episcopis per
Petrum principem apostolorum divinitus collata,
a sanctæ matris Ecclesiæ gremio segregamus ac
perpetuæ maledictionis anathemate condemna-
mus. Sintque maledicti in civitate, maledicti in
agro, maledictum horreum eorum, et maledictæ
**365** reliquiæ illorum, maledictus fructus ventris
eorum, et fructus terræ illorum. Maledicti sint in-
gredientes, et maledicti sint egredientes ; sintque
in domo maledicti, in agro profugi ; veniantque
super eos omnes illæ maledictiones quas Dominus
per Moysen in populum divinæ legis prævaricato-
rem se esse missurum intentavit ; sintque anathe-
ma maranatha, id est, pereant in secundo adventu
Domini. Nullus eis Christianus ave dicat. Nullus
presbyter missam celebrare præsumat, vel sanc-
C tam communionem dare. Sepultura asini sepelian-
tur et in sterquilinium sint super faciem terræ. Et
sicut hæ lucernæ de manibus nostris projectæ ho-
die exstinguuntur, sic eorum lucerna in æternum
exstinguatur ; nisi forte resipuerint, et Ecclesiæ
Dei, quam læserunt, per emendationem et condi-
gnam pœnitentiam satisfecerint.

Excommunicatio brevis.

CCCCXIII. (Burchard. lib. vi, c. 7, et apud Centu-
riatores, *ibid.*) Canonica instituta, et sanctorum
Patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei viola-
tores illos auctoritate Dei et judicio sancti Spiritus a
gremio sanctæ matris Ecclesiæ et consortio totius
Christianitatis eliminamus, quousque resipiscant
et Ecclesiæ Dei satisfaciant.

D *Qualiter episcopus reconciliet vel recipiat excom-
municatum.*

CCCCXIV. (Burchard. lib. xi, c. 8.) Cum antiquis
excommunicatus vel anathematizatus, pœnitentia
ductus, veniam postulat, et emendationem promit-
tit, **366** episcopus qui eum excommunicavit, ante
januas ecclesiæ venire debet, et duodecim presby-
teri cum eo, qui cum hinc inde circumstare debent ;
ubi etiam adesse debent illi quibus injuria vel dam-
num illatum est ; et ibi secundum leges divinas et
humanas oportet damnum commissum emendari,
aut, si jam emendatum est, eorum testimonio com-
probari. Deinde interroget episcopus si pœniten-
tiam, juxta quod canones præcipiunt, pro perpe-

(328) Vide supra cap. 289 hujus libri.

tratis sceleribus suscipere velit. Et si ille terræ prostratus veniam postulat, culpam confitetur, pœnitentiam implorat, de futuris cautelam spondet, tunc episcopus, apprehensa manu ejus dextera, eum in ecclesiam introducat, et ei communionem et societatem Christianam reddat. Post hæc secundum modum culpæ pœnitentiam ei injungat, et litteras per parochiam dirigat, ut omnes noverint eum in societate Christiana receptum. Aliis etiam episcopis hoc notum faciat. Nullus autem episcopus alterius parochianum excommunicare vel reconciliare præsumat sine conscientia vel consensu proprii episcopi.

*De eo qui patrem vel matrem inhonorat. Ex concilio Rothomagensi.*

CCCCXV. Si quis patrem aut matrem percutit, aut maledicit, quia capitalia crimina commisit, publicam inde pœnitentiam agat, sicuti de gravioribus peccatis. Ait enim Dominus : *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur* (*Exod.* II). Quem enim Dominus dignum morte judicat, procul dubio pro homicida tenetur, **367** et sicut homicida debet pœnitere.

*De bubulcis et porcariis, ut ad missam veniant saltem in Dominicis diebus. Unde supra.*

CCCCXVI. (BURCHARD. lib. II, c. 71.) Admonere debent sacerdotes plebes sibi subditas ut bubulcos atque porcarios vel alios pastores vel aratores, qui in agris assidue commorantur vel in silvis, et ideo more pecudum vivunt, in Dominicis et in aliis festis diebus saltim ad missam faciant vel permittant venire. Nam et hos Christus pretioso sanguine suo redemit. Quod si neglexerint, pro animabus eorum absque dubio rationem se reddituros sciant. Siquidem Dominus veniens in hunc mundum, non elegit oratores atque nobiliores quosque, sed piscatores atque idiotas sibi discipulos ascivit ; ut ostenderet in facto quod ipse verbo in Evangelio affirmant dicens : *Quod hominibus altum est, abominabile est apud Deum.* Et salva altiore intelligentia, nativitas nostri Redemptoris primo omnium pastoribus ab angelo nuntiatur.

De confessione, de pœnitentia, de decimis, et de ebrietate, et de vomitu post eucharistiam, in primo libello supra expositum est.

*De pauperibus, qualiter alantur. Ex concilio Turonensi.*

CCCCVXII. (*Concil. Turon.* II, c. 5.) Unaquæque civitas pauperes et egenos alimentis congruentibus pascat secundum vires, et tam vicini presbyteri **368** quam cives unusquisque suum pauperem nutriat : quo fiat ut ipsi pauperes per alias civitates non vagentur.

*De eadem re. Ex Capitularium lib.* I, *cap.* 118.

CCCCXVIII. (Lib. I *Capitular.*, c. 124.) De mendicis qui per patrias discurrunt, volumus ut unusquisque fidelium nostrorum suum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat, et non permittat alicubi ire mendicando. Et ubi tales inventi fuerint qui laborare manibus possunt et non faciunt, nullus eis quidquam tribuere præsumat.

A *De eo qui bannum episcopi vel presbyteri parvipendit. Unde supra.*

CCCCXIX. Quisquis bannum vel excommunicationem episcopi vel presbyteri sui superbiendo parvipenderit, hic talis ab Ecclesia penitus evellatur. Ait enim Dominus ad Moysen : ***Anima**, quæ superbiendo mandatum Domini transgressa fuerit, peribit de populo suo* (*Num.* XV). Hinc Dominus in Evangelio : *Qui vos spernit, me spernit* (*Luc.* X). Et Moyses contumacibus dicit : *Non contra me est murmur vestrum, sed contra Dominum* (*Exod.* XVI). Et Dathan et Abiron vivi absorpti sunt, quia insurrexerunt adversus eumdem Moysen, et ejus mandatum spreverunt. Et ideo tale scelus gravissime vindicandum est.

B **369** *De presbytero qui fuerit degradatus. Ex concilio Toletano* XII, *cap.* 6.

CCCCXX. (*Concil Vern. sub Pipp*, c. 9 ; lib. V *Capitular.*, c. 42 ; BURCHARD. lib. II, c. 179.) Si quis presbyter ab episcopo suo fuerit degradatus, aut ab officio pro certis criminibus suspensus, et ipse per contemptum et superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumpserit, et postea ab episcopo suo correptus in cœpta præsumptione perduraverit, hic omnimodis excommunicetur et ab Ecclesia expellatur. Et quicunque cum eo communicaverit scienter, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de clericis, laicis, vel feminis excommunicatis observandum est. Quod si aliquis ista omnia contempserit, et episcopus emendare minime potuerit, regis judicio exsilio damnetur.

C *Ut nullus hospitium deneget iteranti. Ex concilio ad palatium Vernis.*

CCCCXXI. Placuit nobis et nostris fidelibus ut presbyteri suos parochianos admoneant ut et ipsi hospitales, ut nulli iter facienti mansionem denegent, et ut omnis occasio rapinæ tollatur, nihil charius vendant transeuntibus nisi quanto in mercato vendere possunt. Quod si charius vendere voluerint, ad presbyterum transeuntes hoc referant, et illius jussu cum humanitate eis vendant.

*De eo qui presbyterum inhonorat. Unde supra.*

CCCCXXII. (BURCHARD. lib. II, c. 229.) Si quis presbyterum proprium **370** inhonorat, aut verbo aut facto contumeliam facit, tandiu a liminibus ecclesiæ arceatur quousque per condignam pœnitentiam satisfaciat. Ait enim Apostolus : ***Presbyteri** qui præsunt, duplici honore digni habeantur* (*I Tim.* V). Item alibi dicit : *Obedite præpositis vestris, et subjecti eis estote*, et cætera. (*Hebr.* XIII.)

D *Si quis contradicit episcopo ne servi propter crimina virgis cædantur. Ex concilio ad sanctum Medardum.*

CCCCXXIII. (*Concil. Suession.* II, act. 8, c. 9.) Ut missi nostri omnibus per singulas parochias denuntient quia si episcopus aut ministri episcoporum pro criminibus colonos flagellaverint cum virgis, propter metum aliorum, ut ipsi criminosi corrigantur, cum tali discretione, sine ulla occasione indebita, sicut in synodo collocutum est, ut vel inviti pœnitentiam agant, ne æternaliter pereant. Si seniores ip-

sorum colonorum indigne tulerint, et aliquam vindic- A tam exinde exercere voluerint, aut eosdem colonos, ne distringantur, contendere præsumpserint, sciant quia et bannum nostrum componant, et simul cum excommunicatione ecclesiastica nostram harmiscaram durissimam sustinebunt.

*De advenis. Ex concilio Caroli et Lotharii ad Valentianas, cap.* 10.

CCCCXXIV. (*Capitula* Caroli Calvi, tit. 12, c. 9.) De advenis qui oppressione Nortmannorum vel Britannorum in partes istorum regnorum confugerunt, statuerunt seniores nostri ut a nullo reipublicæ ministro **371** quamcunque violentiam vel oppressionem aut exactionem patiantur; sed liceat eis conductum suum quærere, donec pace reddita aut ipsi redeant ad loca sua, aut B seniores illorum eos recipiant. Nullus autem eos inservire præsumat, eo quod loco mercenarii apud aliquem manserint, nec censum aut tributum exigere. Quod si inventus fuerit ex reipublicæ ministris aut alius quilibet contra hoc pietatis præceptum facere aut fecisse, bannum nostrum exinde componat.

*Unde supra.*

CCCCXXV. Pervenit ad aures sacerdotum quod profugi, qui paganorum manus omnibus bonis amissis vix evaserunt, in regionibus nostris a quibusdam injuste opprimantur, et in servitutem redigantur contra divinas humanasque leges, cum Dominus per prophetam dicat: *Advenæ ne feceritis calumniam in loco hoc, et habitabo vobiscum* (*Jer.* VII). Et iterum: *Advenam non contristabis* (*Exod.* XX); et multa his similia. Tales igitur severiter corripiendi sunt, et de manibus C eorum advenæ eruendi, juxta quod scriptum est: *Eripiens inopem de manu fortioris ejus* etc. (*Psal.* XXXIV). Nam advenæ apud fratres suos, id est Christianos, mercenarii debent esse, non servi. Si autem in servitutem redigantur, quid illis profuit paganorum manus effugisse, cum captivitatis jugum et duræ servitutis non effugerint? Et ideo contra hanc crudelitatem sacerdotum debet pietas decertare, ne pro tam immani malitia ira divina populum Christianum consumat.

**372** *Ut justæ mensuræ sint. Ex Capitulare ad Pistas.*

CCCCXXVI. (*Capitula* Caroli Calvi, tit. 31, cap. D 20.) Ut comites et omnes reipublicæ ministri seu cæteri fideles nostri provideant quatenus justus modius, et æquus sextarius, secundum sacram Scripturam et Capitula prædecessorum nostrorum, in civitatibus et in vicis vel in villis ad vendendum et emendum fiat, et mensuram secundum antiquam consuetudinem de palatio nostro accipiant. Et si cui reputatum fuerit mensuram adulterasse, si liber homo est, aut sacramento secundum suam legem se expurget; aut si culpabilis invenitur, bannum nostrum persolvat, et a ministris reipublicæ tollatur quod cum injusta mensura vendere voluit. Si autem colono aut servo hoc reputatum fuerit, judicio Dei se inde examinet; et si convictus fuerit, perdat rem, id est, hoc unde mensuram adulteratus est, insuper et nudo corio virgis cædatur. Et sive servus, sive liber, post legalem emendationem episcopale judicium suscipiat, quia contra interdictum Dei fecit. Ait enim: *Æquus tibi sit modius, et sextarius æquus* (*Levit.* XIX). Et alibi: *Mensuram et mensuram odit Dominus* (*Prov.* XX). Et item: *qui pecuniam suam non dedit ad usuram* (*Psal.* XIV). Quod peccatum inter illa capitalia peccata computatur de quibus Apostolus dicit (*I Cor.* V), quod qui ea fecerit, cum hujusmodi nec cibum sumere Christiano licet. Similiter per civitates et vicos atque mercata ministri reipublicæ provideant ne illi qui panem et carnem per deneradas et vinum per sextarios vendunt, **373** mensuram adulterare possint; sed quantos mensurabiles panes de justo modio in unaquaque civitate episcopi vel abbates a suis pistoribus recipiunt, tantos mensurabiles panes de eodem modio a pistoribus qui panem vendunt fieri faciant. Quod si inventi fuerint mensuram adulterare vel minuere, et damnum sustineant, et virgis cædantur. Homines etiam quibus hoc commissum est ut provideant ne mensuræ minorentur. Si de perjurio quod juraverunt quod hoc consentire non debuissent fuerint convicti, secundum legem puniantur, aut perdant manum, aut redimant, aut grave damnum sustineant, et postea ab episcopo de perjurio publicam pœnitentiam accipiant.

*De eadem re. Ex Capitularium lib.* III, *cap.* 90.

CCCCXXVII. (Lib. I, *Capitular.* c. 74.) Ut æquales mensuras et pondera æqualia omnes habeant sive in civitatibus sive in monasteriis ad dandum invicem sive accipiendum, sicut in lege Domini præceptum habemus (329).

*De conspirationibus. Ex concilio Chalcedonensi.*

CCCCXXVIII. (*Concil Chalcedon.*, c. 18; Burchard. lib. X, c. 18.) Conjurationis vel conspirationis crimen etiam ab exteris legibus est omnino prohibitum. Multo magis hoc in Dei Ecclesia ne fiat admonere convenit. Si qui ergo clerici vel monach reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes **374** episcopis aut clericis, gradu proprio penitus abscidentur.

*De eadem re. Ex Capitularium lib.* I, *titulo* 28.

CCCCXXIX. (Lib. I *Capitular.*, c. 29). Nec clerici nec monachi conspirationem vel insidias contra pastorem suum faciant.

*De eadem re. Ex concilio ad Pistas.*

CCCCXXX. (*Capitula* Caroli Calvi, tit. 29. c. 4.) Nos quoque episcopi auctoritate Dei et sacrorum canonum, sicut sancti pontifices DCXXX Chalcedonensi concilii conspirationem fieri prohibuerunt, et sicut cætera episcoporum concilia hujusmodi perniciosa facta vetuerunt, et nos prohibemus: quia facientes illa per eorum judicium, qui cum Deo jam in cœlo regnant, et a cœlesti Ecclesia et Christianorum societate separati sunt, nisi per dignos pœnitentiæ fructus ad hoc redeant ut sanctæ Ecclesiæ possint readunari.

(329) Vide Burchard, lib. XIX, cap. 148.

*De eadem re. Ex Capitularium lib.* III, *cap.* 9.

CCCCXXXI. (Lib. III *Capitular.*, c. 9; lib. I *Leg. Longob.*, tit. 17, c. 11. Conspirationes vero quicunque facere præsumpserint, et sacramento quamcunque conspirationem firmaverint, triplici ratione judicentur. Primo, ut ubicunque aliquod malum per hoc perpetratum fuit, auctores facti interficiantur. Adjutores vero illorum singuli alter ab altero flagellentur, et nares sibi invicem præcidant. Ubi vero nihil mali perpetratum est, similiter **375** quidem inter se flagellentur, et capillos sibi vicissim detondeant. Si vero per dextras conspiratio facta fuerit, si liberi sunt, aut jurent cum idoneis juratoribus; aut si hoc facere non possunt, suam legem componant. Si vero servi sunt, flagellentur.

*De confratriis vel consortiis. Ex concilio Nannetensi.*

CCCCXXXII. (*Concil. Nannet.*, c. 15; HINCMARI *Capitula.*, tit. 1, c. 16.) De collectis vel confratriis, quas consortia vocant, sicut verbo monuimus, et nunc scriptis expresse præcipimus, ut tantum fiat quantum rectum ad auctoritatem et utilitatem atque ad salutem animæ pertinet. Ultra autem nemo neque sacerdos neque fidelis quisquam in parochia nostra progredi audeat, id est, ut in omni obsequio religionis, videlicet in oblatione, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exsequiis defunctorum in eleemosynis et cæteris pietatis officiis. Pastos autem et comessationes quas divina auctoritas vetat, ubi et gravedines et indebitæ exactiones et turpes ac inanes lætitiæ et rixæ sæpe etiam, sicut experti sumus, usque ad homicidia et odia et dissensiones accidere solent, adeo penitus interdicimus ut qui contra hoc decretum agere præsumpserit, si presbyter fuerit, vel quilibet clericus, gradu privetur; si laicus est aut femina, ab Ecclesia usque ad satisfactionem separetur. Conventus autem talium confratrum, si necesse fuerit ut simul conveniant, aut forte aliquis contra parem suum discordiam habuerit, **376** quem reconciliari necesse sit, et sine conventu presbyterorum et cæterorum esse non possit, post peracta illa quæ Dei sunt et Christianæ religioni conveniunt, et post debitas admonitiones, si contigerit ut veræ charitatis et fraternæ invicem consolationis omnes ad refectionem conveniant, sic talia fieri permittimus, ut servata modestia et temperantia et sobrietate pacisque concordia, sicut decet fratres, omnia in ædificationem fraternitatis et laudem et gloriam Dei et gratiarum actiones fiant. Et hoc omnino caveatur quod Salvator ait: *Vide te ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate* (*Luc.* XXI). Qui voluerint, eulogias a presbytero accipiant; et panem tantum frangentes, singuli singulos biberes accipiant, et nihil amplius contingere præsumant. Et sic unus quisque ad sua cum benedictione Domini redeat.

*Ut si presbyter defunctus fuerit, vicinus presbyter apud seniorem sæcularem nequaquam ecclesiam obtineat. Ex eodem.*

CCCCXXXIII. (*Concil. Nannet.*, c. 16; HINCMARI *Capitula*, tit. 2, c. 17; (BURCHARD. lib. III, c. 229.) Ut si quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus presbyter apud sæcularem seniorem nulla precatione vel aliquo xenio ecclesiam illam obtineat, quia titulus per se constans antea exstiti', sed neque capellam, sine consultu episcopi (*Decreta* LEON. I, c. 38.) Quod si fecerit, definitam sententiam sibi prolatam suscipiat, sicuti de episcopo canonica decrevit auctoritas, ut qui per ambitionem majorem civitatem appetierit, et illam perdat quam tenuit, **377** et illam nequaquam obtineat quam usurpare tentavit.

*De liquore in quo mus ceciderit. Ex pœnitentiali.*

CCCCXXXIV. Mus si ceciderit in liquorem, tollatur inde, et aspergatur aqua benedicta, et sumatur. Si vero mortua fuerit inventa, abjiciatur totus ille liquor. Quod si multum est de liquore, purgetur ille liquor, et aspergatur aqua sancta, et sumatur, si necesse est. Si in farina aut in lacte coagulato aut in melle mus mortua invenitur, quod in circuitu ejus est foras projiciatur, reliquum sumatur.

*Si quis sepulcrum violaverit, et cætera. Ut supra.*

CCCCXXXV. Si quis sepulcrum violaverit, septem annos pœniteat, tres in pane et aqua.

Si quis ligaturas fecerit, quod detestabile est, tres annos pœniteat, unum ex his in pane et aqua.

Si quis manducaverit morticinum aut idolis immolatum, jejunet hebdomadas duodecim.

Si quis quodlibet membrum sibi voluntarie truncaverit, tres annos pœniteat, unum ex his in pane et aqua.

Si quis usuras undecunque exegerit, similiter pœniteat.

Si quis per violentiam aut quolibet ingenio malo ordine res alienas invaserit aut tulerit, similiter pœniteat.

**378** Si quis aliquem hominem malo ordine vendiderit, similiter pœniteat.

Si quis aream aut domum alterius voluntarie igne cremaverit, similiter pœniteat.

Si quis per iram aliquem percusserit, et sanguinem fuderit, aut debilem fecerit, quadraginta dies pœniteat in pane et aqua.

*Si aliquis excommunicatus mortuus fuerit. Ut supra.*

CCCCXXXVI. (HALITGARD. lib. VI, c. 10; BURCHARD. lib. XI, c. 51.) Si aliquis excommunicatus fuerit mortuus, qui jam sit confessus, et non occurrit venire ad sacerdotem, sed præoccupavit eum mors in domo aut in via, faciant pro eo parentes ejus oblationem ad altare, et dent redemptionem pro captivis.

*De eo qui furatus fuerit per necessitatem.*

CCCCXXXVII. (BURCHARD. lib. XI, c. 56.) Si quis per necessitatem furatus fuerit cibaria vel vestem vel pecus per famem aut per nuditatem, pœniteat hebdomadas quatuor. Si reddiderit, non cogatur jejunare.

*De redemptionis pretio.*

CCCCXXXVIII. (BURCHARD. lib. XIX, c. 22.) Si

quis forte non potuerit jejunare, et habuerit unde possit redimere, si dives fuerit, pro septem hebdomadis det solidos viginti. Si non habuerit tantum unde dare possit, det solidos decem. Si autem multum pauper fuerit, det solidos tres. Neminem vero conturbet quia jussimus dare solidos viginti aut minus: quia, si dives fuerit, facilius est illi dare solidos viginti quam pauperi **379** solidos tres. Sed attendat unusquisque cui dare debeat, sive pro redemptione captivorum, sive supra sanctum altare sive Dei servis, seu pauperibus in eleemosyna.

*Quid pro uno mense agendum sit. Unde supra.*

CCCCXXXIX. (BURCHARD. lib. XIX, c. 19.) Pro uno mense quod in pane et in aqua pœnitere debet aliquis, psalmos decantet mille CC, genu flexo; et si non genu flexo, mille DCLXXX. Et omni die, si vult, et abstinere non potest, reficiat ad sextam; nisi feria quarta et sexta jejunet usque ad nonam, carnem et vinum non sumat. Reliqua percipiat.

*Qui pro una hebdomada. Ut supra.*

CCCCXL. (BURCHARD. lib. XIX, c. 18) Pro una hebdomada psalmos CCC genua flectendo decantet, aut in uno loco per ordinem psallat.

*Quid pro uno anno*

CCCCXLI. (BURCHARD. lib. XIX, c. 20.) Qui vero psalmos non novit, et jejunare non potest, pro uno anno quod jejunare debet in pane et aqua, det in eleemosyna viginti sex solidos, et in unaquaque hebdomada diem unum jejunet usque ad nonam, id est, feriam quartam, et alium, id est, feriam sextam, usque ad vesperam. Et in tres quadragesimas quantum sumit penset, et medietatem tribuat in eleemosyna.

**380** *Item de pretio unius anni.*

CCCCXLII. Primo anno quidam permiserunt triduanas quatuor, alii duodecim triduanas, id est, semel in mense uno. Quidam dixerunt triduanas agere in verberibus et vigiliis insistendo triduum.

*De redemptione unius diei.*

CCCCXLIII. Pretium autem unius diei, id est agapen duorum vel trium pauperum, sive unum denarium. Alii totum psalterium in æstate, in hieme vero et in verno vel in autumno psalmos quinquaginta. Quidam judicaverunt duodecim plagas vel percussiones.

*Item de redemptione unius diei.*

CCCCXLIV. Qui itaque hoc quod in Pœnitentiale scriptum est implere potuerit, agat Deo gratias. Qui autem non potuerit adimplere, consilium damus per misericordiam Dei. Imprimis pro uno die in pane et aqua quinquaginta psalmos cantet genu flexo, aut stando in uno loco septuaginta decantet, aut unum denarium det, aut tres pauperes pascat. Quidam dicunt quinquaginta percussiones vel verno centum percussiones vel psalmos quinquaginta, in æstate psalterium unum vel percussiones centum.

*Item de redemptione trium annorum.*

CCCCXLV. (BURCHARD. lib. XIX, c. 23.) Qui non potest sic agere **381** pœnitentiam ut superius diximus, in primo anno eroget in eleemosyna solidos viginti sex, in secundo viginti, in tertio octodecim, hoc est solidos sexaginta quatuor. Potentes homines faciant pro culpis suis quod Zachæus fecit. Ait enim ad Dominum: *Domine, omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus: et si aliquid injuste abstuli, in quadruplum restituo* (*Luc.* XIX). Et de mancipiis suis aliquos dimittant liberos, et captivos redimant, et in se peccantibus ex corde dimittant. Et qui illicita commisit, etiam a licitis se abstineat, et corpus affligat jejuniis, vigiliis et crebris orationibus. Caro enim læta nos ad culpam traxit, afflicta reducit ad veniam.

*Quomodo possum pœnitentiam septem annorum pœnitere. Ex dictis sancti Bonifacii episcopi.*

CCCCXLVI. Triduana una pro triginta diebus et cantatio psalmorum centum viginti. Pro uno die psalmi quinquaginta et quinque *Pater noster*. Pro tribus diebus psalterium unum, et quindecim *Pater noster*. Item pro uno die tribus vicibus *Beati immaculati*, et sex *Miserere mei, Deus*, et septuaginta vices prosternat se in terram, et per singulas *Pater noster* dicat. Item si nescit psalmos, pro uno die prosternat se centum vicibus in terram, et per singulas dicat *Miserere mei, Deus*, et : *Dimitte, Domine, peccata mea*. Cantatio unius missæ potest redimere duodecim dies; decem missæ, quatuor menses; viginti missæ, novem menses; triginta missæ, duodecim **382** menses. Pro hebdomada una trecenti psalmi genu flexo decantentur. Qui psalmos nescit, et jejunare non potest, quantum quotidie sumit penset, et medietatem tribuat in eleemosyna.

Ecce diversorum Patrum diversas opiniones de remediis peccatorum vel de leviganda pœnitentia in ordine posuimus, in arbitrio prudentis sacerdotis relinquentes quid salubrius et utilius animæ pœnitenti esse decernat.

# 383 APPENDIX PRIMA

## 384-385 INCIPIT TEXTUS CAPITULORUM.

*De pseudographis et dubiis narrationibus. Ex libro I Capitularium.*

I. (Lib. I *Capitular.*, c. 78.) Pseudographiæ et dubiæ narrationes, vel quæ omnino contra fidem **386** catholicam sunt, ut epistola pessima et falsissima quam dicunt in Hierusalem de cœlo cecidisse, nec credantur, nec legantur, sed comburantur.

*De linteis altaribus præparandis. Ex eodem.*

II. (Lib. I *Capit.*, c. 152; BURCHARD. lib. II, c. 155.) Ut presbyteri per parœchias suas feminis prædicent ut linteamina ad altaria cooperienda præparent.

*De his qui proponentes fornicari vetantur. Ex concilio Neocæsariensi.*

III. *Concil. Neocæs.*, c. 4.) Si quis mulierem concupiscens proposuerit cum ea concumbere, et cogitatio ejus non pervenit ad effectum, apparet quod gratia Dei liberatus sit.

*Laicum pellentem suam conjugem communione privandum. Ex concilio apostolorum.*

IV. *Can. apost.* c. 48.) Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit, communione privetur.

*De his qui velut peccatum copulam deserunt nuptiarum. Ex concilio Gangrensi.* B

V. (*Conc. Grangr.*, c. 14.) Si qua mulier virum proprium relinquens, discedere voluerit, nuptias exsecrata, anathema sit.

*De mulieribus quæ utuntur virilibus indumentis. Ex eodem.*

VI. (*Conc. Gang.*, c. 15.) Si qua mulier pro solito muliebri amictu **387** virilem sumit, anathema sit.

*De his qui Christianitatis obtentu despiciunt filios. Ex eodem.*

VII. (*Conc. Gangr.*, c. 15.) Si quis filios suos relinquens, non eos enutrit, sed eos negligit occasione continentiæ, anathematizetur.

*De his qui Dominico die jejunant. Ex eodem.*

VIII. (*Conc. Gangr.*, c. 18; BURCHARD. lib. XII, c. 19.) Si quis propter continentiam in die Dominico jejunat, anathema sit. C

*De his qui abominantur eos qui carnibus vescuntur. Ex eodem.*

IX. (*Conc. Gang.*, c. 2.) Si quis carnem edentem, præter sanguinem (id est absque sanguine), et idolis immolatum, et suffocatum, cum religione et fide condemnat, anathema sit.

*Non debere in diebus jejuniorum commemorationes martyrum fieri. Ex concilio Laodicensi.*

X. (*Concil. Laodic.*, c. 51; BURCHARD. lib. XIII, c. 10.) Quod non oporteat in Quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum sancta commemoratio diebus Sabbatorum et Dominicorum fieri conveniat.

*Quod manere debet firmum si servi fisci ecclesias fecerint. Ex concilio Toletano.* D

XI. (*Concil. Tolet.* III, c. 15.) Si qui ex servis fiscalibus fortasse ecclesias construxerint, easque de sua paupertate ditaverint, hoc procuret episcopus prece **388** sua auctoritate regia confirmari.

*Ut omni die energumeni exorcizentur. Ex concilio Carthaginensi.*

XII. (*Concil. Carthag.* IV, c. 90; BURCHARD. lib. II, c. 223.) Omni die exorcistæ energumenis manum imponant.

*De victu energumenorum. Ex eodem.*

XIII. (*Concil. Carthag.* IV, c. 92; BURCHARD. lib. III, c. 213.) Energumenis in domo Dei sedentibus victus quotidianus per exorcistas ministretur.

A *De servis qui ad ecclesiam confugiunt. Ex concilio Aurelianensi.*

XIV. (*Concil. Aurelian.* I, c. 3; BURCHARD. lib. III, c. 192.) Servus, qui ad ecclesiam pro qualibet culpa [*Codex ms.*, causa] confugerit, si a domino pro admissa culpa sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur. Et si posteaquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquam pœnam pro eadem culpa pertulerit, pro contemptu Ecclesiæ et prævaricatione fidei dominus a communione catholicorum habeatur extraneus.

*De nominibus recitandis in missa. Ex epistola Innocentii.*

XV. (*Decreta* INNOC. I, c. 2.) De nominibus recitandis hoc observetur, ut prius oblationes offerentium commendentur, et tunc eorum nomina, quorum oblationes sunt, inter sacra missarum mysteria nominentur.

**389** *Quod rite omni sabbato jejunetur. Ex eodem.*

XVI. (*Decreta* INNOC. I, c. 4.) Sabbato vero jejunandum esse ratio evidentissima demonstrat. Nam si die Dominica ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Jesu Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadum ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem Domini jejunamus, Sabbatum prætermittere non debemus, qui inter tristitiam et lætitiam temporis illius videtur esse inclusus. Nam constat apostolos biduo isto et in mœrore fuisse, et propter metum Judæorum se occultasse. Quapropter sicut sexta feria jejunandum, ita et Sabbato agendum est: quia ambo dies tristitiam ostendunt, sicut dies Dominica lætitiam.

*Jejunio legitima nonnisi maxima necessitate solvenda. Unde supra.*

XVII. (Ivo part. IV, c. 32.) Jejunia sane legitima, id est quarta et sexta feria, non sunt solvenda, nisi pro grandi necessitate: quia feria quarta Judas de traditione Domini cogitavit, et sexta feria crucifixus est Dominus. Videbitur ergo qui in his diebus non jejunat vel cum tradente tradere Salvatorem, vel cum crucifigentibus crucifigere.

*Ut incarcerati a præpositis ecclesiæ diebus Dominicis visitentur. Ex concilio Aurelianensi.*

XVIII. (*Concil. Aurelian.* V, c. 20.) Miserationis intuitu æquum duximus **390** custodire ut pro quibuscunque culpis in carceribus deputantur rei, a præposito ecclesiæ diebus Dominicis requirantur, ut necessitas vinctorum secundum præceptum Domini misericorditer sublevetur, et competens victus de domo ecclesiæ tribuatur.

*Ut mulieres publice docere non præsumant, neque baptizare. Ex eodem.*

XIX. (*Concil Carthag.* IV, c. 99 et 100; (BURCHARD., lib. VIII, c. 83,) Mulier, quamvis docta et sancta sit, viros in conventu docere non præsumat. Similiter nec baptizare.

*Qui ad ecclesiam confugiunt, tradi non debent. Ex eodem concilio.*

XX. *Concil. Arelat.* II, c, 30.) Eos qui ad eccle-

siam confugerint trahi non oportet; sed eos domini sui promissa venia, exire persuadeant. Quod si ab ecclesia exeuntibus pœnale aliquid intulerint, ut Ecclesiæ inimici, habeantur excommunicati.

*De accusatis vel accusatoribus.*

XXI. (BURCHARD. lib. II, c. 196). Illud præterea omni ecclesiastico ordini omnimodis observandum est, ut nullatenus aliquis præsumat in concilio vel synodali conventu aliquem confratrum accusatione pulsare, nisi prius ipsum accusationis crimen et litigationis causas litteris per ordinem comprehensum manu propria subscripserit, et episcopo vel sacræ synodo porrexerit, ut juste et canonice litigantium controversiæ finiantur. Non enim licet, ut auctoritas Romana testatur, nisi inscriptione celebrata reum quemquam fieri, nec ad judicium exhiberi, **391** quia, sicut convictum de crimine pœna constringit, ita accusatorem, si non probaverit quod objecit.

***De eadem re. Ex concilio ad sanctum Medardum.***

**XXII.** (*Concil. Suession.* II, act. 1; BURCHARD. lib. II, c. 197). Hincmarus archiepiscopus Rhemorum suis accusatoribus dixit: Quæ est petitio vestra, fratres? Misericordiam, inquiunt, petimus a vestra paternitate impendi de ministratione ordinum ecclesiasticorum, ad quos a domno Ebbone quondam provecti, vestra auctoritate suspensi sumus. Hincmarus archiepiscopus dixit: Habetis libellum reclamationis aut postulationis, sicut ecclesiastica se habet traditio? Illi autem responderunt se præ manibus nullum habere libellum. Hincmarus archiepiscopus dixit: Legum ecclesiasticarum auctoritas talis est (2, q. 1, c. 9), ut in causis gestorum semper scripturam requirant; adeo ut qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen præcipiatur; qui ad summum sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur; ordinatus autem a suis ordinatoribus litteras accipere jubetur: qui etiam ab ecclesiastica societate quolibet excessu disciuditur, libellari scriptione aut recipitur aut dejicitur. Sed et qui accusatur, vel qui excommunicatur, seu reconciliatur, per scripturam accusari vel reconciliari videtur. Et sic in cæteris hujusmodi in tantum scriptura deposcitur ut, sicut beatus Gregorius in commonitorio ad Joannem defensorem ex Romanis legibus sumens scribit (lib. VI, *epist.* 54), sententia quæ sine scriptura profertur, **392** nec nomen sententiæ habere meretur. Quapropter, fratres et filii, oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem reclamationem vestram libelli serie allegare, eumque manibus vestris roboratum synodo sacræ porrigere. ut convenienter canonice vobis valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes eique sua nomina suscribentes, porrexerunt Hincmaro episcopo, qui tunc una cum Wenilone Senonensi archiepiscopo, et cum Amalrico Turonensi æque archiepiscopo, sub præsentia gloriosi regis Caroli synodo præsidebat.

*De eadem re.*

XXIII. (Interpret. l. 9 *Cod. Theod.*, *De accusat. et inscript.*) Tam civile negotium quam criminale, accusationem professio manu accusatoris conscripta præcedat.

*De eadem re.*

XXIV. (Interpret. l. 9 *Cod. Theod.*, eod. tit.) Quicunque alium de aliqua criminis capitalis objectione pulsaverit, non prius a judicibus audiatur quam se similem pœnam, quam reo intendit, subscripserit subiturum.

*Item unde supra.*

XXV. (Interpret. l. 15 *Cod. Theod.*, eod. tit.) In criminalibus causis vel objectionibus per mandatum nullus accuset; sed ipse qui crimen intendit, per se accuset, inscriptione præmissa. Judices autem puniendi sunt, damnandumque officium, s aliquem, nisi præmissa inscriptione, subdendum crediderint quæstioni.

**393** *Ex eodem.*

XXVI. (Interpret. l. 19 *Cod. Theod.*, eod. tit.) Ante inscriptionem nemo efficitur criminosus. Nam inscriptione per ordinem facta, tunc a judice suscipiendus est reus, et custodiæ cum accusatore tradendus.

*De his qui episcopo aliquam injuriam vel dehonorationem fecerint. Ex libro* VI *Capitularium Caroli regis, capite* 99.

XXVII. (Lib. VI *Capitular.*, c. 98). Si quis episcopo aliquam injuriam aut injustam dehonorationem fecerit, de vita componat, et omnia quæ habere visus fuerit, Ecclesiæ cui præesse dignoscitur socientur, et nobis in triplo bannus noster, id est LX solidi persolvantur, aut ipse in servitio fisco nostro serviturus semper societur, usque se redimere in triplo juxta wirigildum suum potuerit. Sancta vero Ecclesia in sacerdotibus constat. Idcirco magna pœna plectendi sunt qui episcopis vel reliquis sacerdotibus injuriam vel contumeliam fecerint. Nam detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cujus vice legatione in Ecclesia funguntur.

*Quæ pœnitentia imponenda sit his qui furem aut latronem interficiunt.*

XXVIII. (BURCHARD. lib. XI, c. 60; Ivo, parte XIII, c. 46, et apud GRATIAN. 13, q. 2, c. 32). Si fur aut latro captus in præda absque occisione potest comprehendi, et tamen interficitur, quia ad imaginem Dei creati et in nomine ejus baptizati sunt, interfectores eorum quadraginta diebus non intrent in ecclesiam. Lanea veste induti, ab escis et **394** potibus qui interdicti sunt, cum thoro, gladiis et equitatu se abstineant. In tertia, quinta feria, et sabbato, aliquo genere leguminum, vel oleribus, et pomis, parvis pisciculis, cum mediocri cervisia, vicissim utantur, et temperate. Sin autem a veridicis comprobatur testibus quod sine odii meditatione, se suaque liberando, diaboli membra interficiunt, secundum indulgentiam quadraginta diebus ab ecclesia, carne, vino, et conjugio, eleemosynam largiter faciendo, abstineant. Et si presbyter est, non deponatur; cunctis tamen vitæ suæ diebus pœnitentiam agat [*cod. ms.*, agendo].

*Ne oblationes alibi fiant quam in Ecclesia.*

XXIX. (*Conc. Gangr.*, c. 7 ; lib. VII *Capitular.*, c. 5 ; BURCHARD. lib. V, c. 114, et lib. XI, c. 21). Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere vel dare voluerit præter conscientiam episcopi vel ei qui hujuscemodi officia commissa sunt, nec cum ejus voluerit agere concilio, anathema sit.

*Contra eos qui dicunt sanctum Gregorium papam Romanum ad interrogationem Augustini Cantuariorum episcopi consanguininatis quarta contracta matrimonia solvi minime debere. Excerptum ex Vita sancti Gregorii, libro* II, *cap.* 37.

XXX. (*Excerptiones* EGBERTI, c. 130 et 131 ; BURCHARD. lib. VII, c. 19, 20). Gregorius papa Romanus, requisitus ab Augustino Anglorum gentis episcopo usque ad quotam generationem fideles debeant copulari, dispensatorie sic rescripsit : Quædam terrena lex in Romana republica permittit ut sive frater et soror, seu duorum **395** fratrum germanorum vel duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali conjugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est ut jam quarta et sexta generatio fidelium licenter sibi jungi debeat. Nam in secunda quam prædiximus omnino debeat abstineri. Verum post multum temporis a Felice Mesenæ [Messanæ] Siciliæ præsule requisitus utrum Augustino scripserit ut Anglorum quarta generatione contracta matrimonia minime solverentur, humillimus pater Gregorius inter cætera talem dedit rationem : Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet, ut recorderis tuo, de sanguinitatis conjunctione, ipsi et Anglorum genti quæ nuper ad fidem venerat, ne a bono quod cœperat, metuendo austeriora, recederet, specialiter et non generaliter certissime scripsisse me cognoscas. Unde et mihi omnis Romana civitas testis existit. Nec in ea intentione hæc illis scripsi mandata ut postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint, non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est usque ad septimam generationem jungantur. Sed adhuc illos neophytos existentes, sæpissime eos prius illicita docere et verbis ac exemplis instruere, et quæ post de talibus egerint rationabiliter et fideliter excludere oportet. Nam juxta Apostolum, qui ait : *Lac vobis dedimus escam*, ista illis modo, non posteris, ut præfixum est, temporibus tenenda indulsimus, ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat exureretur, sed aliquantum **396** firmaretur, et usque ad perfectionem custodiretur. Hæc ego Joannes idcirco perstringenda curavi, ut hi qui occasione novæ dispensationis illicita matrimonia contrahunt, eruditissimum virum non regulariter quartæ generationis copulam censuisse, imo venialiter simulque temporaliter permisisse cognoscant.

*De presbyteris vel diaconibus ab uno episcopo non deponendis. Ex concilio Toletano, cap.* 13.

XXXI. (*Concil. Hispal.* II, c. 13). Comperimus quemdam Fratiganum Cordubensis Ecclesiæ pre- A sbyterum a pontifice suo injuste olim dejectum, et innocentem exsilio condemnatum ; quem rursum ordini suo restituentes, id denuo adversus præsumptionem synodalem sententiam nullus nostrum sine concilii examine dejiciendum quemlibet presbyterorum vel diaconorum audeat. Episcopus enim sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Presbyter profecto nec ab uno damnari nec uno judicante poterit honoris sui privilegio denudari, sed præstanti synodali judicio quod canon de illis præceperit.

*Ut abbates episcopis, monachi abbatibus subsint. Et de monachis vagis. Ex consilio Aurelianensi, cap.* 15.

XXXII. (*Concil Aurelian.* I, c. 19 ; BURCHARD. lib. I, c. 67). Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant ; et si quid extra regulam fecerint, ab episcopis corrigantur : **397** qui semel in anno, in loco ubi episcopus elegerit, accepta vocatione conveniant ; monachi autem abbatibus omni obedientia et devotione subjaceant. Quod si quis per contumaciam exstiterit indevotus, ac per loca aliqua vagari aut peculiare aliquid habere præsumpserit, omnia quæ acquisierit, ab abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerint provagati, ubi inventi fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia revocentur ; et reum se ille abbas futurum esse cognoscat qui in hujusmodi personis non regulari animadversione distrixerit, vel qui monachum susceperit alienum.

*De discretione potestatis episcoporum quam in monasteriis habere possunt. Ex concilio Toletano* IV, *cap.* 50.

XXXIII, (*Concil. Tolet.* IV, c. 51). Nuntiatum est præsenti concilio eo quod monachi episcopali imperio servili opere mancipentur, et jura monasteriorum contra constituta canonum illicita præsumptione usurpentur, ita ut pene ex cœnobio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad ignominiam servitutemque perveniat. Quapropter monemus [eos] qui ecclesiis præsunt ut ultra talia non præsumant, sed hoc tantum in monasterio sibi judicent [vindicent] sacerdotes quod præcipiunt canones, id est, ad conversationem sanctam præponere abbates, aliaque officia constituere atque extra regulam facta colligere [corrigere]. Quod si aliqui in monachis canonibus interdictum præsumpserint, aut usurpare quidpiam **398** de monasterii rebus tentaverint, non deerit ab illis sententia excommunicationis qui se deinceps nequaquam subtulerint ab illicitis.

*De his quo parentes ab infantia clericatus officio manciparunt, si postea voluntatem habeant nubendi. Ex concilio Toletano, cap.* 119.

XXXIV. (*Concil. Tolet.* I, c. 1). De his quos voluntas parentum a primis infantiæ annis divinis ministeriis tradiderit id statuimus observandum, ut mox detonsi vel ministerio lectorum traditi fuerint, in domo ecclesiæ ab [sub] episcopali præsentia a præposito sibi debeant erudiri. Liberum tamen pro-

priæ voluntatis arbitrium habeant, ubi se clericatus officio mancipari elegerint. At ubi octavum decimum ætatis suæ annum compleverint, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo conjugio ab episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, et professionem castimoniæ suæ absque conjugali necessitate spoponderint servaturos, hi, tanquam appetitores arctissimæ vitæ, levissimo Domini jugo subdantur; ac primum subdiaconatus ministerium habeant, quod a probatione professionis suæ a vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac si inoffense vicesimum et quintum ætatis suæ peregerint annum, ad diaconatus officium, si scienter implere posse ab episcopo comprobantur, promoveri possunt.

**399** *Ut diaconus ante* xxv *annos et sacerdos ante* xxx *non ordinetur. Ex concilio Arelatensi quarto, cap.* 1.

XXXV. Et quia in ordinandis clericis antiquorum Patrum statuta, non ad integrum, sicut expedit, observata esse cognoscitur, ne forte quorumcunque importunis et inordinatis precibus sacerdotes Domini fatigentur, et ea quæ toties sunt præcepta transgredi compellantur, hoc inter se observandum esse definiunt, ut nullus episcoporum diaconum antequam xxv annos impleat ordinare præsumat. Episcopatus vero vel presbyteratus honorem nullus laicus ante præmissam conversionem vel ante xxx ætatis annos accipiat.

*Ut pœnitentes et digami non ordinentur. Ex eodem, cap.* 3.

XXXVI. Nullus pœnitentem, nullus digamum vel internuptarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hæc etiam prope omnium canonum instituta constiterint, tamen ne cuicunque sacerdotum supplicandum, sicut jam diximus, importunitas vel suggestio iniqua subripiat, necesse fuit ut nunc severiorem regulam sibi velint Domini sacerdotes imponere. Et ideo quicunque ab hac die contra ea quæ superius sunt comprehensa clericum ordinare præsumpserit, ab ea die qua hoc ei potuerit approbari, anno integro missas celebrare præsumpserit, ab omnium fratrum charitate noverit se alienum. **400** Quia dignum est ut severitatem disciplinæ ecclesiasticæ sentiat qui salubriter a sanctis Paribus instituta observare contemnit (330).

*Qua ætate diaconi ordinentur. Capitulo* 13.

XXXVII. (*Conc. Agath.*, c. 16.) Episcopus vero benedictionem diaconatus minoribus a viginti et quinque annorum penitus non committat. Sane si conjugati juvenes consenseriut ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est ut sequestrato mansionis cubiculo, religione præmissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur.

*Qua ætate episcopi vel presbyteri consecrentur. Ex eodem, cap.* 17.

XXXVIII. Presbyterum vero vel episcopum ante xxx annos, id est, ad viri perfecti ætatem perveniat, nullus metropolitanorum ordinare præsumat; ne per ætatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur.

*Qua ætate sacerdotes ordinari debeant. Ex canonibus Orientalium antiquorum Patrum. cap.* 20.

XXXIX. (*Concil. Neocæsar.*, c. 11; Martin. Bracar., c. 20; Burchard. lib. II, c. 10.) Si quis triginta ætatis suæ non **401** impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etsi valde sit dignus, quia ipse Dominus in tricesimo anno baptizatus est, et sic cœpit docere. Oportet ergo eum qui ordinandus est usque ad hanc ætatem legitimam conservari.

*De ordinatione episcopi. Ex concilio Toletano* IV, *capitulo* 19.

XL. Perniciosa consuetudo nequaquam reticenda, quæ majorum statuta præteriens, omnem Ecclesiæ ordinem perturbavit, dum alii per ambitum sacerdotium appetunt, alii oblatis muneribus pontificatum assumunt; nonnulli etiam sceleribus implicati, vel sæculari militiæ dediti, indigui ad honorem summi sacri ordinis pervenerunt. De quorum scilicet causa atque remotione oportuerat quidem statuendum. Sed ne perturbatio quamplurima Ecclesiæ oriretur, præteritis omissis, deinceps qui non promoveantur ad sacerdotium ex regulis canonum necessario credimus inserendum, id est, qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiæ nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam admisisse confessi sunt, qui in hæresi baptizati aut rebaptizati esse notantur, qui semetipsos absciderunt, aut naturaliter membrorum defectu vel defectione aliquid minus habere noscuntur, qui secundæ uxoris conjunctionem sortiti sunt, aut numerosa conjugia frequentaverunt, qui viduam vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas ad fornicationes habuerunt, qui servili **402** conditione obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti vel laici sunt, qui sæculari militiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscii litterarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non accesserunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus nec populus propriæ civitatis elegerit, vel auctoritas metropolitani vel comprovincialium sacerdotum accessio exquisivit. Quicunque igitur deinceps ad ordinem sacerdotii postulatur, et in his quæ prædicta sunt exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, examinatus, probabili vita atque doctrina exstiterit, tunc secundum synodalia vel decretalia constituta cum omnium clericorum vel civium voluntate ab universis comprovincialibus episcopis aut certe a tribus in die Dominica consecrabitur, conhibentibus litteris suis qui absentes

(330) Desunt aliquot verba in canone isto, quæ sic interjicienda sunt ex editione canonum istius concilii Aurelianensis: *Approbari, anno integro missas facere non præsumat: quam rem si quis observare noluerit, et contra consensum fratrum faciens, missas celebrare*, etc. Error fuit librarii.

sunt, et magis auctoritate vel præsentia ejus qui A est in metropoli constitutus. Episcopus autem cum comprovincialibus consecrandus est ubi metropolitanus elegerit; metropolitanus autem nonnisi in civitate metropoli, comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjacebit.

403 *Ut viduæ non velentur. De generalibus decretis Galasii papæ.*

XLI. (*Decreta* Gelasii, c. 13; lib. i *Capitular.*, c. 59.) Viduas velare pontificum nullus attentet: quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præstituit. Non est ergo penitus usurpandum, eisque sic ecclesiastica inferenda præsidia B ut nihil committatur illicitum.

*Quod viduæ, ut supra dictum est, non velentur. Sed si professam continentiam proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se Deo rationem reddant. Cap.* 21 *ejusdem.*

(XLII. (Burchard. lib. viii, c. 34.) Nam de viduis sub nulla benedictione velandis superius late sufficienterque disserendum duximus: quia si propria voluntate professam pristini conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi ejus intererint, quia, juxta Apostolum, primam fidem irritam fecit, quali Deum debeat satisfactione placare. Sicut enim, si se forsitan continere non poterat, secundum Apostolum nullatenus nubere vetabatur sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiæ fidem debuit custodire. Nos autem nullum C talibus laqueum debemus injicere; sed solum adhortationes præmii sempiterni pœnasque proponere divini judicii, ut nostra sit absoluta conscientia, et illarum pro se Deo rationem reddat intentio. Cavendum est quippe quod de earum moribus actibusque beatus Paulus testatur apostolus. Quod planius exponere præterimus, ne 404 sexus instabilis non tam deterreri quam admoneri videatur.

*De viduis quæ post professam continentiam peccaverint. Concilium Carthaginensis Africæ quartum habitum ab episcopis numero,* cciv, *æra* ccccxxxvi.

XLIII. (*Concil. Carthag.* iv, c. 104; Burchard, lib. viii, c. 29.) Sicut bonum est castitatis præmium, ita et majori observantia et præceptione D custodiendum est ut si quæ viduæ, quamlibet adhuc in minoribus annis positæ, et in matura ætate a viro relictæ, se devoverint Deo, et, veste laicali abjecta, sub testimonio episcopi et Ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias sæculares transierint, secundum apostolum Paulum damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam Deo voverunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ alienæ sunt a Christianorum communione, quæ nec in convivio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ conjuges reatu sunt suis viris abnoxiæ, quanto magis viduæ, quæ Deo religiositatem voverunt, crimine adulterii notabuntur, si devotionem quam spontaneæ Deo obtulerunt libidinosa voluptate corruperint atque ad secundas nuptias transitum fecerint; quæ etsi violentia irruente ab aliquo præreptæ fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in conjugium raptori vel violento viro consenserint, superius damnatione cum præsente teneantur obnoxiæ. De talibus enim ait Apostolus: *Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem* 405 *irritam fecerunt* (*I Tim.* v). Aurelius episcopus Carthaginensis Ecclesiæ subscripsi. Donatianus Taleptensis primæ sedis.

*De viduis professis, si nupserint, aut raptæ fuerint. Concilium Arausicum* xvii *episcoporum habitum æra* cccclxxvii, *titulo primo, cap.* 27.

XLIV. (*Concil. Arausic.* i. c. 27; Burchard. lib. viii, c. 43.) Viduitatis servandæ professionem coram episcopo in secretario habitam, imposita ab episcopo veste viduali, non esse violandam; ejus vero robatorem, vel ipsam talis professionis desertricem, merito esse damnandam.

*Incipiunt capitula qua in Dei nomine sancta synodus in Toletanam urbem, cap.* 10.

XLV. (*Concil. Tolet.* iii, c. 10; Burchard. lib. viii, c. 44.) Pro consultu castitatis, quod maxime hortamento concilii proficere debet, annuente glorioso domino nostro Recaredo rege, hoc sanctum affirmat concilium, ut viduæ quibus placuerit tenere castitatem, nulla vi ad nuptias iterandas venire cogantur. Quod si priusquam profiteantur continentiam nubere elegerint, illis nubant quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio et de virginibus habeatur, nec citra voluntatem parentum vel suam cogantur maritos accipere. Si quis vero propositum castitatis viduæ vel virginis impedierit, a sancta communione et liminibus ecclesiæ habeatur extraneus.

406 *De viris ac feminis sacris propositum transgredientibus sacrum. Concilium Toletanum.*

XLVI. (*Concil. Tolet.* vi, c. 6; Burchard. lib. viii, c. 14.) Proclivis cursus est a voluntate, et imitatrix natura vitiorum. Quamobrem quisquis virorum vel mulierum habitum induerint semel, vel induerunt spontanee religiosum, aut si vir deditus Ecclesiæ choro, vel femina fuerit aut fuit delegata puellarum monasterio, in introque sexu prævaricator ad propositum invitus reverti cogatur, ut vir detondeatur, et puella monasterium ingrediatur. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere voluerint, sacerdotali sententia a Christianorum cœtu habeantur extorres, ut nec locus eis ullus sit communis. Viduas quoque universalis jamdudum statuit synodus professionum vel habitus sui desertrices ut superiori sententia condemnentur.

*Ut viduæ vel virgines continentiam professæ non nubant. Item ejusdem papæ Gelasii ad Sicilienses episcopos.*

XLVII. (Symmach. *ep.* 5, c. 5; Burchard. lib. viii, c. 46.) Neque viduas ad nuptias transire patimur quæ in religioso proposito diuturna observatione permanserint. Similiter virgines nubere probibemus

quas annis plurimis in monasteriis ætatem peregisse constiterit.

*De his qui velatas Deo consecratas in conjugium duxerint. Cap. 23.*

XLVIII. (*Concil. Tribur.*, c. 23 ; Burchard. lib. viii, c. 38.) Si quis sacro velamine consecratam in conjugium duxerit, et post dicatum **407** Deo propositum incesta fœdera sacrilegaque miscuerit, ut in constitutis Gelasii papæ, cap. 20, legitur, protinus æquum est a sacra communione detrudi, et nisi per publicam probatamque pœnitentiam omnino non recipi. Si tamen pœnituerit, transeuntibus de sæculo viaticum non negetur. In Chalcedonensi concilio, cap. 16, hoc perpetrantes excommunicantur. Confitentibus auctoritate episcopi misericordia largiatur. In epistola papæ Siricii, cap. 6, velatæ Deo consecratæ, si abjecto proposito sanctitatis clanculum sacrilega contagione se miscuerint, vel de illicitis complexibus publice et libere procreaverint, has impudicas detestabilesque personas a monasteriorum cœtu et ecclesiarum conventibus eliminandas esse judicatum est, quatenus retrusæ ergastulis, tantum facinus continua lamentatione defleant. Unde verbo Domini et canonica auctoritate in hac sancta synodo præcipimus ut omnino separentur, et juramento colligantur ulterius sub uno non cohabitare tecto, nec familiari frui colloquio, excepto in ecclesia et publico, aut pariter ullam habere communionem unde suspicio illecebrosi desiderii aut scandalum libidinosi facti juste possit oriri. Si quæ etiam inter se dividenda sint, dividant, et uterque sua provideat.

*De viduis velatis. Gelasii papæ.*

XLIX. (*Concil. Tribur.*, c. 25 ; Burchard. lib. viii, c. 36.) Viduas autem velare pontificum nullus attentet (prout constitutum est in decretis Gelasii, cap. 13, quod nec auctoritas divina nec canonum forma præstituit. Quæ **408** si propria voluntate continentiam professa (ut in ejusdem Gelasii cap. 21, legitur), ejus intentio pro se reddat rationem Deo ; quia sicut, secundum Apostolum, si se continere non poterat, nullatenus nubere vetabatur, sic secum habita deliberatione promissam fidem pudicitiæ Deo debet custodire. Qua auctoritate paternæ suffulti sententiæ, in hoc sacro conventu sancimus et libere judicamus quod si sponte velamen, quamvis non consecratum, sibi imposuerit, et in ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit, sanctimoniæ habitum ulterius habere debebit, licet sacramento confirmare velit eo tenore et ratione velamen sibi imponere ut iterum non possit deponere.

*Item de viduis velatis. Ex concilio Africano, capitulo 89.*

L. Vidua quidem quæ sacrum capiti velamen imposuerit, et inter cæteras velatas feminas in ecclesia oraverit, et oblationem cum illis obtulerit, professa est in eodem habitu permanere, spondens nunquam religionis deponere velamen, a religionis observantia discedere non præsumat. Op-

A tamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.

*De viro contra voluntatem uxoris in monasterium ingresso, et jam tonsoratus fuerit, omnino reddendo. Ex Reg. part.* i, *cap.* 180, *ad Adrium notarium Panormi.*

LI. (S. Gregor. lib. ix), indict. 4, *epist.* 44 ; Burchard. lib. ix, c. 48.) Agathosa latrix præsentium questa est maritum suum contra voluntatem suam in **409** monasterio Urbici abbatis esse conversum. Quod quia ad ejusdem abbatis culpam et invidiam non est dubium pertinere, experientiæ tuæ præcipimus ut diligenti inquisitione discutiat, ne forte cum ejus voluntate conversus sit, vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc repererit, et illum in monasterio permanere provideat, et hanc, sicut promisit, mutare compellat. Si vero nil horum est, nec quoddam fornicationis crimen, propter quod viro licet uxorem relinquere, prædictam mulierem commisisse cognoveris, ne illius conversio uxori relictæ in sæculo fieri possit perditionis occasio, volumus ut maritum suum illi, vel si jam tonsuratus est, reddere omnino debeas excusatione cessante. Quia etsi mundana lex præcipit conversationis gratia utrolibet invito solvi posse conjugium, divina lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis causa virum uxorem relinquere nulla ratione concedit. Quia postquam copulatione conjugii viri atque mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte converti et ex
C parte in sæculo manere.

*Episcopum debere honorem deponere si concubinam habuit eo tempore quo erat in sacro ordine constitutus. Ex epistola sancti Gregorii, cap. 43.*

LII. (S. Gregor. lib. ii, indict. 11, *epist.* 83 ; Burchard. lib. i, c. 195.) Andreæ Tarentino episcopo scribit dicens : Tribunal judicis æterni securus aspiciet quisquis reatus sui conscius digna eum modo pœnitentia placare contendit. Habuisse te concubinam manifesta veritate comperimus **410** de qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse judicium, hoc tuæ conscientiæ elegimus committendum. Qua de re, si in sacro ordine constitutus, ejus te permistione esse recolis maculatum, sacerdotii honore deposito, ad administrandum
D nullo modo præsumas accedere, sciturus in animæ tuæ periculo ministrare et Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si hujus sceleris conscius, in eo quo es ordine, celans veritatem, permanere volueris.

*De raptoribus virginum et viduarum. Item de abbatiis quæ jus electionis habent seu de his quæ non habent.*

LIII. Anno incarnationis Domini 952, indictione 9, constitutum est in Franconofurth a rege gloriosissimo Ottone, anno illius 16, consentientibus episcopis, comitibus, aliisque fidelibus compluribus, canonum sanctorumque Patrum auctoritate, necnon Capitularium præcedentium regum institutis coram positis, ne oppressio virginum aut viduarum,

vel raptus ab ullis hominibus fiat, et ut qui rapiunt eas sub nomine simul habitandi, cooperantes et conniventes raptoribus, si quidem clerici sunt, decidant a proprio gradu; si vero laici, anathematizentur, et raptores sine spe conjugii permaneant. Quod si post hæc jungere se præsumpserint, utrique anathematizentur. Tuendum est etiam præfato rege ut nulla abbatia quæ per se electionem habet, ad monasterium nec alicui **411** in proprium possit donari. Illæ vero quæ electione carent, regis donatione et privilegio ad aliud monasterium, quod sub ejus mundiburdio consistit, subrogari possint.

*Quid sit ministrare Christo.*

LIV. (S. AUGUST. *in Joann.* tract. 51.) *Si quis mihi ministrat, me sequatur.* Quo fructu, qua mercede, quo præmio? *Et ubi sum,* inquit, *illic et minister meus erit.* Gratis ametur, ut operis quo ministratur illi pretium sit esse cum illo. Ubi enim bene erit sine illo, aut quando male esse poterit cum illo? Audi evidentius: *Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.* Quo honore, nisi ut sit cum Filio ejus? Quid enim superius ait? *Ubi ego sum, illic et minister meus erit.* Hoc intelligitur exposuisse cum dicit: *Honorificabit eum Pater meus.* Nam quem majorem honorem accipere poterit adoptatus quam ut sit ubi est unicus, non æqualis factus divinitati, sed consociatus æternitati? Quid sit autem ministrare Christo, cui operi merces tanta promittitur, hoc potius debemus inquirere. Si enim hoc putaverimus esse Christo ministrare, ea quæ sunt corpori necessaria præparare, aut cœnanti cibum coquere vel apponere, vel poculum dare, potumque miscere, fecerunt hoc illi qui potuerunt eum in corpore habere præsentem, sicut Martha et Maria, quando et Lazarus unus erat ex recumbentibus. Sed eo modo Christo etiam Judas perditus ministravit. Nam et loculos habebat ipse. Et quamvis ex eis quæ mittebantur sceleratissime furaretur, per illum tamen etiam necessaria **412** parabantur. Hinc est illud quod cum ei diceret Dominus: *Quod facis fac velociter*, arbitrati sunt quidam quod eum jusserit propter diem festum necessaria præparare vel indigentibus aliquid dare. Nullo modo igitur de hujuscemodi ministris diceret Dominus: *Ubi ego sum, ibi erit et minister meus. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus,* quoniam Judam talia ministrantem reprobatum potius quam honoratum videmus. Ut quid ergo alibi quærimus quid sit ministrare Christo, et non potius in istis ipsis verbis agnoscimus? Cum enim dixit: *Si quis mihi ministrat, me sequatur,* hoc intelligi voluit, ac si diceret: Si quis me non sequitur, non mihi ministrat. Ministrant ergo Jesu Christo qui non sua quærunt, sed quæ Jesu Christi. Hoc est enim, *me sequatur.* Vias ambulant, non suas. Sicut alibi scriptum est: *Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare.* Debet

(331) Vide concilium Cæsaraugustan., cap. 6.

A etiam, si porrigit esurienti panem, de misericordia facere, non de jactantia, nesciente sinistra quid faciat dextera, id est, ut alienetur intentio cupiditatis ab opere charitatis. Qui sic ministrat, Christo ministrat, recteque illi dicetur: *Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Nec ea tantum quæ ad misericordiam pertinent corporalem, sed omnia opera bona propter Christum faciens. Tunc enim erunt bona; quoniam finis legis Christus ad justitiam omni credenti minister est usque ad [*apud Augustinum*, omni credenti. Minister est Christi usque ad] illud opus magnæ charitatis, quod est animam suam pro fratribus ponere, quia et hoc sua membra [*apud Augustinum*, ponere. Hoc est enim et pro Christo ponere, quia et h. propter sua

B m.] dicturus est: Cum pro istis, pro me **413** fecisti. De tali quippe opere etiam se ministrum facere et appellare dignatus est, ubi ait: *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et animam suam ponere pro multis.* Hinc ergo est unusquisque minister Christi unde est minister et Christus. Sic ministrantem Christo honorificabit Pater ejus honore illo magno, ut sit cum Filio ejus, nec unquam deficiat felicitas ejus. Cum ergo audistis, fratres, Dominum dicentem: *Ubi ego sum, illic et minister meus erit,* nolite tantummodo bonos episcopos et clericos cogitare. Etiam vos pro modulo vestro ministrate Christo, bene vivendo, ac eleemosynas faciendo, nomen doctrinamque ejus quibus potueritis prædicando; ut unusquisque

C etiam paterfamilias hoc nomine cognoscat paternum affectum suæ familiæ se debere pro Christo et pro vita æterna suos omnes moneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat benevolentiam, exerceat disciplinam. Ita in domo sua ecclesiasticum et quodam modo episcopale implet officium, ministrans Christo, ut in æternum sit cum ipso. Nam et illam maximam passionis ministrationem multi ex vestro numero ministrant, multi episcopi, clerici, juvenes et virgines, senes cum junioribus. Multi conjugati et conjugatæ, multi patres matresque familias, ministrantes Christo, etiam animas suas in ejus martyrio posuerunt, et honorificante Patre coronas gloriosissimas receperunt.

**414** *De clericis qui monachorum propositum*
D *appetunt. Ex concilio Toletano, cap.* 50.

LV. (*Concil. Tolet.* IV, c. 50; BURCHARD. lib. VIII, c. 21.) Clerici qui monachorum propositum appetunt, et meliorem vitam sequi cupiunt, liberos ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum qui ad contemplationis desiderium transire nituntur (331).

*Decretum de viduis. Ex epistola beati Gregorii papa Bonifacio archiepiscopo missa, in qua inter cætera ita legitur:*

LVI. (*Addit.* IV, c. 65); BURCHARD. lib. VIII, c. 45; Ivo, parte VII. c. 63.) Viduas a proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consulere voluit dilectio tua, frater charissime, credo te nosse a

sancto Paulo et a multis sanctis Patribus, nisi A convertantur, olim esse damnatas ; quas et nos apostolica auctoritate damnandas et a communione fidelium atque a liminibus ecclesiæ arcendas fore censemus, usquequo obediant episcopis suis et ad bonum quod cœperunt invitæ aut voluntariæ revertantur. De virginibus autem velatis, si deviaverint, a sanctæ memoriæ prædecessore nostro Innocentio tale decretum habemus : « Hæ vero quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulaverint permanere, licet velatæ non fuerint, si nupserint, aliquanto tempore his agenda pœnitentia est, quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum **415** Deo pepi- B git, solvi sine vincta non poterit, » et cætera. Nam si virgines nondum velatæ taliter pœnitentia publica puniuntur et a cœtu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, quanto potius viduæ, quæ perfectioris ætatis et maturioris sapientiæ atque consilii existunt, virorumque consortio multoties usæ sunt, et velari se permiserunt, habitum religionis assumpserunt, et demum apostataverunt, atque ad prius vomitum sunt reversæ, a nobis et ab omnibus fidelibus a liminibus ecclesiæ et cœtu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandæ et carceribus tradendæ, qualiter juxta apostolum Paulum tradentes hujusmodi hominem Satanæ, ut spiritus salvus sit in die Domini. De talibus enim et Dominus per Moysen loquitur : *Auferte malum* C *de medio vestri*. De quibus et per Prophetam ait : *Lætabitur justus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris* (*Psal.* LVII). De talibus namque et earum similibus atque eisdem consentientibus, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, rei sunt, Dominus per eumdem prophetam David loquitur dicens : *Videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas* (*Psal.* XLIX); et multa eorumque similia. Tales ergo personæ indubitanter ; adulteræ esse manifestantur ; quoniam, relicta immortali sponso, ad anteriorem ut canes ad proprium reversæ sunt vomitum, et, apostatæ factæ, illicita ac sacrilega se contagione polluentes, viris mortalibus se conglutiantes ; quæ etiam, juxta D apostolum Paulum, eo quod viduitatis propositum dimiserunt, et **416** fidem quam cum Deo pepigerunt frangere præsumpserunt, atque primam fidem prævericaverunt, sunt damnandæ a nobisque et a vobis atque a reliquis nostri ordinis viris, a singulis videlicet sua in diœcesi, a liminibus ecclesiæ et a cœtu fidelium usque ad satisfactionem, ut prædictum est, sunt eliminandæ. A talium autem consortio et societate omnes fideles in omnibus abstinere mandamus. Super quibus etiam placuit, quousque in ipso detestando et illicito atque sacrilego carnis contubernio perseverant, ut nullus Christianorum, nisi quibus proprius studio corrigendi jusserit episcopus, cum eis in quoquam communicet, aut ad domum in qua sunt accedat; cum quibus etiam, ut jam dictus præcepit Apostolus, nulli fidelium cibum sumere licet. Quod si quis ex his quidquam tentare aut temerare præsumpserit, pari cum eis excommunicationis sententia feriatur.

*De vidua quæ sub obtentu religionis velum ad tempus sibi imposuerit. Cap. 5.*

LVII. (BURCHARD. lib. VIII, c. 47). Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, reverentissimo et sanctissimo confratri nostro Adalwino sanctæ Juvavensis Ecclesiæ archiepiscopo. Quod autem interrogastis de femina quæ post obitum mariti sui velamen sacrum super caput suum imposuit, et finxit se sub eodem velamine sanctimonialem feminam esse, postea vero ad nuptias rediit, bonum videtur, quia per hypocrisim ecclesiasticam regulam conturbare voluit, et non legitime in voto suo permansit, ut pœnitentiam **417** agat de illusione nefanda, et revertatur ad id quod spopondit et in sacro ministerio inchoavit. Nam si consenserimus quod omnia sacramenta ecclesiastica quisque prout vult fingat, et non vere fiat, omnis ordo ecclesiasticus conturbatur, nec catholicæ fidei jura consistunt, nec canones sacri rite observantur. Quid enim profuit Simoni Mago baptismum sacrum ficte suscipere et in Christianitate permansurum se finxisse, cum per apostolum fraus ejus detecta, quid sibi futurum esset pronuntiatum est. Ait enim : *Pecunia tua tecum sit in perditione. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, et roga Deum ut forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.* (*Act.* VIII). Ideo tales, nisi resipiscant, spiritali gladio percutere censemus. Non enim fas est Spiritui sancto mentiri, sicut Ananias et Saphira mentiti sunt, et statim perierunt.

*De pœnitentibus viris ac viduis, sive virginibus, qui divertentes laici fiunt, aut vestem mutant, vel conjugiis copulantur. Toletanum concilium* IV, *cap.* 55.

LVIII. (BURCHARD. lib. VIII, c. 27). Quicunque ex sæcularibus accipientes pœnitentiam totonderunt se, et rursus prævaricantes, laici effecti sunt, comprehensi ab episcopo suo ad pœnitentiam ex qua recesserunt revocentur. Quod si aliqui per pœnitentiam irrevocabiles sunt, nec admoniti revertuntur, vere ut apostatæ coram Ecclesia ut anathematis sententia condemnentur. **418** Non aliter et hi qui tonsi a parentibus fuerint, aut sponte sua, amissis parentibus, se ipsos religioni devoverunt, et postea habitum sæcularem sumpserunt, et iidem a sacerdote comprehensi, ad cultum religionis, acta prius pœnitentia, revocentur. Quod si reverti non possunt, vere ut apostatæ anathematis sententiæ subjiciantur. Quæ forma servabitur etiam in viduis virginibusque sacris ac pœnitentibus feminis quæ sanctimonalem habitum induerunt, et postea aut vestem mutaverunt aut ad nuptias transierunt.

*De discretione sæcularium et sanctimonialium viduarum. Item ejusdem, cap.* 56.

LIX. Duo sunt genera viduarum, sæculares et

sanctimoniales. Sæculares viduæ sunt quæ adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt quæ, jam mutato habitu sæculari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis vel Ecclesiæ apparuerint. Hæ si ad nuptias transierint, juxta Apostolum non sine damnatione erunt; qui se primum Deo voventes, postea castitatis propositum abjecerunt.

*Ad habitum redire cogatur et recludatur in monasterio quæ religiosam vestem abjecit. Ex Regesto Gregorii, Vitaliano episcopo Sepontino.*

LX. (S. GREG., lib. VII, indict. 1, *epist.* 9; BURCHARD. lib. VIII, c. 49). Si custos religiosi habitus aut esse nosses episcopus, filiam gloriosæ memoriæ Tulliani magistri militiæ, te illuc posito, nec projectis religiosis vestibus ad sæcularem reverti B **419** habitum nec ad nos licuisset per versam epistolam destinare. Sed quia nimia desidia ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad præsens illicita impune commissa est. Nam, sicut præfati sumus, si sollicitus esse [exstitisses], prius ad nos ultio mulieris pravissimæ quam culpa debuit pervenire. Quia ergo tantum hebes tantumque es negligens ut nisi canonicam in te fueris coercitionem expertus, in aliis districtionem et disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse sollicitus congruo tibi, si Domino placuerit, tempore demonstramus [demonstrabimus]. Præsentia igitur scripta suscipiens evigila, et excitatus saltem exsequere quod pressus nunc usque ignavia distulisti. Instantiæ ergo tuæ sit prædictam mulierem una cum Sergio C defensore comprehendere, et statim non solum ad male contemptum habitum sine excusatione aliqua revocare, sed etiam in monasterio, ubi omnino districte valeat custodiri, detrudere et ita omnem circa illam sollicitudinem exhibere, ut quam sit nefarium quod commisit ex tua possit districtione cognoscere. Quod si quis [qua in re si quis], quod non credimus, laicorum aliquo tibi ingenio tentaverit obsistendum, a sanctissimæ [sacratissimæ] eum communionis participatione suspende; nobisque renuntiare festina; ut quantum sit exsecrabile quod præsumit, postquam consideratione propria non advertit emendationis qualitate cognoscat. In his autem omnibus ita te cautum ac stude vigilantem ostendere ut culpam tuam non geminare D neglectus, sed aliquantisper valeat sollicitudo minuere.

**420** *De eadem re. Gregorius Sergio defensori nostro.*

LXI. (S. GREG. lib. VII, indict. 1, *epist.* 10). Si homo esses, aut districtionem aliquam habuisses, ita regularis disciplinæ debuisti custos existere, ut ea quæ illic illicite committuntur ante vindicta corrigeres quam ad nos eorum nuntius perveniret. Sed dum nimia stultitia te fecit negligentem, non solum de illis offendimur, sed etiam ad ulciscendam desidiam tuam nihilominus provocamur. Omni ergo dilatione omnique excusatione postposita filiam gloriosæ memoriæ Tulliani ma- A gistri militiæ, quæ projectis quas sponte assumpsit religiosis vestibus, indumentis se laicis deturpavit, una cum fratre et coepiscopo nostro Vitaliano festina comprehendere atque ad religiosum rursus habitum revocare, ac in monasterio mittere, ubi districte omnino valeat custodiri, nec ejus custodiam aliquatenus relevari permittas quousque nostra denuo scripta susceperis. Nam si quolibet modo in hac re negligens vel lentus exstiteris, ita in te districtissime noveris vindicandum ut quod ex te nescis, pœna possis reserante cognoscere: quia, sicut diximus, si intellectum hominis habuisses, hæc quæ facere modo præciperis, ante debueras etiam cum ultione a te facta cognoscere.

*De feminis quæ religionis vestem in domibus propriis mutaverint, si postea conjugium elegerint, quid agendum sit. Toletanum concilium IV, cap. 57.*

LXII. (Lib. VII *Capitular.*, c. 257; BURCHARD. lib. VIII, c. 48). De viduis et puellis quæ habitum **421** religionis in domibus propriis tam a parentibus quam per se mutaverunt, et si postea contra instituta Patrum vel præcepta canonum conjugia crediderint copulanda, tandiu utrique habeantur a communione suspensi quousque quod illicite perpetraverunt emendent. Quod si emendare neglexerint, a communione vel omnium Christianorum convivio in perpetuo sint sequestrati (332).

*Quod consuetudo ecclesiastica pro lege tenenda est. Sancti Patris nostri Basilii capite 27, sermonum ad beatum Amphilochium de Spiritu sancto scriptum.*

LXIII. (BURCHARD. lib. III, c. 127). Ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturis, quasdam vero apostolica traditione per successiones in ministerio confirmatas accepimus; quibus par virtus et idem utrisque pietatis effectus quin sit, quotusquisque vel aliquantulum sacrarum expertus Scripturarum hæsitaverit. Si enim attentaverimus consuetudines Ecclesiæ non per scripturas a Patribus traditas nihili æstimare, quantum religio detrimenti latura sit, despicientibus liquido constabit. Quæ enim, ut inde ordiamur, scriptura salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri? Quæ multifariam digesta super panem et calicem prolixe et orationis et consecrationis verba commendavit? Nam non modo quod in Evangelio continetur vel Apostolo in secretis dicimus, sed et alia perplura adjicimus magnum quasi unum consummandis accommodantia mysteriis. Quæ orientem versus **422** nos orare litterarum forma præstituit? Benedicimus fontem baptismatis, oleum unctionis. Huc accedit quod ter immergimus quos baptizamus, oleo ungimus, verbis abrenuntiare Satanæ et angelis ejus informamus. Unde hæc et alia in hunc modum non pauca nisi tacita ac mystica traditione a Patribus ecclesiastico more reverentiori diligentia in mysteriis observata silentio quam publicata scripto?

*Item, cap. 29.*

LXIV. (BASILIUS *in ep. ad Amphiloch.*, c. 27 et 29.

(332) Non extat inter canones conciliorum Toletanorum.

Deficit me dies si singulas Ecclesiæ consuetudines explicatum aggrediar. Quid plura? Ipsam confessionem fidei credendi in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, quis nobis scripta insinuavit, nisi quod baptismatis traditionem consequenter fidei pietas imitatur, et ut baptizamur, ita et credimus? Quæ diebus festis Scriptura stantes nos orare præcepit, profestis autem nonc sic? Ergo si tot non scripto tradita usus Ecclesiæ pie accepta mystica observatione custodit, non absurdum,
A imo apostolicum, arbitror etiam non scriptas traditiones firmiter tenere. *Laudo vos*, inquit Apostolus, *quod in omnibus memores mei estis, et sicut tradidi vobis traditiones tenetis*. Et illud: *Tenetis traditiones quas accepistis sive per sermonem, sive per epistolam*. Igitur licet in ore duorum vel trium testium stet omne verbum, diversis niti exemplis maluimus, quibus ecclesiasticæ consuetudinis observantiam a majoribus ductam pro lege tenendam persuasibilius eruditis clarescat.

---

# 423 APPENDIX SECUNDA.

*Priora capita* 18 *istius secundæ appendicis, quæ exstant in editione Helmæstadiensi, eadem omnino sunt cum primis* 28 *primæ appendicis, quam edidimus ex veteri codice ms. Parisiensi, excepto tamen capite nono, quod non exstat in editione Helmæstadiensi, et additum est ex Parisiensi. Itaque capita tantum* 27 *ex his* 28 *pertinent ad istam secundam appendicem; quæ nos ob eam causam hic omitti voluimus, ne repetitio inutilis fieret. Exhibebimus autem bona fide editionem Helmæstadiensem: nisi quod, quantum fieri poterit, adnotabimus unde petita sint capita; quod in Helmæstadiensi editione factum non est. Tum variantes quoque lectiones quæ erunt alicujus momenti inter uncos conclusas exhibemus.*

**424** INCIPIT TEXTUS CAPITULORUM.

*Ne sacerdos vexetur. Ex concilio Aurelianensi, cap.* 8

XXVIII. Relatum est sanctæ synodo quod a malis Christianis plurimæ vexationes sacerdotibus Christi seu cæteris clericis inferioris gradus sæpissime inferantur. Unde visum est sancto concilio, ne postea talia existant, jaculo spiritali percutere, ut si quis clerico aliquam injuriam seu calumniam **425** ingesserit, a liminibus sanctæ ecclesiæ arceatur usque ad condignam satisfactionem.

XXIX. *Ex concilio Rothomagensi* (333).

*De demigrantia Clericorum.*

XXX. Cum fraternitatem tuam confidamus canonum statuta et vigorem dirigere disciplinæ, hoc tibi indagandum mandare curavimus, ne ingenui clerici, qui capacioris et argutioris sunt ingenii, C ad loca quæ scientia et doctrina excellentiora conspiciuntur, discendi (*ditescendi*) gratia præ (*nisi abita*) utilitate ecclesiæ suique necessarii petendi *causa* transcendant.

Invidia pontificum sæpe prohibentur, *dum* cap. 20 Chalcedonensis concilii eis opponunt, ubi dicitur clericos in ecclesia administrantes in alterius civitatis ecclesia statutos fieri non oportet, et sequentia invida obfuscatione abolent, ubi illi excipiuntur qui ex necessitate ad aliam ecclesiam transierint. Magna sane necessitate premitur qui fame constringitur; et qui injuria arctatur insipientiæ, opus habet refici doctrina scientiæ. Inter fugitivum denique et studiosum caute ab episcopo discretio prospici debet, ut ille locum delitescendi D non inveniat, isti vero locum in melius mutare et ire de virtute in virtutem offendiculum non op-

(333) Capitulum manuscripto nostro deest.

B ponatur, sed charitatis adjutorio, quæ nunquam excidit, sublevetur. Igitur si pie et juste **426** recto currebant hactenus viam tramite vitæ, pro religione perfectiora expetere loca licentiam eis non denegandam esse censuimus.

*De odio in fratres.*

XXXI. Si quis odium contra fratrem suum injuste habuerit, hunc Deus a suo separat regno et a cœlo subtrahit; quia odium nec passione ei adimitur, nec martyrio expiatur, nec sanguine fuso deletur. Detrahere autem alteri per odium, sui commodi causa, magis est contra naturam quam mors, quam dolor, vel cætera hujusmodi mala.

*Sanctus Gregorius dicit, item Augustinus, de odio.*

XXXII. Magna et mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam amor ut pereat, odium ne pereat. Si male ameris, tunc odisti. Si bene oderis, tunc amasti. Felices qui oderunt custodiendo, ne perdant amando.

*Gregorius papa de lapsis sacerdotibus.*

XXXIII. (S. Gregor. lib. I, *epist.* 42.) De lapsis sacerdotibus, vel quolibet ex clero, observari volumus, ut in rebus eorum nulla contaminatione miscearis; sed pauperrima regularia monasteria require, quæ secundum Deum vivere sciunt, et in eisdem monasteriis lapsos ad pœnitentiam trade, ut res lapsorum in eo loco perficiant [proficiant], in quo agere pœnitentiam traduntur, quatenus ipsi ex rebus eorum subsidium habeant qui de correctione eorum sollicitudinem gerunt. Si vero **427** parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur; ita tamen ut eorum stipendium qui in pœnitentiam dati fuerint, sufficienter debeat procurari.

Si qui vero ex familia ecclesiastica sacerdotes vel laici [levitæ], vel monachi, vel clerici, vel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in pœnitentiam volumus, sed res eorum ut ecclesiasticæ non subtrahi [ecclesiastico juri non s.]. Ad usum tamen suum accipiant unde ad pœnitendum subsistant; ne si nudentur, locis in quibus dati fuerint onerosi sint. Si qui parentes in possessione habent, ipsis res eorum tradendæ sunt, ut in ipsis Ecclesiæ [juri Eccl.] conserventur.

(Idem, lib. IV indict. 13, *epist.* 31.) Sacerdotibus autem externa potestate nullus dominus violentiam inferat; sed excellenti consideratione, propter eum cujus servi sunt, eis ita dominetur ut etiam debitam reverentiam impendat. Nam in divinis eloquiis sacerdotes aliquando dii, aliquando angeli vocantur. Et per Moysen de eo qui ad juramentum deducendus est dicitur: *Applica illum ad deos*, videlicet ad sacerdotes. Et rursum: *Diis non detrahes* (*Exod.* XXII), scilicet sacerdotibus. Et propheta ait: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, ut legem requirant ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est* (*Malach.* II). Quid ergo mirum si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut angelo aut deos ipse etiam appellat Deus? Ecclesiastica testatur historia quod eum piæ memoriæ Constantino principi oblatæ accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, et eosdem quia accusati fuerant **428** episcopos convocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat incendit, dicens: « Vos dii estis, a vero Deo constituti. Ite, et inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est ut nos judicemus deos. » Antiquitus in republica principes fuerunt, qui, verum Deum nescientes, deos ligneos et lapideos colebant, et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuerunt.

Hinc est ergo quod, exceptis criminibus, neminem sacerdotum Gregorius deponebat, imo pro qualitatibus delictorum venialiter communione privabat.

Si quando igitur super sacerdotum criminibus erat aliquid ventilandum, cum summa districtione grandique cautela Gregorius uniuscujusque capituli modulos quærens, sententiam suam magis difficulter quam faciliter promulgabat, dicens: Dum cuncta negotia indagandæ sollicitudine veritatis indigeant, tum quæ ad dejectionem sacerdotalium graduum sunt districtius trutinanda, in quibus non tam de humilibus constitutis quam de divinæ quodammodo benedictionis refragatione tentatur. Nam grave satis est et indecens ut in re dubia certa dicatur sententia.

*Ne sacerdotes Domini, sicut vulgus solet, jurare compellantur. Cornelius papa Rufo Orientali episcopo.*

XXXIV (CORNEL. papa, *epist.* 2; BURCHARD. lib. I, c. 193). Sacramentum hactenus a summis sacerdotibus vel reliquis exigi pro fide recta cognovimus, nec sponte eos jurasse reperimus. Summopere A ergo sanctus Jacob apostolus **429** prohibens sacramentum loquitur, dicens: *Ante omnia autem, fratres mei... nolite jurare* (*Jac.* V). Hæc, fratres charisimi, ipse Dominus prohibet, id est non debere jurare, sacramenta non exigi nisi pro fide recta. Hæc apostoli maxime omnes, hæc sancti viri prædecessores nostri, qui huic sanctæ universali et apostolicæ Ecclesiæ præfuerunt ante nos, hæc prophetæ et reliqui sancti doctores per universum mundum dispersi ad prædicandum juramenta vetant.

*De ecclesiastica controversia testes.*

XXXV. Omnis controversia quæ de ecclesiasticis rebus fit, secundum divinam legem sub duobus vel tribus terminetur, dicente Domino: *Non unus stet contra alium, sed in ore duorum vel*
B *trium testium stet omne verbum* (*Matth.* XVIII). Similiter et de separatione conjugatorum, ut tres veraces homines hoc testificentur, si septem inveniri non valeant.

*De medico male curante.*

XXXVI. Medicus infantem incautius curans, claudicantem effecit. Quæsitum est an gradum in clero talis mereri possit. Et visum est quod hujusmodi debilitas, si alios bonos profectus ostenderit, eum a gradu non debeat prohibere.

*De clericorum tonsura.*

XXXVII. (*Concil. Tribur.*, c. 27; (BURCHARD. lib. VIII, c. 97.) Clericus si tonsuram dimissa uxore acceperit, qui quidem sit sine gradu, ne ad monasterium quodlibet a parentibus traditus, **430**
C si uxorem habere permittitur, iterum tonderi cogatur, nec in vita sua tonsuram negligere audeat. Quem autem progenitores tradiderunt, et in Ecclesia legit, nec uxorem ducere nec monasterium deserere poterit. Sed si discesserit, reducatur. Si tonsuram dimiserit, rursus tondeatur. Uxorem si usurpaverit, dimittere compellatur.

*De puellis monialibus factis.*

XXXVIII. (*Concil. Tribur.*, c. 24; BURCHARD. lib. VIII, c. 98.) Puella si ante duodecim annos ætatis sponte sua sacrum sibi velamen assumit, possunt statim parentes vel tutores ejus id factum irritum facere, si volunt. At si annum et diem dissimulando contenderint, ulterius nec illi nec ipsa mutare hoc poterunt. Porro si in fortiori ætate adoles-
D centula vel adolescens servire Deo elegerint, non est potestas parentibus hoc prohibendi.

*De laicis morientium presbyterorum substantiam diripientibus.*

XXXIX. (334) Perlatum est quoque ad sanctam synodum quod quidam laici improbe agant contra presbyteros suos, ita ut de morientium presbyterorum substantia partes sibi vindicent sicuti de substantia rusticorum suorum. Interdicimus itaque ne hoc ulterius fiat; sed sicut liberi facti sunt ad suscipiendum gradum et agendum divinum officium, ita ab eis nihil exigatur præter Dei officium. De peculio vero sacerdotum nihil sibi usurpent; sed ex duabus partibus faciant presbyteri quod sibi placuerit. Ter-

(334) Vide supra lib. II, cap. 59.

secundum canonum jussa, **431** quibus A
int relinquant ecclesiis.

*De manso et decimis.*

. (*Concil. Wormat.* c. 50 ; lib. I *Capitular.* BURCHARD. lib. III, c. 52). Item sancitum est pitulari ne de manso ecclesiæ, neque de de-, neque de oblationibus, nec de domibus vel juxta ecclesiam positis, aliquod servitium it præter ecclesiasticum. Si aliquid vero am-habuerint, inde faciant servitium senioribus

*is de servili conditione promoveatur ad clerum*

. (335) Nulli de servili conditione ad sacros is promoveantur, nisi prius a dominis propriis nam libertatem consecuti fuerint ; cujus li-is charta ante ordinandum in ambone pu- B legatur; et si nullus contradixerit, rite con-bitur. Porro si postea de gradu deciderint, int conditionis cujus fuerant ante gradum.

*bonis ecclesiasticis. Ex epistola canonica.*

II. Nullus episcoporum, presbyterorum, seu norum, vel etiam clericorum, prædia eccle-ı potestate habeat venundare, sed nec cui-parentum suorum donare ; et qui hoc ege-ib omni celeritate, reddito pretio, ad loca in quæ competunt revertatur. Si autem, hac vatione contempta, aliquis hoc præsumpse-s proprias in ipsa ecclesia relinquat, et ipse jiciatur, eo quod divina congruat ratione ut qui ecclesias accipiunt ad regendum, non spergendum accipiant. Simili modo nullam C int potestatem quolibet modo alienandum venundandum, sed nec sine voluntate pon-sui vicarios dandum, aut liberis dimitten-Qui hoc præsumpserit, ut superius censui-si habet proprietatem suam, aliud tan-estituat. Si non habuerit, exspoliatus omni-ras ejiciatur. Ipsæ tamen res ad ecclesiam, res sunt, revertantur.

*trimonio clericorum. Ex concilio Meldensi, cap. 21.*

III. (336) Investigandum an nihil patrimonii is presbyter quando provectus est ad ordi-ecclesiasticum, postea emerit prædia, cujus sint, annon ecclesiæ esse debent. Unusquis-nim presbyter proprias res, quas post diem D orationis acquisiverit, ecclesiæ relinquat. Si alieno nomine res comparaverit, et ibi stru-s fecerit, vel quæ ad ecclesiam ibi Deo collo-it, contra decreta canonum hoc malum agi-quia sacrilegium est, et par crimen... furis lignoscitur qui sacras oblationes furabatur.

*minis quæ religionis vestem domibus propriis taverint, si postea concubitum elegerint, quid ndum sit.*

IV. (Lib. VII *Capitular.* c. 257 : BURCHARD. III, c. 48). De viduis et puellis quæ habitum onis in domibus propriis tam a parentibus quam per se mutaverint (337), et si postea contra instituta Patrum vel præcepta canonum **433** conjugia crediderint copulanda, tandiu utrique habeantur a communione suspensi quousque quod illicite perpetraverunt emendent. Quod si emendare neglexerint, a communione vel omnium Christianorum convivio in perpetuo sint sequestrati.

*De viduis. Epistola beati Gregorii papæ Bonifacio archiepiscopo missa, in qua inter cætera ita legitur decretum.*

XLV. (BURCHARD. lib. VIII, c. 45). Viduas a proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consulere voluit dilectio tua, frater charissime, credo te nosse a sancto Paulo et a multis sanctis Patribus, nisi convertentur, olim esse damnatas ; quas et nos apostolica auctoritate damnandas et a communione fidelium atque a liminibus ecclesiæ arcendas fore censemus usquequo obediant episcopis suis et ad bannum [bonum] quod cœperunt invite aut voluntarie revertantur (338).

*De virginibus non velatis.*

XLVI. (BURCHARD. lib. VIII, c. 45). A sanctæ memoriæ prædecessore nostro Innocentio taliter decretum habemus : « Hæ vero quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, si nupserint, his agenda pœnitentia est, quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solvi sine vindicta non poterit. » Et contra [cætera]. Nam si virgines nondum velatæ taliter pœnitentia publica puniuntur et a cœtu fidelium **434** usque ad satisfactionem excluduntur, quanto potius viduæ, quæ perfectioris ætatis et maturioris sapientiæ atque consilii existunt, virorumque consortio multoties usæ sunt, et velari se permiserunt, habitumque religionis assumpserunt, et tamen apostataverunt, atque ad pejus votum [priorem vomitum] sunt reversæ, a nobis et ab omnibus fidelibus a liminibus ecclesiæ et cœtu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminandæ et carceribus tradendæ, qualiter, juxta beatum apostolum Paulum tradentes hujusmodi hominem Satanæ, ut spiritus salvus sit in die Domini. De talibus enim et Dominus per Moysen loquitur dicens : *Auferte malum de medio vestri.* De quibus et per Prophetam ait : *Lætabitur justus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris* (*Psal.* LVII). De talibus namque et eorum similibus atque eisdem consentientibus (quia non solum qui faciunt, sed etiam qui facientibus consentiunt, rei sunt (Dominus per eumdem prophetam David loquitur dicens : *Videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas* (*Psal.* XLIX). Et multa alia eorumque similia. Tales ergo

5) Vide supra lib. I, c. 407.
6) Vide supra lib. I, c. 219.

(337) Vide supra in I Append., c. 62.
(338) Vide supra in Appendice prima, cap. 58.

personæ indubitanter adulteræ esse manifestantur, decum [quia] relicto immortali sponso, ad anteriorem ut canes ad proprium reversæ sunt vomitum, et apostatæ factæ illicita ac sacrilega se contagione polluentes, viris mortalibus se conglutinantes. Quæ etiam, juxta eumdem apostolum Paulum, eo quod... viduitatis propositum dimiserunt, et fidem quam cum Deo pepigerunt frangere præsumpserunt, atque primam fidem prævaricaverunt, **435** sunt damnandæ a nobis. Quæ et a vobis et a reliquis nostri ordinis viris, a singulis videlicet sua in diœcesi, a liminibus ecclesiæ et cœtu fidelium usque ad satisfactionem, ut prædictum est, sunt eliminandæ (339).

*Ne clerici viduarum familiaritati associentur. Ex concilio Carthaginensi, cap.* 102.

XLVII. (*Concil. Carthag.* I, c, 120 ; Burchard. lib. VIII, c. 55). Ad reatum episcopi pertinet, vel presbyteri qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa adolescentiores viduæ vel sanctimonalies clericorum familiaritati subjiciantur.

*De viduis quæ ecclesiæ stipendiis sustentantur. Cap.* 103.

XLVIII. (*Ibid.* c. 103). Viduæ quæ stipendio ecclesiæ sustentantur, assidue in opere Dei esse debent, ut et meritis et orationibus suis ecclesiam adjuvent.

*De viduis quæ professa continentia prævaricantur. Cap.* 104.

XLIX. (*Ibid.* c. 104). Sicut bonum est castitatis præmium, ita majori observantia et præceptione custodiendum est ut si quæ viduæ, quamvis adhuc in minoribus annis positæ, et in matura ætate a viro relictæ, se devoverint Deo, et vestes laicales abjecerint sub testimonio episcopi, et post ad sæculum redierint, damnentur, quia fidem castitatis, quam Deo voverunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sint a Christianorum communione alienæ, quæ etiam nec in convivio **436** cum Christianis communicent. Nam si adulteræ conjuges reatu sunt suis viris obnoxiæ, quanto magis viduæ, quæ Deo religiositatem voverunt, crimine adulterii notabuntur, si devotionem, quam sponte Deo obtulerunt, libidinosa voluntate corruperint, atque ad secundas nuptias transitum fecerint ; quæ etsi violentia irruente ab aliquo præreptæ fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in conjugio raptoris vel violento viro consenserint, damnatione superius comprehensa teneantur obnoxiæ. De talibus enim dicit Apostolus *Cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt* (*II Tim.* V).

*De viduis quæ viduitatem professæ sunt coram episcopo. Ex concilio Arausicano, cap* 9.

L. (*Concil. Arausic.* I, c. 27 ; Burchard. lib. VIII, c. 43). Viduitatis servandæ professionem coram episcopo faciendam et habitum impositum minime violandum ; ejus vero raptorem, vel ipsam talis

A professionis desertricem merito damnandam decernimus.

*De virginibus quæ infra* XXV *annos necessitate cogente velantur. Ex concilio Carthaginis Africæ, cap.* 26.

LI. (*Concil. Milevit.* V, c. 26 ; *concil. Carthag.* VII, 7, c. 93). Placuit ut quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ *virginem velaverit* [virginalis, cum], cum vel petitor vel raptor formidatur, vel si etiam aliquo in mortis periculo scrupulo compuncta fuerit ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus ecclesia aut hi ad quos cura pertinet, velaverint virginem **437** infra XXV annos ætatis, ei non obsit concilium quod de ipso numero annorum constitutum est.

B *Non liceat mulieri sanctum velum acceptum dimittere.*

LII. (Lib. V *Capitular.* c. 113). Qualicunque modo mulier, permittente canonice viro suo, aut eo defuncto, velum sanctum acceperit in caput, aut sponte aut invite, eo permaneat omnino, nec dimittat.

*De communicantibus.*

LIII. *Quicunque manducaverit panem vel biberit calicem Domini indigne, vel immoderate, vel inordinate, reus erit corporis et sanguinis Domini. Reus*, id est, dignus ut damnetur ab ipso sacrificio, qui tantum mysterium ut vile despexerit. Scriptum est : *Omnis mundus manducabit ea. Anima quæ peccaverit, ut immunda exterminabitur de* C *populo suo. Indigne ;* ut Dominus ait : *Si ante altare steteris, et ibi recordatus fueris*, etc. Prius perscrutanda est conscientia, si in nullo nos reprehendit; et post offerre aut communicare debemus : Quidam dicunt : Dominus non indignum, sed indigne accipientem, revocat a sancto. *Sed* si dignus indigne accedens retrahitur, quanto magis qui non potest accipere digne. Unde oportet cessare a vitiis, ut sanctum Domini corpus sancte percipias. *Probet autem*, id est, quærat an dignus sit. Qui enim manducat, dupliciter reus effectus est, præsumptionis scilicet peccati : *Non dijudicans*, id est, non **438** discernens a cæteris cibis. (Apud Raban. in fine libri primi *de ministris ecclesiæ*). Ergo cum tanta sit plaga peccati atque impetus morbi ut medicamenta corporis et sanguinis D Domini differenda sint, auctoritate antistitis debet quisque ab altari removeri ad agendam pœnitentiam, et eadem auctoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere corpus et sanguinem Domini, si *quis* eo tempore accipiat quo debet agere pœnitentiam. Sancti namque ac religiosi et Deo acceptabiles antistites *cum* sub tectum Dei intrant, ibidem Dominus per eos ingreditur, tanquam Deum suscipiant. Et quando pane vitæ et poculo frueris, quando manducas *corpus* et bibis sanguinem Domini, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur. Ubi vero indigne ingreditur, ibi ad judicium ingreditur illi accipienti.

(339) Vide supra in Appendice prima, capp. 47, 56.

*ıacerdos moritur, quid de rebus ejus observetur. Ex concilio Ilerdensi.*

. (*Concil. Ilerd.* c. 16.) Licet de re hujuscequam constituere salubri ordinatione decerı, prisca auctoritas canonum nequaquam sised evidenti sanctione præceperit ut cujuus Ecclesiæ pontifice defuncto, non passim ɔitu suo in earum rerum direptionem, quas ı dereliquit, quisquis irruat, domumque sub, sed sacerdos qui exsequiarum tempore omnia quæ ad utilitatem et conservationem ant, debet diligenti circumspectione munire; ı quia hæc ipsa sanctio, quod pejus est, a ı clericis cognoscitur violari, ita ut occumsacerdote, exspectato [despecto] affectu, ıe **439** disciplinæ severitate posthabita, B niter quæ in domo pontificali reperiuntur ant et abstrahant, id nunc omne hujus plad constituti inter nos censura placuit custoıt defuncto antistite, vel etiam adhuc in sus agente, nullus clericorum cujuslibet ordifficii, aut gradus, quidquam de domo auferre ımat, vel de utilitate, quæ instrumentum ımenti] domus esse dignoscitur, de mobilibus nobilibus rei ecclesiasticæ conetur invadere, furto, nihil vi, nihil dolo supprimens, aufeatque abscondens. Sed is cui domus comest, subjunctis sibi cum consilio clerico [cleri] el duobus fidelissimis, omnia usque ad temontificis substituendi debet conservare, et his domo inveniuntur clericis consueta alimenta C nistrare. Subditus [substitutus] autem antistes pta ea, prout discessor [decessor] suus ordi, vel huic Deus inspiraverit, uti his debet quos ›verit disciplinæ et charitati decessoris sui fideıaruisse. Quod si quisquam post hæc cujuslibet is, ut superius dictum est, clericus quacunque ione de domo ecclesiæ vel de omni facultate ıiam probatus fuerit abstulisse vel forsitan dolo o suppressisse, reus sacrilegii prolixiori anaıte condemnetur, ut vix peregrina ei commuɔncedatur. Quia durum est ut hi quos constat vitio Domini cum primæ sedis antistite desuı, illorum qui suarum rerum incubatores vel ıtibus servientes atque vacantes fuisse noscunspectibus aliquatenus crucientur.

D

) *De accusatis sacerdotibus, sive etiam de optitibus palatii, atque gardingis. Ex conc. Tolet.*

. (*Concil. Tolet.* xiii, c. 2.) Sed et collationis ıu res nostro cœtui lacrymanda occurrit, quæ magis est synodalis judicii pondere abigenda, to majorem stragem populis affert pariter et ım. Etenim decursis retro temporibus vidimus os et flevimus ex palatini ordinis officio ecci, quos et violenta professio ab honore dejecit, ibale regum factione [sanctione] judicium aut iaut ignominiæ perpetuæ subjugavit. Quod imıbile malum et impietatis facinus exhorrendum iosi principis nostri animus abolere intendens, rali omnium pontificum arbitrio retractandum cit, et ultrici synodalis pœnitentiæ [potentiæ] A auctoritate cohibendum statuit. Unde congruam devotioni ejus sententiam decernentes, hoc in commune decrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu vel religionis sanctæ conventu regiæ subtilitatis astutia, vel profanæ potestatis instinctu, sive quorumlibet hominum malitiosæ voluntatis obnisu, citra manifestum et evidens culpæ suæ indicium, ab honore sui ordinis vel servitio domus regiæ arceatur, non vinculorum nexibus alligetur, non quæstioni aptetur, non quibuslibet tormentorum vel flagellorum generibus maceretur; non rebus privetur, non etiam carceralibus custodiis mancipetur, neque adhibitis hinc inde injustis occasionibus abdicetur, per quod illi violenta aut occulta vel fraudulenta **441** professio extrahatur. Sed is qui accusatur gradum sui ordinis tenens, et nihil de supradictorum capitulorum nocibilitate [nobilitate] persentiens, in publica sacerdotum seniorumque atque etiam gardingorum discussione deductus, et justissime perquisitus, aut obnoxius reatui defectæ culpæ legum pœnas excipiat, aut obnoxius judicio omnium comprobatus appareat. Illos tamen quos in locis talibus manere constiterit unde nocibilis perfugii suspicio sit, aut eos quos pro conturbatione terræ diligentius oportet custodire, hos sine aliquo vinculorum vel injuriæ damno sub libera custodia consistere oportebit. Sic tamen, repulso omni terrore, sub circumspecta et diligenti custodia habeantur ut tempus quo judicari eos oportet, nullo modo sub fraudulentia dilatetur, quo ab uxoribus vel propinquis atque etiam rebus suis diutissime separati, professionem suam videantur dedisse inviti; quæ tamenetsi data fuerit, modis omnibus non valebit; sed, juxta superiorem ordinem, illud pro vero accipietur quod ex ore ejus agnitum generali fuerit judicio comprobatum. Nam et de cæterorum ingenuorum personis, qui palatinis officiis non conferunt [hæserunt], et tamen ingenuæ dignitatis titulum reportare videntur, similis ordo servabitur; qui etiamsi pro culpis minimis, ut assolet, flagellorum ictibus a principe verberentur, non tamen ex hoc aut testimonium amissuri sunt, aut rebus sibi debitis privabuntur. Quod si de infidelitatis crimine quidquam eis objicitur, simili, ut superius præmissum est, ordine judicandi sunt. Quod synodale decretum, **442** divino, ut confidimus, Spiritu promulgatum, si quis regum deinceps aut temeranter custodire neglexerit, aut malitiose præterire præelegerit, quo quisque de personis taxatis aliter quam præmissum est prædamnetur, aut ex factione conjectæ in eum malitiæ [astu congestæ mal.] perimatur, vel dejectus sui ordinis loco privetur, et cum omnibus qui ei ex delectatione consenserint, in conspectu altissimi Dei Patris et unigeniti Filii ejus atque Spiritus sancti perenni anathemate ultus, et divinis vel æternis abdicetur [addicetur] ardoribus concremandus. Et insuper quidquid contra hanc regulam sententiæ nostræ aut in persona cujusquam fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ exstiterit judicatum, nullo

vigore subsistat, quo persona ipsa aliter quam decernimus judicata aut testimonii sui dignitatem amittat, aut questu rei propriæ careat. Nec tamen per hæc et hujusmodi statuta principibus domesticæ correptionis [enim hæc et alia promentes princ. d. correct.] potestas adimitur. Nam specialiter de laicis illis quos non culpa infidelitatis astringit, sed aut servitii sui officio torpentes aut in commissis sibi actibus reperiuntur esse mordaces vel potius negligentes, erit principi licitum hujusmodi personas absque aliqua eorum infamia vel rei propriæ damno et servitii mutatione corrigere, et in locum talium [commissos talium] alios qui placeant transmutare.

*Ne quis sine actore condemnetur. Ex concilio Toletano* VI, *tit.* 40.

LVI. (*Concil. Tolet.* VI, c. 11.) Dignum est ut vita innocentum non maculetur pernicie accusantium, adeo ut **443** quisquis a quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio dedicetur quam accusator præsentetur, atque legum et canonum sententiæ exquirantur [sententia exquiratur]; ut si indigna ad accusandum persona inveniantur, ad ejus accusationem non judicetur, nisi ubi pro capite regiæ majestatis causa versatur.

(340) Remotis igitur ab inimicitiis, ab insidiis, a mendaciis, remotis ab omni genere flagitiorum sive facinorum, ipsis scilicet presbyteris qui accusati fuerint, quomodo convincantur, aut quomodo defendantur. Apostolus enim ad Timotheum loquitur dicens: *Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantem coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant* (*I Tim.* v). Dominus in Evangelio Judæis dicit: *In lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est* (*Joan.* III). De accusatoribus vero clericorum in canonibus satis invenitur, et maxime in Carthaginensi concilio ut accusatoris quæratur fides et conversatio. Si autem presbyteri et diaconi fuerint a cusati, adjuncto sibi ex vicinis locis legitimo numero collegarum, quos ab episcopo accusati petierint, una secum in presbyterii nomine sex, in nomine diaconii tres, ipsorum causas discutiant.

(340) Hæc non pertinent ad hunc canonem Toletanum.

---

# STEPHANI BALUZII

# NOTÆ

## AD LIBROS REGINONIS DE ECCLESIASTICIS DISCIPLINIS.

---

**444-523** DE VITA REGINONIS.

Regionem patria Germanum fuisse scribit Trithemius, ex conjectura, ut opinor. Videbat enim eum monachum et abbatem fuisse Prumiensis monasterii in diœcesi Trevirensi, quod *cum omnibus villis dominicatis et vassallorum* additum regno Germaniæ fuerat ex pactis initis, anno 870, inter Carolum Calvum Franciæ occidentalis regem et Ludovicum regem Franciæ orientalis, id est Germaniæ, ut patet ex titulo 37 Capitulorum ejusdem Caroli. Per ea tempora Normanni, Galliæ Germaniæque vastatores, regnum Arnulphi, qui Carolomanno Ludovici filio, patri autem suo, successerat, ingressi anno octingentesimo nonagesimo secundo, ad monasterium Prumiense tandem pervenerunt. Ei tunc præerat Farabertus abbas. Hic ergo aliqua monachorum suorum parte comitatus, cedens tempori, se in fugam contulit. Qui in monasterio deprehensi fuerunt, omnes vel trucidati vel in captivitatem abducti a barbaris sunt. Ii deinde expugnato direptoque vicino quodam castro, cum ingenti præda ad classem regressi, oneratis navibus, cum omnibus **524** copiis, ut Regino scribit in libro secundo Chronicorum, transmarinas repetunt regiones, id est Franciam occidentalem. Accepta ea calamitate Farabertus, victus propterea tædio rerum humanarum, abdicare se magistratu constituit. Tum temporis istud non licebat nisi cum auctoritate principum, quod omnia monasteria in eorum potestate essent, uti diximus ad epistolam 29 Lupi Ferrariensis. Itaque quoties monasterii cujuspiam abbas excesserat e vivis, aut ab administratione recedebat, rex in cujus ditione constitutum erat monasterium, novum abbatem in locum ejus substituebat. Aliud obtinebat si regali auctoritate, id est diplomate ac privilegio, tributa erat monasterio facultas eligendi abbatem. Nam eo casu monachi poterant eligere abbatem; neque dabatur e palatio. Farabertus igitur accessit ad regem Arnulphum; et cum impetrasset ab eo de relinquendo regimine monasterii Prumiensis, sponte deseruit curam pastoralem. Habebant autem monachi Prumienses, ut ex Reginone discimus, *regalem auctoritatem*, id est diploma regium, quo illis concessum erat uti ex se eligere possent abbatem. Coacto itaque conventu, monachorum suffragia vocesque in Reginonem convenerunt, virum, ut colligitur

ex libris ejus de Disciplinis ecclesiasticis, dignissimum A eacura, dignissimum ea dignitate. Verum quia nihil tanto ac tam mirifico consensu agitur inter mortales quin aliquos semper habeat repugnantes et obtrectantes, post aliquot exinde annos, æmulorum suorum artibus, ut ipse tradit, dejectus est, anno nimirum octingentesimo nonagesimo nono. Omnino autem par est existimare factum istud esse auctoritate principis. Abbates enim tum et diu post deponebantur a principibus absque synodali jussione, sola ipsorum auctoritate, ut pluribus probari posset. Agressus erat Regino narrationem istius suæ calamitatis in libro secundo Chronicorum. Quo casu factum sit ut illa non pervenerit usque ad hæc ultima tempora, perieritne monachorum Prumiensium arte et industria, ne, quiescente B jam exstinctaque invidia, tantæ infamiæ memoria superesset, an quia Regino destinata non composuit, seu quia ea narratio periit injuria temporum, difficile dictu est. Unum affirmare licet, **525** lacunam in hoc loco esse apud Reginonem. Inquirenti autem mihi in causas dejectionis hominis tam excellentis nihil probabilius occurrit quam amor veteris disciplinæ, fastidiosum illum ac gravem monachis suis fuisse ob nimiam mentionem veterum regularum, adeoque eorum odia promeritum esse justissima de causa. Quid enim iniquius aut indignius, quid insulsius, quam ut eo tempore quo miseri homines bellis domesticis et externis afflicti erant, eorum quies post tot mala turbaretur etiam importunissima rarum vanarum commemoratione, C in nullum rei publicæ aut privatæ usum? Causati ergo apud principem, qui tum adhuc erat Arnulphus, abbatem Reginonem monasterio suo inutilem ac damnosum esse, ut nimis deditum studiis litterarum, bonum monachum, ut de Balduino Cantuariensi archiepiscopo dicebat olim Girardus Cambrensis, sed malum abbatem, qui nec præesse sciat nec prodesse, illum hinc removeri et alium in loco ejus postularunt substitui. Ne quis vero existimet me in hac conjectura oberrare, neque eam potuisse esse monachorum Prumiensium dementiam ac furorem ut abbatem suum ob hoc odorint quia litterarum studiis deditus erat, ostendam me verum dicere exemplo valde illustri ejusdem sæculi, quod editum est in persona magni viri Rabani D Mauri abbatis Fuldensis in eodem Germaniæ regno. Expulsum illum atque ejectum e monasterio suo fuisse anno 842 docuit nos auctor Chronici Hildesheimensis, et aliunde illum eo anno reliquisse regimen monasterii Fuldensis probavimus certissimis argumentis in notis ad epistolam quadragesimam Servati Lupi abbatis Ferrariensis. Causas ob quas pulsus est non dicam ego, sed vetus codex ms. a Nicolao Serario laudatus in libro quarto Rerum Moguntiacarum, pag. 643: « Rabanus anno 842 Fuldensi pulsus est abbatia, fratribus monachis causantibus ipsum studiosum, nimis intentum scripturis, temporalia negligere.» Hanc monachorum stultitiam et improbitatem acriter exagitat Trithemius in libro de Scriptoribus ecclesiasticis, illam descendere faciens ex impulsu diaboli. Hæc sunt ejus verba loquentis de Rabano: « Tandem offensus improbitate monachorum suorum, qui eum dicebant nimium scripturis **526** intentum temporalia negligere, agente id in eis diabolo, displicentiam contra eum acceperunt, scandalizati in eo quo maxime debuerant ædificari. Dans igitur locum iræ, nec cum ingratis ovibus diutius manere consentiens, monasterium et ejus habitatores deseruit. » Sed ad Reginonem. His itaque nugatoriis accusationibus Reginonem impetentes monachi Prumienses, eum sibi adimi postularunt ab Arnulpho. Postulata eorum juverunt turbulentissima reipublicæ tempora. Nam quia Arnulphus assiduis bellis distinebatur, adeoque propter hanc causam magis indigebat bellatoribus quam viris litteratis, usi ista opportunissima occasione monachi Prumienses, Gerardo et Mattrido comitibus, quorum magna auctoritas in aula Arnulphi erat, spem haud dubie fecerunt fore uti fratrem eorum Richarium eligerent si obtinere a principe possent dejectionem Reginonis et eligendi potestatem. His enim artibus uti solitos per illa tempora monachos, ut eorum favorem mercarentur qui præcipuum dignitatis aut gratiæ locum obtinebant apud præsules rerum humanarum, testatur Ratpertus in capite tertio libri primi de Origine et Casibus monasterii sancti Galli. Tum illud quoque ex Luitprandi lib. IV, cap. 15, discimus, consuevisse magnates abuti temporum pertubatione, ut abbatias sibi concedi postularent a principibus. Neque dubium est Gerardum atque Matfridum multa ausos esse in gratiam Richarii. Arnulphus ergo, videns hos duos potentissimos homines urgere hoc negotium, ut frater eorum Richarius sedem Reginonis, cum vacua foret, occupare posset, dedit manus, vinci se passus est, abbatiamque Reginoni ademit ut Gerardo atque Matfrido gratificaretur, quorum ope et auxilio indigebat in hac regni pertubatione. Temporum enim rationem atque inclinationem permagni momenti esse in republica recte observatum est olim. Ita Regino fit ex abbate simplex monachus; et Richarius admodum juvenis in loco ejus ponitur anno, uti diximus, octingentesimo nonagesimo nono; cujus horrenda facinora ac mores abbate parum dignos vehementer exagitat Fulcuinus in capite 19 de Gestis abbatum Lobiensium. Privati deinde hominis vitam egit Regino, cum libris suis se oblectans, semper aliquid **527** scribens. Huic illius otio et quieti debemus præclarum istud opus de ecclesiasticis Disciplinis et Religione Christiana, quod jussu Rathboldi archiepiscopi Trevirensis elucubravit circa annum Domini nongentesimum sextum. Eo perfecto opere, Chronica sua adornavit et confecit anno nongentesimo octavo, ut ipse fidem facit in epistola ad Adalberonem episcopum Metensem, cui opus illud Chronicorum inscripsit. Fuerit ne postea superstes per multos annos invenire non potui. Est tamen qui existimat eum pervenisse usque ad annum saltem nongentesimum duodecimum

Illo vero tempore quo adhuc Regino abbas erat A Prumiensis, Hugo Lotharii regis filius dolo captus ab Arnulpho, primum oculis privatus est pro more illorum temporum, deinde in monasterium sancti Galli projectus, postremo temporibus Zwentiboldi regis factus monachus apud Prumiam. Testatur id ipse Regino his verbis : « Novissime temporibus Zundibolchi regis in Prumia monasterio manu mea attonsus est. Erat enim tunc temporis in eodem loco Dominici ovilis, quamvis non idoneus, tamen custos. » Atque hæc de vita hominis dixisse sufficiat.

## NOTÆ AD TITULUM LIBELLI.

*Incipit libellus.* Hic est verus titulus istorum librorum. Sic enim omnino habet codex Viennensis B ab Hildebrando laudatus, tum etiam codex ms. Parisiensis quo nos usi sumus. Quin et Trithemii auctoritas ita confirmat, apud quem ita legitur in libro de Scriptoribus ecclesiasticis, cum de his Reginonis libris agit : « Scripsit autem præfatum opus, quod prænotatur de ecclesiastica Disciplina et Religione Christiana, jubente Rathbodo archiepiscopo Treverensi. » Hildebrandus, cum titulus deesset in codice academiæ Juliæ, et nihil adhuc certi compertum haberet de libro Viennensi, hunc titulum fecerat his libris : *De veteris Germanniæ disciplina ecclesiastica.* Postea, cum missus ad illum fuisset titulus ex codice Viennensi, ista posuit in fronte libri : *Reginonis Prumiensis de disciplina ecclesiastica veterum præsertim Germanorum libri duo.* Nobis religio fuit discedere a scriptura C veterum codicum. Sed ante quam ultra progrediamur, puto non injucundum **528** fore lectoribus eruditis si hic proposuero titulum horum librorum, qualis nimirum hodie est in vetustissimo codice Parisiensi, deinde qualis esse debuit. Sic igitur illic legitur :

INCIPIT LIBELLUS<br>
DISCIPLINIS ET RE<br>
COLLECTUS EX JUSSU<br>
RATHBODI TREVERICÆ<br>
A REGINONE ABBATE<br>
MONASTERII EX DI<br>
CONCILIS ET DECRETIS<br>
FELICITER IN DEI NOMINE.<br>
AMEN.

Hunc titulum vir eruditissimus Joannes Morinus sic edidit in appendice libri de Pœnitentia pag. 39: *Incipit libellus de disciplinis recollectus ex jussu Rathbodi Trevericæ a Reginone abbate monasterii ex divinis conciliis et decretis.* Scilicet destitutus fuit codice in quo exstaret integer titulus. Nam in isto habetur tantum media pars tituli, ea nimirum quæ charactere atro scribi debuit. Solebant antiqui librarii, venustatis causa, titulos librorum scribere interdum cum atramento, interdum cum minio, id est, rubro colore : unde rubrica pro titulo. Interdum vero utroque utebantur, scilicet ut prima linea atra esset, secunda rubra, tertia rursum atra, et sic de cæteris, vel e converso. Fortassis autem qui librum scribebat, non idem miniabat secundas lineas, sed illas alii cuipiam artifici miniandas tradebat; unde contingere quandoque poterat ut secundæ lineæ non describerentur per incuriam librariorum aut aliam ob causam, ut accidit huic libro Reginonis. Quot ut apertius evadat, hic visum **529** est exhibere titulum istorum librorum, qualis nimirum esse debuit in codice Parisiensi, additis ex Viennensi lineis quæ in nostro desunt

INCIPIT LIBELLUS<br>
DE ECCLESIASTICIS<br>
DISCIPLINIS ET RE<br>
LEGIONE CHRISTIANA<br>
COLLECTUS EX JUSSU<br>
DOMINI METROPOLITANI<br>
RATHBODI TREVERICÆ<br>
URBIS EPISCOPI<br>
A REGINONE ABBATE<br>
QUONDAM PRUMIENSIS<br>
MONASTERII EX DI<br>
VERSIS SANCTORUM PATRUM<br>
CONCILIIS ET DECRETIS<br>
ROMANORUM PONTIFICUM<br>
FELICITER IN DEI NOMINE.<br>
AMEN.

Illud etiam admonendum videtur, veteres illos librarios colore quoque interdum cæruleo aut viridi usos esse pro minio, ut videre est in vetustissimis codicibus manuscriptis.

IBID. — *Rathbodo.* Fuit is archiepiscopus Trevi- C rensis, ut fert titulus, ordinatus anno 883, VII Idus Aprilis, ut Regino tradit in libro secundo suorum Chronicorum. Huic enim credendum puto potius quam Trithemio, qui scribit in Chronico Hirsaugiensi ordinatum illum fuisse anno octingentesimo octuagesimo sexto. Erat autem abbas Mediolacensis. Anno deinde 889 abbatia sancti Servatii Trajectensis unita est ecclesiæ Trevirensi beneficio et auctoritate Arnulphi Germaniæ regis, ut patet ex ejus præcepto, quod editum est a Wilhelmo Kyriandro ex Gestis Treverorum, deinde vero ab Auberto Myræo. Quam donationem confirmaverunt sequentes reges. De Rathbodo porro vide quæ scribuntur in Annalibus Fuldensibus ad annum nongentesimum.

D IBID.—*Quondam abbate.* Legendum *abbate* **530** *quondam.* Error contigit ex transpositione vocabulorum.

## NOTÆ AD CAPITULA INQUISITIONIS.

*Incipit inquisitio.* In veteri codice ms. Parisiensi hæc tantum habentur, omissis videlicet lineis quæ minio rubricandæ erant.

VEL EJUS MINISTRI IN SUO<br>
INQUIRERE DEBEANT PER<br>
ATQUE PARROECHIAS.

Nos reliqua supplevimus, partim opere horum duorum verborum *Finit inquisitio*, quæ exstant post Inquisitionem in codice Parisiensi, tum etiam ex editione Helmæstadiensi, quæ sic habet in hoc loco : *Instructio de his quæ in visitationibus episcoporum vel*

*ejus ministros per vicos, pagos, et parœchias suæ diœceseos inquirere olim oportuit.*

*Ejus ministri.* Id est, archidiaconi, archipresbyteri, quibus sub episcopo incumbit sollicitudo ecclesiarum, Chartularium S. Dionysii de Capella in diœcesi Bituricensi, cap. 26 : « Monachi sæpissime calumniantes, venientes in præsentiam domni Richardi, fecerunt clamorem de archipresbytero ministro suo. » Vide Reginonem lib. II, cap. 1. Certum est ministrorum episcopi vocabulo intelligi archidiaconos et archipresbiteros, ut diximus. Sed tamen hic lubet addere testimonium Lanfranci archiepiscopi Cantuariensis in epistola 27 ad Stigandum episcopum Cistrensem: « Clerici villarum nostrarum, inquit, qui in vestra diœcesi existunt, questi nobis sunt quod vestri archidiaconi, repertis occasionibus, pecunias ab eis exquirunt et a quibusdam jam acceperunt. » Et infra : Mandamus itaque ut male accepta sine dilatione reddi jubeatis, et ministris vestris, ne ulterius id præsumant, servandæ charitatis studio prohibeatis. »

Ex epistola 32 ejusdem Lanfranci colligimus etiam illius ævo communionem corporis et sanguinis Domini tribui solitam pueris. Consultus enim super ea re a Domnaldo Hiberniæ episcopo, ad eum ipsa rescripsit : « Revera et procul pulsa omni ambiguitate sciatis neque transmarinas Ecclesias, neque nos Anglos hanc de infantibus tenere sententiam quam putatis. Credimus enim generaliter omnes omnibus ætabitus plurimum expedire tam viventes quam morientes Dominici corporis et sanguinis perceptione sese munire. » Vide nota clarissimi viri Lucæ Dacherii ad hunc locum.

CAP. I. — *In primis.* Non dubitabat Hildebrandus quin ista Inquisitio pertineret ad collectionem canonum a se editam. Sed tamen nunc certum est eam a Reginone positam esse in initio libri primi, uti ostendimus in præfatione. Præterea ea exstat in codice Reginonis eo ordine quo nos illam edidimus, id est, post titulum operis. Denique Trithemius de hac ipsa lucubratione agens, primaque illius verba, ut assolet, referens, hoc ejus exordium fuisse docet. *In primis inquirendum.* In præfatiuncula porro quæ posita est in fronte libri primi jam monuimus Inquisitionem istam fuisse formulam secundum quam episcopi et eorum ministri presbyteros interrogabant per parœcias, eaque formula usum fuisse etiam Hincmarum archiepiscopum Rhemensem. Quod itaque tunc in aversione et quasi per transennam dictum est, tantum ut gustus quidam **531** istius inquisitionis daretur erudito lectori, nunc paulo uberius explicandum est ob dignitatem materiæ, qua vix ulla est illustrior in hoc genere studiorum. Primum itaque certum est ea sollicitudinem episcopis antiquitus incubuisse ut plebes suas singulis annis per se visitarent, si id fieri absque gravi eorum incommodo posset, sin minus, certe per presbyteros aut diaconos probabilis vitæ, qui reditus basilicarum et reparationes et ministrantium

A vitam inquirerent, ut scriptum est apud Reginonem in capite nono libri primi ; qua de re pluribus nuper a nobis dictum est ad Agobardum. Presbyteri igitur qui plebes regebant, episcopo aut ministris ejus rationem semel in anno reddere tenebantur suæ villicationis, tam de fide catholica et administratione sacramentorum quam de bono basilicarum statu. Nulli enim sacerdotum licebat ignorare canones. Rudi deinde sæculo, cum presbyteri ut plurimum expertes erant ecclesiasticæ disciplinæ, exutaque esset omnis priscorum canonum, ut vetustate exoletorum, reverentia, necessarium fuit illis componi brevissimum regularum suarum breviarium, ne quis ignorantiæ prætextu se tueri posset. Quam ob rem edita est

B Admonitio illa quæ nunc circumfertur sub nomine Leonis IV, in qua continentur vivendi et docendi ecclesiasticæ regulæ. Sed antequam de illa plura dicamus, opere pretium est observare consuevisse rusticanarum ecclesiarum presbyteros ad civitatem venire singulis annis in Cœna Domini, duabus de causis: primum *pro inquisitione ministerii sui,* deinde *pro chrismate accipiendo,* ut verbis Hincmari utamur ex Capitulis ejus tit. 5, cap. 5. Simul autem, ex instituto Carlomanni principis in synodo cui sanctus Bonifacius interfuit, reddere tenebantur episcopo rationem ministerii sui, ut patet ex ejus decreto, quod exstat in libro quinto Capitular , cap. 2 : « Decrevimus quoque juxta sanctorum canones ut unusquisque presbyter in parœchia habi-

C tans episcopo subjectus sit illi in cujus parœchia habitat, et semper in quadragesima rationem et ordinem ministerii sui sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de precibus et ordine missarum, episcopo reddat et ostendat. » Refert istud decretum et Bonifacius in epistola 105 ad Cudbertum. Capitula **532** Herardi archiepiscopi Turonensis, cap. 73 : « Ut dicendi gratia ad civitatem, vel ad loca constituta presbyteri veniant quadragesimali tempore. » Postea vero istud mutatum est, vetitumque ne presbyteri ad civitatem discendi gratia veniant quadragesimali, ut patet ex Reginone lib. I, cap. 76 : unde in libro VII Capitular., 108, scriptum est simpliciter absque nota temporis : « Ut unusquisque presbyter per singulos an-

D nos episcopo suo rationem ministerii sui reddat, tam de fide catholica, quam de baptismo, atque de omni ordine ministerii sui. Sed quamvis mutatum esset tempus quo venire ad civitatem presbyteri debebant pro inquisitione ministerii sui et ut simul redderent rationem villicationis suæ tamen manebat constitutio illa quæ presbyteros semel in anno statuit ad episcopum in civitatem venire synodo ejus interfuturos, ut patet etiam ex concilio Arelatensi VI, cap. 4. In hac ergo synodo, post lectum Evangelium, diaconus publice legebat admonitionem de qua mox dicebamus, ut patet ex editione ejusdem Admonitionis quæ præfixa est decreto Burchardi, ubi sic legitur : Admonitio in synodo, finito Evangelio, a diacono legenda, epicopo et cæteris in ordine se-

dentibus. » Istud ipsum probatur ex vetusto codice A nostro ms., ubi hæc leguntur : « Postea legatur Evangelium solito more. *Respiciens Jesus discipulos, dixit Simoni Petro : Si peccaverit in te frater tuus.* Sequantur septem psalmi cum precibus quibus placuerint. Quibus finitis, episcopo et cæteris in ordine sedentibus, a diacono legatur hæc Admonitio : *Fratres presbyteri,* » etc. Postea introductum est ut illam episcopus legeret, si vellet. Nam in Ordine Romano, cum ventum est ad hunc locum, pro eo quod codex noster habet *a diacono legatur* etc., ita scriptum est : *ab ipso episcopo sive a diacono ex ipsius persona legatur hæc admonitio.* Demum, cum nollent diaconum hic agere ministrum episcopi, mentionem ejus ab hoc loco sustulerunt. In Pontificali quippe Romano B Augustini Patricii de Pilocominibus episcopi Pientini ac in illis quæ postea cusa sunt ita legitur, nulla diaconi mentione : « Demum pontifex adhuc in sede prædicta cum mitra sedens, si placet, congregatos admonet et exhortatur sub hujusmodi verbis : *Fratres* **533** *charissimi,* » etc. Sed redeamus ad antiquitatem. Deinde episcopus in synodo uniuscujusque parœciæ, cum visitationis munus obibat, presbyteros interrogabat secundum titulos admonitione illa comprehensos. Synodum vocavi visitationem episcopi, concilii Rothomagensis auctoritate fretus : ubi, prout a Reginone laudatur in initio libri secundi, præcipitur archidiaconis et archipresbyteris qui parœcias visitant cum episcopo, uti cum is ad aliquam ecclesiam C accessurus est, ei præeant uno vel duobus diebus, plebemque admoneant *ut omnes ad ejus synodum die denominata impræ!ermisse occurrant.* Sed quid opus, inquies, ut plebes adsit in ecclesia cum episcopo, quando ille visitat parœcias suæ diœceseos ? Primum, quoniam episcopus inquisiturus erat de vita et conversatione presbyterorum ac sequentium clericorum, testimonium habendum erat Christianæ plebis quæ illic vice Christi regebatur. Sed præterea episcopus in synodo illa interrogabat etiam de vita laicorum, si quis videlicet incestum, adulterium aut homicidium commisisset, si quis alienas res rapuisset, et plurima hujuscemodi, ut patet ex Reginone lib. I, cap. 7 et 10, et lib. II, cap. 5. Ea causa erat adunandæ D plebis ecclesiasticæ. Atque in sancta illa priscorum episcoporum cura et diligentia positus haud dubie erat nervus ecclesiasticæ disciplinæ ; qua ruente, necesse est omnia in pejus ruere et retro collapsa referri. Igitur ut ad rem ipsam veniamus, sic constituere possumus, Inquisitionem illam, ut et Admonitionem, non unius cujuspiam diœceseos fuisse, sed generalem omnium, adeoque usu receptam per omnes Occidentis regiones. Admonitionem sane, cui respondent tituli Inquisitionis, per omnes ubique orbis nostri provincias usurpatam fuisse hinc colligi potest quod in fronte Burchardi, uti jam adnotavimus, et in veteri codice nostro ms. descripta est tanquam formula eorum quæ ab unoquoque episcopo annuntianda erant presbyteris in synodo civitatensi residentibus. Quam sententiam confirmat et hodiernus Ecclesiæ usus, secundum quem ea Admonitio, quamvis multum diversa et mutata ab illa veteri, ab episcopo mitrato legitur residente in sua synodo diœcesana. Præterea cum illa antiquitus in variis **534** regionibus ac diœcesibus usitata fuerit, par est existimare factum id ab episcopis ex formula. Nam usu cognitam fuisse in Hispania Tarraconensi ex eo colligi abunde potest quod descripta reperitur in vetustissimo codice ms. monasterii Rivipullensis in diœcesi Ausonensi. Pro Italia fidem faciet Ratherius episcopus Veronensis, qui illam totam integram inseruit in suo sermone synodali, qui editus est in tomo secundo spicilegii Dacheriani. In Germaniam denique penetrasse docet editio illa Burchardi quam supra memoravimus, tum etiam vetus codex ms. monasterii Nereshеimensis in diœcesi Augustana, ubi illa habetur sub titulo sermonis synodalis. Hunc sermonem Marcus Velserus edendum dedit primum Jacobo Gretsero in calce Apologiæ Baronianæ, pag. 457 ; deinde vero Severino Binio in secunda Conciliorum editione. Frustra porro et idem Velserus ; qui propterea quod codex ille Nereshimensis scriptus est anno 1009 existimat sanctum Udalricum episcopum Augustanum istius sermonis auctorem esse. Frustra, inquam, cum ex his quæ dicta hactenus sunt facile colligi possit Admonitionem illa multo antiquiorem esse sancto Uldarico. Existimant vulgo conditam illam fuisse a Leone IV pontifice Romano, cui illam tribuunt nonnulli vetusti codices. Sed ego puto illam Leone antiquiorem esse et eodem prorsus tempore emersisse quo Inquisitio prodiit. In ea vero sententia omnino sum, ut quoniam nonnulla in Inquisitione continentur adversus paganos et mores ac superstitiones a paganis descendentes, putem illam fuisse conditam ævo sancti Bonifacii archiepiscopi Moguntini, aut certe non ita multo post, subinde vero auctam et emendatam pro variis Ecclesiarum ac provinciarum consuetudinibus et moribus populorum. Multum interim debemus Reginoni, qui nobis illustre hoc antiquitatis monumentum conservavit integrum, adeoque locum dedit huic nostræ observationi. Optandum autem esset ut quemadmodum Admonitio retinetur magna ex parte, ita Inquisitio revocaretur in usum a sanctissimis sæculi nostri episcopis, ut una disciplinæ forma esset in omnibus, et ut miserrimi rusticanarum ecclesiarum presbyteri, qui maximam partem **535** eorum quæ Admonitione et Inquisitione continentur prorsus ignorant, ad cognitionem traherentur et studium earum rerum quas ipsos scire necessarium omnino est ut iram vitare possint summi pastoris pastorum Domini nostri Jesu Christi. Quotus enim quisque et hodie, præsertim in provinciis ab humanitate soli Parisini dissitis, cui hæc nota sint ? Sed episcoporum ista cura est, non clericorum. Itaque ipsi viderint. Ego me culpa libero.

Cap. 10. — *Missal. plenar.* Ita codex Parisiensis

et editio Helmæstadiensis; et consentiunt etiam omnes editiones Admonitionis. Walterius tamen Aurelianensis, cap. 7, habet, *Missalem*, *Psalterium*. Hanc lectionem adjuvat caput 72 libri primi Capitularium : *Evangelium et Psalterium et Missale*. Vide etiam Bedam in capite secundo libri de Remedis peccatorum.

Cap. 11. — *Retiati*. Editio Helmæstadiensis et Capitula Hincmari habent *recitati*, nullo, ut arbitror, sensu. Nam isthic non agitur de recitatione divini officii, sed an libri ad rem divinam faciendam necessarii sint bene religati et compacti. Quemadmodum enim summa cura providebant ut libri illi bene correcti essent et emendatissimi, ut patet ex variis locis Capitularium et ex institutionibus episcoporum illius ævi, ita profecto debebant providere ne per incuriam dissipari possent si religati ac compacti probe non fuissent. Ea de causa episcopus inquirebat per parœchias an bene retiati essent. Retiatos autem dixerunt, ut opinor, similitudine ducta a retibus factis ex nervis, partem pro toto accipientes. Nam libri in dorso religantur ad nervos.

Cap. 12. — *Cerarios*. Lib. v Capitular., cap. 128, et lib. III Leg. Longobard., tit. 5, cap. 1 : *De cerariis et tabulariis et chartulariis sicut a longo tempore fuit observetur*. Cerarios Lindenbrogius interpretatur eos qui cera obsignant litteras : quem sequitur Spelmannus. Hic tamen apud Reginonem longe aliud significat hoc vocabulum. Moris haud dubie tum erat, quod et hodie quoque apud Lemovices observatur, ut in unaquaque ecclesia esset certus cereorum numerus, sed cereorum qui hominis staturam æquarent, ita porro crassi essent ut eos homo ambabus manibus amplecti aut comprehendere vix posset, moles cereorum, ut **536** vocat Vigilantius apud Hieronymum. Cereos, ut dixi, istiusmodi pro cujusque facultatibus plures aut pauciores habent ecclesiæ Lemovicum, qui in multos annos durant, et *Cires* vocantur, quod vocabulum nihil præterea significat quam istud cereorum genus. Ii ergo intra ecclesiam servabantur in certo loco, in conspectu tamen fidelium semper positi; accendebantur autem in præcipuis festivitatibus, tum etiam circumferebantur in processionibus. Nam ista sic hodie fiunt ex veteri haud dubie instituto. Et quia cerei illi diu durabant, numerabantur in supellectili Ecclesiæ. Eam itaque ob causam inquirebant olim quot cerarios haberet unaquæque ecclesia.

Cap. 13. — *Bonvaria*. Editio Helmæstad., *bona arva*. Hincmari Capitula tit. 2, cap. 2 : « Si habeat mansum habentem bunnuaria duodecim. » Idem Hincmarus in opusculo LV Capitulor., cap. 1, de Attolæ curte : « Non habet nisi de terra arabili bunnuaria duo semis, et de alia terra, etc., bunnuaria quatuor semis; quæ in summa sunt de terra arabili bunnuaria septem. » Lotharius imperator lib. III Leg. Longobard., tit. 1, cap. 46, jubet ut secundum constitutionem Ludovici patris sui unicuique ecclesiæ « unus mansus cum XII bunvariis de terra arabili detur. » Præceptum Caroli Calvi pro monasterio sancti Bertini in Sithiu : « Mansum indominicatum cum bunvariis decem. » Charta Macharii et Gondradæ pro ecclesia Cameracensi, apud Baldericum lib. I, cap. 52 : « Mansum dominicatum cum castitiis, ad quem respiciunt de terra arabili bunvaria quatuor. » Glossarium Papiæ : « *Bunvarium*, mensura quædam terræ, sicut jugera. » Igitur per mansura habentem bunvaria duodecim intelligi debet mansus in quo tantum terræ arabilis sit quantum opus est ad seminandum duodecim modios. Juvat hanc interpretationem vetus charta Jonæ episcopi Augustodunensis, edita in tomo VIII Spicilegii Dacheriani, pag. 147, ubi, pro eo quod hic habetur *bunvaria duodecim*, legitur. *Dono etiam in loco qui appellatur Biat terram arabilem ad modios duodecim*.

Cap. 18. — *Laico aut feminæ*. Admonitio synodalis antiqua : « Et nullus præsumat tradere communionem laico aut feminæ ad deferendum infirmo. » Vir clarissimus **537** Henricus Valesius, cum non animadverteret Admonitionem istam multo antiquiorem esse ævo Ratherii episcopi Veronensis et Udalrici episcopi Augustani, ex eo loco collegit usum illum tradendi communionem laicis ac feminis ad deferendum infirmis perseverasse in Ecclesia usque ad decimum sæculum : quam conjecturam amplexus postea est vir eruditus qui nuper in lucem emisit historiam eucharistiæ. Falsa argumentatio. Nam si isto argumentandi genere uti liceret, pari ratione necessario colligeremus rem quam omnes scimus esse falsissimam, nimirum eumdem usum mittendi eucharistiam infirmis per laicos ac feminas etiamnum perseverare in Ecclesia, cum in Admonitione synodali quæ per universas Occidentis Ecclesias singulis annis legitur ab episcopis in suis synodis diœcesanis ita scriptum habeatur in Pontificali Romano : « Nullus præsumat tradere communionem laico aut feminæ ad deferendum infirmo. » Vide infra lib. I, cap. 120 et 199.

Cap. 26. — *In vadium dare*. Pignori tradere, *donner en gage*. Pro quo et ætas Hincmari et sequentia sæcula dixerunt etiam vadimonium, ut infra adnotabitur. Inde invadiare, *engager*.

Cap. 39. — *In amore sanctor*. Infra lib. I, cap. 213, *nec precari in amore sanctorum vel ipsius animæ bibere*. Vide Cæsarium Arelatensem homilia sexta inter eas quæ a nobis editæ nuper sunt.

*Turpia joca*. Infra cap. 213 libri primi *vel turpia joca*. Sic tum dicebant pro *turpes jocos*. Falluntur ergo qui ista tentant emendare ad leges grammaticæ. Concilium Rhemense sub Carolo Magno, cap. 17, et Additio III Capitular., cap. 18 : *Ut episcopi et abbates ante se joca turpia facere non permittant*. Capitula Herardi archiepiscopi Turonensis, cap. 18 : *Ut presbyteri et clerici ante se joca turpia fieri non permittant*. Sic *lusa diabolica* ibidem cap. 114.

Cap. 40. — *Si nihil patrimonii*. Vide quæ de hac re dicta a nobis sunt ad librum tertium Salviani ad-

versus avaritiam, pag. 425 postremæ editionis.

CAP. 42. — *Si missam cantat.* Infra lib. I, cap. 199, *Dictum est nobis*, etc. Istud prohibebatur **538** haud dubie ne sacrificium videri posset imperfectum si presbyteri non communicarent de corpore Domini. Quod crimen adeo magnum putabant antiquitus ut inter cæteras gravissimas accusationes adversus Joannem XII propositas in concilio Romæ habito anno 963 testetur continuator Luitprandi lib. VI, cap. 7, objectum illi fuisse quod missam aliquando celebrasset et non communicasset. « Petrus, inquit, cardinalis presbyter se vidisse illum missam celebrasse et non communicasse testatus est. »

CAP. 51. — *Si indiffer. baptizet.* Id est, utrum absque necessitate baptizet alio tempore quam in Paschate et Pentecoste.

CAP. 57. — *Ex corde suo.* Illud vult Inquisitio, ut cum presbyter exceperit confessionem pœnitentis, ei pœnitentiam injungat juxta modum culpæ, *non ex corde suo*, id est, non ex animi sui motu, non ex impetu quodam mentis et voluntate, sed prout in Pœnitentiali scriptum est, in quo omnia peccatorum remedia, omnes pœnæ continentur. Eam ob causam edicitur infra in capite 95 istius Inquisitionis ut quilibet presbyter habeat Pœnitentiale, « ut secundum quod ibi scriptum est interroget confitentem, aut confesso modum pœnitentiæ imponat. » Et Carolus Magnus in fine Capitularis ad Salz admonet ut unusquisque presbyter « de canonibus doctus sit, et suum Pœnitentiale bene sciat. » Quantum autem absumus a modestia illorum temporum !

CAP. 66. — *Cum illa alba.* Admonitio synodalis antiqua : « Nullus in alba qua in suos usus utitur præsumat cantare missam. » Capitulare Riculfi episcopi Suessionensis cap. 7 : « Hoc autem omnimodis prohibemus, ut nemo illa alba utatur in sacris mysteriis qua in quotidiano vel exteriori usu induitur. » Hinc ergo colligitur presbyteros alba semper indutos fuisse antiquitus, eaque nota distinctos fuisse a clericis inferiorum ordinum, quibus albæ usus erat interdictus extra tempus oblationis vel lectionis. Concilium Carthaginense IV, cap. 4 : « Ut diaconus tempore oblationis tantum vel lectionis alba utatur. »

CAP. 69. — *Si diem Dominic.* Vide notas ad Agobardum, pag. 20, et ad Concilia Galliæ Narbonensis, pag. 45.

**539** *Ingenuis.* Id est, liberæ conditionis Gregorius Turonensis, lib. X, cap. 29, de Aredio abbate : « Lemovicinæ urbis incola fuit, non mediocribus regionis suæ ortus parentibus, sed valde ingenus, » id est nobilis. Inde servus vel colonus quæ beneficio domini libertatem consecutus erat, ingenuus dicebatur et ingenuitate donatus. Hinc charta ingenuitatis in libris Capitularium, in lege Longobardorum, et alibi.

*Servili conditione.* Id est, si servus sit originalis, natus e servis. Vetuerat enim sanctus Leo, ad episcopos per Campaniam, Picenum, et Thusciam constitutos scribens, ne quis eorum qui originali aut alicui conditioni obligati sunt, ad ordinem sacrum admitteretur, nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis ; qui locus relatus est in libro septimo Capitular. cap. 34. Inde *servus a nativitate* in epistola 107 inter Bonifacianas. In epistola denique cleri Ravennatis ad Carolum juniorem, quæ a Cordesio edita est, aiunt hanc consuetudinem esse in Ecclesia Ravennatensi, ut qui ad sacerdotii dignitatem ordinandus est, is interrogetur *si servili aut originariæ conditioni* obnoxius sit. Ebbonem Rhemensem archiepiscopum fuisse *ex originalium servorum stirpe* scribit Theganus in cap. 44 de Gestis Ludovici Pii. Omnino autem puto servorum nomine, præter propriam vocabuli significationem, intelligi colonos, id est eos qui dominis locorum et villarum ab origine sua debebant operas pro colendis agris. Cum enim dominis opus esset plurima colonorum hujusmodi multitudine, nolebant eos fieri clericos, ne quid utilitatibus suis decideret. Sed posteaquam ista mutata sunt, tum coloni quoque facti sunt clerici absque voluntate dominorum. Reperio tamen in veteri regesto archivi regii Paris. transactionem, ut vocant, initam anno 271 inter dominam et colonos de Vendopera, vulgo *Vandeuvre*, in qua inter cætera continetur non posse filios habitatorum illius loci offerri ad clericatum præter consensum dominorum, alias illos hæreditate paterna privandos esse qui contra promoverentur ad ordines ecclesiasticos. Hæc sunt verba veteris instrumenti : *Et ils ne pourront faire leurs* **540** *enfans clers se n'est par la volenté de ladicte dame et du devant dit seigneur et de leurs hoirs. Et cils qui le feront, seront en la merci de la devant dicte dame et au seigneur. Et ottroient que li clers qui seroit fait encontre la volenté au seigneur ne preigne rien ès biens du pere ne de la mere, ainçois seroient au seigneur.* Denique etiam Philippi IV ævo hoc jus valuisse inter Francos patet ex litteris istius principis quas edemus in appendice actorum veterum. Vide porro formulas veteres incerti auctoris cap. 8 et cap. *Eo lubentius.* de serv. non ordin. ex libro X Regestor. Innocentii III, epist. 73.

CAP. 83. — *Bene legere.* Ea igitur erat sæculi illius infelicitas ut necesse esset presbyteros ab episcopis interrogari utrum bene legere nossent. Quod non solum in presbyteris inferioribus contingebat, sed etiam in illis interdum qui ad summum sacerdotium eligebantur. Testis Carolus Calvus in epistola ad Nicolaum papam, loquens de Gislemaro, qui ad pontificatus honorem electus erat in Ecclesia Rhemensi : « Qui dum ante episcopos discutiendus assedisset, oblatus est ei textus evangelicus. Cum autem ipsum aliquatenus legere, nihil tamen intelligere omnes pariter cognovissent, reprobatus ac velut insipiens ab omnibus est dejectus. » Istud ipsum deplorant episcopi in concilio Valentino congregati anno 855 his verbis : « Et quia induscussi et inexaminati, scientiæque litterarum pene ignari, minusque apostolicæ præceptioni appropinquantes, peccatis nostris agentibus, per civitates episcopi ordinantur. »

Quod adversum se scriptum esset docet Hincmarus in capite 36 posterioris operis adversus Gotteschalcum. Quid autem faciunt hodie qui librorum divinorum editiones procurant quam ut presbyterorum nostri sæculi inscitiam prodant, cum in Missalibus et Breviariis notant accentus ? Annon ita fit quia putant libros illos in manus talium presbyterorum incidere posse qui bene legere nesciant, adeoque juvandos esse notatione accentuum ?

Cap. 84. — *Ex corde*. Memoriter, *par cœur*. Regula sancti Benedicti, cap. 9 : « Post hos lectio Apostoli sequatur, ex corde recitanda. » Capitulare Ahytonis episcopi Basileensis, cap. 4 : « Ut fides sancti Athanasii a sacerdotibus **541** discatur, et ex corde die Dominico ad horam primam recitetur. » Quem locum facile explicat sequens caput istius inquisitionis. Vide infra, lib. I, cap. 272.

Cap. 89. — *Agendis defunctor.* Id est, in precibus publicis quæ fiunt pro mortuis, Beda lib. XI Hist. eccles. cap. 3 : « Agendæ illorum solemniter celebrantur. » Capitula Herardi archiepiscopi Turonensis cap. 116 : « De orationibus et eleemosynis et missarum celebrationibus pro fidelibus defunctis agendis.» Agenda igitur dicta ab agendo missam. Lib. VI Capitular., cap. 101 : « Qui in domo sua oratorium habuerit, orare ibidem potest. Missa tamen in eo celebrare non audeat nec agere cuiquam permittat sine permissu vel dedicatione episcopi loci illius » Concilium Carthaginense secundum, cap. 9 : « Quisquis presbyter inconsulto agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.» Refertur hic locus in libro sexto Capitular., cap. 234, et Additione IV, cap. 50, ubi legitur *agendam* pro eo quod editiones concilii Africani habent *agenda*. In libro tamen quinto, cap. 38, *agenda* legitur tam in libris editis quam in manuscriptis. Vide eruditissimum virum Hugonem Menardum in notis ad Concordiam regularum, p. 355.

Cap. 92. — *Computum*. Capitula Herardi, cap. 125 : « Ut presbyteri computum discant.» Istud summa cura tum providebant episcopi, ut nullus presbyterorum ignoraret computum ; nimirum ut eo pacto invenire facile possent epactas, concurrentes, litteras Dominicales, festa mobilia, et alia hujuscemodi. Exstat autem de hoc argumento dialogus Rabani, Macario monacho dicatus ; cujus meminerunt Rudolfus monachus et Trithemius.

*Sapiat*. Sciat. Bonifacius epist. 132, ad Zachariam : « Consilium et præceptum vestræ auctoritatis, id est, Apostolicæ sedis, habere et sapere debeo.» Lib. VII Capitular., cap. 100, et apud Ivonem parte VI, cap. 300 : « Sacerdotes qui re non sapiunt adimplere ministerium suum.» Jonas episcopus Augustodunensis in tomo octavo Spicilegii Dacheriani, pag. 146, « pro posse et sapere. » Ratherius Veronensis in tomo secundo ejusdem Spicilegii, p. 308. « Quod si vis ad ecclesiam sancti Michaelis ire, sapias, dicit Ratherius episcopus, quod **542** non libentius te recipit in secunda feria sanctus Michael quam in alia.» Inde sapientia pro scientia vel arte infra lib. II, cap. 368.

# NOTÆ AD CAPITULA LIBRI I.

*Ex capitulis synod*. Duplex ergo capitulorum regiorum genus erat. Et alia quidem erant regia simpliciter, id est, in consilio principis inventa et statuta. Alia vero erant synodalia, regia sane, sed in synodis facta, et ut plurimum de rebus ecclesiasticis, qualia sunt ista. Hincmarus in epistola 39 et in libro de divortio Lotharii et Tetbergæ in responsione ad sextam interrogationem : « Nec prætereundum quia legimus in Capitulis Augustorum fuisse vetitum frigidæ aquæ judicium, sed non illis synodalibus quæ de certis accepimus synodis.»

Cap. 5. — *Propter suam quietem*. Haud dubie moles negotiorum major incumbit episcopo cum in civitate est quam cum in rurali parœcia degit, præsertim si ea multum remota a civitate sit. Quam ob causam visum est interdum nonnullis, qui liberioris ac quietioris vitæ cupidine ducebantur, deserendam esse cathedram principalem ut ad rusticanam quampiam parœciam se conferrent. Istorum temeritatem compescuit synodus quinta Carthaginensis, in qua sic scriptum est : « Placuit ut nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diœcesi constitutam se conferre.» Tanti autem momenti Carolo Magno visa est hæc regula ut eam legis vicem in Gallia obtinere voluerit, ita præcipiens lib. I Capitular. cap. 41 :« Ut non liceat episcopo principalem cathedram suæ parochiæ negligere et aliquam ecclesiam in sua diœcessi magis frequentare. » Quem locum ex concilio Rothomagensi cap. 16, refert Burchardus lib. I, cap. 81. Nolebat enim illum laudare ex libris Capitularium. Qui ergo privatum secessum quærebant propter suam quietem, iidem *pro sua quiete et voluptatibus* (ut acriter conqueritur Hincmarus in epistola 45, cap. 26) chorepiscopos sub se habebant ; ut interim dum ipsi venationi, aucupationi et cæteris sæculi oblectamentis operam dabant, quod agi solitum a plerisque sæculi illius episcopis testatur Agobardus, chorepiscopi vicem eorum in omni ministerio episcopali supplerent omnino ipsos fasce levarent episcopali. **543** Itaque Patres concilii Meldensis, qui in isto capite inveniuntur adversus episcopos propter suam quietem ad remotiora loca secedentes, in capite dein 44 damnantes eos qui ministerium suum committunt chorepiscopis, malum illud ortum esse aiunt ex desidia episcoporum. Et antea Carolus Magnus monuerat. lib. VI Capitular., c. 119, chorepiscopos factos esse ab episcopis indoctis et qui *quietibus ac delectationibus suis* inhærebant. Viderint episcopi nostrates an hæc querela in illos competat, id est, utrum voluptatibus suis magis dediti sint quam curæ gregis Dominici.

Cap. 11. — *Placuit*. Ex concilio Bracarensi II, cap. 2.

*Duos solidos*. Nimirum pro jure visitationis, ut hodie loquimur. Eo fortassis jure nixus Gausbertus

Cardurcorum episcopus, qui circa annum 945 eam cathedram tenuit, ecclesiæ sanctæ Mariæ Carbonacensis tribuens nonnullas res, hanc conditionem apponit tabulis donationis : « Sed annuatim, festivitate sancti Stephani, quæ celebratur VII Kal. Januarii, partibus nostris successorumque nostrorum solidi duo persolvantur.»

CAP. 12.— *Delata.* Caput istud non exstat hodie inter canones concilii Triburiensis. Refertur tamen etiam a Burchardo. Sed is accepit ex Reginone. Sancta profecto constitutio et sanctissimis episcopis dignissima. Præiverant autem illis Carolus Calvus in Capitulari Tolosano, cap. 6, et episcopi apud Valentiam in Viennensi provincia congregati anno 855. Vide lib. V de Concordia, cap. 31, § 7.

*Mansiones.* Id est procurationes, ut sequens ætas vocavit. Nam alibi mansionum nomine intelliguntur ædes et hospitia. Gregorius Turonensis lib. III, cap. 15 : « Ingressus mansionem domini sui.» Lib. VI Capitular., cap. 82 : « Si quis homini aliquo pergenti mansionem vetaverit. » Et alibi sexcenties. Hinc mansionaticus pro jure hospitii quod domino debebatur expensis possessoris, id est procuratio. Vide Sirmondum in notis ad Capitular Caroli Calvi, pag. 105.

CAP. 23. — *Nisi antea dotem.* Lib. I Antiquitatum Fuldens., p. 526 : « Hæc est dos et terminatio qua dotatur et sanctificatur ecclesia Estigenfeld ab Erhenaldo **544** archiepiscopo, quando simul abbas et episcopus exstitit. » Operæ pretium fuerit, ad illustrandum hunc canonem Wormatiensem, referre litteras Jonæ episcopi Augustodunensi de dote et consecratione basilicæ sancti Sebastiani apud Montem Buzninum. Præclarum profecto antiquitatis monumentum, cui edendo non alibi commodior erit locus. Dabimus itaque post notas in Appendice actorum veterum. Interim hic admotabimus falcos qui fundabant et dotabant ecclesias, sibi retinuisse ecclesias a se dotatas et potestatem tribuendi beneficii, cum ecclesia viduata esset, tanquam patronis. Quo fiebat ut qui ecclesias obtinere a patronis volebant, eas vel numerata pecunia vel fœdis obsequiis acquirerent. Declamat vehementer adversus perditissimam illam consuetudinem Hincmarus archiepiscopus Rhemensis in suis Capitulis tit. 4, cap. 5, aperte scribens presbyteros qui ista faciebant, se suosque nutritos, id est clericos in ecclesiis suis educatos et altos, in maledictionem mittere, *cum dato patronis præmio vobis et illis peccatum emitis.* Rursum qui fundabant ecclesias, ea mente illas fundabant ut presbyteros in possessionibus suis habere possent qui eis divina officia ac mysteria celebrarent, ut necesse illis non esset ire ad ecclesias parœciales intra quarum limites novæ illæ ecclesiæ edificabantur, quemadmodum graviter conqueritur Agobardus Lugdunensis archiepiscopus in capite undecimo libri de Privilegio et Jure sacerdotii. Ea de causa sibi retinebant, ut dixi, potestatem tribuendi beneficii. Atque ut id facilius obtinerent ab

A episcopis, quibus vetitum erat ne consecrarent novas ecclesias donec eis constaret illas esse dotatas, aliquam agrorum suorum partem assignabant pro dote ecclesiæ. Unde facile colligitur verissimam esse clarissimi viri Francisci de Roye antecessoris Andegavensis conjecturam, qui existimat fundatorem ideo appellatum esse patronum quod quondam fuerit dominus eorum ex quibus fundata est Ecclesia. Sed ex litteris Jonæ episcopi Augustodunensis colligimus non absurdam esse illorum opinionem qui putant fundatores ecclesiarum appellatos fuisse patronos a patrocinio quod illis præstare debent. Nam conditor ecclesiæ Montis Buznini hanc conditionem apponit **545** in chartula dotis : « Ea videlicet conditione ut dum
B nos vel unus legalium hæredum propinquior superstites apparuerimus, non tam jure dominationis et hæreditatis quam defensionis et protectionis in mundeburdum omni tempore vitæ nostræ habere veleamus. » Certe Innocentius III in concilio Lateranensi, cap. 45, adnotavit jus patronatus inventum esse ad defensionis subsidium, ut recte observatum est ab eodem antecessore.

CAP. 24. — *Mansus integer.* Id est, qui habeat bunvaria duodecim, ut dictum est in Inquisitione. Unde conqueritur Hincmarus Rhemensis Attolæ curtem habere tantum bunvaria septem de terra arabili. Recte ergo Adrianus Valesius vir clarissimus in libro XXV Rerum Francicarum loquens de possessionibus quas Carolus Martellus ademit
C episcopo Antissiodorensi, cui centum tantum mansi, ut Robertus scribit, relicti sunt, de his, inquam, agens Valesius interpretatur mansos illos fuisse duodenium circiter jugerum singulos.

*Aliquod servitium.* Hæc lex ostendit agros et possessiones quæ ad ecclesiam pertinent, immunes esse a pensitatione tributorum ac vectigalium, mansum nimirum illum de quo paulo ante dictum est, et omnes omnino res quæ ad ecclesiam pertinent ; id quod sequens ætas vocavit fiscum presbyteralem, feudum presbyterale vel sacerdotale, item ministerium presbyterale. At si presbyteri, qui ecclesias illas regunt, aliquos agros habent sibi proprios, agrorum illos conditionibus obnoxios esse. Vide exceptiones Egberti archiepiscopi Eboracensis, cap. 25.

D CAP. 27. — *Cum sua lege.* Id est, qui ista fecisse convictus fuisset, non solum ablata restitueret, sed insuper legis multa ei irrogaretur, id est, legis secundum quam presbyteri vixerint. Nam tum in regno Francorum, ut diversæ gentes, ita diversæ leges erant. Franci enim sua lege vivebant, Longobardi sua, Burgundiones item et Saxones sua, ac sua Gothi, et sic de aliis, uti diximus ad librum Agobardi adversus legem Gundobadi. Secundum porro diversas leges diversæ erant multæ legibus constitutæ. Nihil autem vulgatius in his libris Reginonis et in libris Capitularium quam hæc verba, *suam legem restituant, cum sua lege componant,* et alia similia. Legis ergo vocabulo **546** hic multa intelligitur. Charta de Balbiniaco in veteri chartu-

ecclesiæ Augustodunensis: « Quod si forte inentes manus ad aliquid juris præfatæ ecextenderent, infra quadraginta dies ex quo essent ad rationem, rem ablatam sine lege erent. Sed in infra quadraginta dies non fietitutio, ultra quadraginta dies capitale redim lege. »

36. — *De opere.* Justissima lex. Quid enim s quam ut hi suppeditent sumptus ad restaum ecclesiam qui bona ejusdem ecclesiæ pos? Sed si hodie lex ista locum haberet, et qui as infeodatas tenent, et qui pensiones ut vosuper beneficiis ecclesiasticis constitutas haii omnes pro sua quisque portione tenerenl reparationem ecclesiarum. Verum sic graa injuria fieret juri quod nunc publicum est. *as et decimas.* Id est, quintam partem fru: ex prædiis quæ laici ab ecclesiis tenebant in n, cujusmodi illi generis essent; ut recte exvir illustrissimus Petrus de Marca archiepis Parisiensis in libro primo Historiæ Benearn., , § 15. Hinc nonarum et decimarum vestitura lomate Carlomanni regis pro ecclesia Auresi. Hinc Lambertus Cenomanensis episcopus ldebrandum Sagiensem episcopum scribit mmunicatum a se fuisse Rainonem quemdam, nam et decimam ecclesiæ suæ retinebat.

*num nostrum.* Id est, bannum dominicum, m regium. Bannum hoc loco idem quod multa, seu emenda, ut hodie loquimur. *Il dera.* Infra capp. 214, 324 et 368, bannus pi. Nam alibi bannus interdum significat edisive publicam denuntiationem factam per nem, interdum vero confiscationem, proonem, exsilium, ut adnotat Sirmondus ad la Caroli Calvi.

*eficium.* Feudum, ecclesiasticum nimirum tet ex verbis legis, et docet etiam caput 43 libri, itemque 47. Hæreditaria autem ut plun erant illa beneficia, ut patet ex libris Carium. Insignis est in eam rem locus ex dialostatu ecclesiæ quem vir clarissimus Joannes sius canonicus Lemovicensis edidit cum epi**547** Hincmari. Itaque in dialogo illo sic le: « In Saxoniæ autem et Germaniæ partibus dam umbram justitiæ in hac re adhuc rei opinio est. Inthronizato enim episcopo, s quicunque Ecclesiæ beneficia tenent, ante episcopi inthronizati ea deponunt, in poteepiscopi quem honorare antiquo beneficio quem exspoliare malit relinquentes. » Vide nostras ad Capitulare Compendiense Caroli

. 41. — Caput istud sumptum est ex libro do Capitular., cap. 5.

. 44. — *Novalia rura.* Hæc constitutio duas s habet. Primo statuit ut decimæ ex novalibus lvantur ecclesiis intra quarum limites novalia constituta sunt. Deinde jubet ut si quæpiam aa magnæ nobilitatis aut dignitatis aliquod le in saltu colloboraverit, ibidemque ecclesiam construxerit, decimæ illius novalis collaborati pertineant ad ecclesiam noviter ædificatam. Sed vult princeps ut novalia quorum decimæ subtrahuntur antiquæ ecclesiæ, ultra milliaria quatuor vel quinque distent ab ecclesia illa antiqua. Itaque ea quæ in vicino erant, decimas debebant antiquis ecclesiis. Postea Romani pontifices, ut paupertatem et inopiam monachorum sublevarent, eos liberarunt a præstatione decimarum ex agris novalibus quos ipsi propriis manibus laborarent. Richardus archiepiscopus Cantuariensis ad Cistercienses scribens, apud Petrum Blesensem, epistola 82: « Si dominus papa indulgentia speciali quandoque privilegiavit vos, dum ordo vester in paupertate gaudebat, dum in usus egentium suæ tenuitatis viscera libenter effundebat, potuit tolerari ad tempus, licet in communem redundarit injuriam, quod causa necessitatis fuerat introductum. Nunc autem, quando vestræ possessiones multiplicatæ sunt etiam in immensum, privilegia hæc potius ambitionis quam religionis instrumenta censetur. » Joannes Saresberiensis lib. VII, de Nugis curialum, cap. 21: « Primo quidem, dum religio paupertate gaudebat, et in aliorum necessitates aut usus effundebat viscera inopiæ suæ, indulta sunt privilegia possessionibus; quæ, necessitate cessante et frigescente charitate, potius avaritiæ quam religionis instrumenta creduntur. » Cum ergo agri illi magnam haberent invidiam, quia in immensum **548** ubique excreverant, cœptum est deinde quæri quid per novalis vocabulum intelligi debeat. Super ea re consultus Innocentius III ab episcopo Cæsaraugustano respondit per novale intelligi debere agrum de novo redactum ad cultum, de quo non exstat memoria quod aliquando cultus fuisset. Exstat hæc definitio in cap. *Quid per novale. De verbor. signific.*, ex libro X, epist. 110, ejusdem Innocentii. Sed rursum hinc orta est gravis controversia ævo Gregorii noni. Nam quæ Innocentii pontificatu novalia fuerant, novalium appellationem videbantur amisisse sub Gregorio. Ex iis itaque præstandas esse a monachis decimas nonnulli contendebant intra Gallias. Consuluerunt super ea re Arelatenses canonici oraculum apostolicæ sedis. Respondit Gregorius terram de qua non exstat memoria quod aliquando culta fuisset, redactam per religiosos viros noviter ad culturam, perpetuo debere, quoad immunitatem de non solvendis decimis, novalium jure censeri. Cap. *Consultationi. De privileg. et excess. privilegiatorum.* Itaque novale jam non erat, quia tractu temporis transierat in naturam agrorum. Sed novale erat semper ratione decimarum, id est, quoad decimarum præstationem, gaudebat privilegio navalium.

CAP. 46. — *De nutrimine.* Animalium videlicet. Nam de his quoque decima debetur ecclesiis. Lib. IV Capitular. cap. 40: « Consideratum est de frugibus terræ et animalium nutrimine super cætera nonæ et decimæ persolvantur. » Lib. V, cap. 146: « Constitutum est ut de frugibus terræ et animalium nutrimine et cunctis censibus, exceptis horti-

lensius persolvantur. » Verum sequenti tempore pontifices Romani monachos liberarunt a præstatione decimarum ex nutrimentis. Cap. *Ex parte. De decimis*. Mirum est autem nullam olim super ea re adversum monachos motam fuisse litem, cum apud Petrum Blesensem et Joannem Saresberiensem gravissimas veterum temporum propter hoc querelas legamus. Nam apud Petrum Blesensem epist. 82, Richardus archiepiscopus Cantuariensis ita perstringit monachos Cistercienses : « Ut quid in alienam injuriam terras et nutrimenta vestra privilegiari facitis ut auferatis quod alienum est ? Nunquid Abel de nutrimentis suis Dominum non respexit ? Nunquid justiores **549** estis primo omnium justo, ut vos contra Dei justitiam erigatis ? Joannes Saresberiensis lib. VII de Nugis curialium cap. 21. « Sumus, inquiunt, tuti apostolico privilegio, cujus beneficio de nutrimentis animalium et laboribus nostris decimas retinemus. Nempe apostolis omnia licent, sed omnia ab apostolicis fieri nequaquam expedit. Esto quod illi vobis hoc licenter concesserint. Vos an recte petieritis, videatis. Nunquid de nutrimentis Abel Dominum non respexit ? Et fortasse de animalibus redduntur rectius, quia sine cultura nostra proveniunt. Plus enim laboris est in frugibus serendis et metendis. »

Cap. 51. — *Sarta tecta*. Id est tecta. Anastasius in vita Gregorii IV : « Fecit vero sarta tecta ejus omnia nova » et alibi pluries.

Cap. 52. — *Ecclesiæ baptismales*. Infra, cap. 271, « nisi in vicis et ecclesiis baptismalibus. » Tituli baptismales in præcepto Ludovici et Lotharii pro Ecclesia Rhemensi apud Flodoardum lib. II, cap. 19 : « Exterius etiam in eadem parochia in castro Vonzensi titulum baptismalem et titulum in eadem parochia sancti Joannis similiter baptismalem. »

Cap. 56. — *Ab huj. conviviis*. Vide quæ de hoc argumento dicta a nobis sunt ad homiliam sextam Cæsarii episcopi Arelatensis, inter eas quæ a nobis editæ sunt.

Cap. 60. — *Nihil super eo*. Jubet hæc constitutio ut super altari, in quo corpus Dominicum consecratur, nihil aliud ponatur nisi capsæ cum sanctorum reliquiis et libro Evangeliorum. Videtur ergo prohibere ne imagines super altari ponantur in quo corpus Dominicum consecratur. Eadem fuit, ut ego quidem arbitror, sententia Patrum Gallicanorum in concilio Turonensi congregatorum anno 567, qui ita statuerunt in canone tertio : « Ut corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur. »

*Sacram. liber*. Infra cap. 68 : « Corporale in Sacramentorum libro ponatur. » Vide quanta libri istius reverentia fuerit apud veteres, quanta cura custoditus fuerit. Denique apud Flodoardum lib. III, cap. 5, Hincmarus archiepiscopus Rhemensis, qui tot rebus præclare gestis inclaruit, laudatur quia « librum Sacramentorum, sed et Lectionarium, quos scribi fecit, **550** ebore argentoque decoravit. » Vide notas nostras ad Agobardum, pag. 90.

Cap. 61. — *Statim ejiciant*. Dura ac severissima disciplina, si temporum nostrorum ratio habeatur, Christianus ad aliam ecclesiam quam ad suam proficiscitur in die festo, ut illic missam audiat, et expelli jubetur ab ecclesia non sua, ut ad suam redire cogatur. Hæc erat sæculi illius disciplina. Nunc ista mutata sunt. Neque tamen id adeo vetus est quin et anno quoque 1202 vetitum esset Christianis deserere ecclesias suas ut oblationes suas deferrent ad alias ecclesias. Exstat enim in chartulario sancti Bertini in Sithiu vetus charta eo anno confecta, in qua ista leguntur : « Et si quis parochianorum de Peterse vel de Calays ibi sæpe ad missam venerit, admonitus a presbytero suo si hoc non emendaverit publice excommunicabitur. »

*Discordantes*. Quam omnia tum ex charitate ! Si qui Christiani dissidebant, statim reconciliabantur, si id fieri poterat ex consensu partium. Qui vero fratribus suis reconciliari recusabant, illis ecclesiæ introitus interdicebatur donec ad pacem redirent. Capitula Herardi archiepiscopi Turonensis, cap. 120 : « Discordes pellantur ab ecclesia donec ad pacem redeant. » Et is recipiebatur qui ad satisfactionem charitatis occurrerat. Libro VII Capitular., cap. 171 : « Sancitum est ut personarum discordantium nemo, antequam reconcilientur, ad altare Domini accedere audeat vel gratiam communionis sanctæ percipere ; sed geminato tempore per pœnitentiam compensabitur in quo discordiæ servierant. Quod si unus eorum, alio contemnente, ad satisfactionem charitatis occurrerit, ex eo tempore ut pacificus in ecclesiam recipiatur ex quo ad concordiam festinasse convincitur. » Vide Concordiam regularum cap. 12, § 17, et Reginonem lib. II, cap. 375 et sequentibus.

Cap. 66. — *In aqua populum*. Ex epistola 63 sancti Cypriani. Ex Cypriano autem citant etiam Etherius et Beatus lib. I adversus Elipandum, apud Stevartium pag. 92, et Rabanus lib. I de Institutione clericorum, cap. 31.

Cap. 67. — *Ut calix*. Admonitio synodalis antiqua : « Nullus in ligneo vel in vitreo calice audeat missam cantare. » **551** Laudatus est olim ab Hieronymo Exuperius episcopus Tolosanus quod sanguinem Domini portaret in vitro. Vitreus enim calix, ut existimat Baronius, in usu fuit a temporibus apostolorum. Deinde vetitus est, inquit idem cardinalis, ob periculum quod immineret materiæ fragili. Cujus rei exemplum exstat apud Gregorium Turonensem in lib. I cap. 46 de Gloria martyrum. Putat autem Baronius canonem istum Rhemensem, in quo vetitus est usus vitrei calicis, conditum fuisse in synodo quæ Durocortori Rhemorum habita est ex præcepto Caroli Magni.

Cap. 69. — *Parvulus infirmus*. Antiquitus eucharistia dabatur etiam pueris, saltem morituris, ne sine communione seu viatico morerentur. Eam ob causam præcipitur his quibus officium baptizandi

incumbit ut si alicubi longius exierint, eucharistiam semper secum habeant. Walterius Aurelianensis, cap. 7 : « Ut semper eucharistiam presbyter habeat paratam ; ut quando quis infirmatus fuerit, aut parvulus ægrotaverit statim eum communicet, ne sine viatico moriatur. » Imo ex vetustissimo Libro Pontificali qui exstat ms. in bibliotheca monasterii sancti Remigii Rhemensis, scriptus autem est Hincmari archiepiscopi Rhemensis ævo, ut existimat qui illum vidit vir eruditissimus et istarum rerum peritissimus Antonius Faure doctor theologus Parisiensis, in Libro inquam illo Pontificali, dum ritus baptizandi præscribuntur, infans eodem tempore confirmari ad communicari jubetur quo baptismi gratiam consecutus est. Hæc sunt verba veteris libri : « Deinde baptizet infantem sub trina mersione, tantum sanctam Trinitatem invocans semel, ita dicendo : *Et ego te baptizo in nomine Patris*, et mergit, *et Filii*, et mergit, *et Spiritus sancti*, et mergit tertio. Statim autem confirmetur infans et communicetur ab episcopo ita dicente : *Corpus et sanguis Domini.* » In antiquissimo item Libro Pontificali ms. Ecclesiæ Senonensis, scripto circa annum 980, quem nobis suppeditavit vir clarissimus Antonius Vion Herovallius, ista leguntur in ordine baptismi infantium : « Deinde baptizat sacerdos sub trina mersione, tantum sanctam Trinitatem semel invocans, ita dicendo : *Et ego te baptizo in nomine Patris*, et mergat semel, *et* **552** *Filii*, et mergat iterum, *et Spiritus sancti*, et mergat tertio. Ut autem surrexerit a fonte, faciat presbyter signum crucis de chrismate cum pollice ejus, dicens orationem hanc : *Deus omnipotens Pater Domini nostri*, etc. Et vestitur infans vestimentis suis, dicente presbytero : *Accipe vestem candidam*, etc. Si vero episcopus adest, statim confirmari eum oportet chrismate et postea communicari. Et si episcopus deest, communicetur a presbytero dicente ita : *Corpus Domini Jesu Christi custodiat te in vitam æternam.* » Et in epistola Jesse episcopi Ambianensis de ordine baptismi præcipitur ut post trinam mersionem episcopus puerum chrismate confirmet in fronte, novissime, autem corpore et sanguine Christi confirmetur seu communicetur ut Christi membrum esse possit. Denique vir doctissimus Hugo Menardus adnotat ad librum Sacramentorum, pag. 144, episcopos antiquitus, postquam baptizaverant, statim contulisse sacramentum confirmationis ; quod etiam observatum est ab illustrissimo viro Petro de Marca archiepiscopo Parisiensi in notis ad concilium Claromontanum, pag. 312 in editione nostra. Idem, pag. 298 adnotat communionem corporis Christi pueris dari suetam usque ad Paschalis secundi tempora, eucharistiamque illis datam fuisse intinctam propter imbecillitatem ætatis. Antiquum in Ecclesia esse morem tradendi pueris puellisque corpus et sanguinem Domini ostendit, ex Augustino et Cypriano, Cellotius in Notis ad Capitula Walterii Aurelianensis. Quare mirum est illum post tot testimonia scribere ausum Ecclesiam universalem nunquam recepisse hunc morem absque nota novitatis. Tamenetsi enim usus ille jam exoletus sit, hinc colligi non potest illum nunquam fuisse receptum. Permulta quippe sunt quæ uno sæculo viguere, altero dimissa sunt. Veluti traditio calicis laico ad communionem accedenti. Veluti eucharistia intincta in sanguine Domini tradit infirmis, de qua Regino in capite sequenti, et alii multi.

CAP. 70. — *Viaticum.* Communio, ut paulo ante dicebamus. Libellus supplex monachorum Fuldensium Carolo Magno porrectus, cap. 5 : « Ne sine confessione et necessario vitæ viatico moriantur. »

CAP. 72. — *Reges et sacerdotes.* Præceptum Ludovici VII pro Theobaldo **553** episcopo Parisiensi : « Scimus quia ex auctoritate Veteris Testamenti, etiam nostris temporibus ex ecclesiastica institutione soli reges et sacerdotes sacri chrismatis unctione consecrantur. Decet autem ut qui soli præ cæteris omnibus sacrosancta chrismatis linitione consociati ad regendum Dei populum præficiuntur, sibi ipsis et subditis suis tam temporalia quam spiritualia subministrando provideant, et providendo invicem subministrent. »

CAP. 74. — *Eulogiis.* Oblationibus muneribus.

CAP. 77. — *Per subdiaconum.* Præcipit hæc constitutio ut non per quemcunque ecclesiasticum, sed omnino per eorum aliquem qui sunt in sacerdotio constituti, chrisma petatur ab episcopo, mox ad ecclesiam deferendum ad quam pertinet minister qui ad petendum illud venerit. Si vero ea temporum necessitas fuerit ut neque presbyter neque diaconus ad civitatem proficisci propter hanc causam possint, tum licere eam curam committere subdiaconis. Appropinquabant enim illi sacerdotio ; et cum sacris altaribus ministrarent, sacra mysteria contrectabant, ut loquitur concilium Carthaginense sextum apud Reginonem cap. 92 libri primi. De iisdem haud dubie intelligendus canon 36 concilii quarti Carthaginensis, ubi sic habetur : « Presbyteri qui per diœceses ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis, nec per juniorem clericum, sed aut per se ipsos, aut per illum qui sacrarium tenet, ante Paschæ solemnitatem chrisma petant. » Rursum in libro septimo Capitular., cap. 310, statuitur chrisma ab episcopo « non aliis tradendum nisi solummodo presbyteris vel diaconis aut subdiaconis bene fidelibus. Indignum est enim ut alii illud suscipiant nisi illi qui hoc in tradendo usuri sunt. » Sequentia sæcula multum deflexerunt ab hac regula. Quippe non solum inferiorum ordinum clericos mitti mos fuit ad petendum chrisma ab episcopo, sed etiam laicos. Cui malo mederi cupiens Raymundus episcopus Helenensis ista statuit anno 1380, in sua synodo diœcesana : « Quanquam fuisset alias provide statutum quod per rectorem aliquem vel curatum non mitteretur ante Paschæ solemnitatem ad sanctum chrisma nisi in sacris ordinibus constitutus, prout exposcunt canonicæ sanctiones, **554** quia hoc a pluribus non servatur, imo meros transmittunt laicos pro eodem, idcirco præsenti constitutione ducimus ordinandum ut quicunque curatorum contrarium faciens, viginti solidorum pœnam

incurrat monetæ currentis, quos fabricæ Elnensis ecclesiæ volumus applicari. »

Cap. 78. — *In confirmatione.* Hinc colligitur non semper nec ubique valuisse morem confirmandi pueros statim atque baptizati erant. Quod haud dubie ita intelligendum est, si baptizati sint extra præsentiam episcopi. Vide Marcam in notis ad concilium Claromontanum, pag. 312 editionis nostræ.

Cap. 81. — *Justissima necessitate.* Verbi gratia, propter redemptionem captivorum ; quod a Cæsario Arelatensi episcopo tactum esse docet Cyprianus in libro primo de vita ejus.

*Vadimonium.* Vadium, pignus Vide Additionem ad caput 14 libri quarti de Concordia sacerdotii et imperii.

*Stephanus papa.* In epistola prima apud Isidorum Mercatorem. Hinc ergo patet concilium Rhemense ex quo duo ista capita sumpta sunt, post Caroli Magni tempora celebratum fuisse : si tamen celebratum ullum fuit in quo hæc statuta sint, ac non potius sumpta sunt ex Capitulis Hincmari Archiepiscopi Rhemensis quæ etiamnum exstant. Fieri quippe potest ut ita Regino crediderit ab Hincmaro constituta esse in concilio Rhemensi, quia fortassis in codice suo legebat ea sancita fuisse in synodo Rhemensi, diœcesana nimirum, non provinciali. Attamen nihil vetat quin hæc eadem decerni potuerint etiam in synodo quapiam provinciali ab Hincmaro celebrata, ut major esset rerum constitutarum auctoritas. Nam caput 213 libri primi Reginonis, quod sumptum videri potest ex Capitulis Hincmari, in epitomen contractum ex vetusto Rhemensi concilio laudatur a Vossio in libro secundo de Vitiis sermonis. Et infra cap. 120 istius libri exstat alius canon ex concilio Rhemensi, quem in concilio quodam editum fuisse manifestum est ex contextu orationis. Fortean autem ad illud istum concilium Rhemense referendum est caput sexagesimum istius primi libri, itemque ducentesimum septuagesimum secundum.

*Secundum Hilarium.* Apud Hincmarum : **555** « sicut Stephanus sanctus papa et martyr ad sanctum Hilarium in suis decretalibus docuit. » Burchardus et Ivo, parte II, cap. 139 : « sicut Stephanus sanctus papa et martyr sanctum Hilarium, » etc. Ex his ergo corrige Reginonem.

Cap. 86. — *Aut homicidio.* Hæc clausula non exstat in antiquis editionibus canonum apostolicorum. Exstat tamen apud Gregorium Turonensem lib. v, cap. 19 ex novo quaternione qui recenter adnexus erat libro canonum. Hinc factum ut duæ dein canonum apostolicorum editiones viguerint, in quarum una exstabat clausula de homicidio, deerat autem in alia. Halitgarius enim referens canonem illum apostolicum lib. v, cap. 4, habet clausulam de homicidio : unde fortassis accepit Regino. Illam quoque videtur habuisse Gregorius IV in suo codice, uti diximus ad Agobardum. Contra Isidorus illam non habet, neque Rabanus, in epistola ad Heribaldum, neque demum Hincma-

A rus, qui canonem illum describit in epistola 49, cap. 3.

Ad Cap. 97. — Caput istud sumptum est ex libro III Dialogorum sancti Gregorii, cap. 7.

Cap. 98. — Apud sanctum Gregorium lib. VII, indict. 2, epist. 39. Vide Posidonium in Vita Sancti Augustini cap. 26, et Hincmarum epist. 48, cap. 10.

Cap. 104. — *Cui sit necessitas.* Vir clarissimus Joachimus Hildebrandus hanc interpretationem adjecit huic loco : « Si cui cognatæ necessitas sit presbytero victum procurandi. » Videtur autem intellexisse de muliere cujus ope et ministerio indigeat presbyter ad ea procuranda quæ victui necessaria sunt. Verus tamen ac genuinus hujus loci sensus, quantum ego conjicio, hic esse debet ; ut
B si mater, amita aut soror presbyteri adeo paupeores sint ut absque auxilio et ope ejus non habeant unde vivant, maneant quidem in eodem loco in quo presbyter habitat, sed procul ab ædibus ejus, presbyter vero domum ad eas mittat quæ sustentationi illarum necessaria sunt. Capitula Herardi archiepiscopi Turonensis cap. 19 : « Ut conversationem feminarum earumque accessum et administrationem detestentur. Sin alias, velut contemptores canonum ab ordine deponantur. Et quibus ministrare necessaria decernunt, **556** longe eis domos prævideant in quibus non per se, sed per ministros subsidia porrigant. » Verum presbyteri fraudem huic constitutioni faciebant ætate Hincmari, ut ipse docet in epistola 48, cap. 33, his
C verbis : « Quidam presbyteri de redititibus ecclesiæ vel oblationibus ac votis fidelium res post ordinationem suam comparant, et in illis structuras faciunt, et quæ ad ecclesiam pertinent ibidem collocant ; et in eisdem mansis mulieres recipiunt, quæ lanificium suum exerceant, et domus curam gerant. Et hac occasione suas ecclesias negligunt, et ad eosdem mansos recurrunt, et ibi commanent contra decreta canonum. » Vide infra apud Reginonem cap. 220.

*Nulla femina ad alt.* Infra cap. 120 : « et quibus probibetur ne saerarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent. » Ista insinuanda essent feminis ætatis nostræ, quæ non solum intra cancellos stant, sed ad ipsum altare accedunt, tanquam divina cum presbyteris celebrare de-
D beant. Cui malo nemo est qui resistat, tametsi nihil majore cura provisum sit a Patribus quam ut ista non licerent feminis. Neque dubito quin si religiosissimus sexus ista doceretur prave agi et contra mentem Ecclesiæ, non dubito, inquam, quin lubentissime abstineret a corruptela illa pravæ consuetudinis. Olim, ut adnotavimus ad Concilia Galliæ Narbonensis, eo usque processerat scelerata audacia ut mulieres altaribus astarent et plerumque ipso oblationis tempore coram omnibus impudenter acciperent quod Deo offerebatur in altari. Si ab hoc facinore dein abstinuerunt feminæ admonitæ, sperandum est nostras facile mutaturas si intelligant quiddam irreverentius agi erga Deum

et Ecclesiam cum illæ perrumpunt ultra cancellos altaris. Hæc admonere visum est, ut saltem in hoc capite corrigatur vita Christianorum.

CAP. 105 *Eleemosynis redimat.* Istud deinde vocaverunt redemptionem peccatorum. Paschalis II in epistola ad Norigaudum Augustodunensem episcopum : « Pro redemptione vero peccatorum morientes in Ecclesia in qua fidei sacramentorum acceperunt eleemosynam dare secundum apostolica decreta statuimus omnino et confirmamus. » Ex eo porro fonte ut plurimum prodierunt **557** possessiones, latifundia, et agri, ex quibus ditata et amplificata est Ecclesia, uti diximus ad Agobardum.

CAP. 115. — *Rem differretur.* Legendum haud dubie est *remedium non differretur*, ut monuimus. Sic enim habent vulgatæ editiones epistolarum sancti Leonis, et plerique codices manuscripti. Attamen in Collectione Isidori, unde Regino videtur accepisse, legitur ut hic editum est. Et in veteri codice ms. bibliothecæ Regiæ, tum in alio pervetusto codice ms. monasterii sancti Germani de Pratis, in quibus Dionysii collectio continetur, inter decreta sancti Leonis, unde sumptum est hoc caput, ita omnino scriptum est, *usque ad communionis remedium differatur.* Eam vero lectionem habet etiam Halitgarius lib. III, cap. 14, tam in editione Canisii quam in veteri codice ms. monasterii Corbeiensis, tum etiam in editione quæ sub Rabani nomine emissa a Colvenerio est in tomo sexto operum Rabani.

CAP. 119. — *Postquam.* Vel ex hoc loco confici potes viaticum olim dari solitum post extremam unctionem.

CAP. 123. — *Nisi quem episcopus.* Lege generali vetitum olim erat ne qui intra ecclesiam sepeliretur, ut pluribus docet Gretserus in libro secundo de Funere Christiano, cap. 8 ; quod privilegium etiamnum retinet ecclesia quæ sancto Saturnino dicata est in civitate Tolosana. Nam Augustinus Cantuariensis sepultus non est in ecclesia, sed in porticu aquilonari ecclesiæ, ut Beda docet lib. II, cap. 3, Historiæ ecclesiasticæ gentis Anglorum. Postea tamen licuit sepelire intra ecclesiam episcopos, abbates, dignos presbyteros et fideles laicos, ut ait concilium Moguntinum sub Carolo Magno habitum, id est justos homines qui per vitæ meritum talem vivendo suo corpori defuncto locum acquisiverunt, ut Theodulfi verbis utamur. Ista perdiu viguisse animadverto. Et tamen vetus sepulcrum lapideum Ademari vicecomitis Scalarum et abbatis laici monasterii Tutelensis, qui regnante Rodulpho rege floruit, videtur hodie in ecclesia Tutelensi. Verum multæ rationes erant quæ istum in ecclesia sepeliri sinerent. Primum, quia restaurator monasterii fuerat, illudque omnium bonorum **558** suorum hæredem ex asse esse jussit, tum etiam quia haud dubie celebris erat opinione sanctitatis. Nam hactenus sanctus vocatur a Tutelensibus. Quanquam necesse non est eum in ecclesia sepultum fuisse eo tempore quo mortuus est, tamen

A etsi sepulcrum ejus nunc sit intra ecclesiam. Evenisse illi potuit aliquid simile narrationi quæ exstat apud Bedam de corpore sancti Augustini, quod foras juxta ecclesiam positum est, quia ea necdum fuerat perfecta nec dedicata; mox vero ut dedicata est, in intro illatum et in porticu illius aquilonari decenter sepultum est ; in qua etiam sequentium archiepiscoporum omnium sunt corpora tumulata, præter duorum tantummodo, id est Theodori et Berhtwaldi, quorum corpora in ipsa ecclesia posita sunt, eo quod prædicta porticus plura capere nequivit. Nam quia fortassis Ademarus conditus erat in loculo juxta humilem quæ tunc erat ecclesiam monasterii, cum ea ducentis post annis rursum ædificata et amplificata est, jamque intrare in eccle-
B siam cœpissent corpora mortuorum proclive fuit monachis Tutelensibus, ob sanctam viri memoriam et ingentium ejus beneficiorum, tumulum ejus ecclesia concludere. Nam ille est in extrema ecclesia, in angulo, loco videlicet remotissimo ab altari quod vocant majus. In lapide sepulcrali hæc antiquitus scripta fuerunt, quæ nunc quoque leguntur.

✝ XPE SERVA TUUM PER SECLA ADEMARUM. AMEN. ✝

CAP. 125. — *Exedra.* Ita vetus codex Parisiensis ms. pro eo quod editio Helmæstadiensis habet *extra ecclesiam.* Huic emendationi, quæ alioqui necessaria est astipulantur Burchardus, Ivo, vetus canonum collector ms. in bibliotheca Regia, et Gratianus, ubi scriptum est *in exedris.* Statuit enim canon ut nemo in ecclesia sepeliatur, sed in atrio aut in porticu aut
C in exedra ecclesiæ. Itaque qui generaliter prohibuit ne mortui sepeliantur intra ecclesiam, frustra juberet ea sepeliri extra ecclesiam, si vera esset vulgata lectio synodi Nannetensis. Igitur in tribus locis extra ecclesiam sepeliri poterant, corpora mortuorum, in atrio videlicet, in porticu et in exedra.

**559** Atrium est proprie spatium vacuum quod remansit ex area sive solo ubi ædificata est ecclesia, atque ita atrium omnem circum ambit ecclesiam. Atrium tamen cum dicunt auctores ecclesiastici, intelligunt ut plurimum eam partem atrii quæ proxima januis est, in qua vestibulum. Infra lib. II, cap. 31 : « Si in atrio ecclesiæ, cujus porta reliquiis sanctorum consecrata est, » etc. Anastasius in Vita Sergii secundi : Conjungente vero eodem rege, universosque gradus ejusdem sacratissimæ beati Petri ecclesiæ ascendente, ad prænominatum appropinquavit pontificem, qui in atrio super gradus juxta fores ecclesiæ cum universo clero et populo Romano assistebat. » Ditmarus Mersepurgensis in libro primo Chronicorum : « Cum ad atrium defunctorum veniret, videns in eo magnam multitudinem oblationes offerentem sacerdoti coram templi foribus stanti primo substitit. » Anastasius in Vita Doni primi : « Hic atrium beati Petri apostoli superius, quod est ante ecclesiam in quadriporticum, magnis marmoribus stravit. » Quo loco sic aliqui legunt : « Hic atrium beati Petri apostoli superius, quod paradisus dicitur, estque ante ecclesiam, » etc. Atrium enim aliquando vocatum est paradisus, ut pluribus osten-

dit Heribertus Rosweydus in notis ad Paulinum ; A ubi etiam post Breulium adnotat atrium ecclesiæ Parisiensis, quod nunc vulgo *Parvis* dicitur, paradisum vocari in antiquis chartis ejusdem ecclesiæ. Cur autem atrium vocatum sit paradisus aperit vetus charta sancti Victoris Massiliensis, edita in annalibus Massiliensibus, pag. 296. Ex paradiso igitur factus est parvisius. Qua voce utitur Matthæus Parisius, cujus hæc sunt verba ad annum 1250, pag. 798, ultimæ editionis Londinensis : Unde pro illa substantia persolvenda cogebatur ille pauperculus, multis diebus scholas exercens, venditis in parvisio libellis vitam famelicam et codrinam protelare. » Atque hic mos etiamnum durat ut libri vulgo vendantur in parvisiis, præsertim in parvisio ecclesiæ Parisiensis. Fallitur ergo B Vossius, qui parvisium hic interpretatur scolam parvulorum.

Porticus est locus deambulationi aptus, ut sunt claustra ecclesiarum et monasteriorum. Incertæ autem antiquitus fuere sedes porticuum. Nam cum hodie ubique sint in latere ecclesiæ, olim alicubi erant inter **560** ecclesiam et vestibulum, tum ad utrumque latus templi ut de templo Tyrio testatur Eusebius lib. x Historiæ ecclesiasticæ, cap. 4. Hinc porticus aquilonaris apud Bedam lib. II, cap. 3, Historiæ ecclesiasticæ gentis Anglorum, et septentrionalis ac meridiana apud Rabanum in descriptione Ecclesiæ Fuldensis. Romæ porticum basilicæ sancti Petri fuisse ante januam ecclesiæ colligi potest ex loco supra relato ex Vita Doni papæ, C ubi atrium dicitur fuisse ante ecclesiam in quadriporticum. Quod etiam colligi potest ex Isidoro lib. xv Originum, cap. 3, qui adnotat atrium hinc dictum *quod addantur ei tres porticus exterius.*

Exedra, si vocabuli originem attendimus, erat locus circum ecclesiam in quo sedere ac requiescere licebat. In templo Tyrio exedræ erant constitutæ extra illam partem ecclesiæ in qua nos majus altare collocamus, in circuitu chori, sic ut conjungerentur deinde cum portis quibus in medium templum intrabatur. Existimo autem exedras constituisse partem murorum ecclesiæ, id est, factas, in muro sedes in circuitu ecclesiæ, etiamnum videmus in aliquibus ecclesiis. In muro dein illo prominenti cum nonnulli cupissent sepeliri, cameras D quasdam ac fornices construebant in exedra, in quibus eorum corpora condebantur ; atque istiusmodi cameræ plures etiamnum videntur in circuitu ecclesiæ Tutelensis. Recte ergo adnotatum est a Bartholomæo Brixiensi 13, q. 2. cap. *Præcipiendum*, exedras dici quasdam voltas quæ exterius adhærent parietibus ecclesiæ. Exedrarum usus desiit, cum, glíscente abusu, palam ac publice omnes in ecclesia sedere cœpissent, etiam laici ac feminæ. Hinc tot diversæ interpretationes hujus vocabuli, cum nihil certi statui posset de re quæ jam vetustate exoleverat.

Itaque ut ad id redeamus unde digressi sumus, tria extra ecclesiam loca erant in quibus sepeliri poterant corpora mortuorum, atrium videlicet, porticus et exedra. Honorificentior autem sepulturæ locus per illas tempestates erat in atrio, ante portam ecclesiæ, id est in nobilissima atrii parte. Adnotat enim Gretserus in libro secundo de Funere Christiano, cap. 8, Constantinum Magnum sepeliri voluisse in vestibulo **561** ecclesiæ CP. eodemque in loco deinceps sepultos esse plurimos imperatores ac pontifices. De Othone secundo imperatore testatur Leo Marsicanus in libro secundo Chronici Cassinensis, cap. 9, eum sepultum esse in atrio ecclesiæ beati Petri apostoli. Et libro IV, cap. 8, agens de Elgaita Roberti ducis uxore, ait eam in ecclesiæ paradiso ante basilicam Petri apostoli tumulari voluisse. Sic antiquitus sepulcra comitum Tolosanorum erant in atrio ecclesiæ sancti Saturnini, prope portam, ubi hactenus videntur, donec Urbani secundi auctoritate cœmeterium eorum constitutum est in atrio basilicæ deauratæ. Et, ut domesticis utamur exemplis, vestibulum ecclesiæ Tutelensis erat olim locus destinatus sepeliendis vicecomitum Turennensium corporibus, quorum erant ampla ac magnifica in ecclesiam illam merita beneficia ; eorumque sepulcra etiamnum manent post tot sæcula. Alicubi tamen porticus erat honorificentissimus sepulturæ locus. Legimus enim apud Bedam in libro secundo Hist. eccles., cap. 3 Augustinum et cæteros Cantuarienses archiepiscopos in porticu Cantuariensis ecclesiæ sepultos fuisse donec necessarium fuit eos sepeliri intra ecclesiam, quia porticus illa plures capere non poterat.

Præter atrium illud quod erat ante principalem portam ecclesiæ, in quo viri principes sepeliebantur, aliud atrium erat in quo sepeliebantur omnis conditionis homines. Erat autem atrium illud proprie cœmeterium. Vetus charta Archambaldi vicecomitis Combornensis pro monasterio Tutelensi : « Hoc autem ipse Gaucelinus de Petrabuferia posta devote adimplevit ad ostium cimœterii sancti Martini, quod est ante portam ecclesiæ sancti Martyris Juliani. »

CAP. 129. — *Per suam incuriam.* Statuta synodalia Simonis episcopi Sodorensi cap. 4 : « Capellani caveant ne per negligentiam aliquis infans sine baptismo, quod absit, moriatur. »

CAP. 132. — *Tabula consecrata.* Hincmari Capitula, tit 3, cap. 3 : « Tabulam quisque presbyter, cui necessarium fuerit, de marmore vel nigra petra aut litio honestissimo secundum suam possibilitatem honeste affectatam habeat, et nobis ad consecrandum afferat, quam secum, cum expedierit, deferat, in qua sacra mysteria **562** secundum ritum ecclesiasticum agere valeat. » Litium porro, ut hoc quoque obiter dicamus, ea lapidis nigri species esse videtur quo vulgo utimur ad cooperiendas domos, quem a vocabulo Gallico *ardoise* Nicotius vocavit ardosiam, Monetus lithostilben. Tabulam illam consecratam, qua uti debebant presbyteri cum sacra mysteria celebrabant extra ecclesiam, altare portatile vocaverunt sequentia sæcula. Exstat autem in Pontificali Romano ordo de consecratione tabulæ sive altaris portatilis.

Cap. 142. — *In hoste.* In exercitu, ut statim dicet. Prohibet autem ne quis eorum qui militant, alios cogat ad bibendum, nimirum usque ad ebrietatem. Alioqui enim nulla lex vetat quin amici invicem bibant, modo res hæc stet intra terminos sobrietatis.

Cap. 169. — *Disciplinam.* Id est, privatam flagellorum castigationem. Existimabat vir doctissimus Joannes Morinus istud pœnæ seu medicinæ pœnitentialis genus inauditum in Ecclesia fuisse ante annum nongentesimum quinquagesimum, exemplumque datum fuisse a Dominico Loricato, cujus virtutem ac fortitudinem humana majorem celebrat Petrus Damiani. Sed ego in Regula sancti Aureliani episcopi Arelatensis ita lego capite 41 : « Pro qualibet culpa si necesse fuerit flagelli accipere disciplinam, nunquam legitimus excedatur numerus, id est, tringinta et novem. » Et concilium Moguntiacum sub Carolo Magno habitum ita statuit in capite 45 : « Volumus ut disciplinam condignam habeant qui hæc discere negligunt, sive in jejunio sive in alia castigatione emendentur. » Descriptum est autem caput istud in libro quinto Capitular., 95.

Cap. 176. — *Ad venandum.* Vide Petrum Blesensem epist. 56 et 61, et notas nostras ad Agobardum.

Cap. 191. — *A monasteriis.* Itaque hæc constitutio edita fuit adversus monachos ; qui cum de singularitate censerentur, missas solitarias celebrare præsumebant.

Cap. 192. — *Sacerdotali catalogo.* Id est, ex eis qui in clero cooptati sunt, eo nomine a plebe distincti.

Cap. — 194. — *Quotidie eucharistiam.* Libellus supplex monachorum Fuldensium, Carolo Magno porrectus, cap. 4 : « Quod **563** communicationem fracti panis ante cibum quotidie sumere non respuatur secundum exempla præcedentium Patrum. »

Cap. 196. — *Non ante discedat.* Vide homiliam octavam Cæsarii Arelatensis.

Cap. 199. — *Torunensi.* Ne quis putet hic erratum esse a typographo, moneo sic scriptum esse in editione Helmæstadiensi et in codice ms. Parisiensi quo nos usi sumus in hac editione.

*Cum his verbis.* Supra cap. 70 : *Corpus et sanguis*, etc. Ævo Roberti Francorum regis, ut in Vita ejus testatur Helgaldus, ita dicebant : *Corpus Domini nostri Jesu Christi sit tibi salus animæ et corporis.* Ea formula non usurpatur his ultimis temporibus. Nobis enim, cum communicamus, hæc tantum presbyter dicit : *Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.*

Cap. 203. — *Capitula habeat.* Id est, si temporum nostrorum verbis loqui volumus, Summam casuum conscientiæ.

Cap. 208. — *Pensum servitutis suæ.* Officium suum, ut hodie loquimur. Exstat apud Stevartium elegans præfatio veteris cujusdam scriptoris in psalmos ad Bathuricum episcopum Ratisbonensem, qui sub Carolo Magno vixit ; in qua perstringit acerrime episcopos quosdam sui temporis, qui cætera dediti voluptatibus suis per totum diem, officium suum recitabant partim cum ibant cubitum, partim cum se mane vestibus induebant. Lubet hic referre ipsa hominis verba : « Alii vero qui, quod pudet dicere, etiam episcopi, tota die conviviis et poculis vacantes, et pene usque in noctis medium vel usque ad gallorum cantum aut eo amplius diversis student potionibus suæ satisfacere voluntati, isti tales, magis studentes hominibus placere quam Deo, prius quam dormitum eant, nocturnas vigilias desidiose persolventes, stratu mox decubant, donec iterum tempus manducandi et bibendi redeat. Surgentes vero, dum se vestibus induunt, diurna peragunt officia, putantes sibi sufficere posse si saltem quoquo modo illa decantent. » Ne vero episcopi nostrates putent id sibi a me dictum esse, quasi illos traducere voluerim, **564** iisdem apud ipsos verbis utar quibus utitur idem auctor erga Bathuricum : « Non enim talia referendo, inquit, vos denotare volo, sed ne his participemini admonere summa humilitatis subjectione præsumo. »

Cap. 213. — *Cum urso.* Solebant enim in Kalendis Januariis transformare se homines in pecudes, aut in feras, aut in portenta, ut ex Maximi episcopi Taurinensis homilia de Kalendis Januarii jampridem collegerunt viri docti. Assumebant itaque cervorum ac vitulorum formas, tum etiam ursorum, ut mutorum animalium insanam petulantiam liberius ac licentius imitari possent. Postea cum id vetitum fuisset tam ecclesiasticis quam civilibus legibus, hanc insaniam Christiani a Kalendis Januariis transtulerunt in dies illos qui antecedunt initium Quadragesimæ. Vide synodum Antissiodorensem Annacharii, epistolam Zachariæ ad Bonifacium, quæ est 142 inter Bonifacianas, et edictum Carlomanni in initio libri quinti Capitularium.

*Talamascas.* Id est larvas, ut antea explicatum est. Hoc caput, in epitomen redactum, ex vetusto Rhemensi concilio refert Vossius in libro secundo de Vitiis sermonis : « Larvas dæmonum, quas vulgus talamascas vocat, sub anathemate prohibemus. » Hinc *masque* apud nos pro larva. Ex eodem fonte ortum est quod occultæ litterarum notæ, quibus aliquid aliis celatum volumus quam ei ad quem scribimus, talamascæ dicuntur in fragmento Odonis Ariberti de cæde Bernardi comitis Barcinonensis, cujus partem edidimus in notis ad Agobardum : « Cætera quæ pandere periculosum est litteris talamascis inscribam. » In hoc porro loco, pro eo quod editio Helmæstadiensis habet *quas vulgo dalamaschas vocant*, nos secuti auctoritatem codicis Parisiensis et Hincmari, tum etiam ne turbaremus fontes ex quibus sua Burchardus accepit edidimus, *quas vulgo talamascas dicunt.* Qui vero codicem Helmæstadiensem antiquitus descripsit, videtur ante oculos habuisse concilium Rhemense a Vossio laudatum.

Cap. 216.—*Presbyteri per Kal.* Constitutio Riculfi

episcopi Suessionensis, cap. 20 : « Rationi quoque proximum esse sanximus ut in unoquoque mense, statuta **565** die, id est in Kalendis uniuscujusque mensis, per singulas decanias presbyteri simul conveniant ; et convenientes, non pastis vel potationibus vacent, sed de suo ministerio et religiosa conversatione atque de his quæ in eorum parœchiis accidunt sermonem habeant. »

*Singulos biberes.* — Infra libro II, cap. 432 : « Singuli singulos biberes accipiant. » Id est singulos vini scyphos, ut Vossius interpretatur. Regula sancti Benedicti, cap. 35 : « Septimanarii accipiant super statutam annonam singulos biberes. » Regula sancti Aureliani in epilogo. « Cibaria quotidie ad refectionem tria, ad prandium duo, ad cœnam duo. Biberes ad refectionem, id est, in ætate merum, et tres caldellos. » infra. « Biberes binas ad prandium. » Ekkehardus in libro de Casibus monasterii sancti Galli, cap. 11 : « Invitat tandem abbas pariter ad nonales fratrum, quibus conscripti essent, biberes. » Ex his ergo patet male in editione Helmæstadiensi scriptum esse *singulos libere excipiat.* Male item apud Burchardum *singules bibere faciant.*

*Ultra tertiam vicem.* Vide lib. V de Concordia sacerdotii et imperii, cap. 51, § 2.

Cap. 218. — *Propriæ ecclesiæ.* Admonitio synodalis antiqua : *Res et facultates quas post diem ordinationis vestræ acquiritis, ad ecclesiam ad quam titulati estis pertinere sciatis.* Paschalis II in epistola ad Norigaudum episcopum Augustodunensem : Illud autem apostolica auctoritate statuimus, ut nulli presbytero, » etc., ut infra in Appendice actorum veterum, tit. 21.

Cap. 220. — *Inquirendum.* Vide notas ad caput centesimum quartum

Cap. 230. — *Usuris.* Concilium Suessionense habitum anno 1078, sub Manasse archiepiscopo Rhemensi : « Ut nullus clericus aut laïcus Christianus usuras accipiat. Et si quis res alicujus in vadimonio suscepit, et jam inde capitale suum habet, res ipsas reddat, et non plus accipiat. »

Cap. 241.—*Rewadiare.* Ita prorsus codex ms. Reginonis. Pro quo editio Helmætadiensis habet *ut banni nostri rei per fidejussores*, etc Emendationem nostram confirmant etiam libri Capitularium et liber legis Longobardorum. Rewadiant bannum, ut Sirmondus ait, qui ad banni mulctam judicio damnati, pro ea dant **566** wadium. Charta Mathildis reginæ pro monasterio sancti Bertini in Sithiu : « Judicaverunt etiam prædicti arbitri quod si rusticus ostium suum contra ministerialem et scabinos abbatis clausisset, liceret scabinis et ministeriali ostium impellendo aperire, et vadium, etiam scriniis fractis, si extra seram non invenissent, asportare. » Lindenbrogius et Spelmanus *rewadiare* explicant *relaxare.* Vide Vossium in libro quarto de Vitiis sermonis.

*Armiscaram.* Editio Helmæstadiensis, *aruscaram*, quod Hildebrandus interpretatur *pœnam arbitrarim.* Infra lib. II. cap. 423 : « Nostram harmiscaram durissimam sustinebunt. » Adnotat Sirmondus ad Capitula Caroli Calvi harmiscaram graviorem mulctam fuisse, quæ a principe pro arbitrio extra ordinem imponi soleret. Vide Vossium in libro secundo de Vitiis sermonis, qui recte hic Vitum Amerbachium reprehendit.

Cap. 242. — *Si plures.* Breviarium est canonis 32 concilii Triburiensis, ut plerumque solet Regino ita referre canones illius synodi. Agitur autem illic de jure patronatus. Jubet ergo canon ut si plures unius ecclesiæ patroni fuerint, et convenire inter illos non potuerit de presbytero qui illam regat et gubernet, episcopus ecclesiam claudat et sacrum in ea ministerium celebrari prohibeat donec patronis concordia redeat ; quod antea constitutum fuerat in synodo Cabilonensi secunda. Apud Burchardum tamen lib. II, cap. 43, et in prima collectione Decretalium cap. 1, *de jure patron.*, hic canon, qui reperitur editus in concilio Cabilonensi, tribuitur concilio Mediomatricis. Burchardus autem et Bernardus Circa ex diversis exemplaribus hunc canonem Metensem descripsisse videntur, cum diversæ sint eorum lectiones in nonnullis locis ejusdem capitis. Itaque fieri potest ut editus quoque fuerit in Metensi quapiam synodo. Immutatum porro postea est hoc jus auctoritate Innocentii III Romani pontificis. Hic enim statuit ut si de jure patronatus controversia emerserit inter laicos, et cui competit infra quatuor menses non fuerit definitum, ex tunc ecclesiam ipsam diœcesanus episcopus non differat de persona idonea ordinare. Exstat hæc constitutio **567** apud Innocentium III, lib. I, epist. 521, et inde in cap. *Cum propter. De jure patron.*

Cap. 243.— *Dividi inter plures.* Vetus est hæc regula, ut pluribus exemplis probari posset, eodem nimirum jure quo vetitum erat ne duo episcopi essent in una Ecclesia. Verum quoniam nonnulli interdum ab hac regula discedebant, admoneri illos subinde oportuit ne sanctissima instituta desererent. Recruduit tamen sæpe id malum, adeo ut etiam aliquando ecclesia una duobus presbyteris eodem tempore committeretur cum consensu et auctoritate episcoporum. Exstant enim litteræ Rodhmundi Augustodunensis episcopi, datæ circa annum 940, quibus Capellam sancti Germani de Centissa committit duobus clericis, « ut eam diebus quibus advixerint teneant, regant, possideant. » Integrum diploma edetur infra in Appendice actorum veterum.

Cap. 246.—*Si autem.* Burchardus lib. III, cap. 249, refert hunc canonem « ex concilio Rhemensi præsente Ludovico imperatore, cap. 5, » cum sit concilii Meldensis. Ita visum Burchardo omnia mutare.

*Canes aut Genitiarias* . Puto hic vocem *genitiarias* invidiose positam esse, ut innuerent episcopi decimas quas laici percipiebant in pravos usus fuisse conversas, nimirum ad canum et scortorum sumptus. Juvat hanc conjecturam caput 132 istius libri, ubi sic legitur, « inter canum discursus et scortorum greges. »

Præterea inter varia capita de quibus laici olim A interrogabantur ab episcopo, istud quoque ponitur infra cap. 37 : « Si aliquis in sua domo consentit cum propriis ancillis vel geneciariis suis adulterium perpetrare. » Denique auctor dialogi de Statu Ecclesiæ, qui a Cordesio editus est cum epistolis Hincmari, sæculares homines redarguens qui redditus ecclesiasticos possidebant, his illos verbis increpat : « Vos cum uxoribus et ancillis vestris, et, quod pejus est, nonnulli cum scortis decimas et oblationes fidelium manducabitis. » Alias enim genitiariæ vocabulum honestum est, quod idem valet ac ancilla. Infra lib. II, cap. 176, ex concilio Dannetensi : *inter genitiarias suas residentes*. Ludovicus rex Bajoariorum in tomo secundo Metropolis Salisburgensis, pag. 12, » Mancipia **568** B infra curtem inter pueros et feminas genecias numero viginti duo. » Titulus 80 legis Alamannorum : *De eo qui cum ancilla vestiaria et geneciaria concubuerit*. Lex autem explicat quid sit ancilla geneciaria : « Et si cum puella de genecio priore concubuerit aliquis contra voluntatem ejus, cum VI sol. componat. Si quis cum aliqua de alio geneci contra voluntatem ejus concubuerit, cum III sol. componat.» Genitiariæ ergo dictæ ancillæ quia in genecio sive gynæceo positæ erant, id est in ea parte domus ubi feminæ, ut Nannetensis concilii verbis utamur, de lanificiis suis et operibus textilibus et muliebribus inter se tractabant. Geneciorum autem duo genera fuisse colligi potest ex loco jam laudato legis Alamannorum, superius et inferius, id est, ut interpretatur Spelmannus, honestius, et servilius. Existimat enim vir doctissimus genecium fuisse locum pœnæ mulierum destinatum, sicut olim in more fuit viros dare in pristinum pœnæ causa. Sane in libro secundo legis Longobardor., tit. 37, cap. 7, legimus eam antiquitus pœnam sanctimonialibus corruptis irrogatam fuisse ut genecio traderentur, abrogatamque propterea eam legem ab imperatore Lothario, ne postea locum mœchandi cum pluribus haberent, si in genecio constituerentur. Eæ vero, quoniam stamina etiam pensaque, quæ muliebrium operum vocabulo continentur, ducebant, pensiles ancillæ vocantur in libro secundo legis Longobardor., tit. 9, cap. 2, ubi præcipitur ministris reipublicæ ut mulierem liberam, quæ servo sponte nupserit, in curtem, id est D palatium regis ducant et inter pensiles ancillas constituant. Hæc erat igitur pœna ejus quæ se servo conjunxerat. Superest ut investigemus quod discrimen esset inter duo genecia. Nam Spelmannus hanc partem reliquit intactam. In superiore igitur haud dubie genecio constitutæ erant ancillæ originales, id est quæ non peccaverant, sed ex servis natæ erant in domibus dominarum. Has itaque honestius tractabant. Quæ vero peccaverant, eæ fortassis in ergastulis constitutæ, ne in conspectum quidem dominarum admittebantur ; sed id quod vilius erat intra domum curabant, felices quod adhuc aut vivere permittebantur, aut exsilium non olerabant.

**569** AD. CAP. 254. — *Presbyter unam*. Vide Notas ad epistolam 29 Lupi Ferrariensis.

AD CAP. 259. — *Pœnitentem invitet*. Vide homiliam primam Cæsarii, Arelatensis.

AD CAP. 285. — *Qualis tribulatio*. Cum prodigium quoddam eveniebat, jejuniis illud, precibus et missarum celebrationibus expiabant. Bonifacius martyr epist. 72, quæ tota est de hac materia : « Illas missas quæ pro tempestatibus fieri soleant celebrare vos, presbyteri, recordamini. » Exstat in libro Sacramentorum missa pro quacunque tribulatione. Nuper vero ego aliam reperi in veteri codice ms., quam in Appendice actorum veterum edere visum est.

*Edictum nostrum*. Hinc colligi posse videtur jejunia et supplicationes quæ extra ordinem injungebantur, non absque auctoritate principis interdum consuevisse decerni. Frustra enim princeps tolleret necessitatem exspectandi edicti si ea nulla fuisset. Carolus Magnus in brevi capitulorum quod a Sirmondo editum est in tomo secundo Conciliorum Galliæ, pag. 262. » Primo commemorandum est quod anno præterito tria triduana jejunia fecimus, Deum orando ut ille nobis dignaretur ostendere in quibus conversatio nostra coram illo emendari debuisset : quod nunc facere desideramus. » Ludovicus Pius in tertio capitulari Aquisgranensi, cap. 3 : « Recordari vos credimus qualiter hoc anno consilio sacerdotum et aliorum fidelium nostrorum generale jejunium per totum regnum nostrorum celebrare jussimus. » Et infra : » Volumus ut generale triduanum jejunium secunda feria post octavas Pentecostes celebrandum indicetur et generaliter ab omnibus cum summa devotione observetur. » Vide concilium Parisiense VI, in epistoia ad Ludovicum et Lotharium imperatores, et lib. VI Capitular., cap. 184.

CAP. 286. — *Præstat*. Commodat, mutuum dat. Gallice, *qui prête*. Ruricius Lemovicensis lib. I, epist. 7, ad Bassulum Cadurcorum, uti reor, episcopum : « Librum quem præstiteratis me remisisse significo. » Lib. II legis Wisigothor., tit. 5, cap. 2 : « Si quis alicui jumentum aut caballum aut aliud animal præstiterit. » Titulo 54 legis Salicæ : « Si quis alteri de rebus suis aliquid præstiterit, et ei reddere noluerit. »

**570** CAP. 289. — *Absidam*. Editio Helmæstad., *absidem*. Utrumque dicitur, sed absida frequentius. Vulgo autem absidam interpretantur sedem sive thronum fuisse, uti nunc quoque est, in absida, id est, intra spatium aræ majori propinquum, quod ut plurimum cancellis separatur a reliqua parte ecclesiæ. Sed cum apud Anastasium in Vita Leonis III, reperiam illum fenestras de absida ex vitro diversis coloribus conclusisse atque decoravisse, cogor absidem interpretari de spatio illo quod, ut dixi, propinquum est aræ majori, et cancellis separatum est a reliqua ecclesia. Vide Glossarium Francisci Pithœi, et Rosweydi Onomasticon ad Vitas Patrum.

CAP. 290. — *Cilicium*. Quod ecclesiæ vestimentum

vocat Ruricius lib ii, epist. 20. Vide notas nostras ad homilias Cæsarii Arelatensis.

Cap. 291. — *Expellant.* Ex veteri Ecclesiæ more, quæ pœnitentes a conventu et communione removebat. Insignis est in eam rem homilia prima Cæsarii Arelatensis. Sed hanc regulam postea in gratiam monasteriorum infregerunt Romani pontifices.

*Ut peccemus instigat.* Hanc formulam esse vetustam facile colligitur ex Ruricio Lemovicensi, apud quem ista leguntur lib. ii, epist. 12 : « At quo priores dicturi sumus iniquitates nostras coram Domino vel prolaturi nisi diabolo utique, qui delictorum et incentor est et delator ? Ipse enim ut peccemus instigat. Ipse, cum peccaverimus, accusat. Et ideo in confessione criminum a nobis præveniatur in sæculo, ut contra nos non habeat quod proferat in futuro. »

*Necasti partus.* — Obscurus est hic locus. Parentibus enim imponit decem annorum pœnitentiam qui liberos suos voluntarie occiderint, statim vero eos duodecim annos pœnitere jubet qui filium vel filiam occiderint. Ne quis vero putet mendum hic esse, constans, est hæc lectio in editione Helmæstadiensi et in codice Parisiensi, tum etiam in veteri libro pœnitentiali quem Morinus edidit ex antiquissimo codice Siculo. Lux autem huic difficultati afferri potest ex Burchardo, apud quem ista leguntur in libro xix : « Fecisti quod quædam mulieres facere solent, quæ dum fornicantur, **571** et partus suos necare volunt, agunt ut utero conceptos excutiant suis maleficiis et suis herbis, decem annos per legitimas ferias pœnitere debes. » Et infra : Interfecisti filium vel filiam voluntarie post partum ? Si fecisti, duodecim annos per legitimas ferias pœnitere debes. «

*Ante conceptum.* Id est, potionibus et herbis mortiferis effecisti ne conciperes, annum unum pœniteas. At si posteaquam concepisti, cum gravida es, uterum tuum excussisti tum tres annos pœnitere debes. Pœnitentiale Andegavense editum a Morino : « Mulier partum suum ante dies quadraginta sponte perdens, annum unum pœniteat. Si vero post quadraginta dies, tres annos. Si vero postquam animatus fuerit, quasi homicida. » Vide Burchardum lib xix.

*Vegula.* Vide Hugonem Menardum in Notis ad librum Sacramentorum, pag. 252.

*Clementiæ et miseric.* Ita omnino codex ms. Parisiensis et Burchardus lib. xix, cap. 7, tum etiam Halitgarius in libro sexto. Nam editio Helmæstadiensis ita habet, *clementiam et misericordiam tuam ut famulo,* etc. Morinus autem, *clementiam tuam et misericordiam tuam et majestatem tuam ut famulo.* Lectionem porro codicis Parisiensis confirmat etiam Liber Pœnitentialis Egberti Eboracensis archiepiscopi, apud Morinum in Appendice, pag. 19, et codex Dionysianus ibidem editus pag. 70. Fuere antiquitus varia absolutionum genera, de quibus fuse et erudite tractat idem Morinus. Nunc vero hic in Appendice actorum veterum edere visum est veteres formulas absolutionis quæ in usu

A erant ævo Gregorii XI et Bonifacii IX, a me nuper inventas in veteri codice ms. bibliothecæ Regiæ.

Cap. 316. — *Quicunque.* Id est, quicunque ex his qui pœnitentiam acceperunt, ac vestes pœnitentium assumpserunt. Alioqui enim ridicula esset illa constitutio.

Cap. 327. — *Spectacula.* Larvatos homines, *des mascarades.* Hæc enim sunt spectacula ultimorum temporum. Vide supra ubi de talamascis dictum est.

Cap. 328. — *Synodus Helibern.* In duobus vetustissimis codicibus manuscriptis, uno Regio, et altero nostro, legitur : *Synodus Ebernensis dicitur. In tribus quadragesimis,* etc. Vetus collectio canonum Hibernicorum, **572** edita in to-
B mo IX Spicilegii Dacheriani ex vetustissimo codice ms. monasterii Corbeiensis, lib. xliv, *synodus Hibernensis. In tribus,* etc. Viderat autem illustrissimus archiepiscopus Parisiensis Petrus de Marea vetustum codicem ms., in quo caput istud descriptum esse dicebatur *ex concilio Hibernico.* Erant itaque qui constitutionem illam tribuunt concilio Eliberitano. Illud admonendum, aliquos præterea canones Eliberitano concilio tributos a Burchardo et Ivone, reperiri in collectione monasterii Corbeiensis. Unde trahi potest argumentum quoad alios qui non inveniuntur inter canones vulgatos synodi Eliberitanæ. Fuse porro alibi disputabimus de toto illo negotio de quo agitur in isto capite.

C Cap. 332. — *Eulogias.* Id est, panem benedictum, ut hodie loquimur.

Cap. 333. — Exstat apud Burchardum lib. vi, cap. 33.

Cap. 335. — *Cottam.* Editio Helmæstad., *collum.* Sed codex Parisiensis diserte scriptum habet *cottam.* Burchardus et Ivo parte vi, cap. 283, *cotto sive cappa.* Concilium Metense, habitum anno 888, c. 6 : « Ut nemo clericorum arma portet, vel indumenta laicalia induat, id est, cottos vel mantellos sine cappa non portet, et laici cappas non portent. » Cunradus episcopus in Chronico rerum Moguntiacarum, apud Reuberum, pag. 453 : « Arnoldus autem primordia sui consecrans præsulatus, purpuram optimam de almaria tollens, sibi fecit vestes, tunicam, sorcotium et mantellum, ut in impera-
D toris curia gloriosior appareret. » Cotta ergo sive cottus erat vestis oblonga, sed quæ caputio, ut hodie loquimur, carebat. Hæc erat vestis laicorum, qua prohibetur clericis ne utantur. Spelmanus tamen et Vossius volunt ; cottæ vocabulo significari latibulum, speluncam, casam, tugurium, gurgustium, imo etiam cellas et dormitorium monachorum. Frustra sane est Vossius, qui cottum apud Petrum Damiani lib. ii, epist. 15 ; interpretatur de vili cubili aut lectulo, cum hic agatur de veste monachali, sub qua monachus ille quotidie in lecto completorium insusurrabat. Nam monachis exuere vestem non licebat cum irent cubitum. Regula sancti Benedicti, cap. 22 : « Vestiti dormiant et cincti cingulis aut funibus. » Regula Magistri

**573** cap. 11 : « Cum dormiunt, vestiti dormiant et cincti. »

Cap. 336. — *Ex concilio Adrisphach.* Locum fuisse in Bajoaria indicat titulus istius capitis. Sed in qua parte Bajoariæ situs fuerit, aut quo tempore celebratum sit illud concilium, non explicat. Forsitam intelligi debet de concilio quod juxta ripam Danubii celebrare se velle scripsit ad Gregorium III Bonifacius Moguntinus, ut legitur in epistola quinta ejusdem Gregorii, quæ est 130 inter Bonifacianas. Nam illic agitur de gente Bajoariorum, unde ad Gregorium scripserat Bonifacius. Bajoariam porro Bonifacio commissam a Gregorio esse, et a Zacharia confirmatam, docet epistola ejusdem Zachariæ ad ipsum data, quæ est 143 inter Bonifacianas, et scribit etiam Wilibaldus in capite nono de Vita ejus. A Bonifacio igitur fortean celebratum est concilium in ripa Danubii apud Adrisphach. Hæc est mea conjectura, quæ tamen non est admodum certa. Infra capite 378 hujus libri exstat aliud decretum ejusdem synodi. Et fortassis ad eam quoque pertinent cap. 380 et 382, usitato Reginonis more ut cum ex superiore concilio nonnulla per saltum petit, in titulo ponat. *Unde supra.* Quod interdum errandi occasio Burchardo fuit.

Cap. 342. — *De ministeriis.* Id est, de bonis et rebus ecclesiæ, ut sensus postulat et docet præterea titulus capitis. Infra cap. 275 : « Si aliquis de ministerio ecclesiæ quolibet modo aliquid furatus fuerit, septem annos pœniteat. » Sic in veteri concordia monachorum Tutelensium cum Aureliacensibus nomine presbyteralis ministerii intelliguntur bona et res ecclesiæ : « Presbyterale ministerium ecclesiæ sancti Amancii de Faurcic, et tres mansos in eadem curte. » Vide quæ de fisco presbyterali supra diximus in notis ad caput 24.

Cap. 347. — *Ignorante concilio.* Id est clero, infra cap. 349, Concilium enim interdum dicebant cum clerum intelligerent. Infra capite 357, *coram concilio Ecclesiæ.* Imperator Constantinus : « Habeat unusquisque licentiam sanctissimo catholicæ venerabilique concilio decedens, bonorum quod optavit relinquere. » Non licebat ergo episcopis distrahere bona ecclesiarum absque concilio et assensu fratrum, nisi forte terrulas aut vineas exiguas aut ecclesiæ minus utiles aut longe positas, **574** ut placuit Agathensi concilio.

Cap. 349. — *In suo clero.* Legendum haud dubie *inscio clero.* Verum quia et Martinus Bracarensis, ex quo caput istud sumptum est, tum Burchardus in duobus locis, et Ivo Carnotensis parte III, c. 172 hanc lectionem retinuerunt, nos quoque retinendam propterea esse putavimus, præsertim cum et editio Helmæstadiensis et codex Parisiensis illam diserte exhibeant.

Cap. 362. — *Precariæ.* « Qui rem Ecclesiæ. » verba sunt Sirmondi, « ad usumfructum sub annuo censu impetrabant, iis per precariam et præstariam dari solebat. Præstariam dabat ecclesiæ

A rector, qui rem in præstitum concedebat, et quibus legibus eam concederet exponebat; precariam petitor, qui rem precario accipiebat, qua censum et alias conditiones impositas expleturum se profitebatur. Verum id quidem. Set tamen æque certum est precariæ et præstariæ vocabula confundi olim solita, quia res quæ precario tenebatur, præstata vel præstita dicebatur. id est ad certum tempus tradita, *prêtée.* Lib. I Antiquitat. Fuldensium apud Pistorium, pag. 459, lustrat quidam tria mancipia donans monasterio Fuldensi, abbati Ratgario significat se mancipia illa donare ea conditione « ut et ego illis, usque dum hujus vitæ curricula patior, ad sustentationem per vestram precariam. » Innumera ferme sunt istiusmodi exempla

B in his libris Antiquitatum Fuldensium et alibi. Charta Salomonis abbatis sancti Galli, apud Goldastum in tomo secundo Rerum Alamannicarum, pag. 69 : « Complacuit nobis ut res quas nobis tradidit Ingelboldus per hanc precariam ei præstaremus. » Supra, pag. 65, « præstaria in quinquennio renovata, » juxta legem de precariis renovandis quam Regino refert infra cap. 365 hujus libri. Precarias ergo dabant et hi qui rem præstabant. Porro pro his verbis dicebant etiam precationem, petitionem, præstationem, beneficium, ut patet ex laudatis Antiquitatum Fuldensium libris.

Cap. 363. — *Usufructuario.* Id est, per precariam. Nam qui olim per precariam possidere dicebantur, sequenti tempore res ecclesiarum tenere

C dicebantur usufructuario, ut patet ex iisdem libris Antiquitatum Fuldensium. Idem enim valet tenere precario et usufructuario.

**575** Caput istud non est divisum in editione Helmæstadiensi, neque in capitulis Caroli Calvi, unde sumptum est. Divisum itaque illud exhibet codex Parisiensis ita ut a nobis editum est. Primum vetusti codicis auctoritas effecit ut ab editione Helmæstadiensi recederemus in hoc loco. Deinde ita nobis faciendum fuit ut originem istius divisionis ostenderemus, cum caput istud eodem modo apud Burchardum et Ivonem divisum reperiatur quo in codice Parisiensi. Sed Burchardus, cum apud se statuisset ne uteretur auctoritate Capitularium regum Francorum, duas istius capitis partes tribue-

D re maluit concilio Matiscensi et concilio apud Carisiacum. Quod fraudi fuit Ivoni, qui parte III, cap. 233 et 234, describens Burchardum, constitutiones illas accepisse se docet ex Matiscensi concilio et ex concilio apud Carisiacum. Arte igitur et industria Burchardi effectum est ut pleraque capitula putarentur edita in synodis quibusdam, quæ tamen a regum nostrorum auctoritate profecta erant.

— *Nisi ad libertatem.* Fortassis istud decretum est adversus barbaram et stultam quorumdam consuetudinem, qui mancipia et servos ecclesiarum commutabant cum mutis animalibus, puta cum equis, ut testatur Lullus archiepiscopus Moguntinus in epistola centesima inter Bonifacianas.

Cap. 376. — *Nullus episcopor.* Prohibet hic canon

ne die Dominico quisquam ex iis qui in clero constituti sunt judicet aliquam causam. Quod ideo statutum esse apparet, ne quis avocatus ab oratione Ecclesiam Dei negligeret. Noverat hanc regulam Agano Augustodunensis episcopus. Et tamen ipsa sacratissima Pentecostes die negotium quoddam suscepit judicandum. Sed sciendum est illud fuisse tanti momenti ut Ecclesiam turbaret. Præfatus itaque *in tanta die non sæcularibus sed divinis officiis vacandum* fuisse, negotium illud ait se suscepisse judicandum, propter gravitatem ejus, *divinum*, inquit, *etiam formidantes judicium, si nostra non mitigarentur auctoritate.* Integrum Aganonis diploma, cum multa contineat notatu digna, edemus in Appendice actorum veterum.

Cap. 378. — *Ante missam.* Hodie aliud obtinet. Nam si ea temporum necessitas incidat ut oporteat agricolis **576** aut aliis operariis permittere ut laboribus suis incumbant in diebus Dominicis aut festivis, id jam non licet ante missam, sed postquam ea celebrata est.

Cap. 382. — *Banniatur.* Ejiciatur, expellatur.

Cap. 394. — *Quicunque libert.* Ex isto canone, qui revera est concilii Toletani quarti, orti sunt quamplures spurii canones Toletanis conciliis perperam tributi, cum in illis non exstent neque exstare possint. Istum Regino laudaverat ex concilio Toletano. Tum caput 396 (quod sumptum est ex libro primo Capitularium, quemadmodum et 395) retulit *Ex eodem, cap.* 82, id est, ex eodem libro Capitularium. Burchardus, seu ista non animadvertens, an quia destinaverat Capitularium librorum mentionem nullam facere, caput 396 laudavit ex concilio Tôletano, cap. 82. Tum eidem concilio tribuit etiam capita 397, 98, 99, 402, cum duobus sequentibus, quia in codice Reginonis adnotatum non erat unde illa sumpta essent. Ex quo Burchardus colligebat sumpta omnia esse ex concilio Toletano. Burchardum secuti sunt Ivo et Gratianus. Sed Loaysa noluit pro canonibus Toletanis agnoscere capita illa, quamvis ea retulerit in fine concilii primi Toletani, satis innuens his verbis non putare se condita fuisse in conciliis Toletanis : « Fragmenta sub titulo conciliorum Toletanorum vel corrupte vel falso citata, cum in his conciliis non inveniantur. »

Cap. 399. — *De familia Ecclesiæ.* Id est, ex mancipiis et servis ecclesiæ. Vide lib. iv legis Wisigothor. tit. 5, cap. 7.

Cap. 402. — *Qui debitum.* Formula ista exstat etiam apud Marculfum lib. ii, cap. 32, sed paulo diversa. Item in chartulario monasterii Usercensis apud Lemovices.

Cap. 403. — *Lege mundana.* Lib. ii, cap. 112, *secundum legem mundanam finiatur;* et cap. 238, *secundum mundanam legem mortem suscipias.* Mundana lex distinguitur illic ab ecclesiastica, id est civilis a canonica. Sed tum ita loqui malebant. In præfatione Capitularium leges dividuntur in mundanas et ecclesiasticas. Priores duo libri pertinent ad legem ecclesiasticam, duo sequentes ad legem mundanam. Prior **577** respicit episcopos et sequentium ordinum clericos ac monachos, secunda laicos.

Cap. 404. — *In pacto Francor.* Caput istud integrum retulit Burchardus in suo Decreto, ex concilio Toletano, ut assolet sed pactum non descripsit. Itaque obscurus erit hic locus legenti Burchardum, nisi subsidium petat a Reginone, qui pactum statim posuit in hoc loco. Intelligit autem pactum a Francis initum cum Ripuariis. Hoc solemni vocabulo tum utebantur ut fœdus significarent vel conventiones pacis, quod nos hodie diceremus *traité de paix ou d'alliance.* Synodus Dingolvingensis, cap. 7 : « De eo ut nullus hæreditate sua privetur nisi per tres causas quæ in pacto scribentur. » Eginhardus ad annum 812 loquens de legatis Michaelis imperatoris CP. ad Carolum Magnum missis : « Aquisgrani ubi ad imperatorem venerunt, scriptum pacti ab eo in epistola suscipientes, inde reversi Romam, in basilica sancti Petri eumdem pacti seu fœderis libellum a Leone papa denuo susceperunt. »

Cap. 443. — *Qui episcopus.* Caput istud aliqua cura nostra indiget. Sumptum est enim ex statutis Ecclesiæ antiquis, quæ unicuique episcopo olim legebantur in consecratione sua. Statuta antiqua Orientalium vocat Atto Vercellensis in epistola octava, ubi docet ea dinumerata fuisse in centum capitula, initium autem eorum fuisse *Qui episcopus,* etc. Viderat duo istorum statutorum exemplaria. Severinus Binius, unum monasterii Gemblacensis, alterum sancti Bavonis in Gandavo. Quo magis mirum est edita ab illo non fuisse. Nam licet descripta in plurimum sint in concilio Carthaginensi quarto, tamen illic non exstant eo ordine quo leguntur in libris antiquis. Regino, quia ista accipiebat ex concilio illo Carthaginensi, non citavit statuta Ecclesiæ antiqua. Nos, cum res magni momenti sit, et statuta illa perdiu viguerint in Ecclesia, illa quandoque edemus ex vetustissimo codice ms.

## NOTÆ AD CAPITULA LIBRI II.

Cap. 1. — *Ex concilio Rothomag.* Concilii cujuspiam Rothomagensis canones frequenter laudat **578** Regino, qui tamen non reperiuntur in collectionibus conciliorum. Nam præter istum canonem, Regino ex eodem concilio refert capita 68, 69, 167, 390, 406, 415 et 416 istius secundi libri. Antiquum autem esse oportuit concilium illud, cum habitum sit ante Reginonem. Fortassis etiam antiquius est anno 858, cum Herardus Turonensis utatur quibusdam verbis quæ exstant in isto capite, ut statim dicetur. Sed alibi commodior erit de his agendi locus.

*Synodum.* Id est, conventum in Ecclesia habendum cum episcopus ad illam accedet visitaturus. Duplex ergo synodus, uti supra diximus. Una, quam episcopus in civitate agebat, ad quam venire tenebantur presbyteri ex rusticanis parœciis, pro inquisitione ministerii sui. Alia, quam episcopus vel ejus ministri tenebant in unaquaque ecclesia, cum visita-

munus obibant, in qua presbyteri reddebant A tem ministerii sui, et in qua judicabantur s synodales uniuscujusque parœciæ. Infra 234: « De hoc quod mihi reputatum est in ynodo, » etc. Et cap. 238: « De hoc quod tu ata es in præsentia istius episcopi in hac sy- » etc. De hac ultima synodo intelligendum canonem Triburiensem a Reginone infra re- cap. 296. Quin et Richardus Bituricensis ar- iscopus, qui regnante Philippo primo Fran- a rege vixit, conventum pro dedicatione cu- m ecclesiæ factum vocat concilium, quia dubie tunc illic fecit quod tum facere sole- piscopi cum diœceses suas circuibant.

rterm. occurr. Capitula Herardi archiepi- Turonensis, cap. 133: « ut vocati ad syno- B nprætermisso occurrant. Sin alias, condem- r. »

uaq. in facil. Juxta regulam sancti Gregorii, e scribit ad Maximianum episcopum Syracu- a lib. II, indict. 10, epist. 4: « Si qua fortassis lia existunt, quæ fraternitatis tuæ judicio ne- iam dirimi possint, hæc solummodo nostrum um flagitent; ut sublevati de minimis, in majoribus efficacius occupemur. »

. 2. — *Episcopus in synodo*. Burchardus ista e deinceps sequuntur usque ad caput sextum **579** Eutychiano papæ, cui etiam tribuun- veteri codice ms. monasterii Rivipullensis. a hinc manifestum est illa descripta esse in codice ex Decreto Burchardi quod numeri C cripti sunt quales exstant apud Burchardum. lo enim ista leguntur: *Decretalis institutio ani papæ, quid episcopi in synodo debeant ere. Capitul.* XCI. Tum: *Jusjurandum syno- cai.* Postea: *Juramentum cæterorum* XCIII. de cæteris. Igitur ante Burchardum ista non ntur esse Eutychiani papæ; ut re vera illius on possunt, cum multa illic habeantur quæ Magni ævum aperte redolent, Eutychianus . Romæ sederit sub finem tertii sæculi. Adeo nota non erant ævo Caroli Magni, saltem omine Eutychiani aut alicujus alius Romani leis, ut neque exstent in collectione epistola- ontificiarum ex quibus Galliam Germaniam- plevit Riculfus archiepiscopus Moguntinus, ex Eutychiano laudentur a Reginone. Quo D a pariter est ut qui collectiones conciliorum rarunt, cum sine delectu cuncta ederent qui- neranda priscorum pontificum Romanorum a præfiguntur, ista tamen Eutychiani decreta rint. Mea opinio est, illa non esse ex concilio um, neque ex decretis alicujus Romani pon- sed formulam fuisse secundum quam epi- interrogare debebant laicos in unaquaque ia, eam porro formulam eodem tempore in- a fuisse quo inquisitio de vita clericorum remissa est initio libri primi.

. 3. — *Synodalem causam*. Il est quæ ad epi- cognitionem pertineat, quæ judicari debeat ientia episcopali, nimirum ad dandam pœnitentiam, ut patet ex capp. 238, 278, 318 et 426 istius secundi libri. Vetus charta nondum edita de pace Morinensis ecclesiæ tempore Callisti secundi confecta. « Quod si episcopus vel legatus ipsius in loco ubi de synodalibus causis placitari solet injuriatus vel inquietatus fuerit, et pacifice synodalia determinare nequiverit, canonico judicio definitum est ut universaliter deinceps ad matricem conveniant ecclesiam, illic de omnibus justitiam negotiis facturi de quibus admonitii fuerint per episcopi legationem. »

Cap. 5, § 1. — **580** *Faidam*. Id est apertam et capitalem inimicitiam, ob cæsum aliquem de propinquis susceptam, ut recte explicatum a Sirmondo est, et patet etiam ex isto Reginonis loco, itemque ex capite 221. Interdum tamen falda significat simpliciter inimicitiam quamvis de cœde non agatur, ut in libro secundo legis Longobardorum, tit. 13, cap. 2. De faidis coercendis constitutio exstat infra cap. 81. A faida deductum est faidosus, id est is qui faidam patitur, cujus vita in tuto non est propter inimicitias capitales. Ex eodem fonte fluxit vocabulum *faiditus*, quod significat proprie rebellem ac proditorem, ob eam causam proscriptum et exulem, ut adnotatum est a nobis in notis ad Concilia Galliæ Narbonensis. Fallitur enim Vossius cum ex prava lectione quæ exstat apud Petrum monachum Vallium Cernai in capite 85 Historiæ Albigensium, ubi post ruptarios nominantur *faydici* tum etiam deceptus nota marginali, ubi scriptum est *forte fatidici*, putavit hic agi de his qui fata aliis prædicturos se promittunt, cum tamen de faiditis agatur, id est proditoribus proscriptis seu bannitis. Hinc faidimentum pro proditione.

§ 6. *Quod morth dicunt*. Lib. I legis Longobard., tit. 9, cap. 15, et tit. 36, cap. 1: « Si servus regis morth fecerit, ita decernimus, ut componat ipsam personam sicut appretiata fuerit, et servus ipse super fossam ipsius mortui appendatur, ut in eo vindicta detur, et sit causa finita. »

§ 53. *Ordiendis telis*. Editio Helmæstad., *ordinandis*. Codex mss., *ordiendis*. Isaiæ cap. XXV, *Telam quam orditus est*.

§ 55. *Nisi in ecclesia*. Igitur per illas tempestates corpora mortuorum deferebantur ad ecclesiam, ibique custodiebantur in vigiliis nocturnis. Istud deinde mutatum est. Sed quo tempore acciderit ista immutatio non adeo facile discerni potest. Vir clarissimus Laurentius Bochellus in libro tertio Decretorum Ecclesiæ Gallicanæ, tit. 18, cap. 11, refert decretum quoddam *ex synodalibus Ecclesiæ Rhemensis*, in quibus cavetur ut corpora mortuorum « non vigilentur in ecclesia de nocte propter maleficia quæ ex hoc accidere possent et sæpe acciderunt temporibus retroactis. » Tum in capite 30 ejusdem tituli describit **581** aliud decretum *ex synodalibus Ecclesiæ Trecensis*, in quo ita scriptum est: « Inhibeant curati suis parochianis ne vigilent in ecclesia de nocte quando corpora aliquorum defunctorum

ibidem deportantur vel alibi, propter maleficia quæ ibidem fiunt et temporibus retroactis contigerunt. » Sed vir clarissimus non adnotavit tempus quo statuta illa condita fuerunt. Jam antea concilium Eliberitanum statuerat in canone 35 : « Ne feminæ in cœmeterio pervigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis scelera latenter committant. »

Cap. 6. — Burchardus ista descripsit in initio libri sexti, *ex concilio Triburiensi*. Et tamen verbis Reginonis utitur, quæ elegantiora sunt vulgatis editionibus synodi Triburiensis. Tum tribuit illa primitus Melchiadi papæ, cui a nullo alia tributa sunt. Sed cum videret Reginonem ea repetere ex sanctionibus canonicis et ex judicio episcoporum, canonibus concilii Triburiensis, sanctiones canonicas putavit tribuendas esse Romano cuipiam pontifici. Tum vero opportune illi haud dubie occurrit nomen Melchiadis. Hoc erat hominis ingenium.

Cap. 9. — *Missam S. Joan.* Id est, festum.

Cap. 41.— Caput istud non exstat in vetustissimo libro Capitularium bibliothecæ Regiæ ex quo prima Parisiensis editio Capitularium prodiit, neque in Colbertino, non demum in Rivipullensi. Quia tamen ex veteri libro editum est, cum illi præterea fidem faciat ista collectio Reginonis itemque vetus collectio canonum ms. in bibliotheca Regia, dubium non est quin fuerit olim in libris Capitularium. Sed utrum fuerit descriptum in libro quarto, ut habent vulgatæ Capitularium editiones, vel in secundo, ut Regino citat, vel demum in quinto, ut in veteri collectione quam mox laudavimus, difficile dictu est. In collectione autem illa sic legitur : *Capitularium lib.* v, *cap. 90. Presbyteri interfecti episcopo ad cujus parœchiam pertinent solvantur.* Unde colligere possumus librariorum quandoque industria effectum esse ut permulta omitterentur in exemplaribus novis quæ faciebant Capitularium, quæ tamen exstabant in illis antiquioribus. Burchardus, ut assolet, caput istud non laudat ex libris Capitularium, sed ex concilio Triburiensi, cap. 5. In capite sane quarto illius **582** concilii statuitur de compositione presbyteri occisi. Attamen omnia diversa sunt a sensu istius capitis. Hinc ergo deceptus est Burchardus quod putaret capita quæ sequuntur post caput 37 istius libri, quod expressum est ex canonibus concilii Triburiensis, ad item concilium pertinere donec veniretur ac constitutionem concilii Wormatiensis. Hic est fons et origo, quod sæpe dicendum est, multorum errorum apud Burchardum. Sed tamen idem in hoc loco videtur non egisse bona fide. Nam quæ illic dicuntur de Capitulari Caroli Magni, ea omisit, ne quis putare posset accepisse se istud caput ex libris Capitularium. Itaque qui clausulam illam suis editionibus adjectam non habent Ivo et Gratianus, ii decepti a Burchardo sunt.

Cap. 43. — *Cum duodecim.* Apud Burchardum et Gratianum legitur *cum* lxxii *juret*. In concilio autem Moguntino, unde sumptum est hoc caput, legitur *cum* xii *juvet*. Quo etiam modo habetur apud Reginonem tam in editione Helmæstadiensi quam in codice Parisiensi. Absurdum præterea est quemquam cogi ad inveniendum tot conjuratores. Denique duodecim tantum vulgo tum adhiberi solitos patet ex libro secundo Capitular., cap. 23 ; lib. iv, cap. 13 et 26 ; lib. 5, cap. 201 ; tum etiam ex libro primo legis Longobardor., tit. 13, cap. 3 ; tit. 16, cap. 2 ; tit. 25, cap. 73 ; et lib. ii, tit. 1, cap. 2 ; tit. 14, cap. 1, et tit. 55, cap. 2, 3, 5 et 33 ; ex titulo denique 53 legis Alamannorum, et ex titulo 8 et 52 legis Burgundionum. Attamen septuaginta duos sacramentales adhibitos fuisse in causa Otæ reginæ docet auctor Annalium Fuldensium ad annum 898, si vera est lectio.

*Uxorem amittat.* Apud Burchardum et Gratianum, tum etiam in libro quinto Decretalium, legitur, *et absque spe conjugii maneat*, magno inter hæc discrimine, ut nemo non videt. Sane caput 24 concilii Moguntini, unde, uti diximus, sumptum est hoc caput, habet *et uxorem amittat*.

Cap. 61. — *Reginbaldum chorepisc.* Levabat hic Otharium Mogontinum archiepiscopum fasce episcopali, ut patet ex Rudolfo in Vita Rabani et ex veteri inscriptione quam Browerus edidit in libro secundo Antiquitatum Fuldensium, cap. 15, quæ sic habet : **583** « Anno Domini 808 (lege 838), indictione 15, dedicatum est hoc oratorium jussu Otgarii archiepiscopi a Reginbaldo chorepiscopo vi kalend. Octobris. » Epistola porro Rabani ad eum scripta, quam hic citat Regino, nondum edita est integra. Fragmenta autem alia ab isto refert Regino intra cap. 202 et 344. Reginbaldi epitaphium exstat inter poemata Rabani. Eo itaque mortuo, Thiotmarus fuit chorepiscopus Moguntinus, ut Rabanus testatur in epistola ad eum scripta, quæ exstat in initio libri de sacris Ordinibus. Hæc sunt ejus verba : « Et quia mei cooperatorem in sacro ministerio te elegi, hortor ut quod pro infirmitate corporis coram multis exponere non possum, tu, qui junior ætate et validior es corpore, illis qui ad sacerdotium ordinati sunt et ministerium sacerdotale agere debent notum facias. » Itaque codex vetus bibliothecæ Regiæ ex quo nos nuper edidimus librum Rabani de chorepiscopis, finit ejusdem Thiotmari, cum in fronte libri ista antiquitus scripta sint : *Thiotmar corepiscopus adquisivit*. De quo libro, quoniam occasio tulit, admonendum est mentionem factam esse a Rudolfo presbytero in Vita Rabani : « Sunt quoque alia opuscula ejus, inquit, quæ ad interrogata diversorum ei respondere necessarium fuit ; quorum unum est de chorepiscoporum ordinatione ; super quo ad Drugonem archiepiscopum scripsit librum unum. » Sed ut ad Thiotmarum redeamus, fuerat ille antea monachus Fuldensis sub Rabano, ut docet idem Rudolfus his verbis : « Quidam presbyter ex monachis nostris, nomine Thiotmar, pro causis quibusdam ab abbate ad Otgarium archiepiscopum missus. »

Cap. 69.— *Ante januam*. Jubet hic canon ut pueri

quorum matres agnosci nolunt, non occidantur, sed ante januam ecclesiæ projiciantur, ut dein ab aliquo fideli suscipiantur nutriendi. Vide lib. VI Capitular., cap. 142, et Burchardum lib. III, cap. 201 et 202.

CAP. 75. — Caput istud non exstat in libro tertio Capitularium, ut hodie editus est, sed in primo. Et tamen habetur in fine libri tertii in veteri codice ms. ex quo prodiit Parisiensis prima editio Capitularium, item in codice Rivipullensi, tum etiam in Colbertino. In nullo autem veterum codicum quos vidi exstat in libro primo **584**. Et, quod mirum est, non extat in codice quo usi sunt qui primam editionem Pariensem adornarunt. Simile accidit capiti de æqualibus mensuris et ponderibus, ut adnotabimus infra ad caput 127 istius libri.

CAP. 77. — *Campum appellant.* Sic emendatum est ex codice ms. Parisiensi. Nam editio Helmæstadiensis habebat, *quod capitulum appellant.* Diploma Roberti regis a Francisco Pithœo laudatum : « Legem duelli, quod vulgo dicitur *campus.* » Synodus Dingolvingensis, cap. 24 : « Qui supra prædictæ pugnæ, quod Camfwic dicimus, peracto judicio, se simili vindicta erigere contra querentem præsumpserit, sacramentum quod ahteid dicitur juret et in ecclesia cum tribus supra nominatis sacramentalibus. » Hinc camphio in lege Longobardor. lib. II, tit. 55, cap. 11 et 24. Et campio ibidem lib. I, tit. 3, 4, c. 6. Vide Glossarium Lindembrogii.

CAP. 80. — *Cotiones.* Hincmarus epist. 5, ad Carolum Calvum : *Etiam ipi cocciones rapinas faciunt.* Vide Glossarium Pithœi.

CAP. 81. — *Coercendis.* Ita vetus codex cui consentiunt libri Capitularium. In editione Helmæstadiensi legitur : *De faidis cohæredum.*

CAP. 100. — *Non homo.* Eodem argumentandi genere usus est Innocentius III ut ostenderet translationes, depositiones ac cessiones episcoporum jure divino pertinere ad summum pontificem. Ait enim Deum suo tantum judicio reservasse dissolutionem carnalis conjugii, vinculum autem spirituale fortius esse quam carnale, et ideo ista attingere nullum posse præter pontificem Romanum. « Non enim, inquit, humana, sed etiam divina potestate conjugium spirituale dissolvitur cum per translationem vel depositionem aut etiam cessionem auctoritate Romani pontificis, quem constat esse vicarium Jesu Christi, episcopus ab Ecclesia removetur. » Exstat hæc constitutio lib. I epistolarum Innocentii III, epist. 532, et inde in cap. *Inter corporalia, De translatione episcopi.* Vide lib. I de Concordia sacerdotii et imperii, cap. 26, § 8.

CAP. 114. *Cum nos ex utraque.* Hic adnotandum est Nicolaum papam non traxisse ad se cognitionem divertii Lotharii et Thetbergæ ex privilegio tantum **585** suæ sedis, sed quia judex electus erat ab utraque parte. Quæ observatio magni momenti est ad retundendam Innocentii III argumentationem, qui ad Philippum Augustum scribens de divortio ejus cum Ingelburge, exemplum Lotharii referens, quæ adversus illum a Nicolao facta sunt, ea ab ipso facta esse scribit vi officii ac potestatis suæ. « Putasne inquit, magnifice rex, quod etsi præfatus prædecessor noster præstantior nobis fuerit merito et sapientia, nos eo simus officio et potestate minores ? » Data Laterani, V Idus Decembris, anno 1208.

CAP. 126. — *Sine licentia.* Vide notas ad apologeticum Agobardi, cap. 9.

CAP. 130. — Apud Paulum, lib II. Sentent., tit. 19, caput istud sic expressum est : « Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt ; sed contractum matrimonium furore non tollitur. » Cui sententiæ hanc interpretationem subjunxit Anianus : « Si qui matrimonium sani contraxerint, et uni ex duobus amentia aut furor accesserit, ob hanc infirmitatem conjugia talium solvi non possunt. » Hæc tantum apud Paulum et interpretem. Quæ sequuntur ergo apud Reginonem et Burchardum sumpta fortassis sunt ex epistola Nicolai primi ad Carolum archiepiscopum Moguntinum, cujus fragmenta referunt Luitprandus seu quis alius in Vita Nicolai I ; Burchardus in excerptis a Stevartio, pag. 687, et Gratianus dist. 50, cap. 33 et 32, q. 7, cap. 25. Quod ultimum caput, illud, nimirum, de quo nunc agimus, eidem Nicolao tribuit Burchardus. Sed apud Gratianum additur clausula qua non exstat apud Reginonem et Burchardum. Sic enim habet editio Gratiani : « Similiter sentiendum de his qui ab adversariis excæcantur, aut membris truncantur, aut a barbaris exsecti sunt. » Vide Antonium Augustinum lib. II, de Emendatione Gratiani, dialogo 18.

CAP. 158. — *Eadem nocte.* Hortatur hic canon virum et novam nuptam uti prima nocte nuptiarum abstineant ab opere conjugali. Hæc exhortatio postea versa est in necessitatem in aliquibus diœcesibus. Nam, ut istud exempli dicamus, apud Abbatis villam, in diœcesi Ambianensi, ea olim consuetudo erat ut illis qui noviter matrimonio juncti erant non liceret coire tribus **586** prioribus noctibus post nuptias. Quam consuetudinem decreto suo sustulit parlamentum Parisiense anno 1501, die 11 Martii : *Quant à non coucher de troys nuyz avec sa femme au commencement du mariage, les demandeurs auront la recreance le proces pendent, et pourront les espousés coucher franchement les troys premieres nuys avec leurs femmes.* Decretum illud integrum in suis Statutis synodabilibus inseruit Stephanus Poncherius episcopus Parisiensis. Puto autem hic erratum esse a typographo in editione Statutorum synodalium Stephani Poncherii episcopi Parisiensis, et decretum illud toto sæculo antiquius esse. Non in veteri collectione Arrestorum Matthæi Chartier Advocati Parisiensis, quam habeo manu scriptam, hæc leguntur : *Le premier jour de Mars* 1401 *: l'Arrest donné contre l'Eveque d'Amiens sur la taxe des Sacremens et autres choses ecclesiastiques.* Deinde in alio veteri codice ms. quem mecum olim communicavit vir clarissimus Antonius Vion Heroval-

lius ista totidem verbis habentur: « L'an mil ccc. ix A « le xix. jour de Mars fut dit par Arrest de la Cour « que les deffenses faites à la requeste du Procu- « reur general et les Maire et Echevin d'Abbeville « en Pontieu, par vertu de certaines Letres Royaux, « à l'Evesque d'Amens et aux Curez de ladite ville, « c'est assavoir audit Evesque qu'il ne print ny « exigast argent des nouveaux mariez pour leur « donner congé de coucher avec leurs femmes la « premiere, deux, et troisiéme nuyts de leurs nop- « ces, et autres contenues audit Arrest, avoir esté « bonnes et valables, et l'opposition dudit Evesque « avoir été donnée sans excepte au regard des ex- « ceptions generales, au regard desquelles il fut dit « les deffenses avoir été faites sans cause. Et fut « dit que ung chascun desdits habitans pourroient B « coucher *cum uxoribus suis* la premiere nuyt « de leurs noces sans le congé de l'Evesque, et « que les habitans qui mourraient pourraient estre « enterrez sans congé de l'Evesque et ses Officiers, « s'il n'y a empeschement canoniqne. Outre que « les heritiers et executeurs du testament d'aucun « trespassé ne pourront estre constraints ne obeyr « à accomplir les ordonnances faites par les Offi- « ciers dudit Evesque ne par luy au regar des « Testamens faits par lesdits intestaux ; mais les « pourra ledit Evesque abmonester charitablement « qu'ils facent bien pour l'ame dudit intestat. Et « que les heritiers ou executeurs du testament « d'aucun trespassé pourront dedans l'an du tres- « passement submettre l'execution d'icely à la Ius- C « tice laye ou de l'Eglise. Cum pluribus aliis in Ar- « resto contentis.» Sic Innocentius III, lib. x. epist. 85, repressit avaritiam episcopi Aniciensis, qui legitima viduarum matrimonia impediebat donec ejus consensum numerata pecunia redemisset.

*Genitiarias.* Vide supra cap. 246 libri primi.

Cap. 178. — *Mundiburdis.* Id est tutoribus, ut infra in cap. 28 secundæ Appendicis. Tutelam patrocinii nomine designat vulgatus canon 24 Concilii Triburiensis, ex quo sumptum est istud caput. Mundeburdis autem vel mundeburdium significat tuitionem, defensionem protectionem. Mundualdum pro mundiburdo sive tutore dicunt leges Longobardorum.

Cap. 179. — *Ab altari.* Ipsæ enim velum ab altari sumere debebant et sibi imponere ; quod D vetitum erat episcopis.

Cap. 199. — *Morchidum.* Ita editio Helmæstadiensis, ita codex Parisiensis, ita Burchardus, ita Pœnitentiale Romanum Antonii Augustini, tit. 3, cap. 8 ; ita denique Ivo parte ix, cap. 70, in omnibus editionibus. Et tamen Lindenbrogius et Vossius ita confidenter *mortridum* legunt apud Ivonem ac si ea sola lectio illic haberetur, cum nullum interim vetustum codicem laudent suæ emendationis auctorem. Visum est igitur retinendam esse veterem lectionem ; quam etiam, consensum tot librorum secuti, reposuimus in capite vigesimo epistolæ Rabani ad Heribaldum, cum editio Stevartii haberet *mordicum* ; quæ vox, tametsi corrupta, indicat *morchidum* primitus scriptum fuisse in illa epistola. Morchidum itaque, ut recte monuit Antonius Augustinus, homicidium significat, non a cæde tamen deducta origine vocabuli, ut ille putavit, cum *morchidum* non sit vox Latina, sed Theodisca, ut docet Rabanus in loco mox laudato.

Cap. 200. — *Scelus multiplicetur.* Post illa verba **587** desunt octo folia in codice Parisiensi ms., nimirum usque ad paragraphum septimum capitis 246. Itaque hunc hiatum opportune supplevit Helmæstadiensis editio ; quam, sicubi mendo non vacare visa est, emendavimus ex vulgatis editionibus Conciliorum aut scriptorum ex quibus petita sunt capita quæ in illis octo foliis descripta erant, tum etiam ope Burchardi et antiqui codicis ms. Sancti Germani de Pratis, in quo exstant fragmenta aliquot epistolarum Rabani ad Humbertum episcopum et ad Reginbaldum chorepiscopum. Alicubi etiam adjumento nobis fuit Pœnitentiale Romanum editum ab Antonio Augustino.

Cap. 112. — *Geniculo.* Id est, generatione, progenie. Vide lib. vi Capitular., cap. 80 et 128. Concilium Moguntinum sub Rabano, cap. 30, et libro ii legi. Longobardor., tit. 14, cap. 1. Dicebant etiam genu pro geniculo, ut in Capitulis Ahytonis Basileensis, cap. 21 et alibi.

Cap. 222. — *Sexaginta sol.* Pœna ejus qui incestuosum susceperit, hic apud Reginonem erat xi solidorum. Nos, quia hoc loco destituebamur auxilio manuscripti codicis, aliunde ista emendavimus. In concilio quippe Metensi Pippino, unde ista sumpta sunt, tum etiam in libris Capitularium editis et manuscriptis, denique in canonibus Isaac Lingonensis episcopi tam editis quam mss. tit. 4, cap. 1, constanter scriptum est cum qui transgressus fuerit hanc legem, sexaginta solidos regi compositurum. Hic enim erat bannus dominicus seu regius, ut patet ex variis locis Capitularium. Error igitur apud Reginonem ortus ex transpositione numerorum, xi pro lx.

Cap. 231. — *Computare.* Narrare, *compter.*

Cap. 243. — *Ad crucem.* Vetitum deinde est judicium crucis lege Caroli Magni, quæ exstat in libro primo Capitularium, cap. 108, et lib. ii legis Longobardor., tit. 55, cap. 32. Nihilo tamen minus retentus est hic mos, ut patet ex Agoberdo.

*Servitio humano.* Erat igitur aliquod libidinis genus quod homines liberos ad servitutem demittebat, sicut de feminis adnotatum est supra ad caput 246 libri primi. Sic **588** in lege Wisigothorum lib. vii tit. 6, cap. 11, adulterator monetæ libertatem amittit et servitio deputatur.

Cap. 262. — *Hæc de multim.* Verba sunt Reginonis.

Cap. 274. — *Bastiniaco.* In libro sexto Capitularium et in Capitulis Caroli Calvi legitur *bastonico.* Id autem interpretantur arctissimam custodiam. Ego puto intelligi de carcere regio, cujusmodi sunt quæ nunc *conciergeriæ* vocantur. Porro clausula illa

*m vero, etc.*, usque ad *pœnas luat*, non A
editione Helmæstadiensi. Addita igitur
lice Parisiensi.

6. — *Corpus Domini*. Jam alii observa-
iam ex diversis judiciorum formis quæ
pabantur in rebus dubiis fuisse corpus
)uod a Roberto rege damnatum esse in
scripta ad Leothericum archiepiscopum
em docet Helgaldus in initio Vitæ ejus.
hunc morem retentum adhuc fuisse ævo
VII testatur. Lambertus Schafnaburgen-
num 1077, ubi ait Gregorium celebrata
nfectaque sacra oblatione, regem evo-
altare, et manu præferentem corpus Do-
cum multa prolocutus esset de sua in-
hæc demum addidisse : « Ut satisfactio- B
mdio omnem omnibus scandali scrupu-
edio auferam, ecce corpus Dominicum
ipturus ero, in experimentum mihi hodie
entiæ meæ; ut omnipotens Deus suo me
icio vel absolvat objecti criminis suspi-
innocens sum, vel subitanea interimat
reus. Hæc et alia, ut solemne est, præfa-
terribilia, quibus Deum causæ suæ æ-
m judicem et innocentiæ assertorem
ecabatur, partem Dominici corporis ac-
)medit. » Vide caput sequens Reginonis,
de eadem materia. Vide etiam appendi-
;tam Chronico Reginonis ad annum 841.

1. — *Sacrilegium facit*. Vide notas ad li-
;obardi de dispensatione ecclesiasticarum C
ıp. 18.

2. — *Faidam portet. Porte inimitie*. Vide
ım in notis ad Capitula Caroli Calvi.

5. — *Communione*. Legendum *commoni-*
nonuimus. Nam et in canonibus vulgatis
ıcilii quarta Toletani scriptum est *admo-*
:o eo quod Regino habet *communione*. Et
ın admonitionem vocat quod hoc loco
onem dixerat. Infra cap. 408 legitur :
*ıas tres admonitiones, etc*, Codex autem
s habet : *Quod si eas tres communiones*.
ʒo colligitur voces *communio* et *commo-*
nutari olim invicem solitas, adeoque le-
esse emendationem ab illustrissimo viro
Marca Parisiensi archiepiscopo adhibitam D
concilii Italici ad Theodosium : in qua
ım a Sirmondo sit, *a qua in omnes ve-*
*commonitionis jura dimanant*, Marca re-
*mmunionis*.

7. — *Impunitas vitiorum*. Lupus Ferra-
libro de tribus Quæstionibus, pag. 210 :
punitatis magna est peccandi illecebra. »
upum interfuisse huic synodo Suessio-
cujus actione secunda revelavit synodo
ositionis Ebbonis archiepiscopi Rhemen-
itaque in synodo fuerit, et in canone isto
us reperiantur, dubitare cogor annon
; canonum istius synodi Suessionensis,
ıodum auctor est canonum inventorum
ı Vernensi. Nam episcopi Gallicani,ut olim

diximus ad epistolam 60 Lupi, adeo magni virum faciebant, ut eum spectarent veluti conditorem canonum, atque adeo ejus præsentiam in synodis necessariam esse quodam modo existimarent. Rursum ejus opera usi sunt Wenilo Senonensis archiepiscopus et suffraganei ejus cum adversus Herimannum episcopum Nivernensem ad Nicolaum papam scriberent epistolam 130 inter Lupinas.

Cap. 309. — *Contione vel content*. In codice Theodosiano tantum *in contentione* habetur. Itaque admonitio fuit librarii ; qui cum divinare non posset quid potius legendum esset, *contione*, vel *contentione*, utrumque posuit, lectori judicium integrum relinquens. Sic enim solebant antiqui librarii, ut pluribus exemplis probavimus ad Salvianum, pag. 403, et ad Lupum Ferrariensem, pag. 346 et 451. Eadem medicina fortassis adhibenda est huic loco Minucii Felicis : *dum aras exstruunt ignotis numinibus et manibus*. Hanc ultimam vocem hic esse superfluam aut corruptam **590** putabat Des. Heraldus. Quid si legamus, *ignotis numinibus vel manibus*, ut sit admonitio librarii? Sic apud sanctum Gregorium lib. IV, epist. 53, editum est, *ex istius rei consideratione seu comparatione bene colligitur*. Pro quo hæc tantum habentur in vetustissimo codice ms. sancti Remigii Rhemensis, *rei comparatione colligitur*. Ista levissima sunt interdum magni momenti.

Cap. 312. — *Audet jurare*. Constans apud Reginonem, tum in editione Helmæstadiensi, tum in codice Parisiensi, lectio est *in sanctis audet jurare ;* quo etiam modo scriptum est apud Burchardum, qui Reginonem haud dubie descripsit. Et tamen in omnibus libris Capitularium, tam editis quam mss., legitur *in sanctis habet jurare*, optimo sensu, eaque lectio sola bona est. Lectionem porro ejusdem capitis quam præfert Regino, in qua nulla mentio de Gunebodignis, confirmant vetustissimi libri Capitularium bibliothecæ Regiæ et Colbertinæ, tum etiam Burchardus et Ivo Carnotensis parte XII, cap. 23, et vetus collectio canonum ms. in bibliotheca Regia, itemque Gratianus 22, q. 5, cap. *Parvuli*. Nullibi enim exstat clausula quæ huic loco adjecta est in editione Capitularium, *sicut Gunebodigni faciunt*. Eam tamen exhibet editio Viti Amerbachii, tum etiam editiones Parisienses, et vetus codex ms. monasterii Rivipullensis, denique liber legum Longobardicarum. Adnotat autem Amerbachius in codice quo ipse usus est vocabulo *Gunebodigni* superpositum fuisse vocem *Guntbodigni*, neutrum vero esse in cap. *Parvuli*, 22, q, 5. *Significatur autem*, inquit, *gens aliqua, vel populus, vel familia*. Amerbachio felicior non fuit in explicatione istius vocabuli vir alioqui doctissimus Antonius Augustinus archiepiscopus Tarraconensis ; qui in libro primo de emendatione Gratiani, dialogo 13, quærens quid significet vox *Gunebodigni*, fingit Caroli Magni hostes fuisse. Et tamen Gunebodigni, id est ii qui lege Gundobada vivebant, nimirum Burgundiones, hostes non erant Caroli Magni, cum imperio illius subjecti

essent. Gunebodignos autem eos fuisse qui Gundobada lege utebantur, tum vox ipsa satis ostendit, tum præterea patet ex laudato libro legum Longobardicarum ; ubi pro eo quod editiones **591** Capitularium habent *Gunebodigni* legitur *sicut Gundobada lege viventes faciunt*. Vide notas nostras ad librum Agobardi adversus legem Gundobadi.

Cap. 314. — *Excepto his sacr.* Sic vulgo per ea tempora loquebantur. Infra cap. 358, *excepto ad ecclesiam,* lib. III, legis Wisigothor., tit. 5, cap. 1, legitur in vulgatis editionibus, *exceptis illis personis.* Pro quo vetustissimi codices mss. monasterii Moyssiacensis et ecclesiæ Albiensis habent *excepto illas personas.*

Cap. 315. — *Indiculo* Sic tum vulgo vocabunt diploma principis quod in præsens dabatur. *Une lettre de cachet.* Bonifacius Moguntinus epistola 104, ad Pippinum regem: « Quidam servus Ecclesiæ nostræ veniens ad nos cum indiculo vestro,» etc. Vide notas ad librum Agobardi de insolentia Judæorum.

Cap. 334. — *Scutis et fustib* Vide lib. II legis Longobard, tit. 55, cap. 29.

Cap. 346. — *Servum christia.* Vide notas ad librum Agobardi de insolentia Judæorum.

Cap. 358. — *Vota ad arbor.* Capitulatio Caroli Magni de partibus Saxoniæ cap. 20. « Si quis ad fontes aut arbores vel lucos votum fecerit, aut aliquid more gentilium obtulerit, et ad honorem dæmonum comederit, » etc. Lib. I Capitular., cap. 64 : « Item de arboribus vel petris vel fontibus, ubi aliquis stulti luminaria vel alias observationes faciunt, omnino mandamus ut iste pessimus usus et Deo exsecrabilis, ubicunque invenitur, tollatur et destruatur. » Vide rursum lib. VII, cap. 236. Ista statuta sunt post tempora sancti Bonifacii, qui superstitionem illam excindere curavit, ut in libro primo de Vita ejus narrat Othlonus Fuldensis. Quin et ipse Bonifacius in epistola 128, populos Germaniæ admonet ut lucorum vel fontium auguria vel phylacteria omnino respuant et abjiciant. Vide Glossarium Pithœi in verbo *Luminaria.*

Cap. 363. — Hunc canonem sumpsit Regino ex eodem loco ex quo tria superiora capita acceperat, id est, ex epistola Rabani ad Heribaldum episcopum Antissiodorensem. Et quia Rabanus illum laudaverat ex concilio Ancyrano, Regino quoque inde se accepisse profitetur quem secuti sunt Burchardus et Ivo. Et tamen canon iste non est concilii Ancyrani, sed haud dubie cujusdam **592** veteris Libri Pœnitentialis.

Cap. 364. — Caput istud apud Reginonem sic inscriptum est : *Unde supra.* Quod ideo positum haud dubie erat ut hinc intelligerent lectores in capite sequenti agi de eadem materia de qua paulo ante tractatum erat, id est de maleficiis mulierum. Deinde secutus est Burchardus : qui cum collectionem suam adornaret, pleraque a Reginone accipiens, deceptus autem falsa inscriptione proximi canonis, qui concilio Ancyrano perperam tribuitur, putavit verba illa *unde supra* referenda esse ad concilium Ancyranum. Ex Buchardo porro descripserunt Ivo Carnotensis parte XI, cap. 30, et Gratianus 26, q. 5, cap. 12, qui canonem illum se accepisse aiunt ex capite primo concilii Ancyrani. Verum recte admonuit vir istarum rerum peritissimus Antonius Augustinus in libro primo de emendatione Gratiani, dialogo 14, inscriptionem hanc esse falsam, et magnam partem istius capitis reperiri apud Aurelium Augustinum in libro de Spiritu et Anima, cap. 28, nimirum quidquid interjacet inter illa verba *quædam sceleratæ* et ista *cum Ezechiel.* Si conjecturæ locus erit, omnino puto caput istud sumptum esse ex quodam regum nostrorum capitulari hactenus inedito. Omnino enim sapit modum loquendi illorum temporum. Et solebant tum istiusmodi capitula infercire testimoniis et locis sacrorum Bibliorum, canonum et veterum doctorum, ut cuivis manifestum est.

Cap. 365. — *Strumenta.* Instrumenta. Præceptum Ludovici Pii pro ecclesia Parisiensi : « Quod per incuriam et negligentiam custodum ipsius ecclesiæ strumenta chartarum exusta vel concremata sive perdita fuissent. » Et infra : « Mancipia quæ per præfata strumenta chartarum eidem tradita fuerant ecclesiæ. » Præceptum Ludovici Transmarini pro ecclesia Augustodunensi : « Ac si præ manibus universa earumdem rerum sive chartarum strumenta habeantur. »

Cap. 412. — *Per Petrum.* Ambiguum loquendi genus, quo significatur auctoritatem episcopis a Christo collatam esse in persona Petri, tum etiam Petrum solum accepisse eam potestatem, sed illam postea communicasse cum episcopis ; qua persuasione imbuti fuerunt nonnulli **593** Romani pontifices. Verus tamen ac genuinus hujus loci sensus est, potestatem suam accepisse episcopos a Christo in persona Petri, qui tum gessit totius Ecclesiæ figurata generalitate personam, ut ait Augustinus.

Cap. 416. — *De confessione.* Verba sunt Reginonis.

Cap. 424. — Caput istud non exstat in capitulis annuntiatis apud Valentianas, anno 753, quæ exstant in codice capitulorum Caroli Calvi. Legitur autem inter capitula quæ statim post conventum apud Valentianas habitum statuta sunt apud Silvacum, ubi relecta illa esse patet ex præfatione. De negotio porro isto vide capitula Caroli Calvi tit. 13, cap. 6, et tit. 31, cap. 31.

Cap. 426. — *Judicio Dei.* Id est judicio aquæ ferventis aut frigidæ, vel ferri igniti. Antiquitus, ut observat Aventinus lib. IV annalium Boiorum, istud erat, sapere, fidem Deo habere, omnem spem in ipso collocare. Nunc vero ista inter stultitias et insanias illorum sæculorum referuntur. Unde concludit Aventinus solere idem factum, diversis ætatibus, hic pietatis, alibi erroris nomen accipere.

*Aut redimant.* Manum nimirum quam amissuri erant propter hoc facinus. Supra cap. 314 istius libri : « Si quis convictus fuerit perjurii, perdat manum, aut redimat. » Et cap, 334 : « Cæteri vero falsi testes manus suas redimant. »

CAP. 427. — Jam monuimus ad caput 75 hujus libri perturbatum esse ordinem Capitularium, et in primum librum conjectum esse caput quod in manuscriptis codicibus ponitur in quarto, ut etiam citatur a Reginone. Idem evenit huic capiti de ponderibus et mensuris, quod ex libro tertio Capitularium refertur a Reginone. Non exstat enim in libro primo in codice ms. ex quo prima Parisiensis editio prodit, non in Rivipullensi, non demum in Colbertino. Utrobique enim legitur in fine libri tertii. In codice veteri ex quo prima Parisiensis editio prodiit, ex numero 87, in fine libri tertii, in Rivipullensi vero 92 in Colbertino demum 90 ut citatur a Reginone.

CAP. 432. — *Singulos biberes*. Vide supra lib. I cap. 216.

## NOTÆ AD APPENDICEM I.

**594** CAP. 1. — *Epistola pessima*. Intelligit epistolam quam Aldebertus hæreticus publicabat, quæ vero relecta et damnata est in concilio Romano sub Zacharia papa celebrato. Ejus epistolæ hoc initium erat : *Incipit epistola Domini nostri Jesu Christi Filii Dei, quæ in Hierosolyma cecidit ; et per Michael archangelum ipsa epistola inventa est ad portam Effrem*, etc.

CAP. 39. — Auctor istius appendicis hunc canonem laudat *ex canonibus Orientalium antiquorum Patrum, cap.* 20, id est ex collectione Martini Bracarensis. Burchardus tamen refert ex epistola Fabiani papæ ad Orientales missa, ubi non exstat. Re autem vera est concilii Neocæsariensis, ex quo illum in suam collectionem transtulit Martinus Bracarensis.

CAP. 40. — *Qui servili condit*. Cum ista jamdiu desierint poni in Libris Pontificalibus, in quibus olim in ordine ad celebrandum sacros ordines primo legebatur admonitio quæ certas personas secundum canones removebat a sacris ordinibus, in primis vero servos, nisi libertatem a dominis suis consecuti essent, visum est in fine istarum notarum edere fragmentum ex veteri Libro Pontificali ms. qui nunc exstat in bibliotheca regia ut hinc saltem colligamus veterem morem.

CAP. 43. — *Crimine adulterii*. Ita tum vocabant facinus viduarum quæ post susceptum habitum religiosum ad nuptias transierant. De iisdem agit caput 56 istius appendicis et caput 46 secundæ, ubi viduæ istiusmodi *indubitanter adulteræ esse manifestantur*. Vide porro illustrem historiam cujusdam viduæ in hoc adulterii genus prolapsæ, in notis nostris ad librum apologeticum Agobardii pro filiis Ludovici Pii.

CAP. 44. — Canon iste Arausicanus ita habet in tomo primo Conciliorum Galliæ : *Raptorem vero talium*, etc. Editio Isidori apud Merlinum : *Ejus vero roborem*, etc. Ex **595** quo nos fecimus *robatorem*. Robatores antiquitus dicti qui rem quampiam per vim auferebant. Et primo quidem, ut recte adnotat Spelmannus, de iis dicebatur qui viatoribus robas vel raubas tulissent, id est vestes. Titulo 19 legis Salicæ cap. 10, ut quidem citatur a Vossio in libro secundo de Vitiis sermonis : *Si quis alterum in via adsallierit, et eumdem raubaverit*. Raubare autem, ut idem adnotat in libro primo, est corruptum ex Latino *rapere*. Itaque sive *raptorem* legamus in hoc capite, sive *robatorem*, manet idem sensus. Sed de hoc tamen censuimus admonendos esse lectores.

CAP. 50. — Caput istud non reperitur inter vulgatos canones Africanos. Apud Ivonem vero parte VII, cap. 145, et Gratianum 27, q. 1, c. 34, citatur ex epistola Nicolui papæ ad Carolum archiepiscopum Moguntinum et suffraganeos ejus. Fieri sane potest ut ista a Nicolao scripta sint, petita autem ex quodam canone Africano quo, sicut multis aliis, caremus.

CAP. 53. — Citat hunc locum vir clarissimus Joannes Morinus in appendice libri de Pœnitentia, pag. 39, vocatque decretum in Conofurth. Scilicet vir doctissimus eo deceptus est quod liber majusculis litteris scriptus *infra* habeat in extrema linea, in sequenti vero *Conofurth*, quod ille legit *infra Conofurth*, Nemo tamen non videt ultimam syllabam prioris lineæ conjungendum esse cum primo vocabulo sequentis, adeoque legendum *Franconofurth*. Qui sit autem Franconofurth omnes intelligunt.

*Nuendum*. Ita omnimo scriptum est in veteri codice. Pro quo videtur legendum esse *petendum* Nisi si *nuendum* idem valet.

CAP. 57. — *Adalwino*. Mirum et quam longe abierit nomen episcopi ad quem scripta est ista Nicolai epistola, tum etiam sedis cui is præsidebat. Apud Burchardum scripta dicitur *Adalwino sanctæ Vivenensis Ecclesiæ archiepiscopo*. Apud Ivonem parte VII, cap. 65, *Adalwino sanctæ Viennensis Ecclesiæ archiepiscopo* ; in margine vero postremæ editionis, *Vivanensis* ; et cap. 152, *Alumino Junariensi episcopo*. Apud Gratianum dist. 27, cap. 6, *ad Albinum Viennensis Ecclesiæ archiepiscopum*. Quo loco adnotant correctores Romani valde variare hæc nomina in exemplaribus et apud Burchardum et Ivonem. Veræ ac legitimæ inscriptionis ignoratio errandi **596** causa fuit eruditissimo archiepiscopo Tarraconensi Antonio Augustino. Is enim lib. II de emendat. Gratiani, dialogo 17, Gratianum emendare in hoc loco conatus, existimat Albinum, ad quem epistolam illam Nicolai scriptam esse legebat, eumdem esse quem alii Januensem archiepiscopum, alii Jovanensem episcopum vocant. Sed ut finis tandem imponatur tantæ discordiæ, constituenda est vera lectio. Scripta igitur fuit epistola ad Adalwinum Juvavensem archiepiscopum, ut fidem facit codex ms. Reginonis, tum etiam vetus canonum collector anonymus ms. in bibliotheca Regia. Juvavum autem idem esse ac Salzburgum notius est quam ut testimoniis egeat, Adalwinum porro tenuisse cathedram Salisburgensem constat ab initio pontificatus Nico-

lai ; et anno 870, interfuit concilio Coloniensi. Viennæ sane nullus hac tempestate archiepiscopus Albinus neque Adalwinus. Ado enim successit Agilmaro anno 859, et obiit anno 874.

# 597-601 APPENDIX ACTORUM VETERUM

*Quorum in notis facta mentio est.*

## I.

EPISTOLA ZACHARIÆ PAPÆ AD THEODORUM EPISCOPUM TICINENSEM.

*Ex veteri codice ms. bibliothecæ Regiæ.*

Zacharias episcopus, servus servorum Dei, reverentissimo et sanctissimo fratri Theodoro, episcopo Ecclesiæ Ticinensis. Pittacium quod nobis tua veneranda fraternitas obtulit, per quod nos sciscitari curasti si liceat filium, cujus pater alterius filiam ex sacro baptismate susceptam, id est spiritualem ejusdem patris filiam, quod dici crudele est, in matrimonio accipere ; quod apud te enormiter asseruisti contigisse. Sed bene tua sancta fraternitas compertum habet quod Dominus Moysi præcepit dicens : *Turpitudinem patris tui non revelabis, turpitudinem matris tuæ non revelabis, turpitudinem sororis tuæ et turpitudinem filiæ patris tui non revelabis. Turpitudo enim tua est.* Turpitudinem enim revelari dicitur dum a propria consanguinitate præcipimur abstinere. Multo magis a spirituali patris nostri filia, omni occasione aut argumento seposito, sub nimia districtione nos **602** cavere convenit, ne in iram divini examinis incidat si quis tali facinori mistus minime restrinxerit frena luxuriæ. Unde et omnes cavendi omnino sunt talis sceleris commistione, ne in æternum pereant. Sed hos qui hujus perniciosæ temeritatis, animæ suæ salutem despicientes, impio se miscuere matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare et pœnitentiæ dignæ submittere ; quatenus ab æterna eruti damnatione, animas eorum lucreris, præstante Domino. De filiis autem qui ex eis nati esse probantur, retulisti, si liceat eos conjugio copulari. Sed hi cur prohibeantur a conjugio, aut pro hujusmodi pœnitentiam agere compellantur, dum ex hoc absque condemnatione esse perhibentur, quia non pater pro filio neque filius pro patre sustinebit tormenta, dicente Domino per prophetam : *Anima patris est mea, et anima filii est mea. Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Sed et, frater charissime, de his dixisse sufficiat. Cave autem ne aliter agere subjectis concedas, ne a recto tramite inveniaris deviare.

## II.

ADMONITIO SYNODALIS ANTIQUA, A DIACONO POST EVANGELIUM LEGENDA, EPISCOPO ET CÆTERIS IN ORDINE SEDENTIBUS.

*Nunc post varias editiones emendata prodit ex duobus vetustissimis codicibus manuscriptis, uno monasterii Rivipullensis, altero nostro.*

Fratres presbyteri et sacerdotes Domini, cooperatores ordinis nostri estis. Nos quidem, quamvis indigni, locum Aaron tenemus, vos autem, locum Eleazari et Ithamaris. Nos vice duodecim apostolorum fungimur, vos ad formam septuaginta discipulorum estis. Nos vero pastores vestri sumus, vos autem pastores animarum vobis commissarum. Nos de vobis rationem reddituri summo pastori Domino nostro **603** Jesu Christo, vos de plebibus vobis commissis. Et ideo, charissimi, videte periculum vestrum. Ammonemus itaque et obsecra-
A mus fraternitatem vestram ut quæ vobis suggerimus memoriæ commendetis et opere exercere studeatis.

In primis admonemus ut vita et conversatio vestra irreprehensibilis sit, scilicet ut cella vestra sit juxta ecclesiam, et in domo vestra feminas non habeatis. Omni nocte ad nocturnas surgite. Cursum vestrum horis certis decantate. Missarum celebrationes religiose peragite. Corpus et sanguinem Domini cum timore et reverentia sumite. Vasa sacra manibus propriis abluite et extergite. Nullus cantet missam nisi jejunus. Nullus cantet qui non communicet. Nullus cantet sine amictu, alba, stola, fanone, et casula. Et hæc vestimenta nitida sint, et ad nullos usus alios sint. Nullus in alba qua in suos usus utitur præsumat cantare missam. Nullus in ligneo vel in vitreo calice audeat missam cantare. Nulla femina ad altare accedat, nec calicem Domini tangat. Corporale mundissimum sit. Altare sit coopertum de mundis linteis. Super al-
B tare nihil ponatur nisi capsæ et reliquiæ, aut forte quatuor evangelia, aut pyxis cum corpore Domini ad viaticum infirmis. Cætera in nitido loco recondantur. Missale plenarium, Lectionarium, et Antiphonarium unusquisque habeat. Locus in secretario aut juxta altare sit præparatus ubi aqua effundi possit quando vasa sacra abluuntur. Et ibi vas nitidum cum aqua dependeat, ut ibi sacerdos lavet manus post communionem. ecclesiæ sint bene copertæ et cameratæ. Et atrium sit sæpe munitum. Nullus extra ecclesiam per domos nec in locis non consecratis missam cantet. Nullus solus cantet missam. Omnis presbyter clericum habeat vel scholarem qui Epistolam vel lectionem legat, et ei ad missam respondeat, et cum quo psalmos cantet. Infirmos visitate, et eos reconciliate, et juxta Apostolum oleo sancto inungite, et proprio manu communicate. Et nullus præsumat tradere communionem laico aut feminæ ad deferen-
C dum infirmo. Nullus vestrum pro baptizandis infantibus, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis præmium vel munus exigat. Videte ut per negligentiam vestram **604** nullus infans sine baptismo moriatur. Nullus vestrum sit ebriosus vel litigiosus : quia servum Domini non oportet litigare. Nullus arma ferat in seditione ; quia arma nostra debent spiritualia esse. Nullus canum aut avium jocis inserviat. Nolite in tabernis bibere. Unusquisque vestrum quantum sapit plebi suæ de Evangelio vel Apostolo die Dominico vel festis diebus annuntiet. Verbum Domini debetis prædicare. Curam pauperum, preregrinorum, et orphanorum habete, et eos ad prandium vestrum invitate. Estote hospitales, ut a vobis alii exemplum bonum sumant. Omni die Dominico, ante missam, aquam benedictam facite, unde populus aspergatur. Et ad hoc solum vas habete. Sacra vasa et vestimenta sacerdotalia nolite in vadium dare negotiatori aut ta-
D bernario. Nullus vestrum minus digne pœnitentem cujuscunque rei gratia ad reconciliationem adducat, et ei testimonium reconciliationis ferat. Nullus vestrum usuras exigat et conductor sui senioris existat. Res et facultates quas post diem ordi-

estræ acquiritis, ad ecclesiam ad quam A
s pertinere sciatis. Nullus sine conscientia
u nostro ecclesiam acquirat. Nullus per
a sæcularium ecclesiam obtineat. Nullus
iam alterius ecclesiam supplantet. Nullus
ad quam titulatus est dimittat, et ad aliam
ratia migret. Nullus plures ecclesias te-
adjutorio aliorum presbyterorum. Nulla-
a ecclesia inter plures dividatur. Nullus
arochianum, nisi in itinere, vel si ibi pla-
rit, ad missam recipiat. Nullus in alterius
missam cantet absque proprii presbyteri
et rogatu. Nullus decimam ad alium per-
recipiat. Nullus pœnitentem invitet car-
iducare et bibere vinum, nisi pro eo ad
leemosynam faciat. Nullus præsumat ba-
si in vigilia Paschæ et Pentecostes, nisi
ulo mortis. Unusquisque fontes lapideos
t si non potest habere lapideos, habeat
ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat. B
omnibus parochianis vestris Symbolum
em Dominicam insinuetis. Jejunium Qua-
orum et Rogationum et Litaniæ majoris
vestris omnimodis observandum **605**
Feria quarta ante Quadragesimam ple-
confessionem invitate; et ei juxta quali-
icti pœnitentiam injungite, non ex corde
d sicut in pœnitentiali scriptum est. Tri-
oribus in anno, id est, in Natale Domini,
t Pentecosten, omnes fideles ad commu-
orporis et sanguinis Domini accedere ad-
ertis temporibus conjugatos ab uxoribus
exhortamini. Eulogias post missam in
stis plebi tribuite. Nullus presbyter in iti-
orario vel stola incedat. Nullus vestrum
vestibus laicalibus. Nullus rem aut posses-
it mancipium ecclesiæ vendere aut com-
ut quocunque ingenio alienare præsumat.
ninicum et alias festivitates absque ser- C
a vespera in vesperam celebrare docete.
choros mulierum in atrio ecclesiæ fieri
i. Carmina diabolica quæ super mortuos
horis vulgus facere solet, et cachinnos
cet. sub contestatione Dei omnipotentis ve-
a excommunicatis nolite communicare.
s præsumat missam cantare. Sed et plebi-
s commissis hoc annuntiate. Ad nuptias
strum eat. Omnibus denuntiate ut nullus
ccipiat nisi publice celebratis nuptiis. Ra-
nimodis prohibete, et ut nullus ad proxi-
guinis sui accedat, et ut alterius sponsam
at. Porcarios et alios pastores vel Dominica
issam facite venire. Patrini filiolis suis
m et orationem Dominicam insinuent vel
faciant. Chrisma semper sub sera sit aut
o propter quosdam infideles. Volumus au-
de quolibet presbytero si ex ingenuis pa-
sit natus, aut ex servili conditione, aut si D
a parœchia aut de alia natus est aut ordi-
ad quem locum prætitulatus. Si servus fuit,
chartam libertatis. Si de alia parœchia,
litteras commendatitias, quas formatam
le ministerio etiam vobis commisso vos
e curamus, ut unusquisque vestrum, si
st, expositionem Symboli et orationem
im juxta traditionem orthodoxorum Pa-
es se habeat scriptam, et eam pleniter
, et inde prædicando populum sibi com-
sedulo instruat; si non, saltem teneat
l credat. Orationes quoque missarum et
es et Canonem bene intelligat. Et si non,
stincte ac memoriter proferre valeat. Epi-
; Evangelium bene legere possit; et utinam
l litteram ejus sensum posset manifestare.
m verba et distinctiones regulariter ex
m canticis consuetudinariis pronuntiare
monem Athanasii episcopi de fide sanctæ
, cujus initium est *Quicunque vult* memo-
riter teneat, et omni die cantet. Exorcismos et orationes ad cathechumenum faciendum, ad fontem quoque consecrandum, aut reliquas preces super masculum et feminam pluraliter et singulariter valeat et sciat distincte proferre. Similiter ordinem baptizandi ad succurendum infirmis. Ordinem quoque reconciliandi juxta modum sibi canonice reservatum, atque ungendi infirmos, orationes quoque eidem necessitati competentes bene saltem sciat legere. Similiter ordinem et preces in exsequiis atque agendis defunctorum. Similiter exorcismos et benedictiones salis et aquæ memoriter teneat. Canticum nocturnum atque diurnum noverit. Computum si non majorem, saltim minorem, id est, epactas, concurrentes, regulares, terminos paschales, et reliquos, si est possibile, sapiat. Martyrologium et Pœnitentiale habeat, ut secundum quod ibi scriptum est interroget confitentem, aut confesso modum pœnitentiæ imponat. Libellum istum unusquisque habeat, et frequenter legat, ne oblivioni tradat ea quæ sibi sunt observanda. Volumus autem, fratres charissimi, quatenus quæ nostra percepistis traditione, quantum humana petitur infirmitas, bonis studeatis operibus adimplere. Quod ut memoriter retinere et salubriter peragere valeatis, omnipotens Deus vobis concedere dignetur, cujus regnum et imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum. Amen.

## **607** III.

ADMONITIO SYNODALIS NOVA, QUÆ POST EVANGELIUM LEGEBATUR AB EPISCOPO SEDENTE IN FALDISTORIO.

*Ex Pontificali Romano Augustini Patricii de Picolominibus episcopi Pientini.*

Fratres charissimi, consacerdotes et cooperatores nostri. Noverit fraternitas vestra nos, licet indignos, locum tenere Aaron, vos autem Eleazari et Ithamari; nos fungi vice XII apostolorum, vos autem LXXII discipulorum: nos pastores vestros esse, vos autem animarum vobis commissarum; nos de vobis, vos autem de plebibus vobis commendatis Domino nostro Jesu Christo rationem esse reddituros. Igitur ut in die tremendi judicii inter bonos dispensatores inveniamur, admonemus et obsecramus fraternitatem vestram ut vita et conversatio vestra sit irreprehensibilis. In domibus vestris mulieres non cohabitent. Omni nocte ad nocturnas horas surgite. Officium vestrum horis certis decantate. Missam jejuni tantum, et non in vestibus communibus, sed sacris, amictus, alba, cingulo, manipulo, stola et casula, vestimentis nitidis, quæ ad alios usus non serviant, parati, devote et religiose celebrate, et in ea corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi cum omni reverentia et tremore sumite. Corporalia et pallæ ex lino fieri debent, et sint mundissima; quæ et alia lintea ac vasa sacra propriis manibus abluite et extergite diligenter. Altare sit coopertum mundis linteis saltem tribus diversis; ad quod nulla mulier accedat. Et desuper nihil ponatur nisi reliquiæ ac res sacræ et pro sacrificio opportunæ. Missalia, Gradualia, Lectionaria et Antiphonaria vestra sint completa et perfecta. Ecclesiæ vestræ bene sint coopertæ et mundæ. In sacristiis sive secretariis aut juxta altare majus sit locus aptus ad infundendum **608** aquam ablutionis corporalium et linteorum, vasorum, et aliarum rerum sacrarum, ac manuum, postquam sanctum chrisma aut oleum cathechumenorum vel infirmorum tractaveritis. Ibique pendeat vas cum aqua munda pro lavandis manibus sacerdotum et aliorum qui rem sanctam et officium divinum sunt peracturi, et prope linteum mundum ad illas abstergendum. Atria ecclesiæ sint bene munita. Nullus sine scitu et consensu nostro per potestatem sæcularem ecclesiam obtineat. Nullus ecclesiam ad quam intitulatus est dimittat, et ad aliam quæstus gratia se transferat. Nullus plures ecclesias, sine titulo et contra sacrorum canonum dispositiones, nan-

cisci præsumat. Nullatenus etiam una ecclesia inter plures dividatur. Nullus extra ecclesiam in locis non consecratis, aut calcaribus indutus, vel cultellis extra prudentibus, celebret. Nullus alterius parochianum, nisi itinerantem, et tunc de rectoris sui licentia, ad communionem recipiat. Nullus in alterius parochia absque proprii sacerdotis licentia missam celebret. In celebratione quisque calicem et oblata, non circulo, aut digitorum vacillatione, ut quidam faciunt, sed junctis et extensis digitis, cruce signet, sicque benedicat. Calix et patena sint aurei vel argentei, non ærei aut aurichalchi, vitrii vel lignei. Quisque presbyter clericum habeat vel scholarem qui cum eo psalmos cantet, Epistolam, lectionem legat, et in missa respondeat. Ipse quoque presbyter infirmos visitet et reconciliet, et juxta Apostolum propria manu communicet, et oleo sancto inungat. Nullus præsumat tradere communionem laico aut feminæ ad ferendum infirmo. Nullus pro baptizandis infantibus, sive adultis aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis, præmium vel munus exigat. Per negligentiam vestram nullus infans sine baptismo et adultus sine communione pereat. Nullus vestrum sit ebriosus aut litigiosus. Nullus arma ferat. Nullus canum aut avium jocis inserviat, seu in tabernis bibat. Quisque vestrum quantum sapit de Evangelio, Domino et cæteris festis diebus suæ plebi annuntiet. Verbum Domini prædicate. Curam pauperum, peregrinorum, viduarum et orphanorum habete, ipsosque peregrinos ad prandium **609** vestrum vocate. Estote hospitales, aliis exinde bonum exemplum perhibentes. Singulis diebus Dominicis ante Missam aquam qua populus aspergatur benedicite: ad quod vas proprium habetote. Vasa sacra et vestimenta sacerdotalia nolite negotiatori aut tabernario in pignus dare. Minus digne pœnitentem cujuscunque rei gratia ad reconciliationem non adducite, nec ei reconciliationis testimonium perhibete. Usuras non exigite. Nec facultates vestras post ordinationem vestram acquisitas alienate, quoniam ecclesiæ sunt. Nullus etiam res, possessiones, aut mancipium ecclesiæ vendere, commutare aut quocunque ingenio præsumat alienare. Nullus decimam alterius recipiat. Nullus pœnitentem carnem manducare aut vinum bibere invitet nisi pro eo tunc eleemosynam fecerit. Quisque fontes baptismales lapideos habeat bene mundos: quos si habere non poterit, vas aliud ad hoc opus solum deputatum teneat. Omnibus parochianis vestris Symbolum et Orationem Dominicam et jejunia Quatuor Temporum et alia Ecclesiæ mandata significate observanda. Ante Quadragesimam quarta feria populum ad confessionem admonete, et confessis juxta qualitatem criminis pœnitentiam injungite. Tribus temporibus in anno, id est, Natalis Domini, Paschæ et Pentecostes, omnes fideles accedere ad communionem corporis Domini nostri Jesu Christi invitate, et ne desit quin saltem in Pascha communicent. Certis temporibus conjugatos ab uxoribus abstinere exhortemini. Nullus vestrum rubeis aut viridibus vestibus utatur. Diem Dominicam et cæteras festivitates absque opere servili a vespera ad vesperam celebrari docete. Cantus et choreas mulierum in atrio ecclesiæ fieri prohibete. Incantationes super mortuos nocturnis temporibus a vulgo fieri consuetas sub obtestatione Dei omnipotentis vetate. Cum excommunicatis nolite communicare; nec quis vestrum eis vel in eorum præsentia celebrare præsumat. Quod etiam plebi nuntiate, et quod nullus ex plebe uxorem domum ducat nisi prius nuptiæ temporibus ab Ecclesia permissis publicæ fuerint celebratæ. Quod nullus ad raptam vel consanguineam accedat, aut alterius sponsam ducat omnibus prohibete. Porcarios et alios pastores saltem Dominica die faciatis vocari **610** ad missam. Patrinos ut filios suos Symbolum et orationem Dominicam doceant aut doceri faciant exhortamini. Sacramen-

A tum eucharistiæ, sanctum chrisma, et oleum catechumenorum, ac sanctum seu infirmorum in Ecclesia in loco mundo condecenti et securo sub sera et fida custodia diligenter servate. Quisque vestrum expositionem Symboli et orationis Dominicæ juxta orthodoxorum Patrum traditiones penes se habeat, easque, ac orationes missarum, et Epistolas, Evangelia, et Canonem bene intelligat, ex quibus prædicandum populum sibi commissum sedulo instruat et maxime non bene credentem. Introitum missæ, orationes, Epistolam, Graduale, Evangelium, Symbolum, et cætera non secreta, alta et intelligibili voce proferat. Secreta vero et Canonem morose et distincte submissa voce legat. Psalmorum verba et distinctiones regulariter cum canticis consuetis intelligibiliter pronuntiet. Symbolum Athanasii de Trinitate et fide catholica memoriter teneat. Exorcismos et orationes ad catechumenos faciendas ac reliquas preces super masculum et B feminam pluraliter vel singulariter respective distincte proferat. Ordinem baptizandi et ad succurrendum infirmis, reconciliationis, ei commendationis animæ, et in agendis exsequiis defunctorum, juxta modum canonicum observet. Exorcismos et benedictiones salis et aquæ pertinenter legat. Cantum diurnum et nocturnum sciat. Computum etiam minorem ad inveniendum litteram Dominicalem, tempus intervalli diei Paschæ et majorum mobilium festorum non ignoret. Ut per hæc et alia bona opera una cum populo vobis credito perpetua beatitudine perfruamini, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum.

## **611** IV.

### ADMONITIO SYNODALIS NOVISSIMA, AB EPISCOPO LEGENDA POST EVANGELIUM.

*Ex Pontificali Romano.*

C Fratres dilectissimi et sacerdotes Domini, cooperatores ordinis nostri estis. Nos, quamvis indigni, locum Aaron tenemus, vos autem locum Eleazari et Ithamari. Nos vice duodecim apostolorum fungimur, vos ad formam septuaginta duorum discipulorum estis. Nos pastores vestri sumus, vos autem pastores animarum vobis commissarum. Nos de vobis rationem reddituri sumus summo pastori Domino nostro Jesu Christo, vos de plebibus vobis commendatis. Et ideo, fratres dilectissimi, videte periculum vestrum. Admonemus itaque et obsecramus fraternitatem vestram ut quæ vobis suggerimus, memoriæ commendetis, et opere exercere studeatis. In primis admonemus ut vita et conversatio vestra sit irreprehensibilis. In domibus vestris mulieres non cohabitent. Omni nocte ad nocturnas horas surgite. Officium vestrum horis certis decantate. Nullus nisi jejunus missam celebret, et D non in vestibus communibus, sed sacris, et nitidis, amictu, alba cingula, manipulo, stola, et casula, quæ ad alios usus non serviant. Missas religiose celebrate. Corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi cum omni reverentia et tremore sumite. Corporalia mundissima sint. Vasa sacra propriis manibus abluite, et extergite diligenter. Nulla femina ad altare Domini accedat, nec calicem Domini tangat. Altare sit coopertum mundis linteis, saltem tribus diversis; et desuper nihil ponatur nisi reliquiæ ac res sacræ et pro sacrificio opportunæ. Missale, Breviarum et Martyrologium unusquisque habeat. Ecclesiæ vestræ sint bene coopertæ et mundæ. In sacristiis sive secretariis aut juxta altare majus sit locus præparatus ad infundendum aquam ablutionis corporalium **612** et vasorum sacrorum ac manuum postquam sanctum chrisma aut oleum catechumenorum vel infirmorum tractaveritis; ibique pendeat vas cum aqua munda pro lavandis manibus sacerdotum et aliorum qui rem sanctam et officium divinum sunt peracturi, et

prope linteum mundum ad illas abstergendum. A Atria ecclesiæ sint bene munita. Nullus sine scitu et consensu nostro per potestatem sæcularem ecclesiam obtineat. Nullus ecclesiam ad quam intitulatus est dimittat et ad aliam quæstus gratia se transferat. Nullus plures ecclesias sine titulo et contra sacrorum canonum dispositiones nancisci præsumat. Nullatenus etiam una ecclesia inter plures dividatur. Nullus extra ecclesiam in locis non consecratis celebret. Nullus alterius parochianum absque proprii sacerdotis licentia ad communionem recipiat. Nullus in alterius parochia absque proprii sacerdotis licentia missam celebret. In celebratione quisque calicem et oblata, non circulo aut digitorum vacillatione, ut quidam faciunt, sed junctis et extensis digitis cruce signet; sicque benedicat. Calix et patena sint aurei vel argentei, non ærei aut aurichalcei, vitrei, vel lignei. Quisque presbyter clericum habeat vel scholarem qui cum eo psalmos cantet, Epistolam et lectionem legat, et in B missa respondeat. Ipse quoque presbyter infirmos visitet et reconciliet, et juxta Apostolum propria manu communicet, oleo sancto inungat. Nullus præsumat tradere communionem laico aut feminæ ad deferendum infirmo. Nullus pro baptizandis infantibus, sive adultis aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis præmium, vel munus exigat. Per negligentiam vestram nullus infans sine baptismo et adultus sine communione pereat. Nullus vestrum sit ebriosus aut litigiosus. Nullus arma ferat. Nullus canum aut avium jocis inserviat. Nullus in tabernis bibat. Quisque vestrum quantum sapit de Evangelio, Dominico et cæteris festivis diebus suæ plebi annuntiet. Verbum Domini prædicate. Curam pauperum peregrinorum, viduarum et orphanorum habete, ipsosque peregrinos ad prandium vestrum vocate. Estote hospitales, aliis exinde bonum exemplum præbentes. Singulis diebus Dominicis, ante missam, aquam qua populus C aspergatur **613** benedicite: ad quod vas proprium habete. Vasa sacra et vestimenta sacerdotalia nolite negotiatori aut tabernario in pignus dare. Minus digne pœnitentem cujuscunque rei gratia ad reconciliationem non adducite, neque ei reconciliationis testimonium perhibete. Usuras non exigite. Nec facultates vestras post ordinationem vestram acquisitas alienate, quoniam ecclesiæ sunt. Nullus etiam res, possessiones, aut mancipium ecclesiæ vendere, commutare, aut quocunque ingenio præsumat alienare. Nullus decimam alterius recipiat. Nullus pœnitentem carnem manducare aut vinum bibere invitet, nisi pro eo tunc eleemosynam fecerit. Quisque fontes baptismales lapideos habeat bene mundos; quos si non habere poterit, vas aliud ad hoc opus solum deputatum teneat. Omnibus parochianis vestris Symbolum, et Orationem Dominicam insinuate. Jejunia Quatuor Temporum et alia Ecclesiæ mandata significate observanda. Ante D Quadragesimam quarta feria populum ad confessionem invitate, et confessis juxta qualitatem criminum pœnitentiam injungite. Tribus temporibus in anno, id est, Nativitate Domini, Pascha et Pentecoste, omnes fideles accedere ad communionem corporis Domini nostri Jesu Christi admonete, et ne omittat quin saltem in Pascha communicet. Certis temporibus conjugatos abstinere ab uxoribus exhortamini. Nullus vestrum rubeis aut viridibus aut laicalibus vestibus utatur. Diem Dominicam et cæteras festivitates absque opere servili ad vespera in vesperam celebrari docete. Cantus et choreas mulierum in atrio ecclesie prohibete. Incantationes super mortuos nocturnis horis a vulgo fieri consuetas sub contestatione Dei omnipotentis vetate. Cum excommunicatis nolite communicare; nec quis vestrum in eorum præsentia celebrare præsumat, quod etiam plebi nuntiate. Et nullus ex plebe uxorem domum ducat, nisi prius nuptiæ temporibus ab Ecclesia permissis publice fuerint celebratæ. Quod nullus ad raptam vel consanguineam accedat, aut alterius sponsam ducat, omnimodis prohibete. Porcarios et alios pastores saltem Dominica die faciatis venire ad missam. Patrinos ut filiolos symbolum et orationem Dominicam doceant, aut doceri faciant. **614** exhortamini. Sacramentum eucharistiæ, sanctum chrisma, et oleum catechumenorum, ac sanctum, seu infirmorum, in ecclesia, in loco mundo, condecenti, et securo, sub sacra et fida custodia diligenter servate. Quisque vestrum expositionem Symboli et orationis Dominicæ juxta orthodoxorum Patrum traditiones penes se habeat, easque atque orationes missarum, et Epistolas, Evangelia, et Canonem bene intelligat, ex quibus prædicando populum sibi commissum sedulo instruat, et maxime non bene credentem. Introitum missæ, orationes, Epistolam, Graduale, Evangelium, Symbolum, et cætera non secreta, alta et intelligibili voce proferat. Secreta vero et Canonem morose et distincte submissa voce legat. Psalmorum verba et distinctiones regulariter cum canticis consuetis intelligibiliter pronuntiet. Symbolum sanctis Athanasii de Trinitate et fide catholica memoriter teneat. Exorcismos et orationes ad catechumenos faciendos ac reliquas preces super masculum et feminam pluraliter vel singulariter respective distincte proferat. Ordinem baptizandi, et ad succurendum infirmis, reconciliationis, et commendationis animæ, et in agendis exequiis, defunctorum, juxta modum canonicum observet. Exorcismos et benedictiones salis et aquæ pertinenter legat. Canticum diurnum et nocturnum sciat. Computum etiam minorem ad inveniendum litteram. Dominicalem, tempus intervalli diei Paschæ et majorum mobilium festorum non ignoret. Volumus autem, fratres dilectissimi, quatenus quæ nostra percepistis traditione bonis studeatis operibus adimplere, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui cum Patre et Spiritu sancto est honor et gloria in sæcula sæculorum.

## 615 V.

ORDO AD CELEBRANDUM SACROS ORDINES SECUNDUM LIBRUM FRATRIS DANIELIS CARMELITÆ MOTENSIS EPISCOPI.

*Ex veteri codice ms. Bibliothecæ regiæ.*

Episcopus, indutis plenis pontificalibus, cum debito ministrorum ordine missam dicturus, ad altare procedat. Et dicta prima collecta, vocentur ordinandi hujusmodi per se vel per alium. Ad titulum sanctæ Mariæ de Domo, ostiarii, lectores, exorcistæ, acolythi, ordinandi procedant. Et sic fit ad omnes gradus ordinandos. Et sedens super sedem suam legat vel per alium legi faciat prohibitionem istam.

Auctoritate Domini nostri Jesu Christi et Ecclesiæ interdicimus publice et prohibemus districte in virtute Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et sub pœna excommunicationis et anathematis, ne aliquis patiens ætatis defectum vel natalium ad sacros ordines ausu temerario accedere nunc præsumat. Nullus nisi a nobis præceptus. Nullus servus, nisi libertati a suo Domino restitutus. Nullus per falsas litteras et sine licentia sui episcopi vel prælati. Nullus qui contraxit cum aliqua per verba de præsenti. Nullus apostata. Nullus excomunicatus. Nullus per saltum. Nullus bigamus. Nullus irregularis. Nullus Simoniacus. Nullus epilepticus, vel aliquo membro mutilatus, vel corpore enormiter vitiatus, vel aliqua infirmitate incurabili prægravatus. Item qualecunque aliud legitimum habuerit impedimentum, nisi prius fuerit secum misericorditer dispensatum. Item ne quis ad susceptionem illius ordinis se ingerere præsumat qui non fuerit canonice examinatus. Et ne uno ordine suscepto, alium sine licentia debita recipere præsumat, et absque fraude quacunque.

## 616 VI.

### VETUS CONFESSIO POENITENTIUM

*Ex veteri codice ms. bibliothecæ Colbertinæ.*

Incipit confessio pœnitentium.

Multitudinem criminum et enormitatem scelerum meorum expavescens, et de tua pietate atque ineffabili misericordia confidens, tibi Creatori et Redemptori meo, qui veniam et indulgentiam post reatum per puram et lacrimabilem confessionem assequi promisisti, confiteor quia in peccatis natus, atque in peccatis per omne tempus vitæ meæ cogitando, loquendo, et operando hactenus sum conversatus. Operibus enim ac pompis diaboli, quibus in baptismo abrenuntiaveram, iterum ipso suadente me subdidi et postmodum turpiter semper et desidiose vixi.

*De superbia.*

Ac primo omnium de superbia, quæ radix omnium malorum est, mores et vitam atque actus meos pessime inquinavi, et per superbiam contra Deum et contra religionem ac propositum meum in verbis, in cogitationibus, in operibus, in desideriis, in incessu, et in cæteris omnibus modis, quos enumerare non valeo, graviter me in conspectu Dei deliquisse confiteor.

*De inani gloria.*

De inani gloria etiam multis modis me deliquisse et quotidie delinquere confiteor, pro qua asssidue in peccatis meis mundi gloriam et sæculares dignitates ac delectationes ultra modum amplector et concupisco, et per eam in cæteris vitiis quæ ex illa nascuntur, id est, in inobedientia mandatorum Dei et seniorum ac magistrorum jussionibus inobediendo, et in jactantia animum **617** in multis vanitatibus extollendo, et in hypocrisi aliud corde retinendo, et aliud ore manifestando, et in contentione inutiliter contra rationem intendendo, et in pertinacia in his quæ non oportet procaciter persistendo, et in novitatum præsumptionibus novas et ante inconsuetas res præsumendo, graviter me peccasse confiteor.

*De invidia.*

De invidia vero, per quem diabolus primum hominem decepit, et per quam mors in orbem terrarum introivit, præ omnibus hominibus reum me et sceleratum esse confiteor: quia aliorum bonis invidendo, et de eorum utilitatibus dolendo, animos sæpe contristavi, et in quibuscunque potui, illorum prosperitatibus nocui. Et si nocere non potui, invidiose tamen tuli. Et per eam in cæteris vitiis quæ ex illa oriuntur, in odio, contra multos inimicitias et odia in corde retinendo, et in exultatione, in adversis proximorum de contrarietatibus et impedimentis illorum exultando, multipliciter me peccase recognosco et confiteor.

*De ira.*

De ira quoque multoties me peccasse et reum esse scio et confiteor, quia illatas ab aliis leviter injurias æquo animo, ut debueram, non sustinui, sed ad iracundiam et vindictam, in quantum potui, et meum et aliorum animos provocavi, et per hanc in cæteris vitiis quæ ex illa oriuntur, id est, in rixis ad jurgia et contentiones non solum me sed et alios excitando, et in tumore mentis contra aliorum levissimas et humiles querelas animum superbe inflammando, et in contumeliis calumnias aliis inferendo, et indignationis de his quibus non oportebat indignando, et in blasphemiis multos sine causa iracundiæ blasphemando, satis graviter in conspectu Dei me deliquisse recognosco et confiteor.

*De tristitia.*

De tristitia etiam non mediocriter me peccasse scio **618** et confiteor; quia inutiliter et sine causa plerumque me contristavi: et cum de peccatis meis tristis et mœrens esse debui, de vanis et nihil utilitatis habentibus rebus tristitiam habui. Et per hanc in cæteris vitiis quæ ex illa nascuntur, id est, in malitia, malam voluntatem contra multos habendo, et in pusillanimitate, vigorem et fortitudinem animi præ tristitia amittendo, et in desperatione, de pietate et misericordia Dei desperando, et in torpore circa Dei præcepta, intentionem ac studium in mandatis Dei non habendo, et in vagatione mentis erga illicita, otiositatem sectando, et rebus illicitis mentem occupando, multoties me peccasse confiteor.

*De ventris ingluvie.*

De ventris vero ingluvie satis periculose et damnabiliter me peccasse et quotidie me peccare confiteor, quia ultra modum et supra quam necessitas et indigentia corporalis exposcat, in sumendo cibum et potum ventrem hactenus ingurgitavi, et quotidie ingurgitare non omitto, et unde mihi et aliis multis indigentibus satisfacere potui, solus præ nimia edacitate et ingluvie consumpsi. Et ideo per hanc in cæteris vitiis quæ ex illa oriuntur, id est, in inepta lætitia, de vanitatibus lætando et gaudendo, et in scurrilitate, jocis et risibus studendo et delectando, et in multiloquio, ea quæ ad utilitatem non pertinent multipliciter loquendo, et in hebetudine sensus, mentis intelligentiam præ nimia cibi et potus voracitate amittendo, multum graviter me peccasse confiteor.

*De avaritia.*

De avaritia etiam gravissime reum me esse confiteor, qui contra præceptum Dei et habenda nimis concupivi et concupisco, et habita nimis avare retinui et retineo, et proximorum necessitatibus et indigentiis non ita subveni et ministravi sicut debui et potui. Et per hanc in cæteris vitiis quæ ex illa oriuntur, id est, in proditione aliorum, et maxime senioris secreta et occulta prodendo ac manifestando, et in fraude, **619** aliorum res furtim auferendo, et in concupiscendo, et in fallaciis mendacia inveniendo et proferendo, et in perjuriis, nomen sanctum Dei ac sanctorum illius invocando et perjurando, et in inquietudine, quietum et tranquillum animum non habendo, et in obduratione cordis contra misericordiam, eleemosynarum scilicet largitionem in pauperibus ut debueram et potueram non erogando, satis graviter me peccasse et quodidie peccare confiteor.

*De luxuria.*

De luxuria quoque ultra omnes homines, et ultra quam mens humana comprehendere possit, me reum esse et sceleratum confiteor; quia postquam ad illam ætatem perveni qua hoc malum perpetrare potui, aut perpetrare volentibus consentire, nimie suadente diabolo turpiter semper et luxuriose ac sodomitice vixi, et templum corporis mei de opere iniquitatis et scelere sodomitico, alios ipse maculando, et me commaculare volentibus consentiendo, turpissime et dictu ipso nefandissime et miserrimus et flagitiosissimus inquinavi. Et per hanc in cæteris vitiis quæ ex illa nascuntur, id est, in cæcitate mentis, ea scilicet quæ utilia et necessaria erant non intelligendo, et in inconsideratione, leviter et lasciviose atque inconsiderate multa faciendo, et in inconstantia stabilitatem et constantiam in operibus bonis non habendo et in præcipitatione, præcipato animo et inconsulte multa operando, et in amore, ultra quam debui delectationes et desideria carnis meæ et voluntates proprias quærendo et adimplendo, et in odio Dei, præceptis ejus resistendo, et eum ut Deus diligendus est non diligendo, et in affectu præsentis sæculi, amorem videlicet et desiderium in sæcularibus et carnalibus studiis ultra quam oportebat infigendo, et in horrore ac desperatione futuri sæculi, de futura scilicet vita non cogitando nec decertando.

non solum in his, sed etiam in aliis omnibus hic memorata non sunt, graviter et infelicis- in conspectu Dei me peccasse et deliquisse iteor, ac nisi divina mihi misero subveniat mi- ordia, omnimodis **620** me cogitatione, locu- , opere ac voluntate perditum esse scio. Et ante quam terra cum Dathan et Abiron me rbeat, et ante quam ignis cœlestis cum Sodo- me exurat, ad te Dominum Deum et creato- meum, qui non vis mortem peccatoris, sed ut ertatur et vivat, confugio, et ad te, qui latroni uce credenti, et publicano ac meretrici confi- bus pepercisti, veniam et indulgentiam humi- exposco. Ne confundas, piissime, faciem n, non derelinquas me in manibus quæren- animam meam; sed respice propitius et di me miserum et peccatorem clamantem et igientem ad te. Aperi sinum pietatis ac ja- a misericordiæ tuæ, et resuscita mortuum in atis, vivifica sepultum in delictis, et ne abji- quem ad imaginem tuam creare et pretioso tui sanguine redimere dignatus es. Tu pœni- ous veniam promisisti, tu majus gaudium es- cœlis super uno peccatore pœnitentiam agen- am super nonaginta novem justis asseruisti, r sanctum prophetam tuum nobis promisisti in unaquaque die peccator conversus fuisset, tenda ei essent peccata sua. Quapropter siones tuas teneo, de promissionibus tuis eo, cum tota spe ac securitate ad immensam ntiam tuam confugio. Parce malis meis, pec- meis,et sceleribus. Major est misericordia tua i miseria mea. Exaudi, Domine; placare, Do- , attende et fac. Inclina, Deus meus, aurem , et audi orationem meam. Aperi oculos tuos, de contritionem meam. Quamvis peccator amen creatura tua sum, unigeniti Filii tui iine redemptus sum. Non sum tibi vilis ad ndum qui non fui vilis ad redimendum. Sed ere propitius et indulge. Per eumdem.

*Alia oratio.*

ix mentium Deus, expelle a me stultitiæ no- et dona mihi sapientiæ diem. Orire veritatis stitiæ, de profundissimis naturæ tuæ sinibus m intellectum superantibus appare in æthe- mi mei, super terram cordis mei. Exstingue asias **621** corporum et phantasmata vana- cogitationum mearum. Crea prolem intelli- rum mearum in utero mentis meæ. Effunde um tuum super aquas informitatis meæ, ut rsus ad te, conformis Filii tui, videam te per omnia sub te. O tu, purissima veritas, tu vi- n me, tu vana et fluxa et caduca, nihil vi- si falsa et corporea plasmata. Per me nihil isi mors et abyssus tenebrosa et imperfecta. um quantum sum, in te vivo quantum vi- te intelligo quantum intelligo. Quia tu es a intelligentia, essentia summa, vita sum- ater, et Filius, et Spiritus sanctus, unitas tri- rinitas simplex, infinita in se sine fine, Deus in sæcula sæculorum. Amen.

VII.

MISSA PRO TRIBULATIONE.

*veteri codice ms. bibliothecæ Colbertinæ.*

*a competente fiant litaniæ, cantu rei concor- Deinde missa*: Reminiscere miserationum. *us*: Ad te, Domine, levavi animam meam. neus, in te confido.

*Oratio.*

, qui contritorum non despicis gemitum, et itium non spernis affectum, adesto nostris us, quas pro tribulatione effundimus, ea- clementer suscipiens, tribue ut quidquid nos diabolicæ atque humanæ moliuntur sitates, ad nihilum redigantur, ut nullis inse- libus læsi, sed erepti de omni tribulatione et

A angustia, læti in Ecclesia tua sancta gratias jugiter referamus. Per Dominum.

*Graduale:* Adjutor. *Versus:* Quoniam non.

**622** *Lectio Danielis prophetæ.*

In diebus illis oravit Daniel dicens: Domine Deus, ne despicias populum tuum, neque auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum et Isaac servum tuum et Israel sanctum tuum, quibus locutus es pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cœli et sicut arenam quæ est in littore maris. Quia, Domine, imminuti sumus plus quam omnes gentes, sumusque humiles in universa terra hodie propter peccata nostra; et non est in tempore hoc princeps et propheta et dux, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus...... *Cætera desunt.*

VIII.

LITTERÆ JONÆ EPISCOPI AUGUSTODUNENSIS DE DOTE ET CONSECRATIONE ECCLESIÆ MONTIS BUZNINI.

B *Ex veteri chartulario ecclesiæ Augustodunensis.*

In nomine Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, Jonas, præveniente divina misericordia Augustodunensis episcopus. Notum sit omnibus fidelibus sanctæ Ecclesiæ tam præsentibus quam futuris quia venerabilis vir Reimbodo cum filio suo, cujus vocabulum est Lifericus, tactus divina clementia, cum consultu prædecessoris nostri Althei episcopi capellam in pago Augustudunense, in vicaria Isiotrense, in loco qui dicitur Montem Buzninum, ex propriis rebus ædificantes, atque ad perfectum usque perducentes, deprecati sunt nostram benevolentiam qualiter eamdem capellam, eorum opere constructam, ecclesiastico ordine ad persolvendum jugiter divinum officium solemniter consecraremus. Nos ergo benevolam eorum **623** intentionem et humillimam petitionem considerantes, legibus canonicis dotem requirere procuravimus, unde digne domus Dei sustentaretur. Quod C devotissima voluntate juxta nostri hortaminis constitutum adimplentes, pro Dei amore et sanctorum ipsius veneratione de rebus proprietatis suæ, secundum quod ratio dictabat, eidem loco nobiliter contulerunt, sicut inferiora demonstrant. Quorum rationabili et laudabili petitione percepta, ecclesiastico ordine consecrare in opus Dei omnipotentis censuimus, atque in honore et veneratione sancti Sebastiani martyris et cæterorum sanctorum, Idibus Octobris Deo auctore solemni officio dedicavimus. Ego itaque Ragamboto, cum filio meo Hilferico, juxta consilium et considerationem Domini et venerabilis jamdicti Jonæ episcopi, præfatam capellam pro amore Dei et animæ nostræ remedio rebus proprietatis nostræ dotamus atque in perpetuo dotatam esse volumus. Quamobrem ad usus et ministerium præfatæ basilicæ, quam pro Dei amore construximus et consecrare rogavimus, donamus atque in perpetuo do..... esse volumus, hoc est, in D circuitu basilicæ, ante introitum ipsius, campum ad unum modium qui est subter fossatum, pertingentem usque ad mortuam guttam, et ad partem orientalem terram arabilem cum prato et superposito ad modios v, salvato atrio ipsius ecclesiæ. Similiter mansum quem Bernoinus tenet, cum jamdicto servo et conjuge sua vocabulo Bertildis ac prole eorum, cum omnibus suis terminationibus, donamus in integrum, et alium mansum in ipso pago vel in ipso agro in villa nuncupante Villaris, quem de Altmaro per titulum venditionis Hilferico avo nostro conquirente nobis obvenit, cum ancilla nomine Leobertane et prole ejus, pari ratione eidem loco cedimus cum omnibus adjacentiis suis et supraposito, et quicquid ad eum aspicit, aut aspicere videtur. Cedimus etiam et pratum ad honorem præfatæ capellæ de Abulmaro conquisitum. Hæc omnia superius nominata in honorem Dei omnipotentis et veneratione sanctorum ejus, quorum memoria et virtus ibi recolitur,

A ad usus et supplementum jam sæpius nominatæ basilicæ cedimus, atque de jure nostro in jure et proprietate ipsius et rectorum **624** ejus transfundimus, et perpetualiter deservitura concedimus. Et ut ab omni tempore libera et quieta in Domini servitium valeat permanere, perfecta et plenissima voluntate tam capellam quam et res ad ipsam aspicientes matri ecclesiæ sancti Nazarii, et rectorum ipsius contradimus, et jure ecclesiastico subjectam atque æternaliter mancipatam esse decernimus; ita ut in omni ordinatione et dominatione faciat inde episcopus et ministri ejus legibus ecclesiasticis veluti de aliis rebus eidem matri ecclesiæ collatis. Ea videlicet conditione, ut dum nos vel unus legalium heredum propinquior superstites apparuerimus, non tam jure dominationis et hæreditatis quam defensionis et protectionis in mundeburdum omni tempore vitæ nostræ habere valeamus, persolventes partibus sancti Nazarii ipso die Cœnæ Domini, quando chrisma conficitur, libram B ceræ annis singulis Dum vero nos aut quilibet ex successoribus hæredum nostrorum præfatam capellam cum omni integritate rerum suarum ad honorem ecclesiæ possidendo conservaverit, et custodiendo possederit, censumque synodalem partibus sancti Nazarii tempore fixo persolverit, nulla sit licentia episcopo aliqua forte stomachatione vel cupiditate commoto jus hæreditatis nostræ vel successorum nostrorum alienare, aut in suos usus retorquere, aut perturbare. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos ipsi aut quilibet ex hæredibus nostris, vel ulla emissa persona, contra hanc nostræ donationis dotationem tergiversando aliquam calumniam generare domui Dei et inferre voluerit, vel ejusdem ecclesiæ res dividere, aut in suo diabolica cupiditate inflammatus retorquere tentaverit, aut de suprastatuto censu tardus aut negligens apparuerit, tunc legaliter reddere cogatur; vel si noluerit, partibus matris ecclesiæ, aut C cui litem intenderit, auri libram una cum cogenti fisco exolvere compellatur, et insuper quod repetit, nullum obtineat effectum, cum stipulatione subnexa. Et ut hæc donationis et dotationis nostræ chartula, quam promptissimis animis matri ecclesiæ sancti Nazarii contradidimus, plenissimam et perfectam atque inconvulsam omnibus temporibus obtineat firmitatem, **625** non solum manu nostra subterfirmavimus, sed et religiosorum ejusdem canonicorum seu nobilium fidelium laicorum ma nibus corroborandam tradidimus.

IX.

EPISTOLA LAMBERTI EPISCOPI CENOMANENSIS AD HILDEBRANDUM EPISCOPUM SAGIENSEM.

*Ex veteri codice ms. bibliothecæ Colbertinæ.*

Sacris semper meritis venerando Hildebrando pontifici magnifico Lambertus nullis meritis episcopus æternam in Domino felicitatem. Notum facimus vestræ paternitati qualiter quidam erroneæ D factionis detestabilis, nomine Raino, nonam et decimam ecclesiæ nostræ temerario ausu retinere et fraudare præsumit. Super quibus ausibus et factis atrocibus non solum semel et bis sed et frequenter a nobis et a nostra Ecclesia cum constat esse admonitum. Sed nec admonitionibus parere nec Ecclesiæ nostræ satisfacere ullo modo voluit. Unde nos ex divina auctoritate cum sanctis et gloriosis martyribus Gervasio et Protasio et omnibus sanctis prædictum sacrilegum Rainonem cum omni domo sua ab Ecclesiæ liminibus et cœtu Chritianorum excommunicatum et anathematizatum habemus, donec ab his nefandis actibus conquiescat, et Ecclesiæ nostræ satisfaciat. Unde his nostræ parvitatis litteris vestram beatitudinem admonere præsumimus, ut sicut a nobis est generaliter excommunicatus, ita et a vobis et ab omni Ecclesia vestra seclusus et excommunicatus habeatur. Modum autem excommunicationis, qualiter.......

inditus, vestram nullatenus carere credo paternitatem. Opto sanctiatem vestram prosperis successibus in Christo semper valere.

**626** X.

TESTAMENTUM RICULFI EPISCOPI HELENENSIS.

*Ex chartulario ecclesiæ Helenensis.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno Verbi incarnati 915, indictione 3, Riculfus Dei gratia sedis Elenensis episcopus donator ad domum sanctæ Eulaliæ virginis et martyris Christi matrem ecclesiarum Russilionensium sive Confluentium necnon Valle Aspiri, successoresque mei ibidem Domino militantes. Ideo dono ego Riculfus gratia Dei Elenensis sedis episcopus præfatæ ecclesiæ vestimentis sacris quæ acquisivi, et libris, seu et calices, cum patenis et rebus quæ in cultu Dei pertinent, quorum per nomina vocabula illorum: id est, cruces duas aureas cum gemmis pretiosis, capsam eburneam unam, calices argenteos, unum cum auro cum patena, et alium sine patena, et alium calicem quotidianum; Sion argenteum optimum unum, incensarios II, cum catenis argenteis, candelabros cum argento quatuor, conchas æreas II, ad chrisma conficere urceolo I, cum aquamanile, ansatum æreum I ad aqua benedicta, scrindos paria I ad vestimenta sacra salvandum, pectenem eburneam unam, tabulas eburneas duas, caligas et sandalias paria duo, amictos cum auro quatuor, albas quinque, tres claras, et planas duas, roquos quatuor, unum purpureum cum auro, et alium palleum Græco, et alios duos in Græcia factos, zonas quinque, una cum auro et gemmis pretiosis, et alias quatuor cum auro, stolas quatuor cum auro, una ex illis cum tintinnabulis, et manipulos sex cum auro, unum sex iis cum tintinnabulis, casulas episcopales optimas tres, unam diaprasiam, et alias duas de orodonas, annulum aureum unum cum gemmis pretiosis, et vuantos paria unum, camisas ad Textum et Missalem quatuor, unum cum auro purpureum, et alios palleos corporales quatuor, palleos quatuor, e brosdo unum, dalmaticas tres, capas **627** duas, una purpurea, et alia bition, toalias olicias duas, una cum argento vel clavellos spaniscos duos, altare argenteum unum, facistergio uno, cessino palio uno. Librorum quoque numerum per vocabula ipsorum, id est, Textum Evangeliorum unum, Missales tres, unum quoque Missale et Lectionarium in uno volumine, alium vero Missale cum Antiphonario in uno volumine, Smaragdum unum, Traditiones evangelii et epistolas libros duos, librum Rabanum unum, Expositum in Evangelium et Epistolas, Eptaticum unum, Expositum super Genesis librum unum, libro Salomon uno, libro Machabæorum uno, librum Job, et Tobiæ, et duodecim Prophetas minores in uno volumine, libro uno Tobiæ, Judith, Esther in uno volumine libro uno, Martyrologium optimum unum, Psalterium unum, Canones duos, quaterniones de canones, librum Augustinum unum contra quinque hæreses, Orationarios libros duos, Cyclum unum, Sententiarum de diversis causis librum unum, libros legis duos, unum Romanum, alium Gothorum, quaterniones optimos super Genesis et Regum et Machabæorum et Prophetarum luculentissime expositum in uno volumine, ad ecclesiam consecrandam quaterniones duos, ad visitandum infirmum quaterniones duos, ad ordinationes ecclesiasticos quaternione uno, Medicinale unum. De his itaque rebus, et de aliis per testamentum, quod detestatum habeo, dono præfatæ ecclesiæ sanctæ Eulaliæ in Comitatu Russilionensium sive Confluentium atque Valle Aspiri, quicquid in iis locis acquisivi, aut auxiliante Deo acquirere potuero, tam ex comparatione quam ex commutatione, etc. — Facta scriptura donationis istæ V Idus Decembris anno XVIII regnante Carole rege filio Ludici (341).

(341) Error in annis regni Caroli. Legendum itaque XXIII pro XVIII.

**628** XI.

MANUMISSIO CONSTANTIÆ.

*Ex Chartulario monasterii Usercensis.*

i debitum sibi nexum relaxat servitutis, retri-
:em Dominum in futuro judicio pro mercede
ibi esse sciat. Ob hoc igitur ego infra deno-
.tus Rainardus, considerans casum fragilitatis
, ideo absolvo quamdam vernaculam meam
ne Constantiam, pro amore Dei, et pro reme-
nimæ meæ, et pro remedio animæ patris mei
itris meæ, de omni jugo servitutis, ut post
diem in quatuor angulis terræ licentiam et
tatem habeat faciendi qualemcunque senio-
ligere voluerit in omnibus, et sibi ambulet,
i vivat, et libera et absoluta, maneat omni-
liebus vitæ suæ. Sane si quis, ego ipse, aut
ex hæredibus vel propinquis meis, aut ulla
a immissa persona, contra hanc absolutio-
ullam calumniam generare præsumpserit, in
is iram Dei omnipotentis incurrat et sancto-
omnium, simulque cum Dathan et Abiron in
io participationem habeat, et absolutio ista
. et stabilis permaneat omni tempore. Facta
utio ista in Mense Martio, regnante Carolo
S. Rainardi, qui absolutionem istam fieri vel
iare rogavit.

XII.

MENTUM DOMNI ADEMARI VICECOMITIS SCALARUM ET ABBATIS TUTELENSIS.

*Ex Chartulario ecclesiæ Tutelensis.*

. . In primis ergo relinquo et reddo sancto
io et monachis in antedicto monasterio sibi
entibus **629** abbatiam veterem, quæ, sicut
lictum est, a proavo patris mei mihi succes-
ecclesiam scilicet sancti Juliani juxta idem
sterium constructam, ecclesiam sancti Petri
stro ipsius villæ, ecclesiam sancti Martini de
ına, ecclesiam sanctæ Fortunatæ, ecclesiam
de Lagarda, ecclesiam sancti Amantii, ec-
m sancti Boniti del Verni, ecclesiam sancti
alis Faurcensis, ecclesiam sancti Boniti de
sa, ecclesiam sanctæ Mariæ de Selliaco, ec-
m sancti Juliani de Porcaria, ecclesiam san-
urentii de Gorsa, cum ipsis curtis, cum villis,
pratis, cum silvis, et cum omnibus quæ ad
abbatiam pertinebant. Hæc omnia cum in-
nec sine crimine possiderem, Deo et sanctis
atisfaciens sponte reliqui. Ut vero misericors
nipotens Deus et mihi et omnibus meis pa-
us præsentibus, præteritis, et futuris, tam
quam reliquarum veniam conferre dignetur
rum, et ut præfatus sacer locus in suum ad
um restitui possit statum, de proprio jure
a quæque atque chariora eidem decrevi de-
la, cum legitimum utique non haberem fi-
Ex quibus primum omnium est Scalas ca-
meum, cum omni caslania, et cum univer-
ralibus, et cum Ecclesiis, et cum curte mea
nnaco, cum villis circumquaque sitis, et cum
, et cum silvis, et cum aquis, cum ingressi-
exitibus omnibus, servis quoque et ancillis.
am quoque Navensem, et vicariam Spania-
m, et totum quod habeo in vicaria Beenna-
et ecclesiam sancti Pardulfi, et Placiacum,
lesiam de Acuto monte, et ecclesiam sancti
ii quæ est inter Dustrem et Dordonia, et ec-
m de Albuciaco cum mansis et cum vineis
rell, et castrum meum Mulsedonum cum
ipsius caslania et cum ecclesia sancti Martini
eum posita. Et in vicaria Argentadense cur-
leam Longor, cum vineis de Cortoiolo, et
ias, pratis, campis, et villam meam Grandem
um. Et alodum quem pater meus acquisivit
mite Raimundo [supra lineam de Perteus] in
a Spaniacensi seu Faurcensi, et Marcum, et
isem, et ecclesiam sancti Boniti, et villam
est in vicaria Brivensi Pauliacum dictam
rineis et cum omnibus ad ipsam pertinenti-

A bus, et **630** villam quæ vocatur Marcus cum vi-
neis et omnibus nihilominus ad se pertinentibus,
et in ipsa vicaria mansum meum ubi Eliseus visus
est manere, cum vineis, cum pratis, et omnibus
ad se pertinentibus, et villam quæ dicitur Clara-
faga, et Biareni et villam quæ vocatur Vallis, et
villam quæ dicitur Grandis rivus et villam quæ
vocatur Betelanita, et villam quæ dicitur Bedenas,
et Capellam quæ Novavilla dicitur, cum ipsa curte,
et totum quod ad ipsam curtem pertinet, et unum
mansum in villa de Confulento, et villam quæ di-
citur Colia in vicaria Spaniacensi, et ecclesiam de
Brancellis, et ecclesiam sancti Juliani de Garriga,
et unum Mansum in vicaria Tornensi in villa Mon-
tilio dicta, quæ omnia in comitatu Lemovicensi
sunt sita, dono sancto Martino et monachis ejus
Tutelensibus. In comitatu vero Caturcensi similiter
post mortem meam et Gauzberti fratris mei et
Gauzlæ uxoris meæ dono sancto Martino et mona-
B chis in monasterio Tutelensi sibi servientibus ca-
strum meum Foliosum, quod est in vicaria Casi-
liacensi, et curtem meam Vairiacum, cum eccle-
sia sancti Stephani quæ olim vocata est sancti Boi-
cii, et ecclesiam sancti Martini, seu ecclesiam san-
cti Germani, necnon et ecclesiam sanctæ Mariæ
de Macerias, et Cambonem, cum vineam de Faga,
et quatuor mansos de Ampulliaco, et plantadam
meam quæ est juxta sanctum Michaelem, et cum
vineis de Celsiaco, cum villis et silvis, cum aquis,
cum exitibus et ingressibus, cum servis et ancillis
et cum liberis, et cum omnibus ad ipsum castrum
vel ad ipsam curtem pertinentibus, castrum etiam
bellum, et ecclesiam de Calesso, et mansos de
Cambonaue, et Mairacum, et Buxarias, et Matro-
nam, et Vichirac, atque Vogaironum, et Longo-
rem, cum ipsis vineis de Cortoiolo, cum vitis ad
piscandum, et Croissiam curtem meam cum ec-
clesia et cum omnibus appendiciis ejus, et eccle-
C siam de Mairinaco, et Pardinis, et Becedam, et
ecclesiam sancti Menardi, et Cloiols, et fossam
Amalgerii, et villam quæ dicitur Vilaris, et aliam
villam quæ dicitur Mons Joviniani, et Vedrivineas,
et mansos de Juliaco, sita in prædicto comitatu
Caturcensi, nihilominus sancto Martino dimitto et
ecclesiæ Tutelensi. **631** Hoc quoque sciendum,
quia in bosco de Borma de curte de Vairiaco con-
cessa est ad fevum pars quædam vicariis a Borma
cognomen trahentibus ad ædificandum tantum
præsidium propter tuitionem atque defensionem
rerum sancti Martini circumquaque existentium,
non ad aliquod quasi jus proprium ibi sibi vindi-
candum, cum ecclesia sancti Petri de Borma simi-
liter cognominata et quibusdam rebus ad ipsam
pertinentibus, et quidquid habent in riparia et in
aqua machinas aptas piscium captionibus.

Hæc igitur omnia, tam scilicet hactenus injuste
possessa, quam jure hæreditario ad me pertinen-
D tia, ego Ademarus reliqui sive donavi sancto Mar-
tino et servientibus sibi monachis pro salute ani-
mæ meæ, et uxoris meæ Gauzlæ, patris et matris
meæ, et omnium propinquorum et amicorum
meorum tam in hoc sæculo adhuc degentium
quam etiam ab hoc jam migratorum, præterea
pro rege nostro Rodulfo, atque seniore nostro Eba-
lo comite [de Perteus], quibus concedentibus hæc
omnia perfecimus, postremo specialiter pro illis
qui prædicti loci atque habitatorum ipsius tutores
et defensores fuerint. Ipse quoque ego Ademarus
vicecomes sentiens mihi appropinquare terminum
præsentis vitæ, videns etiam me legitimum non
habere filium cui jure meas amplas dimitterem
possessiones, Deo aspirante cœpi tractare qua-
liter rebus quibus temporaliter usus fueram in
præsenti sæculo, æternaliter uti possem in futuro.
Quod taliter mihi eventurum indubie confido, si
quod temporali hæredi dimittere nequeo, sanctæ
Ecclesiæ, Christi videlicet sponsæ, reliquero ; ut
cum ipse judex vivorum et mortuorum ad judi-

candum venerit, pro temporali suæ sponsæ sustentatione æterna me donare dignetur mercede. Hac igitur de causa dimitto Deo et sanctæ ejus Ecclesiæ, pro salute animæ meæ, sicut jam supra dictum est, et pro animabus omnium propinquorum et amicorum meorum sive seniorum, ipsorum quoque qui hujus mei scripti defensores fuerint, hæc universa quæ subter habentur descripta. Ex his sunt, post rebus superius descriptis, curtis mea Tauriacus cum ipsa ecclesia, et quod habeo in Molle, et terras meas de Bulciaco, quæ sunt de Vairaco, et quodcunque in **632** Gintraco et in Salle, quod de Sigiberto sacerdote conquistavi, et villa mea Maisit, et mansus meus ubi manet Adalrandus in Laustanicas, curtis etiam mea Madriniacus et Pariacus cum ipsis Ecclesiis, et Vernias, et Mespelium, et Cassanias, et Potentius, et Coozono, et Presangas, et villa mea Caminus cum Ecclesia, et Laus, et unam vineam in Rofiniaco, alodus quoque meus Blaviniacus, et mansi duo in Nantiliaco, et vinea in Pardinas quæ fuit Donadei, et quod habeo in Altudere et in Dezenato, et plantadam meam ad Pogium, cum ipsis capmansis, et cum vinea quam de Arnaldo acquisivi, necnon et Ecclesiam sancti Albini, et Taurins, et Cassanias, et unus mansus in Laustangas usi visus est manere Bernandus et mansi qui sunt in Brancato, et vineam meam in Donzenaco, et mansum de Brasc, quem de Rotberto comparavi, et vineam de valle Mauriana, et unum mansum in Calzfurno, et unam vineam in Lineriaco, et alodum meum in vicaria Cambolivense, et silvam Malævallis, et villam de Ribaus, cum silvam de Monbresme, et mansum ubi Ingelbertus manet prope de Vairaco, et unum mansum in Argentado, et Camelarias, et Cuculonia, et Vinzacum, et mansos tres in Dauza et Pedania, cum vineam quam Bernardus plantavit, et Valannonus, et Alix.

Hæc quoque inter quosdam meos relinquo propinquos et amicos, hoc est, Floriacum et Montelium, et vineam meam Scopiac, et vineæ meæ in Detnato et Damella, et mansi mei de Angulo et Taraiasa, et unum mansum in Spaniaco, et unam vineam in Blandina, et alodum meum de Montaniaco, cum vineis qua de Witardo acquisivi, et unam vineam in Quincono, et mansum meum de Rete, et alodum in Verniolas, et alodum meum de Scorbinio.

Quamvis igitur ego Ademarus diversis temporibus diversis ecclesiis et hominibus tam propinquis quam amicis et fidelibus meis multa vel dicto vel scripto fecerim aut mutaverim dona, hoc tamen testamentum scriptum volo ut ratum et firmum atque immutabile maneat et perseverat in sæculo. Amen.

Sunt autem monachi in munburdo regis ad locum salvum faciendum, non ad aliquid persolvendum nisi solas orationes.

**633** Cæterum contestor et adjuro omnes propinquos atque successores meos cunctosque illius cœnobii vicinos tam præsentes quam futuros per tremendum sanctæ Trinitatis nomen et meritum beati Martini et sancti Laudi, qui ibi deportatus est, ut nullus vel monachos vel quaslibet eorum res inquietare aut sub potestate sæculari ullo modo redigere præsumat. Quod si qui hæreditatem Dei possidere tentaverint, maledicantur per universum orbem terrarum, dicaturque de illis : *Deus meus, pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti, et confundantur in sæculum sæculi.* Non sint cohæredes Christi, nisi resipuerint, sed participes Pharaonis, qui ait : *Dominum nescio, et Israel non dimittam.* Principes vero quibus hæc scriptura præsentata fuerit per judicium vivorum atque mortuorum contestor ut hanc omnimodis defendere studeant, memores qui maledictus est omnis qui transfert terminos, id est, constitutiones, patrum suorum.

Ut autem hæc auctoritas firmior perseveret senioris nostri E ali[comitis de Perteus] hanc auctoritate firmari rogavimus.

S. Ebali comitis et Willelmi filii ejus.
S. Ademari, qui hæc fieri rogavit.
S. Odolrici vicecomitis de sancto Cirico.
S. Gauzberti vicecomitis.
S. Rotberti.

## XIII.

### LITTERÆ RODHMUNDI EPISCOPI AUGUSTODUNENSIS DE CAPELLA CENTISSÆ DATA DUOBUS CLERICIS.

*Ex veteri chartulario ecclesiæ Augustodunensis.*

In nomine Domini Dei æterni et Salvatoris nostri Jesu Christi. Rodhmundus ejusdem propitiante **634** miseratione humilis Eduorum antistes. Omnibus notum facere volumus Dei et sanctæ Ecclesiæ fidelibus præsentibus atque futuris quoniam cum apud prædictam urbem resideremus, adierunt conspectum nostrum prælati ejusdem nostræ Ecclesiæ, Udolmannus decanus, Radaldus abbas et præpositus, et Almarus archidiaconus precantes serenitatem nostram, et ostendentes nobis qualiter habebant quamdam capellam, quam consentire volebant duobus fratribus clericis Girardo et Wichardo, si tamen nostrum mererentur habere assensum. Quæ siquidem capella est sita in comitatu Belnensi, in villa Centissa, sacrata in honore sancti Germani confessoris Christi. Unde ad resistendas sæcularium versutias suam dispositionem nostræ inscriptionis auctoritate corroborari exoptabant. Jussimus itaque hujus nostræ inscriptionis testamentum fieri ; cujus auctoritate decernimus et decernendo allegamus ut prædictam sancti Germani capellam per consensum canonicorum ejusdem nostri loci prælibati duo clerici fratres Girardus canonicus et Wichardus diebus quibus advixerint teneant, regant, possideant, ea ratione, ut synodalia persolvant debita, et censum quinque solidorum mense Martio usibus canonicorum inferre non negligant. Ut autem hujus nostræ cessionis largitio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, manibus propriis firmavimus, et fidelibus nostris ad roborandum tradi jussimus. Acta Augustiduno feliciter in Domino. Amen.

Rodmundus sanctæ Eduensis Ecclesiæ peccator episcopus subscripti.
Girardus cardinalis archidiaconus subscripsi.
Udolmannus humillimus diaconus subscripsi.
Radaldus abbas et præpositus subscripsi.
Gerardus abbas subscripsi.
Almarus archidiaconus subscripsi.
Teutho abbas subscripsi.
Hugo humilis levita et præcentor subscripsi.
Arnulfus abbas subscripsi.
Heldegrimus archipresbyter subscripsi.
Geraucus archipresbyter subscripsi.
Warnerius scholasticus subscripsi.
**635** Heriveus subscripsi. Rodmundus subscripsi. Constantius Scholasticus subscripsi. Optadus subscripsi. Boso sacerdos subscripsi. Teotbertus sacerdos subscripsi.
Ego Vuido levita ad vicem Suavi cancellarii scripsi et subscripsi.
Data III Kal. Augusti, indictione 12, anno primo regnante Lothario rege.

## XIV.

### CONCORDIA MONACHORUM TUTELENSIUM ET AURELIACENSIUM.

*Ex chartulario ecclesiæ Tutelensis.*

Notum sit omnibus monasteriorum fratribus, videlicet Aureliacensis et Tutelensis, tam præsentibus quam futuris, quia invicem habuerunt querimonias Raimundus Aureliacensis abbas et Bernardus Tutelensis abbas. Joannes abbas, qui propinquus beati Geraldi dignoscitur fuisse, simul utrasque ecclesias tenuit, et quasdam possessiones sui juris, quæ sibi [a] parentibus contigerant, ecclesiæ beati Martini Tutelensis monasterii dedit, scilicet presbyterale ministe-

rium ecclesiæ, sancti Amancii de Faurcio, et tres mansos in eadem curte, mansum Geraldi, et mansum Frudini, et mansum Rotgerii, et quindecim debitales porcos in eadem curte, freda regalia quæ Joannis habebat annuatim de manu regis Francorum in Tutelensi castro. Dedit et alios quinque mansos in parochia de Argentado. Has res superius nominatas dedit ecclesiæ beati Martini et monachis ibidem Deo famulantibus Joannes abbas, hac quidem conditione, ut unoquoque anno in festivitate beati Geraldi tres libras piperis aut pigmenti Tutelenses fratres Aureliacensibus persolverent. Eo quidem vivente, ut patres nostri soliti sunt referre, reddebatur absque ulla contradictione. Post mortem vero ipsius orta est sæpissime lis. Tandem facta est pax hoc modo. Ego **636** Raimundus Aureliacensis abbas, cum concilio fratrum meorum, hoc Tutelensibus fratribus grave fore cognoscens, rogatu illorum atque humili prece, Bernardo abbati fratri nostro et filio nostræque congregationis monacho suisque successoribus omne annuale censum remitto.

## XV.

(342) EXCOMMUNICATIO RAGENARDI COMITIS SENONENSIS RENOVATA ADVERSUS GAUZERIDUM ET GEILONEM CANONICOS SENONENSES.

*Ex veteri Libro Pontificali ecclesiæ Senonensis, qui nunc exstat penes clarissimum virum Antonium Vionem Herovallium.*

Immensus dolor nos urget ad genitum, ac indicibilis mœstitia commovet ad fletum, quando illos quos passio Christi a jugo diaboli redemit, et a sordibus peccatorum sacer baptismus purificavit, et Ecclesiæ catholicæ corpori sociavit, nunc iterum se ipsos sponte antiquo hosti subdere videmus, et non solum membris Christi persecutionem inferre, sed etiam contra ipsum totius creaturæ auctorem et dominum bellum moliri. Qui enim sacrosanctæ Ecclesiæ structores atque defensores esse debuerunt, modo venenato diaboli furore

A vexati, atque ferina rabie concitati, omni timore Domini postposito, et remedio pœnitentiæ neglecto, ecclesias in Dei honore ac perpetuæ virginis Mariæ sanctique Stephani dicatas lacerare ac sine pastore esse non pertimescunt, violenter usurpantes ea unde sancta Dei debet restaurari Ecclesia. Admonemus etiam et admonendo adjuramus ut incorrigibiles, et qui pestiferis et flagitiosis moribus sunt irretiti, sicut a bonis moribus sunt alienati, ita et a consortio fidelium fiant extranei. Igitur cognoscat universalis Ecclesia hostes sævissimos et tyrannos improbos, adversarios et persecutores pessimos sanctæ Dei Ecclesiæ, **637** Gauzfridum atque Geilonem.

Ragenardum et Rodmundum ejus filium, eorumque

Canonicos præceptorum

commilitones ecclesiastorum rerum parvasores,

Dei contemptores, sanctorum canonum transgressores,

B pastoris sui contradictores,

quos ab ipso summo pastore Christo, et beatissima ejus matre Maria, atque beato Petro apostolorum principe, cujus, quamvis indignus, auctoritate et magisterio fungor, nisi citissime se emendaverint et satisfaciendo commissa fideliter restituerint, eos cum omnibus sanctis in cœlo meritis viventibus et in terra miraculis fulgentibus obligamus, et a nobis secundum potestatem nostræ pravitati concessam ligandi atque solvendi excommunicamus atque anathematis gladio transfigimus. Deinde excommunicamus G. a. u. z. f. r. i. d. u. m., G. e. i. l. o. n. e. m., Grobertum diaconem, qui meum injuste usurpat archidiaconatum, Vuangerium, Arricum, postea vero Ansellum, item Ansellum, Hugonem, Ansegisum, Balduinum, . . . . . . Hos et omnes qui postquam archiepiscopalem suscepi benedictionem, sanctum Sennensis ecclesiæ locum ingredi non permiserunt more antecessorum meorum, C desistentes a veritate, adhærentes mendacio, insuper anathematizamus par Patrem et Filium et per Spiritum sanctum et per auctoritatem nobis a Deo

(342) Excommunicatio ista nuper ex eodem codice ex quo nos descripsimus edita est in tomo decimo Spicilegii Dacheriani, pag. 535. Quia tamen satis hactenus cognitum non fuit quo tempore ea lata sit, quamve ob causam, cum præterea res sit quæ maxime pertinet ad institutum nostrum, visum est illam hic recudere cum observationibus nostris.

Anno 976, cum Anastasius Senonensis archiepiscopus obiisset, Ragenardus urbis illius comes, qui pontificatum in familiam suam inferre cupiebat, novi antistitis electionem turbavit spatio quinque mensium. Tandem Seguinus, filius sororis ejusdem Ragenardi, eo invito electus et consecratus apud Antissiodorum est III Idus Junii. Venientem deinde eum Senonas Ragenardus aditu urbis prohibuit. *Videns hoc autem ipse archiepiscopus*, ut ait Clarius in Chronico sancti Petri Vivi Senonensis, *omnem provinciam interdixit a Kalendis Octobris usque in caput jejunii.* Eo igitur tempore facta est ista excommunicatio adversus Ragenardum comitem et Rodmundum ejus filium (quem Frotmundum vocat idem Clarius) quia Seguinum, postquam archiepiscopalem benedictionem susceperat, sanctum Sennensis ecclesiæ locum ingredi non permiserant, ut legitur in excommunicatione.

Post mortem Seguini, quæ anno 999 contigit XVI Kal. Novembris, rursum tempestas in Ecclesia Senonensi. Nam cum Frotmundus comes qui Ragenardo patri non ita multo ante successerat, Brunonem filium Senonibus dari vellet episcopum, eodemque tempore plurimi etiam clericorum (ut **639** Clarius ait), id est, canonicorum, ambitionibus episcopatum appeterent, ingens schisma factum est in Ecclesia, quia neque Bruno neque ullus canonicorum qui episcopari volebant ad eam dignitatem pervenire potuit, eligentium votis in Leothericum archidiaconum convenientibus. Ea de causa Frotmundus adversus ipsum commotus, ei post consecrationem ad sedem suam accedenti *portas clausit et urbis introitum denegavit*, ut legitur apud Tavellum. Cum ergo eædem tum excommunicandi causæ essent quæ Seguinum adegerant ista decernere adversus Ragenardum et Rodmundum ejus filium, placuit uti eadem formula, mutatis nominibus ; ita videlicet ut prioris excommunicationis nomina deleta alicubi sint cultelli ope, et in eorum locis supposita eorum nomina qui recenter excommunicabantur, supra lineam tamen utplurimum. Uno in loco, ubi puncta D litteris permixta edi curavimus, duorum canonicorum nomina in contextu orationis reposita sunt, non vero supra lineam.

Ista nos summa cura hic adnotari voluimus, ut utriusque excommunicationis tempora et nomina distingui possent. Simul autem et diverso charactere cudi fecimus quæcunque addita secundæ excommunicationis sunt, si duo illa vocabula excipias quæ punctis permista sunt. Quamvis enim pertineant ad secundam excommunicationem, tamen mutari non debuit neque potuit forma litterarum illius lineæ. Itaque sermo uno tenore decurrens ad excommunicationem Seguini pertinet. Quæ vero supra lineas addita sunt, et diverso charactere cusa, cum etiam duo vocabula punctis permista, ea addita sunt tempore Leotherici. Ubi autem nomina excommunicatorum ita delecta sunt ut legi omnino non possint, illic puncta substituimus pro nominibus excommunicatorum.

concessam, ut nullam Christianorum habeant portionem, A ecclesiamque Dei non ingrediantur, neque missa eis ab aliquo celebretur, nisi eidem pœnæ voluerit subjacere. Nulla pro eis vel pro illorum offensis, nisi satisfecerint, fiat oblatio vel commemoratio. Non thuris neque incensi, sed neque sacri luminis, carne viventes vel morientes portionem accipiant, sed cum pravis et contra Deum tumentibus sanctosque lacerantibus. Fiat pars et hæreditas eorum ignis indeficiens et cruciatus perpetuus. Maledicti sint in civitate, maledicti in agro. Amen. Maledicti sint in domibus, maledicti sint in villis. Amen. Maledicti in saltibus, maledicti in aquis. Amen. Maledicti sint, in vicis, maledicti in plateis et in omnibus locis. Amen. Nisi correcti existant, multiplici maledictione induantur. Amen. A nemine sacerdotum in articulo **638** mortis visitentur, neque in cœmeteriis Christianorum sepeliantur, sed velut cadavera fœtida projiciantur. Amen. Maledicta sint horrea eorum, et maledictæ B sint reliquiæ illorum. Amen. Maledicti sint ingredientes et egredientes. Amen. Percutiet eos Dominus egestate, febri, et frigore, et æstu, et persequatur donec pereant. Amen. Sicut hæc lucerna exstinguitur in oculis hominum, sic exstinguantur lucernæ eorum in perpetuum. Amen.

## **640** XVI.

LITTERÆ RICHARDI ARCHIEPISCOPI BITURICENSIS DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ VIPPLENSIS.

*Ex chartulario monasterii Capellæ in diœcesi Bituricensi, cap.* 36 *et* 86.

Ex parte Dei omnipotentis, et Filii, et Spiritus sancti, et omnium sanctorum. Noscant omnes catholicæ Ecclesiæ filii me Richardum Bituricæ sedis archiepiscopum ad quamdam villam mei archiepiscopatus Vippleis nomine devenisse, ut in majori ejusdem villæ ecclesia, videlicet parochiali, in C honore sancti Martini constituta, altare consecrarem et concilium ibidem facerem. Ut vero ecclesiam præfatum, in qua altare erat, in manu ministrorum Dei ponerem et a laicorum manibus eripere valerem, altare consecrare vel etiam stolam collo superponere nolui quousque laici qui hujus ecclesiæ et superioris huic vicinæ oblationum participes exstiterant, se amplius nihil accepturos inde in præsentia mea et omnium circumastantium promisissent. Quo perpetrato, eamdem ecclesiam et aliam huic adjacentem Deo et sancto Dionysio et priori Hugoni et monachis de Capella, quibus Radulfus de Paciaco jam dederat hoc quod in eadem ecclesia tam intus quam extra habebat, annuente Hunbaldo Uriacensi, a quo secundum laicorum veterem consuetudinem movere ecclesia dicebatur, et Rotgerio archidiacono et Gosfrido archipresbytero et cæteris tam clericis quam laicis coram quamplurimis circumastantibus, qui conse- D crationis conciliive causa convenerant ex parte Dei et S. Petri S. Stephani et ex nostra auctoritate archiepiscopali virga attribui, et etiam de reliquiis ejusdem ecclesiæ e puteo eadem die extractis quamdam partem quam ad suam deferret ecclesiam, priori Hugoni de Capella in memoria hujus doni ego tradidi, et de nostro proprio sigillo hanc **641** chartam sigillari præcepi. Hoc factum est in tempore Philippi regis, vicesimo et nono anno sui regni. S. Richardi archipræsulis. S. Hunbaldi Uriacensis. S. Amblardi Guillebaldi. S. Rotgerii archidiaconi. S. Gosfredi archipresbyteri. S. Andreæ archidiaconi. S. Petri de Giis. S. Radulfi clerici. S. Rotgerii capellani. S. Bernardi clerici. S. Aimerici clerici. S. Petri lo Grogn. S. Rotgerii Malevizini. S. Aimerici de Guiranda. S. Araldi de la Coldra. S. Radulfi Malevizini. S. Hunbaldi de Agia. S. Dalmacii Chabri, et aliorum plurimorum qui interfuerunt. S. Benedicti sancti Gildasii monachi, qui hanc chartam scripsit.

## XVII.

JUDICIUM AGANONIS EPISCOPI AUGUSTODUNENSIS ADVERSUS RAGINARDUM.

*Ex veteri chartulario ecclesiæ Augustodunensis.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni. Agano Dei gratia Eduorum episcopus. Divinæ præceptionis monent cunctos eloquia ut quoties res ecclesiastica a quoquam detinetur, æquitate debeat imminente restitui. Quo circa noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium atque nostrorum unanimis universalitas quia dum in æstivo tempore per Beliniacum transiremus, in nostri itineris transitu obvios habuimus homines potestatis illius vocibus luctuosis coram præsentia nostra conquerentes super Raginardo fratre nostro, qui eos novis et inauditis legibus justificabat, de nimiis redditionibus, de magnis exactionibus, quas quotidie exigebat, sed et de malis consuetudinibus quas in diebus suis in potestate elevaverat, angustiæ multæ, misericordia nulla, et non erat qui adjuvaret, multaque a clericis nobiscum euntibus de injuriis ab eo de die in diem illatis, de illicitis superpositionibus, seu et diversis oppressionibus a servientibus suis immissis, nostris intimata sunt auribus. Unde **642** quia præclarus dies Pentecostes evoluto anni circulo imminebat, illique solemnitati multos optimates, sed et fere totius regionis principes apud Augustidunum interesse noveramus, piissimumque Burgundionum ducem, Hugonem scilicet, catervatim adfuturum non ignorabamus, dignum duxit nostra paternitas illos clamores interdum patienter differre quousque omnibus ad prædictum diem congregatis, nobisque domno et religiosissimo Patri nostro Rocleno sanctæ Cabillonensis sedis præsuli conjunctis, una cum ejus pio consilio importabile jugum malitiæ nostra compassione a communi fieret auctoritate levigatum; ut populus Dei nobis ab eo commissus sub nostra protectione lege et justitia et dignitate sibi conservata respiraret, liceretque ei quiete justeque vivere sanctique Nazarii et clericorum suorum utilitatibus secure et fideliter vacare. Superna igitur largiente pietate corporaliter atque in Dei nomine in prædictæ festivitatis vigilia nostræ humilitati sua se reverentissima sociavit persona. Ille namque prius pro divini amoris respectu et beatissimi Nazarii martyris veneratione, ejus sacratissimi templi deliberaverat optate visitare limina, Deique aspirante gratia magnum istius itineris perficiendi nosque videndi desiderium quia implere meritus fuerat, gaudebat. Et dum ab ejus sacro ore dulcibus rigaremur verborum sitientes fluentis, suisque sacris admonitionibus paterno more instrueremur, ejus sanctitati intimare curavimus ea quæ ad communis profectus augmentum essent, si nostra justi vigoris censura corrigerentur, et ad ejusdem communionis detrimentum pertinerent, si pari negligentia quæ corrigenda erant incorrupta remanerent. Proinde idem clarissimus Pater atque beatissimus pastor ea quæ suæ sacræ simplicitati erant incognita per nostrum veridicum cognoscens relatum, nobiscum alto cœpit pertractare consilio qualiter consensu communi oppressiones injustæ et superpositiones illicitæ sua consociali et nostra coepiscopali ducalique abolitione essent evacuatæ. Nam justum apparuit omnium fidelium nostrorum industriæ ut quia pietate divina tantæ dignitatis personæ, principes videlicet Christianæ militiæ, concordi bonæ voluntatis studio erant unitæ, quidquid impie rectorum **643** pravorum cæca subditis hominibus intulerat cupiditas, adhibita justitiæ linea fieret quantocius correptum, et omnia bona in Dei nomine consequerentur, nostroque felicissimo indulto mansura atque confirmata consisterent. Transactæ autem noctis vigiliis celebratis, illuscente jamdicto Pentecostes die, nobisque ex more post primam diei horam in unum coadunatis, ibi ferme omnis clericorum prælibati martyris Nazarii conglo-

bata multitudo vocibus vividis nostræ pietatis clementiam sibi flagitavit obnixe adfuturam, dicens potestatem Beliniacum legis et justitiæ et pietatis beneficio esse privatam, atque tot oppressionibus et superpositionibus a supradicto Raginardo adeo esse affectam ut jam ferre tam diuturnum ac intolerabile non posset malum. Quorum clamoribus immensis et miseriis nostra commota serenitas, divinum etiam formidantes judicium, si nostra non mitigarentur auctoritate, licet in tanta die non sæcularibus sed divinis officiis vacandum esset, tamen præcepimus ut præfatus Raginardus cum suis, sed et fideles et seniores nostri, huic negotio interessent, in capitulum venirent; in quorum præsentia clericorum querelas promisimus nos esse audituros. Quibus illo ventis, etiam nobilissimi vicinarum urbium viri pro hac re nostris sunt accersiti consiliis. Igitur nobis una cum venerabilibus clericis, et cum religioso coepiscopo, necnon et cum nostris dilectis optimatibus, in capitulo sancti Nazarii residen- B tibus, præsente etiam duce Burgundiæ cum suis castoreatis proceribus, clericorum querelæ in medium sunt prolatæ iterum atque iterum dicentium præfatam villam et habitatores ejus nimio fasce malarum consuetudinum, assiduitate exactionum quas semper prælibatus Raginardus exigebat, gravari et pene confundi, quando ex unoquoque manso ab habitore possesso porcus et agnus, gallina et pullus, fenum et annona, denarii, necnon et ea quæ necessaria erant, solebant extorqueri. Ad id enim homines potestatis jam redigebantur, et in tantum de eorum vitæ periculo agebatur, ut omnes clamitarent, sicut vita hominum semper querula est, se ad nimiam paupertatem aut prorsus ad omnem exinanitionem substantiæ perventuros: præsertim cum et tyrannica prædonum **644** rabies eos sine cessatione affligeret, et a senioribus suis, in quorum beneficiis commanebant, pro simili censu redditione gravarentur; sed et peccatis exigentibus tam peste animalium quam sterilitate terræ misera et horribilis; usquequaque declamatio ferebatur. Ventilata autem utrorumque causa, et partis utriusque ratione audita, licet omnium unus esset clamor, singulorum tamen clamores nostra voluimus discutiendo esse præsentia. Cognita autem rei veritate, quæ consuetudines justæ, et quæ injustæ, tandem invenimus homines sancti Nazarii a nefanda jamdicti Raginardi suorumque oppressione tanta perpessos fuisse mala ut lex justitia nominetenus non veraciter in eos teneretur: et non solum justitia facti erant extranei, sed nec in his malis nullus modus contendebatur servari. Deinde quidquid illi injuste a prædicto salvatore cognovimus fuisse superpositum, pro communis lucri mercede absolventes, irritum fecimus, et malas consuetudines, ne amplius redderentur, nostra communi auctoritate prohibuimus; justamque consuetudinem omnibus rite conservandam reddendamque statuentes D denominavimus, et si fieri posset ut ex hoc toto, hoc est, et ex justis et ex injustis consuetudinibus, remissionem illis faceret, nos optaremus. Sed quia crebro dictus frater noster nobis in hoc consentire noluit, longa tandem deliberatione communique consultu, ipsis acclamantibus et expetentibus, unum, quod ponimus, remedium præstitimus; ut summa videlicet illa nimis importabilis minueretur, injustitiæ annullarentur, et per singulos mansos singulis habitatoribus frequentatos sex denarios et unum obolum duosque avenæ sextarios singulis annis rependerent; atque ita nec potestati nostræ nimia esset profligatio, nec superius dicto Raginardo omnis usquequaque videretur destitutio. Paratis autem fere omnibus hominibus sancti Nazarii jurare istam veram et justam consuetudinem esse, et nec plus nec minus, nisi quantum dictum est superius, eum in potestate habere, juravit Giroardus decanus et major domus, unus pro omnibus, in sex denariis cum uno obolo et in duobus avenæ

A sextariis, ut dictum est, consuetudinem totam contineri, nec magis vel minus a quoquam sibi debere reddi. **645** Quo sacramento convictus et confusus Raginardus simul cum suis, quos pro se paraverat, et quid contra hoc diceret non habens, consilio nostro et fratrum suorum occupationes malas, exactiones pravas, et cætera his similia, præter rectam consuetudinem, pro salute animæ parentumque suorum sancto Nazario reliqui, domnum libenter fecit, super altare ejus suppliciter posuit, omnem calumniam et quidquid malarum consuetudinum in potestate consueverat relinquens, clericorum voluntati per omnia consentiens. Dederunt autem ei clerici sponte sua trecentos denariorum solidos, quia placitum istud bene se servare et fideliter tenere promisit, quia uxorem suam, filios, et successores suos donum istud laudare fecit. Hujus ergo donationis firmitatem ad usus prædictorum canonicorum mancipatam nostræ auctoritatis scripto confirmamus, atque sub interdictionis excommunicatione, ne quis hoc privilegium violare audeat, pontificali regimine prohibemus; statuentesque decernimus hujus decreti auctoritate ut hoc quod perditum fuerat et redditum nunc possidet ecclesia, sine cunctatione perpetuis temporibus possidere debeat, et sicut antiquitus fuit, ita in ipsius dominio omni tempore inviolabiliter permaneat. Si quis autem præsumptor temerarius, quod minime fore credimus, adversus hoc decretum auctoritate nostra munitum recalcitrare forte tentaverit, primum quidem ut a cœpta citius resipiscat injuria eum obtestamur, deinde vero, si noluerit, anathematis vinculo ligamus, et Satanæ in interitu carnis tradimus. Qui vero custos exstiterit, æternis gaudiis perfruatur, et præmiis cum angelis in cœlestibus potiatur. Ut autem hujus nostri testamenti cirographum a nomine violetur, robustius solidetur, et majori stipulatione stabiliatur, signi nostri cognitione illud subter signavimus, et fidelium nostrorum tam clericorum quam laicorum insignium manibus et signis corroborari curavimus. Actum apud Eduam urbem publice. Hoc autem privilegium factum est in mense Maio, in ipsa die Pentecostes, prima feria, indictione quinta, Aganone præsule, Hugone duce, Philippo rege, Gregorio universali pontifice.

**646** Signum A. P. S. R. Callibonensis episcopi. S. Hu. ducis. S. Ho. fratris ejus S. P. Glananensis. S. V. de Colchis. S. A de Insula. S. Hu. de Monte Sancti Johannis. S. B. de Monteforti. S. G. Bruni. S. Vv de Archis. S. Vv. decani. S. Hu. abbatis. S. S. præpositi. S. Vv. archidiaconi. S. N. præcentoris.

Heldierius commentarius ad vicem Sevini cancellarii scripsit.

## XVIII.

### LITTERÆ RICHARDI ARCHIEPISCOPI BITURICENSIS DE FISCO PRESBYTERALI ECCLESIÆ DE LANATICO.

*Ex chartulario monasterii Capellæ, cap. 37 et 177.*

Quoniam ea quæ præsenti tempore constituuntur, succedentibus temporibus solent oblivioni tradi, et ex oblivione contentiones oriri, propter sopiendas posterorum altercationes oportet ut facta præsentis temporis litteris tradantur, et sic ad notitiam futurorum transmittantur. Quapropter ego Richardus Ecclesiæ Bituricensis humilis minister notificamus quoniam accedentes ad nostræ sublimitatis præsentiam, videlicet Hunbaldus Uriacensis dominus, et Willelmus Albus, et Galterius frater ejus, supplici devotione in manu nostra reliquerunt presbyteralem fiscum et ecclesiam de Lanatico, quam ipse Hunbaldus et fiscales sui secundum consuetudines laicorum diu tenuerant, et de hoc quod injuste possederant, culpabiles se Deo et nobis reddiderunt. Nos vero, quibus est ad honorem Dei ecclesias ordinare, monasteria amplificare, consilio ministrorum et clericorum nostrorum, et voluntate et deprecatione Hunbaldi Uriacensis, hanc eccle-

siam cum suo presbyterali fisco reddidimus monasterio Capellæ, quia jus suum fuerat, sicut testificantur authentica privilegia regum Francorum et pontificum. Quo facto, fecimus convenire in **647** præsentiam nostram quatuor legitimos viros ejusdem ecclesiæ parochianos, qui erant majores natu totius parochiæ, scilicet duos ejusdem presbyteros Dacbertum et Rotgerium, et duos laicos, Leodegarium Vizonem et Aimericum de Porta. Hos nempe quatuor deprecati sumus, et sub anathemate eos conjuravimus, ut discernerent presbyteralem fiscum ab aliis terris, quod et ipsi bono animo fecerunt jussu et consilio domni Humbaldi et nostræ auctoritatis. Dixerunt namque et ostenderunt esse de presbyterali fisco omnia prata cum hortis et domibus quæ sunt subtus villam inter duas vias, et terram quæ est a pratis usque ad cursum aquæ, et omnes platas quæ sunt a porta villæ usque ad plateam Bernardi Balbi, et domum Geraldi Malcpelli, et grangem et hortum retro domum ipsius Geraldi, et hortum Bernardi Bulicocti, et grangem et aream et domos quæ intra eamdem aream continentur usque ad furnum, et domum Martini, et hortum de Denatico, et domum et aream Archembaldi Petit, et tres eminadas terræ quæ sunt inter Capellam et Lenaticum in una valle, et sextaradum terræ super Segreie pratum, ubi sabuchus est, et olcham de Lenpaut, et sextaradam terræ ad quadruvium, et olcham subtus quadruvium. Est autem de eodem fisco omnis decima de Monte Vilano, et tota decima de Tristangis, et de Calvello usque ad publicam viam quæ descendit a suspensis, et medietas decimæ de Cocto et de Cortada. Hoc totum quod est ostensum et enumeratum, est de presbyterali fisco. Hæc autem facta ut essent firma et in perpetuum permansura, adjudicavimus cartam fieri et ex nostro proprio sigillo sigillari. Hoc factum est apud Capellam sancti Dionysii in die Ascensionis Domini, tempore Philippi Francorum regis. S. Richardi archiepiscopi. S. Hunbaldi Uriacensis. S. Deæ uxoris suæ. S. Ugonis prioris. S. Geraldi monachi. S. Iterii archidiaconi Burbunensis, etc.

**648** XIX.

DONUM ECCLESIÆ DE LENATIA DATUM MONASTERIO DE CAPELLA IN DIOECESI BITURICENSI.

*Ex chartulario ejusdem monasterii, cap.* 104.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Noverit omnium Christianorum dilectio Humbaldum Uriacensem Deo et sancto Dionysio et monachis de Capella attribuisse ecclesiam de Lenatia et fiscum ejusdem ecclesiæ ita integre sicut sacerdotes Dacbertus et Rogerius de eadem ecclesia tenebant, et etiam totum tenorem quem pro ecclesia habebant annuentibus Blanchis de Domairac, scilicet Amelio Blanco, et fratre suo Guillelmo, et Hunbaldo, et Galterio, et annuentibus illis de Patciaco, et Willelmo fratre suo, et Geraldo, qui ex supradictis tenebant Blancis. Quem tenorem, ut melius sciatur, denominatim dicere oportet. Scilicet omnia prata, et terram inter duas vias subter villam usque ad aquam existentia, cum hortis et domibus, et omnes plateas quæ sunt a porta usque ad plateam Rogerii de Trugnac, et grangem et hortum Visorum, et hortum Joannis de Lenacia, et grangem et aream et domos quæ intra eamdem aream continentur usque ad furnum, sicut Rotgerius capellanus tenebat, et domum Boerelli et hortum, et grangem et aream Stephani de Terail, sicuti continetur illic, et sagnam et terram quæ supra villam est, sicut Rotgerius presbyter tenebat, et sextariam terræ supra Segrechiæ pratum, ubi sabuchus est, et olcham quæ est subter cadruvium, et hortum Clavelli. Hoc totum quod enumeratum est, de presbyterali fisco est. Nunc vero dona quæ ecclesiæ data sunt in eleemosyna enumeremus. Eminatam terræ quæ est apud pratum Caprarii, eminatam vineæ ad montem Rubeum. Dimidiam eminatam quam dedit sancto Sulpicio mater Araldi de Quadruvio. Tres eminatas terræ in frumental juxta viam. Unam sextarratam terræ ad **649** Rocam inter duo loca. Unam terræ planteam ad Pirum Molar. Unam sextaratam a Prospe inter duo loca. Cartalatam terræ ad Boniol. Dimidiam cartalatam ad Podium. Testes sunt isti. S. Humbaldi Uriacensis. S. uxoris illius. S. Ugonis monachi. S. Rotgerii Capellani. S. Amblardi Galdet. S. Johannis de sancto Caprasio. S. Petri de sancto Caprasio. S. Leodegari Vizi de Lenatia. S. Geraldi de Lenatia.

XX.

CONCORDIA DE ECCLESIA DE CASIMANSI PRO MONASTERIO DE CAPELLA IN DIOECESI BITURICENSI.

*Ex chartulario ejusdem monasterii, cap.* 38 *et* 96.

Majores nostri multa propter vetustatem oblivioni tradita et de rebus suis imminuta videntes, scripturæ testimonio commemoranda esse statuerunt. Unde et nos prudentiæ eorum assentientes, restitutionem ecclesiæ de Casimansi, quæ facta est ante tempus Richardi archiepiscopi, qui potentiam laicorum ab ecclesiis privavit . . . . testamento patefieri volumus. Notum sit igitur omnibus quod Hunbaldus de Paciano et Raibodus de Berra et alii qui hanc supradictam ecclesiam sibi usurpaverant, sicuti in diebus illis fiebat, rectum sancti Dionysii recognoscentes, qui dono regum Francorum requirebat, prætermissa omni calumnia reddiderunt. Quin etiam prædictus Richardus, qui penitus ecclesias, uti jam dictum est, de manu laicorum extraxit, sciens istam a regibus prænominatis sancto Dionysio datam prece et imperio Alexandri papæ, sub quo ipse permansit, ex integro monachis de Capella habere permisit. Postea vero, tempore Aldeberti archiepiscopi, Dacbertus archipresbyter de sancto Desiderato, qui eam manu laicorum habebat, videns se non posse detinere nisi gratia prioris et aliorum monachorum, qui ecclesiastica **650** sententia recuperaverant, et de potestate calumniatorum eripuerant, absque retinaculo dimisit. Volens autem ipsa ab illis cum amore, dum viveret, habere, impetravit a Radulfo priore, qui tunc temporis aderat, prece supradicti archiepiscopi quatenus eam in vita sua consilio suorum illi concederet, retinens tamen partem de redditibus ecclesiæ propter recognitionem, videlicet VII solidos de feodo presbyterali in Pascha, et in crastina die processionem, et medietatem oblationis in festo sanctæ Mariæ de Augusto, et tertiam partem in festo omnium sanctorum, et in crastina die Natalis Domini similiter, et totum in festo Purificationis præter panes. Hoc autem factum est tali pacto uti post obitum Dacberti monachi ecclesiam immunem haberent; excepto quod si aliquis sacerdos in genere suo succederet qui idoneus ad tale officium haberetur, nutu eorumdem monachorum capellanus inde efficeretur, habens eadem quæ capellam antecedentes habuerunt. Quo pacto idem Dacbertus quamdam domum in ipsa villa ecclesiæ necessariam cum appendiciis ejus monachis post discessum suum contulit habendam, in qua Rotgerius Baratonus duos censuales nummos habebat, quos et ipse Dacbertus in feodo tenebat. Verumtamen jussit quod si ipsi possent, eodem modo tenerent. Alioquin, reddendo illos, liberam domum haberent. Dedit etiam et quamdam vineam in eadem villa. Quapropter Radulfus prior calicem auri et argenti illi dedit. De hac conventione tres chartæ factæ sunt; quarum una per chirographum divisa, altera pars archipresbytero, altera priori et tradita præter quam unusquisque aliam integram habuit. Hoc autem est actum apud Capellam tempore Philippi Francorum regis et Aldeberti Bituricensis archiepiscopi.

**651** XXI.

PASCHALIS II EPISTOLA AD NORIGAUDUM EPISCOPUM AUGUSTODUNENSEM.

*Ex veteri chartulario ecclesiæ Augustodunensis.*

Paschalis episcopus servus servorum Dei dilecto

fratri Norigaudo episcopo ejusque successoribus A canonice substituendis in perpetuum. Quoniam divini dispensatione judicii ad hujus officii gradum, licet indigni, promoti sumus ut apostolorum principis vices in Ecclesiæ regimine teneamus, elaborandum nobis est et annitendum omnino ut in constituendis ecclesiasticis negotiis ejus monita et institutiones devotione fidelissima et fide devotissima imitemur. Cujus fides præcipua et dilectio spectata Deo exstitit adeo ut in ejus singulariter fidei stabilitate immobili pretioso sanguine suo redemptam suam Dei Filius statuere et confirmare voluerit Ecclesiam dicens : *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Cui etiam tantam potestatis prærogativam concessit ut ejus arbitrio in cœlo et in terra vel liganda solverentur vel solvenda solverentur. Quam potestatis suæ successionem ipse beato Clementi et per eum omnibus concessit qui ejus sedi juste præsidere et Ecclesiam Dei canonica studuerint ordinatione B disponere. Cujus nos fidei auctoritate muniti, tibi, dilecte frater Norigaude, omnibusque tibi canonice successuris confirmamus omnia quæ ad Eduensem Ecclesiam, in qua te canonice credimus ordinatum, pertinere videntur, tam in ecclesiis, parochiis, cæmeteriis, presbyteris, cunctisque ecclesiasticis ordinibus, quam etiam prædiis aliisque omnibus possessionibus mobilibus et immobilibus quæ acquisita sunt vel juste acquiri poterunt, ut hæc omnia tibi quisque successoribus ita libere possidere liceat sicut antecessor tuus in uno die ante suum obitum quiete et juste ac possedisse probantur. Illud autem apostolica **652** auctoritate statuimus, ut nulli presbytero vel viventi vel morienti, seu ad aliam religionem vel ad quietam vitam transeunti, liceat res quas a die ordinationis suæ in ecclesia in qua est ordinatus conquirere poterit, auferre vel minuere ; sed intacta ea et illibata in ipsa in qua conquisita sunt permittat eccle- C sia remanere. Illos etiam qui a vobis excommunicati, vel ab officiis divinis pro suis fuerint excessibus remoti, ne aliquis in communionem recipere, vel in officiis præsumat restituere, eadem auctoritate prohibemus. Statuimus quoque ut pro sepulturæ quidem loco vel spatio nullum penitus ab aliquo pretium exigatur Pro redemptione vero peccatorum, morientes in ecclesia in qua fidei sacramenta acceperunt eleemosynam dare secundum apostolica decreta statuimus omnino et confirmamus. Si quis autem ad alia vivens sive moriens se conferre voluerit, de eo quod pro salute animæ suæ dare disposuerit, secundum apostolica decreta matrici ecclesiæ partem relinquat. Si qua sane ecclesiastica sæcularisve persona contra hanc nostræ constitutionis paginam præsumptuose venire tentaverit, hujusmodi, ut sacrilegii reum, a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ arcendum judicamus et confirmamus. Cunctis autem eidem ecclesiæ justa ser- D vantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi ; quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud bonorum retributorem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Scriptum per manum Joannis scriniarii sacri Lateranensis palatii.

Ego Paschalis episcopus catholicæ Ecclesiæ subscripsi.

Ego Walterius indignus Albanensis Ecclesiæ subscripsi.

Ego Albertus cardinalis tituli sanctæ Savinæ subscripsi.

Ego Bernardus indignus cardinalis tituli sancti Grisogoni subscripsi.

Ego Albericus Dei gratia humilis presbyter tituli Apostolorum ad Vincula roborando subscripsi.

Ego Augustinus indignus cardinalis de titulo sanctorum quatuor Coronatorum subscripsi.

Datum Laterani per manum Leonis scriptoris XVIII Kal. Maii, indictione octava, anno Dominicæ incarnationis **653** millesimo centesimo, pontificatus autem domni Paschalis secundi papæ primo.

XXII.

CONCORDIA MONACHORUM SANCTI BERTINI IN SITHIU CUM PAROCHIANIS DE CALAYS.

*Ex chartulario monasterii sancti Bertini.*

Noverit universitas vestra quod ita convenit inter nos et parochianos nostros magistros ecclesiæ de Calays, quod leprosi ejusdem parochiæ proprium habebunt sacerdotem, quem de consilio presbyteri parochialis et assensu burgensium de Calays ibi instituemus ; præstabitque sacramentum quod fidelis erit ecclesiæ sancti Bertini et eclesiæ parochiali. Quod ut melius facere possit, magistri eorumdem leprosorum annuos redditus decem librarum et assignarunt ; quibus debet esse contentus, nec aliquid sibi usurpare quod pertineat ad jus parochiale. Si quis autem iter faciens ad eamdem domum causa audiendi missam diverterit et aliquid obtulerit, hoc non capellani, sed leprosorum est. Et si quis parochianorum de Peterse vel de Calays ibi sæpe ad missam venerit, admonitus a presbytero suo si hoc non emendaverit, publice excommunicabitur, et hoc quod obtulerit capellanus leprosorum cum juramento presbytero parochiali restituet, et eum de cætero non recipiet. A nemine quoque idem capellanus pretium accipiet ut ei septenarium vel tricenarium aut anniversarium concedat. Et hoc corporali juramento promittet. Quod si horum prævaricator vel infamis persona inventus fuerit, eum amovebimus, et alium prædicto modo loco ejus substituemus In cœmeterio itaque leprosorum prædictorum nemo nisi leprosus, vel qui cum eis votum solemne faciens per aliquantum tempus habitum religionis sanus portaverit, poterit sepeliri. De iis quæ infra ambitum habitationis suæ, quæ **654** circiter sex mensuras terræ continet, coluerint vel nutrierint, decimas solvere non tenebuntur. Actum anno Domini 1202.

XXIII.

MANUMISSIO NICOLAI DE MARISIACO.

*Ex archivo regio Parisiensi.*

Philippus Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis præsentibus et futuris quod nos dilectum nostrum Nicolaum filium Joannis de Marisiaco et Mariæ de Faverolis ipsius uxoris, exhibitorem præsentium, hominem nostrum de corpore existentem, ut tonsuram clericalem obtinere valeat, tenore præsentium manumittimus intuitu pietatis. In cujus rei testimonium præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Valles Comitissæ, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, mense Junii.

XXIV.

FORMULÆ VETERES ABSOLUTIONIS POENITENTIUM.

*Ex veteri codice ms. bibliothecæ Regiæ.*

Absolutio a pœna et a culpa tempore domini Gregorii undecimi.

Dominus noster Jesus Christus per suam misericordiam te absolvat. Et ego te absolvo a vinculis excommunicationis, a participatione excommunicatorum, et ab omnibus sententiis generalibus a jure vel ab homine seu etiam a canone latis, et ab **655** omnibus transgressionibus, et ab omnibus peccatis tuis de quibus es vere contritus et confessus, vel quæ tibi in memoriam non occurrunt. Dispenso etiam tecum super irregularitate, si quam incurristi immiscendo te divinis qualicunque sententia ligatus auctoritate apostolorum Petri et Pauli, et domini nostri Bo., et sanctæ matris Ecclesiæ. Et do tibi plenam indulgentiam omnium peccatorum tuorum, quantum Dominus vult et claves sanctæ matris

Ecclesiæ se extendunt, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Item alia forma absolutionis.

*Præmisso* Confiteor *et* Misereatur, *dicat absolvens:* Et ego auctoritate omnipotentis Dei et Domini nostri Jesu Christi et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus ac domini nostri papæ, etc., tibi præsenti in sinceritate fidei catholicæ, corde contrito et ore plene confesso, omnium excommunicationum, suspensionum et interdictorum ac irregularitatum inde contractarum, et omnium peccatorum tuorum [tibi do] plenam indulgentiam, quantum claves sanctæ matris Ecclesiæ Romanæ se extendunt, et etiam auctoritate mihi commissa, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Item alia forma.

Auctoritate omnipotentis Dei Domini nostri Jesu A Christi, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, et domini nostri papæ Bo.. et etiam auctoritate qua ego fungor, ego absolvo te a vinculo excommunicationis, si quam incurristi per participationem, vel per levem manuum injectionem, et ab omnibus generalibus sententiis, non tamen per dictum dominum nsstrum papam Bo. specialiter reservatis, sed generaliter promulgatis sive ab homine sive a jure, et a sententia suspensionis et interdicti. Et dispenso tecum in irregularitate, si quam inde contraxisti, celebrando **656** divina, vel immiscendo te divinis. Et restituo te sacramentis Ecclesiæ et communioni fidelium cum divinis orationibus. Et eadem auctoritate ego absolvo te ab istis peccatis mihi confessis et ab omnibus aliis de quibus non recolis, de quibus, dum B recoles, confiteri proponis, et negligentiis tuis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

# REGINONIS

PRUMIENSIS ABBATIS

# DE HARMONICA INSTITUTIONE

## MONITUM.

(Apud Gerbert., Script. eccles., de musica.)

Edimus ad fidem duorum apographorum unius ejusdemque codicis bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis: quorum alterum mecum communicavit P. Jo. Bapt. Martinius ord. S. Francisci minor. Bononiensis; alterum debeo humanitati Frid. Wilh. Marpurg Berolinensis, industriæ vero ac curæ Cl. Andreæ Bœlii professoris et bibliothecarii Lipsiensis. Manuscriptum vero ipsum seu autographum cernere haud licuit, ut, quid agendum esset de Tonario huic ad Ratbodum Trevirensem archiepiscopum epistolæ adnexo, deliberarem, dum ejus descriptionem, ob peregrinas vetarum musicarum notas, haud erat qui in se susciperet. Interim, quidquid ad manus nostras venit lectoris hic oculis subjicimus.

## SYNOPSIS.

1. Occasio ratioque Tonarii huic epistolæ subnexi. — 2. Anomaliæ modorum seu octo tonorum. — 3. Octo toni seu modi musici. — 4. Tonus et musica naturalis atque artificialis. — 5. Musica in motu corporum cœlestium. — 6. Naturalis musica ejusque effectus — 7. Musica artificialis primum in instrumentis. — 8. Musicæ etymon. — 9. Quid vox, quid sonus. — 10. Consonantiæ et intervalla. — 11. Juxta Pythagoræ inventum. — 12. De septem liberalibus disciplinis. — 13. Chordarum seu intervallorum nomina. — 14. Tetrachorda. — 15. Et consonantiæ quas continent. 16. Consonantiarum nomina et genesis; — 17. Toni item et minorum intervallorum. — 18. Musici practici et theoretici discrimen. — 19. Syllabæ Nonannœane, etc.

## INCIPIT

# EPISTOLA DE HARMONICA INSTITUTIONE

MISSA

AD RADBODUM ARCHIEPISCOPUM TREVIRENSEM

*A REGINONE PRESBYTERO.*

Excellentissimo domino Radbodo, sanctæ Treverensis Ecclesiæ archiepiscopo. Regino devotum obsequium in perpetuum.

1. Cum frequenter in Ecclesiæ vestræ diœcesibus chorus psallentium psalmorum melodiam confusis resonaret vocibus, propter dissonantiam toni, et pro hujuscemodi re vestram venerationem sæpe commotam vidissem, arripui Antiphonarium, et eum a principio usque in finem per ordinem diligenter revolvens, antiphonas, quas in illo adnotatas reperi,

propriis, ut reor, distribui tonis; divisiones etiam A tonorum, id est differentias, (343) quæ in extrema syllaba in versu solent fieri, ut decens et conveniens fiat concinentia, sicut a majoribus nobis traditæ sunt, et sicut ipsa harmonicæ disciplinæ experientia monstravit, distinctis ordinibus inserere curavi. Adjiciunt autem quidam et alias divisiones, quas superfluas [*al.* esse] arbitramur. Sed ne a superstitiosis musicis reprehendamur, eas subtus aut supra in margine adnotare studuimus, periti cantoris judicio relinquentes, utrum eas necessarias, an [*al.* superfluas] supervacuas opinari velit. Non solum autem antiphonas per congruos tonos distinxi, verum etiam introitus ad missas et communiones: necnon et responsoria, quæ nocturnis horis in [*al.* Dei] divinam laudem canuntur, con- B sonantibus sibi tonorum convenientiis associare summo studio elaboravi.

2. Scire autem oportet peritum cantorem, quod non omnis tonorum consonantia in quibusdam antiphonis facile cognoscatur. Sunt namque quædam antiphonæ, quas nothas, id est, degeneres et non legitimas appellamus, quæ ab uno tono incipiunt, alterius sunt in medio, et in tertio finiuntur: quorum dissonantiam et ambiguitatem in breviario operis subsequentis suis in locis patefecimus. Sed tamen ut evidentior ratio clarescat, nonnullas exempli causa hoc in loco inserimus. *Ante me non est formatus Deus. Ex quo facta est vox. Ex Ægypto vocavi. Ad te, Domine, levavi animam meam. Sion, renovaberis. O mors, ero mors tua.* C *Vade jam et noli peccare.* Hæ prædictæ antiphonæ a septimo tono incipiunt, et quædam in primo, aliæ in quarto finiuntur tono. Similiter antiphonæ: *Ne reminiscaris; tulit ergo paralyticus*, a tertio tono inchoant, sed quarto finiuntur. Ita: *Quare detraxistis*; *multa quidem et alia signa*, a tertio tono incipiunt, sed sexto finiuntur. *Qui odit animam suam; et respicientes*, a tertio incipiunt, sed octavo finiuntur. *Quod uni ex minimis meis*, a septimo incipit, sed primo fininur; et multa his similia. Verum non solum antiphonæ his ambiguitatibus et dubietatibus tonorum permistæ sunt, sed etiam nonnulli introitus ab uno incipiunt tono, sed alio finiuntur: siquidem, *Deus, in adjutorium meum intende*, ab octa- D vo incipit tono, sed septimo finitur. Similiter: *Accipite jocunditatem*, et *Deus dum egrederetur*, ab octavo incipiunt, sed quarto finiuntur. *Repleatur os meum; et charitas Dei*, a tertio incipiunt, et quarto finiuntur. *Judica, Domine, nocentes me*, a quarto incipit, sed septimo finitur. *Victricem manum tuam*, a tertio incipit, sed octavo finitur. *Eduxit Dominus populum suum*, a quarto incipit, sed finitur octavo. *Ecce oculi Domini*, a tertio incipit, sed quarto finitur. *Loquetur Dominus*, a tertio incipit, sed quarto finitur. *Justus non conturbabitur*, incipit a secundo, sed finitur primo. *Dicit Dominus sermones*, incipit tertio, finitur primo; et his similia. Illud autem summopere prudens cantor observare debet, ut semper magis principium antiphonæ, introitus, vel communionis attendat in toni sonoritate quam finem. Et e contrario in responsoriis magis consideret finem et exitum in toni consonantia quam initium.

3. Inveniuntur vero in naturali musica, id est, in cantilena quæ in divinis laudibus moduletur, quatuor principales toni, qui ita græco vocabulo nuncupantur; authenticus protus, authenticus deuterus, authenticus tritus, authenticus tetrardus. Ex quorum fontibus alii quatuor manant, qui ita vocantur: plaga (344) proti, plaga deuteri, plaga triti, plaga tetrardi. Nam ab authentico proto nascitur vel derivatur plaga proti. Sic et a cæteris tribus exordium capiunt reliqui tres, sunt [*al.* suntque] quidem, ut ita dicam, eorum membra. Possunt autem ita interpretari: authenticus protus, id est, auctoritas prima, subauditur, in naturali musica. Authenticus deuterus, id est, auctoritas secunda. Authenticus tritus, id est, auctoritas tertia. Authenticus tetrardus, id est, auctoritas quarta. Plaga proti, id est, pars primi toni. Plaga deuteri, id est, auctoritas [*melius*: pars] secundi toni. Plaga triti, id est, pars tertii toni. Plaga tetrardi, id est, pars quarti toni. In quibus octo tonis non solum omnis harmonia spiritualis melodiæ, verum etiam omnis naturalis cantilena continetur atque comprehenditur.

4. Sed multi audiunt tonum, et fortassis ignorant quid sit tonus, aut quare dicatur tonus, aut quam longe inter se differant tonus naturalis musicæ et tonus artificialis. Siquidem toni naturalis musicæ sunt quatuor principales. Toni vero artificialis musicæ sunt quinque, et duo semitonia, quæ tamen semitonia integrum non implent tonum: non enim æquis partibus dividi possunt. Est denique unum majus et alterum minus, ac idcirco æquus non recipiunt sectiones. Constant autem hi quinque toni cum duobus semitoniis in tribus consonantiis musicæ perfectionis, videlicet in diapente, diatessaron et diapason: item ex quatuor principalibus tonis naturalis musicæ alii quatuor oriuntur, et veluti a fontibus rivuli manant, et a radice arboris rami procedunt, ita quodammodo ab ipsis originem ducunt. Nihil horum fit in artificiali musica; nam neque tonus alium tonum ex se gignit, neque unus ex aliis alium auctoritate præcellit, sed omnes inter se æquis [*al.* dimensionibus] divisionibus partiuntur; scilicet sesquioctava proportione, exceptis semitoniis. Illud etiam attendendum, quod in naturali musica omnes octo toni integri sunt atque perfecti, quamvis auctoritate inter se differant, nullumque recipiant semitonium, nec diesin, nec apotomen,

(343) Differentiæ octo tonorum solent notari in extremis syllabis doxologiæ *Gloria Patri*, etc. in fine cujuslibet psalmi, vocalibus nempe *euouae* duarum ultimarum vocum *seculorum. Amen.*

(344) Id est plagius, seu obliquus.

aut tristemoria, aut tetrastemoria (345): siquidem A in his partibus tonus artificialis musicæ dividitur.

Ex hac itaque dissonantia apparet, quod illi sæpe dicti octo, qui dicuntur toni, non tam toni dicendi sunt quam modi, vel differentiæ seu tropi consonantiarum musicæ modulationis; qui pulchra varietate harmonicæ delectationis ex gravibus acutisque sonis misti, quasi quibusdam floribus respersi blandam atque convenientem reddunt melodiæ suavitatem. Huc accedit, quod omnis musicæ disciplinæ peritia arithmeticis regulis metitur atque coarctatur. Fit enim aut duplis aut quadruplis, aut sesquialteris, seu sesquitertiis vel sesquioctavis numerorum proportionibus. Quæ dimensiones, ut arbitror, difficile reperiri possunt B in supradictis tonis. Oportet enim ut omnes integri atque perfecti toni inter se differant æquis dimensionibus, id est, octava sui parte. Quæ distantia inter octonarium et novenarium numeros potest demonstrari. Continet quippe novenarius totum octonarium numerum intra se, et insuper ejus octavam partem, id est, unum. Et hanc differentiam appellant musici intervallum, arithmetici vero sesquioctavam proportionem. Dicitur autem intervallum soni acuti gravisque distantia.

Tonus itaque aut transcendit alium tonum, aut transcenditur ab alio tono octava sui parte. Sed quæ tonorum aut supradictarum consonantiarum ratio sit, vel quemadmodum ipsæ consonantiæ C musicæ reperiantur, vel qualiter ad invicem coaptentur, seu ad invicem sejungantur, in subsequentibus manifestius demonstrabimus. Interim supra memoratæ disputationi sub mediocri intelligentia crudelitas adhibenda est; tunc indubia fides erit, cum manifesta demonstratione ea, quæ ambigua videbantur, revelata fuerint. Et quia de naturali et artificiali musica hactenus mentio facta est, a minus perito musico quæri potest, quæ distantia sit inter musicam naturalem et artificialem? Ad quod respondendum est, quia, quanquam omnis harmonicæ institutionis modulatio una eademque sit in consonantiarum sonis; tamen alia est musica naturalis, alia artificialis. Naturalis itaque musica est quæ nullo D instrumento musico, nullo tactu digitorum, nullo humano impulsu aut tactu resonat, sed divinitus aspirata sola natura docente dulces modulatur modos: quæ fit aut in cœli motu, aut in humana voce. Nonnulli adjiciunt tertium, videlicet in irrationabili creatura, sono vel voce.

5. In cœli motu musicam inesse a pythagoricis hac argumentatione deprehenditur. Quomodo, inquiunt, potest fieri, ut tam velox cœli machina tacito silentique cursu moveatur? Etsi ad nostras aures ille sonus non pervenit, nullo modo tamen potest fieri, ut motus tam velocissimus sono careat, præsertim cum tanta coaptatione et convenientia sint conjuncti stellarum cursus, ut nihil ita conjunctum atque connexum possit intelligi. Namque alii excelsiores, alii inferiores feruntur, atque ita omnes æquali incitatione volvuntur, ut per dispares inæqualitates ratus cursum ordo ducatur. Unde conjicitur, in cœli motu ratum modulationis ordinem inesse. Consonantia siquidem, quæ omnem modulationem regit musicæ, absque sono fieri non potest. Sonus vero absque aliquo impulsu vel ictu non redditur. Rursus pulsus non fit, nisi præcesserit motus.

Motuum vero alii sunt velociores, alii tardiores: et si tardus ac varius fuerit motus, graves sonos efficit: sin vero celeres ac spissi, acutos necesse est reddi sonos. In re enim immobili nullus unquam fit sonus. Idcirco definiunt musici sonum ita: sonus est percussio aeris indissoluta usque ad auditum. Ex pluribus itaque motibus tam acumen quam gravitas constat.

Ex hac igitur conjectura dicunt astrologi vel musici inter extimam sphæram et circulos septem planetarum omnes musicas consonantias impleri. Nam a Saturno usque ad sphæram cœlestem, aiunt acutissimum fieri sonum, a terra usque ad lunarum circulum gravissimum, licet quidam aliter sentiant. Denique a Saturno usque ad sphæram graviorem sonum, a terra vero usque ad lunarem circulum acutiorem fieri asserunt; idcirco quia, quod strictius et brevius, necesse est ut acutius resonet, sicut e contra, quod Longius, gravius. Inter circulum vero Saturni et Lunæ per totam amplitudinem planetarum varietas diversorum tonorum et omnes musicæ perficiuntur consonantiæ. Quæ omnia figurate Martianus in libro, quem de nuptiis Philologiæ et Mercurii conscribit, in nemore Apollinis fuisse confingit, videlicet qui ipse est sol moderator musicæ cœlestis. Nam, inquit, eminentiora culmina, id est rami altiores, perinde distenta, id est valde extenta, acuto sonitu, id est subtili et gracili resultabant, id est resonabant.

Quidquid vero terræ confine et propinquum fuerat, ramos videlicet inclinatiores et humiliores ac terræ viciniores quatiebat, id est, impellebat, repercutiebat rauca gravitas. At media, id est, mediæ partes ipsius silvæ, conjuncta sibi spatia concinebant duplis succentibus. Concentus est similium vocum adunata societas; succentus vero est, varii soni sibi maxime convenientes, sicut videmus in organo. Duplis, inquit, succentibus, ac sesquialteris, necnon sesquitertiis. Hic tres tangit consonantias, scilicet diapason, diatessaron et diapente. Octavis enim sine discretione, id est, sine intervallo junctaris, id est, consonantiis. Hic tonum tangit, licet intervenirent limmata, id est, semitonia. Hic tangit duo semitonia. Ex quibus omnibus summa totius

(345) Δίεσις est prima tonorum differentia, quæ sensibus percipi potest, seu semitonium minus. Ἀποτομή semitonium majus, τριτημόριον tertia pars toni; τεταρτημόριον quarta ejusdem pars. Vid. Boeth.

musicæ consistit. Sed hæc omnia suo in loco manifestius demonstrabuntur.

Nec illud omittendum, quod etiam nervi, id est, chordæ cœlesti musicæ comparantur. Nam hypate meson a musicis Saturno est attributa. Parypate Joviali circulo consimilis est. Lichanos meson Marti tradidere. Sol meson obtinuit. Triten synemmenon Venus habet. Paranate synemmenon Mercurius regit. Nete autem lunaris circuli tenet exemplum. Hæc secundum Boetium (346). Porro Cicero contrarium ordinem facit. Nam in Somnio Scipionis ita asserit, et natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent. Quam ob causam summus ille cœli stellifer [*al.* cursus] currus, cujus conversio est concitatior, acuto et excitato movetur sono, gravissimo autem B hic lunaris atque infimus. Nam terra nona immobilis manens una sede semper hæret. In hoc igitur loco Cicero terram quasi silentium ponit, scilicet immobilem. Post hanc, qui proximus a silentio est, dat lunæ gravissimum sonum, ut sit luna proslambanomenos, quæ chorda gravissime resonat; Mercurius hypate hypaton, Venus parypate hypaton, Sol lichanos hypaton, Mars hypate meson; Jovis parypate meson, Saturnus lichanos meson, sphæra cœlestis mese. Luna ergo Mercurio comparata tonum resonat. Eadem Luna cum Marte diapente consonantiam creat, cum sole diatessaron, cum sphæra cœlesti diapason. Ecce habes in cœli motu totius musicæ summam. Igitur hæc pauca de cœlesti musica sufficiant. Si quis autem C hæc plenius scire desiderat, legat secundum librum Macrobii egregii philosophi, in supradicto Somnio Scipionis. Hoc unum addimus, non solum gentilium philosophos, verum etiam Christianiæ fidei strenuos prædicatores in hac cœlesti harmonia assentire.

6. His omissis ad contemplandum humanam musicam transire oportet. Omnibus hominibus et omnibus ætatibus, omnique sexui naturaliter musicam esse conjunctam, nulli, qui semetipsum intelligit, dubium est. Quæ enim ætas, aut qui sexus musicis non delectatur cantilenis? Proprium quidem humanitatis est, oblectari animum dulcibus modis, exasperari contrariis. Namque infantes ac juvenes, necnon etiam senes ita naturaliter affectu D quodam spontaneo modulationibus musicis implicantur, ut nulla sit omnino ætas, quæ expers sit delectatione dulcis cantilenæ. Etsi sunt nonnulli, qui docte ac suaviter aliis canere non possunt, sibi tamen aliquid insuaviter suave canunt.

Sciendum præterea, quod mores hominum per musicam cognoscuntur. Lascivus quippe ac petulans animus lascivioribus delectatur modis, aut frequenter eos audiens emollitur atque effeminatur. E contra durior atque ferocior mens vel asperioribus gaudet, vel asperioribus incitatur. Neque enim fieri potest, ut mollia duris, dura mollibus adnectantur gaudeant, sed amorem delectationemque similitudo morum, ut dictum est, conciliat. Nam quæ asperiores sunt gentes, durioribus delectantur modis; quæ vero mansuetæ ac pacificæ, lenioribus.

Ita denique omnes morum habitus cantibus gubernatur et regitur, ut et ad bellum progressui et item receptui canatur cantu tubæ excitante et rursus sedante virtutem animi. Dat cantus somnos, adimitque, necnon curas et sollicitudines immittit et retrahit. Iram suggerit, clementiam suadet, corporum quoque morbis medetur. Vulgatum quippe est, quam sæpe iracundas mentes cantilena represserit, quam multa in corporum vel animarum afflictionibus miranda perfecerit. Denique, ut Cicero auctor est, cum vinolenti adolescentes, tibiarum cantu illiciti, mulieris pudicæ fores frangerent, ut ejus pudicitiam violarent; intellexit Pythagoras, sono Phrygii modi adolescentium animos ad libidinem esse incitatos. Nam ea hora stellarum cursus inspiciebat, statimque accurrens admonuit tibicinam, ut mutaret modum, et spondæum caneret. Quod cum illa fecisset, tarditate modorum et gravitate canentis, illorum furens petulantia consedit.

Sed quod de gentilium libris proferimus, ex nostris affirmare possumus. Namque cum Saulem regem spiritus malus exagitaret, David psalterium arripiens dulcibus et suavibus modis ferocitatem ejus pectoris mitigabat. Quid de Elisæo propheta dicimus? Qui cum a rege interrogatus intellexisset illa hora spiritum prophetiæ in se non esse, præcepit sibi psaltem adducere, cumque coram eo psalleret, repente descendit in eum Spiritus, et prophetavit.

Itaque sicut pro certo patet, quod in bello pugnantium animi cantu tubarum accenduntur; ita non est dubium, quod conturbationem mentis modestior ac suavior carminum modus possit temperare. Ex his omnibus perspicue et indubitanter apparet, ita nobis musicam naturaliter esse conjunctam, ut ea, nec si velimus quidem, canere possimus. Quocirca erigenda est mentis intentio, ut id, quod naturaliter in nobis est insitum, scientia quoque possit esse comprehensum.

Nunc restat, ut tertium genus musicæ naturalis videamus, quod supra meminimus in irrationabili creatura esse. De hoc itaque talis philosophorum opinio est. Et non mirum, inquiunt, si inter homines musicæ tanta dominatio est; cum aves quoque, ut lusciniæ, ut cygni, aliæque cantum veluti quadam disciplina musicæ artis exerceant; unde Virgilius de cygnis ait: *dant per colla modos;* et cætera. Nonnullæ vero aves terrenæ vel aquatiles invitante cantu in retia vel aucupia sponte decurrunt. Nec minus est illud intuendum, quod pastoralis fistula pastum gregibus, progressum atque quietem imperet. Sed et in mari Sirenes cantus edere dulces feruntur. Jure igitur musica capitur omne quod vivit, quia cœlestis anima, qua animatur universitas, originem sumpsit ex musica, ut Platoni et ejus sectatoribus placet. Hæc de naturali musica succinctim perstrinximus.

(346) Lib. I, cap. 27.

7. Restat ut de artificiali breviter videamus. Artificialis musica dicitur, quæ arte et ingenio humano excogitata est, et inventa, quæ in quibusdam constitit instrumentis. Et hæc similiter in tria genera dividitur, videlicet in tensibile, inflatile, et percussibile. Tensibile fit intensione chordarum, ut puta in lyra, cithara, harpa, et hujusmodi. Inflatile autem, quod spiritu vel vento impellitur, ut in tibiis, musis, fistulis, organis, et his similibus. Percussibile vero est, quod fit in quibusdam concavis æreis vasis, et aliis instrumentis, cum pulsu et quadam percussione feriuntur, atque inde diversi efficiuntur soni, ut in cymbalis, tympanis, et cætera. Omni autem notitiam hujus artis habere cupienti sciendum est, quod, quanquam naturalis musica longe præcedat artificialem, nullus tamen vim naturalis musicæ recognoscere potest, nisi per artificialem. Igitur quamvis a naturali nostræ disputationis sermo processerit, necesse est, ut in artificiali finiatur, ut per rem visibilem invisibilem demonstrare valeamus.

8. His summatim prælibatis jam ratio exposcit, ut ipsam musicam diligentius contemplemur. Ac primo dicendum, unde dicatur musica? Musica dicitur a musis, quod instrumentum (347) omnibus musicis instrumentis veteres præferendum dignum duxerunt, sive quod primum, ut aiunt, a natura inventum est; sive potius, quod in ipso omnis musica perfectio continetur. Nam in superioribus foraminibus omnes consonantiæ, et toni demonstrari possunt; duobus inferioribus semitonia majus ac minus. Dicitur autem a musa musica, sicut a gramma grammatica, et a rhetoreon (ῥητόρειον), id est, elocutionis copia, rhetorica, et ab arithmo, id est, numero, arithmetica, et a ge (γῆ), id est, terra, geometria, et ab astro, id est, stella, astrologia.

9. Sed antequam partes musicæ institutionis discernamus, primum de voce et sono aliquid dicamus. Quanquam itaque omnis vox sonus sit, non tamen omnis sonus recte vox dici potest. Ea igitur creatura, quæ vitali spiritu aspiratur, vocem reddit; quæ vero pulsu, ictu vel flatu impellitur, sonum. Omnis autem vox aut syneches (348) est, id est continua, qua loquentes aut lectionem legentes, verba continuatim percurrimus: aut diastematice (349), id est cum intervallo suspensa, quam canendo suspendimus, in qua non sermonibus, sed modulis inservimus; de qua modo sermo versatur.

10. Sciendum autem, quod ex voce aut tono procreatur consonantia. Sed et hoc attendendum, quod in his vocibus aut sonis, quæ nulla inæqualitate discordant, nulla omnino consonantia est. Diffinitur autem ita consonantia: consonantia est dissimilium inter se vocum in unum redacta concordia. Aliter: consonantia est acuti soni gravisque mistura, suaviter uniformiterque auribus accidens. Et contra dissonantia est duorum sonorum sibimet permistorum ad aurem veniens aspera atque injucunda percussio. Consonantiam vero licet aurium sensus dijudicet, ratio tamen perpendit. Quotiens enim duæ chordæ intenduntur, et una ex his gravius, altera acutius resonat, simulque pulsæ reddunt permistum quodammodo et suavem sonum, duæque voces in unum quasi conjunctæ coalescunt, tunc fit ea quæ dicitur consonantia. Cum vero simul pulsis sibi quisque contraire nititur, nec permiscent ad aurem suavem atque unum ex duobus compositum sonum, tunc est quæ dicitur dissonantia.

Sunt autem numeri, qui consonantias creant, aut per quos ipsæ consonantiæ discernuntur, tantummodo sex, id est epitritus, hemiolius, duplaris, triplaris, quadruplus, et epogdous. Est autem epitritus, cum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus tertiam partem, ut sunt quatuor ad tria. Nam in quatuor sunt tria, et tertia pars trium, id est unum. Et is numerus vocatur in arithmetica sesquitertius, deque eo nascitur symphonia, id est consonantia, quæ in musica appellatur diatessaron.

Hemiolius est, cum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus medietatem, ut sunt tria ad duo. Nam in tribus sunt duo, et media pars eorum, id est unum. Et appellatur hic numerus sesquialter, in arithmetica, et de eo fit symphonia, quæ nuncupatur Diapente. Duplaris numerus est, cum de duobus numeris minor in majore bis numeratur, ut sunt quatuor ad duo; et ex hoc duplari nascitur symphonia, cui nomen est Diapason.

Triplaris est, cum de duobus numeris minor ter in majore numeratur ut sunt tria ad unum, et ex hoc triplari oritur symphonia, quæ nuncupatur diapason cum diapente. Quadruplaris numerus est, cum de duobus numeris minor quater in majore numeratur, ut sunt quatuor ad unum: qui numerus facit symphoniam, quam dicunt bis Diapason.

Epogdous est numerus, qui intra se habet minorem, et insuper ejus octavam partem, ut novem ad octo, quia in novem et octo sunt, et insuper octava pars eorum, id est unum. Appellant autem hunc numerum arithmetici sesquioctavum. Parit vero hic numerus sonum, quem tonum musici vocavere. Sonum vero tono minorem veteres quidem semitonium vocitare voluerunt: sed non ita accipiendum est, ut dimidius tonus putetur, quia nec semivocalem in litteris pro medietate vocalis accipimus. Deinde tonus per naturam sui in duo dividi sibi æqualia non poterit. Cum enim ex novenario numero constet, novem autem nunquam æqualiter dividantur, tonus in duas dividi medietates recusat. Sed semitonium vocaverunt sonum tono minorem, quem tam parvo intervallo distare deprehensum est, quam hi duo passim in superioribus scriptoribus.

(347) De musico hoc instrumento *musa*, quod Gallis *cornemuse*, nobis *utriculus* dicitur, *Cactpfeife*, *Dudelfact*; vid. Du Cangius in Gloss. med. Latinit. v, *Musa*. Alia musicæ etyma habentur

(348) Συνεχής, al. leg, συναφής, male. ex seqq.

(349) Διαστηματική intervallis discreta, cui opponitur, ut hic, συνεχής. *Cæl. Rhodig.* l. v, c. 24.

numeri inter se distant, id est ducenta quadraginta tria, et ducenta quinquaginta sex. Hoc semitonium Pythagorici quidam veteres diesin nominabant, sed sequens usus sonum se minorem diesin constituit nominandum. Plato semitonium limma vocitavit.

Hæ sunt partes in quibus omnis musica resolvitur. Sunt igitur quinque symphoniæ, id est consonantiæ; diatessaron, diapente, diapason, et diapente, et bis diapason. Consistunt itaque omnes musicæ consonantiæ aut in duplici, aut in triplici, aut in quadrupla, aut in sesquialtera, aut in sesquitertia numerorum proportione. Vocatur autem, quæ in numeris est sesquitertia, diatessaron in sonis: quæ in numeris sesquialtera, diapente appellatur in vocibus: quæ dupla in numeris, diapason in consonantiis; tripla vero diapente ac diapason; quadrupla autem bis diapason.

Agnoscat autem diligens lector quod consonantiæ consonantiis superpositæ alias quasdam consonantias effecere. Nam diapente et diatesseron junctæ diapason consonantiam ereant. Huic vero, id est diapason, si diapente jungatur, fit consonantia quæ ex utrisque vocabulis nuncupatur, diapason scilicet et diapente. Cui si diatessaron additur, fit bis diapason.

Illud præterea sciendum quod, si diapason et diatessaron jungantur, nullam efficiant consonantiam. Statim enim in superpatiente inæqualitatis genere cadit, nec servat vel multiplicitatis ordinem, vel superparticularitatis simplicitatem. Qualiter vero hoc approbari possit, longum est hoc loco inserere. Quisquis autem id plenius scire desiderat, legat secundum Boetii librum de institutione harmonica. Hoc tamen unum breviter commemorasse sufficiat, quod ab inæqualibus numeris concordia fit consonantiarum. Quæ vero sunt inæqualia numerorum genera quinque inter se modis dissentiunt in sua inæqualitate. Aut enim alterum ab altero multiplicitate transcenditur, aut singulis partibus, aut pluribus, aut multiplicitate et parte, aut multiplicitate et partibus. Si quis autem has inæqualitatum species considerare desiderat, primum Boetii in Arithmetica librum legat.

Notandum autem quod ex supradictis quinque inæqualitatum generibus duo tantum ad harmonicas formandas consonantias assumuntur, id est, multiplex et superparticularis. Multiplex ille numerus dicitur qui minorem numerum duplo aut quadruplo in se continet. Et ex hoc formantur diapason consonantiæ. Superparticularis vero ille numerus dicitur qui minorem numerum totum in se habet, et insuper ejus medietatem, aut tertiam aut octavam partem. Et ex hoc procreantur diapente et diatessaron consonantiæ, necnon etiam tonus. Proinde scire convenit, non posse perfecte fieri musicum, nisi antea fuerit arithmeticis regulis pleniter institutus.

His lucidandi gratia præmissis, præfatas consonantias per tonos discutiamus. Diatessaron consonantia constat de duobus tonis et semitonio, et fit ex epitrito, id est, sesquitertio. Diapente consonantia constat ex tribus tonis et semitonio, et fit de hemiolio, id est, de semis et tono. Nam Græci semis hemi, holon totum dicunt. Diapason consonantia constat de sex tonis, et fit de duplari numero; siquidem ex diapente et diatessaron fit symphonia diapason. Nam supra monstratum est, diatessaron ex duobus tonis et semitonio, diapente ex tribus tonis et semitonio constare, id est, ex quinque tonis et duobus semitoniis. Verum diapason et diapente constat ex novem tonis et semitonio, et fit de triplari numero. Bis diapason continet duodecim tonos, et fit ex quadruplo. Hæc juxta assertionem Macrobii de tonis diximus: verum Cassiodorus in sæcularibus litteris quindecim tonos esse affirmat, secundum numerum chordarum quæ ponuntur in bis diapason consonantia; quos demonstrabimus in subsequentibus cum, de chordis et earum nominibus cœperimus tractare.

11. Sciendum vero quod sæpe dictæ consonantiæ nequaquam sunt humano ingenio inventæ, sed divino quodam nutu Pythagoræ sunt ostensæ. Denique cum idem philosophus ardentis esset ingenii, diuque æstuans inquireret, quanam ratione firmiter et constanter consonantiarum [*al.* monumenta] momenta perdisceret, accidit ut præteriens fabrorum officinas pulsos malleos exaudiret, ex diversis sonis unam quodammodo convenentiam personantes. Igitur ad id, quod [*al.* diu] quærebat, attonitus accessit ad opus, diuque considerans arbitratus est diversitatem tonorum ferientium vires efficere. Et ut hoc appareret, mutari inter se malleos imperavit. Quibus mutatis sonorum diversitas ab hominibus recedens malleos sequebatur. Tunc omnem curam ad pondera eorum examinanda convertit. Et inventus est unus, qui major erat, duodecim ponderum, alter novem ponderum, tertius octo, quartus sex. Igitur hi mallei, qui duodecim et sex ponderum erant, diapason in duplo consonantiam personabant. Malleus duodecim ponderum ad malleum novem, et malleus octo ponderum ad malleum sex ponderum secundum epitritam, id est, sesquitertiam proportionem diatessaron consonantiam concinebant. Novem autem ad octo in sesquioctava proportione resonabant tonum. Igitur Pythagoras domum reversus varia examinatione perpendit quod in supradictis dimensionibus tota consisteret symphoniarum ratio, nunc quidem æqua pondera chordis aptans, earumque consonantias aure dijudicans; nunc vero in longitudine calamorum vel fistularum duplicitatem medietatemque vel cæteras proportiones aptans, sæpe etiam cymbala diversis formata ponderibus secundum supra comprehensum modum malleolo percutiens. Ex his omnibus integerrimam fidem diversa experientia collegit, et nihil sese invenisse diversum valde delectatus est. Itaque quia in jam sæpe notatis consonantiis divino munere cognitis totius harmonicæ disciplinæ summa consistit, oportet ut animo atque auribus sint notæ. Frustra enim hæc ratione et scientia col-

liguntur, ut insignis auctor Boetius testatur, nisi fuerint usu atque exercitatione notissima.

12. Septem quippe sunt liberales disciplinæ, quarum tres, id est, grammatica, rhetorica et dialectica, ratione et naturali sensu colliguntur, non oculo videntur, aut digito monstrantur, quia earum vis in sermone est, sermo autem, id est, humana locutio, audiri potest, videri non potest. Reliquæ quatuor, id est arithmetica, geometrica, musica, et astrologia nequaquam animo ad liquidum percipiuntur, nisi oculo videantur et digito demonstrentur.

13. Quamobrem nobis utile et pernecessarium videtur ut primo de chordis et earum nominibus parumper disseramus, et unicuique chordæ suum subjiciamus tonum, ut cum de supradictis consonantiis aliquid apertius et manifestius cœperimus tractare, mittere possumus sobrium cantorem ad præfatas chordas, ut ibi oculo inspiciat, et digito contrectet, quod a nobis verbo et scripto aure percipit. De inventione autem chordarum, vel qualiter a niversis per diversa tempora additus sit numerus earum, brevitatis causa prætermittimus. Disponantur itaque per ordinem nervi, in quibus perficitur et demonstratur bis diapason consonantia hoc modo:

Proslambanomenos, et Prosmelodos.
Hypate hypaton.
Parypate hypaton.
Lichanos hypaton.
Hypate meson.
Parypate meson.
Lichanos meson.
Mese.
Paramese.
Trite diezeugmenon.
Paranete diezeugmenon.
Nete diezeugmenon.
Trite hyperboleon.
Paranete hyperboleon.
Nete hyperboleon.

Nomina suprascriptarum chordarum, quia Græca sunt, interpretatione indigent. *Proslambanomenos* igitur interpretatur acquisitus vel adauctus: siquidem quia mese non erat loco media, ut utrumque diapason conjungere possit, sed magis hypatis accedebat; idcirco super hypatas hypaton addita est hæc una chorda. Unde et ab aliquibus *prosmelodos* dicitur, id est, ad melodiam adjuncta aut addita. *Hypate hypaton*, id est, principalis principalium, subauditur chordarum. Nam hæc prima semper fuit, antequam proslambanomenos adderetur, eratque chorda gravissimum sonum resonans, unde quidam sic interpretantur: hypate hypaton vocatæ sunt, quasi maximæ magnarum, aut gravissimæ gravium. *Parypate hypaton* dicitur tertia chorda, quasi juxta hypaten posita, id est collecta. Potest autem interpretari subprincipalis principalium. *Lichanos hypaton* idcirco vocatur, quod lichanos Græce index digitus;

A Græcus a lingendo lichanon appellat: et quemadmodum in canendo ad eam chordam, quæ erat tertia ab hypate, index digitus, qui est lichanos, inveniebatur, idcirco ipsa quoque lichanos appellata est.

14. Hoc itaque tetrachordum, quia longioribus et grossioribus chordis formatur, et graviorem sonum reddit, appellatur principale. Has sequitur *hypate meson*, id est, principalis mediarum, subauditur chordarum. *Parypate meson*, id est, subprincipalis mediarum, sive juxta principalem mediarum posita. *Lichanos meson*, id est, tertia mediarum: deinde *mese* octavo loco ponitur: mese interpretatur *media*: ideo, quia inter septem et septem semper est media, sive quia finis est præcedentis diapason,
B et principium subsequentis, et pro duabus chordis accipitur. Denique cum octava chorda ad primam diapason consonantiam resonet, non hac de causa sexdecim chordæ in bis diapason reperiuntur, sed tantummodo quindecim, quia mese, ut diximus, locum supplet sextæ decimæ chordæ. *Paramese*, id est, juxta mediam posita. *Trite diezeugmenon*, trite, id est, tertia a mese; *diezeugmenon*, id est, disjunctarum, sive divisarum, subauditur chordarum. Nam cum duo tetrachorda uno medio nervo interveniente consociantur, hoc Græce nuncupatur *synemmenon*, id est conjunctum. Hinc et *synaphe* dicitur, id est conjunctio, quotiens duo tetrachorda unius medietas termini continuat atque conjungit. E contra diezeuxis appellatur, quæ disjunctio
C dici potest, quotiens duo tetrarchorda separantur, et pleno tono inter se differunt. *Paranete diezeugmenon* dicitur, eo quod juxta *Nete*, id est ultimam disjunctarum, sit locata. Hanc siquidem sequitur *nete diezeugmenon*, id est, inferior aut ultima disjunctarum. *Trite hyperboleon*, id est tertia excellentium, subauditur chordarum. *Paranete hyperboleon*, id est juncta *Nete*, hoc est, ante ultimam excellentium posita. *Nete hyperboleon*, ultima excellentium interpretatur. Denique hæc tres ultimæ et novissimæ chordæ acutissimum et graciliorem cæteris chordis reddunt sonum; unde et excellentes appellantur.

15. Nunc videamus, qualiter in his quindecim chordis omnes consonantiæ reperiantur. Proslam-
D banomenos a secunda chorda, quæ est hypate hypaton, integro distat tono. Ipsa quoque proslambanomenos a mese octava est, et resonat cum ea, id est, cum mese, diapason consonantiam. Eademque proslambanomenos ad quartam chordam, id est, ad lichanos hypaton, resonat diatessaron consonantiam. Quæ lichanos hypaton ad mensen resonat diapente symphoniam, estque ab ea quinta chorda. Rursus mese a paramese distat tono; item eadem mese ad neten diezeugmenon, quæ quinta chorda est a mese, facit diapente consonantiam, quæ symphonia diapason et diapente vocatur. Prædicta nete diezeugmenon ad neten hyperboleon quartam chordam facit diatessaron consonantiam. Rursus proslambanomenos ad neten hyperboleon, id est, prima chorda

cum quintadecima resonat bis diapason consonantiam.

Ecce habes in quindecim chordis omnes tonos et omnes consonantias. Diligentius autem intuenti musicæ disciplinæ subtilitatem, non amplius quam quinque tetrachorda reperiuntur, id est, hypaton, meson, synemmenon, diezeugmenon, hyperboleon. Possunt autem ita interpretari, ut accipiamus hypatas principales, mesas medias, synemmenas conjunctas, diezeugmenas disjunctas, hyperboleas excellentes. Quæ omnia hoc in loco prolixius est demonstrare. Non enim totius harmonicæ institutionis plenitudinem proposuimus in hac epistola explanare, cum ejus perplexam subtilitatem vix valuerit insignis auctor Boetius in quinque libris explicare. Illud tantum notamus, quod prædicta tetrachorda quina in viginti octo chordis extenduntur.

16. Hæc de chordis, et earum nominibus præmissis : jam tempus est, ut de consonantiarum vocabulis, earumque vocibus propter minus intelligentes paulo planius et apertius disseramus. Quanquam enim omnia, quæ ad musicam pertinent, ex maxima parte superius commemoravimus, tamen quia nomina Græca sunt, expositorem requirunt. *Diatessaron* igitur Græce *ex quatuor* Latine dici potest : non ea ratione, quod ex quatuor constet numeris vel partibus, cum fiat de hemiolo, id est, ex semis et toto ; sed quia ex quatuor sonis vel vocibus certo spatio inter se distantibus conficitur. Est itaque diatessaron consonantia vocumquidem quatuor, intervallorum trium. Quid sit intervallum, supra monstratum est, id est, soni acuti gravisque distantia. Cum itaque major vox minorem vocem, vel major sonus minorem sonum totum in se continet, et insuper tertiam partem minoris vocis aut toni, diatessaron consonantiam creat, fitque semper in quarta chorda ; denique a proslambanomenos ad lichanos hypaton resonat diatessaron, ut supra monstratum est.

*Diapente* interpretatur *ex quinque*, *dia* Græce *ex* præpositio est, *pente*, *quinque*. Diapente dicitur, eo quod ex quinque vocibus aut sonis perficiatur ; estque vocum quidem quinque, intervallorum vero quatuor. Igitur quando major vox minorem vocem tota sui præcedit quantitate, et insuper superatæ vocis medietatem transcendit, sive in acumine sive in gravitate, hæc symphonia diapente dicitur, fitque semper in quinta chorda. Nam lichanos hypaton ad mesen, diapente consonantiam resonat.

*Diapason* interpretari potest *ex omnibus*, ex omnibus enim semitoniis, tonis et consonantiis fit Siquidem ex diapente et diatessaron constat diapason. Igitur quando major vox minorem vocem dupla sui quantitate superat, sive in extensione acuminis, sive in remissione gravitatis, hæc talis symphonia appellatur diapason, fitque semper in octava chorda. Nam proslambanomenos ad mesen, diapason consonantiam resonat, estque principalior atque honorabilior cæteris consonantiis.

Porro diapason et diapente consonantia formatur, cum major vox vel sonus minorem vocem vel sonum tripla sui quantitate transcendit in acumine aut gravitate, fitque semper in duodecima chorda. Denique proslambanomenos ad neten diezeugmenon diapason et diapente consonantiam resonat. *Bisdiapason* consonantia dicitur, quando major vox vel sonus minorem vocem vel sonum quadrupla sui quantitate excedit in acumine, aut gravitate ; fitque semper in quinta decima chorda. Nam proslambanomenos ad neten hyperboleon bis diapason consonantiam resonat.

17. Tonus vero vocatur, quando major vox aut tonus minorem vocem aut sonum totum possidet, et insuper ejus octavam partem, fitque semper in secunda chorda. Nam proslambanomenos ad hypatem hypaton tonum resonat. Idque sciendum est, quod dicitur epogdous in arithmetica, tonus appellatur in musica. Epogdous autem dicitur, quasi epiogdous, id est superoctavus. Dividitur autem tonus in duobus semitoniis : non quod omnino semitonia ex æque sint media, sed quod semum dici solet, quod ad plenam mensuram non pervenit. Atque ut id facillime comprobetur, sit sesquioctava proportio octo et novem. Inter hos nullus medius numerus naturaliter incedit. Multiplicemus ergo eos per binarium. Bis octo fiunt sedecim, bis novem fiunt decem et octo. Inter sedecim autem et decem et octo unus numerus naturalis invenitur, id est, decem et septem. Disponantur ergo hi tres numeri in ordinem, id est, sedecim, decem et septem, et decem et octo. Igitur sedecim ac decem et octo collati sesquioctavam retinent proportionem, ac ideo faciunt tonum. Sed hanc proportionem septimus decimus numerus, qui inter hos est medius, non in æqualia partitur. Comparatus enim ad sedecim habet in se tonum, sedecim, et insuper ejus sextam decimam partem, id est, unum. Rursus si decem et septem, et decem et octo comparentur, in decem et octo decem et septem inveniuntur et insuper septima decima pars, id est unus. Non igitur iisdem partibus et minorem superat, et a majore superatur. Est enim minor pars septima decima, major sextadecima. Sed utræque partes semitonia nuncupantur, unum majus, alterum minus. In quibus autem numeris hæc semitonia repeiantur, vel demonstrentur, poteramus hoc in loco abundanter ac multipliciter inserere, diversorumque auctorum diversas opiniones annotare, quod duabus ob causis mittimus : sive ne epistolaris sermo in libri transeat magnitudinem, et nobis illud objiciatur : *Currente rota amphora cœpit institui, cur urceus exit ?* sive ne difficultatem magis creemus, et sensus legentium potius obtundamus, quam evidentibus documentis informemus. Licet enim harmonicæ institutionis minima pars sit semitonium ejusque membra, tamen omnibus difficilioribus difficillimum est, et laboriosa indiget expositione. In re igitur naturaliter obscura qui in exponendo plura quam necesse est, superfundit, addit tenebras, non adimit densitatem. Hoc unum nosse suffi-

ciat, quod dimidium semitonium diesis dicitur, estque quarta pars toni; similiter tetrastemoria quarta pars toni, tritemoria tertia pars nuncupatur. Major itaque pars toni, id est, semitonium majus apotome vocatur a Græcis, a nobis vero potest appellari decisio. Naturale est enim, ut quotiens aliquid secatur ita, ut æquis partibus non dividatur, quanto minor pars dimidio minorem, tanto major pars dimidiam superexcedat. Si igitur ad semitonium addatur apotome, fit semitonium majus.

Constat ergo integer tonus ex apotome ac semitonio. Porro semitonium ab apotome differt commate. Ac idcirco nihil est aliud apotome, nisi semitonium minus et comma. Si igitur duo semitonia minora de tono quis auferat, comma fit reliquum. Est autem cumma ultimus sonus auditui subjacens. Philolos autem Pythagoricus minora spatia tonorum talibus diffinitionibus includit: Diesis, inquit, est spatium quo major est sesquitertia proportio duobus tonis. Comma vero est spatium, quo major est sesquioctava proportio duabus diesibus, id est, duobus semitoniis minoribus. Schisma est dimidium commatis, diaschisma vero dimidium dieseos, id est, semitonii minoris.

Ex quibus illud colligitur, quanquam tonus quidem dividitur principaliter in semitonium minus atque apotomen; dividitur etiam in duo semitonia et comma: quo fit, ut dividatur in duo diaschismata et comma. Integrum vero dimidium toni, quod est semitonium, constat ex duobus diaschismatibus, quod est unum semitonium minus, et schisma quod est dimidium commatis. Quanquam enim totus tonus ex duobus semitoniis minoribus et commate conjunctus est, si quis id integre dividere velit, faciat unum semitonium minus, commatisque dimidium. Sed unum semitonium minus dividitur in duo schismata; dimidium vero commatis unum schisma. Recte igitur dictum est, integre dimidium tonum in duo diaschismata atque unum schisma posse partiri. Quo fit, ut integrum semitonium minora semitonia uno schismate differre videatur: Apotome autem a minore semitonio duobus schismatibus differre; differt enim commate. Sed duo schismata unum perficiunt comma.

Hoc totum idcirco posuimus, ut difficultatem semitoniorum ostenderemus, quæ magis numerorum proportionibus, quam sonorum varietate exprimi et demonstrari possunt. Si quis vero tantæ profunditatis ac perplexæ subtilitatis curiosus investigator existit, legat sæpe dicti Boetii tertium librum de harmonica institutione, et ibi fortassis non solum ejus curiositati satisfiet, verum etiam suum experiri poterit ingenium. Si enim ad hæc capienda idoneus inventus fuerit, noverit, nihil sibi difficile in septem liberalibus disciplinis.

Omissis ergo, quæ paucorum intellectus capit, ea dicamus quæ multorum sensus colligere potest. Sciendum itaque est, quod quanquam octo sint toni, qui diapason consonantiam complent, tamen non sunt amplius, quam septem dissimiles soni, tono inter se distantes, quia octavus idem est, qui et primus in duplo. Nonus idem est, qui et secundus in duplo; sic et in cæteris. Horum conscius Virgilius dicit:

> Est mihi disparibus septem compacta cicutis
> Fistula.

Ex septem igitur disparibus cicutis fistula fit, quia ex septem dissimilibus vocibus aut sonis tota perficitur consonantia. Unde et quidam septem tantum volunt tonos.

Quod vero Martianus introducit novem musas in *Nuptiis philologiæ* diversa carmina cantantes, ad harmoniam cœlestem pertinet. quæ novem ordines habere dignoscitur, scilicet propter septem planetas, octavamque sphæram cœlestem, et nonam terram. Sed octo omnes consonantias resonant; nona, id est, terra, perpetuo silentio tacet, quia immobilis est. Hinc est, quod cum octo musæ subvectæ in circulis cœlestibus essent, nona, id est, Thalia in terra remansit. Nam cum Urania sphæram cœlestem, Polymnia Saturni, Euterpe Jovis, Erato Martis, Melpomene Solis, Terpsichore Veneris, Calliope Mercurii, Clio Lunæ circulos subintrassent, ut ibi dulces resonarent modos: sola Thalia derelicta in ipso florentis campi ubere, id est, in circulo terræ resedit, eo quod vector ejus, id est, deportator cygnus impatiens oneris, et etiam subvolandi, id est, cum nollet eam ferre et subvolare, id est, sursum volare, potiit alumna stagna, id est, nutritoria et sibi cara. Thalia autem interpretatur quasi *theton lia*, id est, ponens germina, quod pulchre terræ congruit, quæ germinat herbam virentem et proferentem semen. Quidam autem dicunt, quod novem musæ idcirco dicuntur, quia humanæ vocis officia novem sunt. Omnis enim sermo his novem rebus formatur. Primo appulsu quatuor dentium repercussione duorum labrorum, plectro linguæ, cavo gutturis, respiratione pulmonis. Si enim ex his aliquid defuerit, vox perfecta non erit.

18. Sed ecce dum tonos ostendere conamur, per vastissimam et profundissimam musicæ institutionis silvam longius evagati sumus, quæ tantæ caliginis obscuritate involvitur, ut a notitia humana recessisse videatur. Namque cum perpauci sint, qui ejus vim et naturam certa ratione perpendant, tamen quod de ea intelligunt, manuum opere ad liquidum demonstrare non possunt. Rursus cum multi sint, qui eam digitis operentur, vel vocis sono promant, ejus tamen vim atque naturam minime intelligunt. Denique si roges citharœdum sive lyricum, vel alium quemlibet (ut) instrumentorum musicorum notitiam, aut consonantias ostendat, cognationem chordarum, qualiter illa chorda ad aliam rata numerorum proportione societur; nullum tibi penitus ex his dabit responsum. Solum hoc confitebitur, quod hæc ita faciat, sicut a magistro accepit et didicit. Cum igitur a scientibus et a nescientibus se musica ex permaxima parte abscondit, quasi in profundo objecta

jacet. Hinc aiunt fabulam Orphei et Eurydicis esse confictam. Siquidem Orpheus Eurydicem nympham amavit, quam sono citharæ mulcens uxorem duxit. Hanc aristeus pastor dum amans sequitur, illa fugiens in serpentem incidit, et mortua est. Quod cum maritus cognovisset, eam sono citharæ de inferno ad superos conatus est revocare ; sed minime valuit. Orpheus dicitur quasi oreon phone, id est, optima vox. Eurydices interpretatur profunda dijudicatio. Orpheus ergo vult revocare de interno Eurydicem sono citharæ, sed non prævalet, quia humanum ingenium conatur profunditatem harmonicæ subtilitatis penetrare, et eam certis rationibus dijudicare et discernere, et ad lucem, id est, ad scientiam revocare; sed illa, humanam cognitionem refugiens, in tenebris ignorantiæ latet.

Interea sciendum est, quod non ille dicitur musicus, qui eam manibus tantummundo operatur, sed ille veraciter musicus est qui de musica naturaliter novit disputare, et certis rationibus ejus sensus enodare. Omnis enim ars, omnisque diciplina honorabiliorem naturaliter habet rationem, quam artificium, quod manu atque opere artificis exercetur. Multo enim majus est scire quod quisque faciat, quam facere quod ab alio discit. Etenim artificium corporale quasi serviens famulatur; ratio vero quasi domina imperat. Tanto igitur præclarior est scientia musicæ in cognitione rationis, quantum corpus superatur a mente. Unde fit, ut cum ratio operandi actu non egeat, manuum opera nulla sint, nisi ratione ducantur. Huc accedit, quod ita dicamus : corporales artifices non ex musica disciplina, sed ex ipsis potius instrumentis accepere vocabula. Nam citharœdus ex cithara dicitur, lyricus ex lyra, tibicina a tibia, cæterique suorum instrumentorum vocabulis nuncupantur. Musicus autem non ab aliquo instrumento, sed ab ipsa musica nomen accepit.

Is itaque musicus est, qui ratione perpensa canendi scientiam non servitio operis, sed imperio speculationis assumpsit. Quisquis igitur harmonicæ institutionis vim atque rationem penitus ignorat, frustra sibi nomen cantoris usurpat, tametsi cantare optime sciat. Neque enim ille qui lectionem legit sed qui lectionem exponit, magister appellatur. Et licet pueri psalmorum verba memoriter decantent, ab eorum tamen scientia alieni existunt, quia eorum sensus mysticos penetrare nesciunt. Itaque sicut non sufficit in visu eruditis viris colores formasque conspicere, nisi etiam, quæ sit horum proprietas, investigaverint: sic non sufficit cantilenis musicis animum oblectari, nisi etiam, quali inter se junctæ sint sonorum vel vocum proportione, discatur.

Hæc ex multis pauca perstrinximus, ne musicis ac peritis cantoribus de nostra imperitia risum præberemus. Nequaquam autem hæc legenda Walcaudo proponimus, aut ad talia discenda ejus animum provocamus ; frustra enim lyra asino canitur Sed scientes, vos egregium atque perfectum esse cantorem, cum vestra excellenti prudentia, et cum aliis peritis cantoribus nostra fit sermocinatio et disputationis ratio. Hujus epistolæ verba vobis tantum, et perpaucis aliis musicis, si quando ea legitis, colloquantur: cæteros vero ita submovemus, ut qui capere intellectu nequiverint, ad ea etiam legenda videantur indigni.

19. Cæterum ne aliquid intactum, quod ad susceptum negotium pertinet, præteriisse videamur, illud in calce ponimus, quod supra suo in loco, si memoriæ non defuisset, oportuerat commemorare. Quæritur a nonnullis, quid significent illa verba, per quæ tonorum sonoritatem in naturali musica discernimus? id est: *Nonannœane* et *Nœais*, et *Noiœane*, et his similia, et utrum interpretari eorum sensus possit? Ad quod respondendum, quod omnino nullam recipiunt interpretationem ; neque enim quidquam significant: sed ad hoc tantum a Græcis sunt reperta, ut per eorum diversos ac dissimiles sonos tonorum admiranda varietas aure simul et mente posset comprehendi. Sed jam prolixus sermo finem præstolatur.

Excellentiam vestram superna Providentia omni sanctæ suæ Ecclesiæ perfuturam per multa annorum curricula incolumem conservare dignetur! Reverendissime Papa.

ANNO DOMINI DCCCCXV.

# BERTARIUS

VIRDUNENSIS SACERDOS.

# GESTA EPISCOPORUM VIRDUNENSIUM

*Auctoribus* Bertario *et Anonymo, monachis S. Vitoni.*

(Apud Pertz., Monumenta Germaniæ Historica, Script. t. I, p. 36, ex editione D. G. Waitz).

## D. G. WAITZ PRÆFATIO.

Virdunensis episcopatus historiam plures diversi temporis conscripserunt monachi, quorum primi Bertarius et continuator ejus jam hoc loco edendi. Laurentius vero et qui eum secutus est alii tomo

sunt inserendi. Bertarius, presbyter (349[1]) et canonicus S. Vitoni (349[2]), episcopo Hattoni, qui annis 846-878 Ecclesiæ Virdunensi præfuit, conjunctus (349[3]), ab ejus successore Berhario « in humanis, et in divinis libris » eruditus (349[4]), etiam Dadoni, qui huic successit, familiaris (349[5]) fuit. Nam cum ejus tempore principalis ecclesia Virdunensis incensa librique et Vitæ sanctorum essent combusta, Bertarius licet infirmitate et tristitia attritus » brevem episcoporum Historiam componere suscepit, quam Dadoni inscripsit (349[6]). Qui cum primis anni 880 diebus episcopus sit electus (349[7]), tricesimus septimus annus, quo incendium illud contigerat (350), in annum cadit 916 vel 917, et paulo post Bertarium Historiam suam conscripsisse verisimile est, quam tamen non ultra Arnulfi regis tempora deduxit. — Fontibus uberioribus destitutus, nonnisi brevissimam (351) rerum Virdunensium notitiam potuit exhibere, quippe qui fabulas, quales in posterioris ævi scriptoribus de primis episcopis Virdunensibus legimus, aut nesciisse aut sprevisse videatur. Plures tamen sanctorum Vitas antiquiores consuluit, Dionysii (352), Servatii (353), Lupi Trecensis (354) et Maximini Miciacensis (355). Ipse « Gesta Francorum » affert (356), sed hoc nomine non opus vulgo ita inscriptum, in quo hæc minime leguntur (357), sed Gregorii Turonensis indicavit Historiam. Sed etiam ab hac in quibusdam discrepat (358), neque omnia quæ ille de episcopis Virdunensibus narrat, repetiit (359), ita ut, quamvis interdum ipsa Gregorii verba exscripserit (360), ejus narrationem potius memoria tenuisse quam librum evolvisse videatur. Fortunati carmina ad episcopum Agericum scripta operi suo inseruit (361). Etiam episcoporum catalogum ad manus habuisse videtur (362), eorum. Vitas vero, quas exstare audierat, ægre desideravit (363); diplomata quoque in ecclesiis servata sæpius consuluit (364). — Quæ Hattonis, Berthari et Dadonis tempore gesta sunt, ipse vidit, sed etiam hæc brevissime perstringit, de Dadone paucis tantum lineis con-

A scriptis, fortasse eo permotus quod ipse Dado horum episcoporum suique temporis notitiam reliquerat, cujus fragmentum a Wasseburgio servatum quod hic inseratur dignum duxi (365).

« Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi octingentesimo nonagesimo tertio, regnante vero domino Arnulpho gloriosissimo rege anno quinto, nostræ autem ordinationis decimo tertio, indictione nona (366), ego Dado Virdunensis Ecclesiæ episcopus cœpi tractare in animo meo varios præsentis sæculi casus, et priorum pontificum facta ad memoriam reducere, et eorum a nostræ Ecclesiæ fidelibus sedulo ac salubriter investigare. Idcirco etenim facta orthodoxorum præsulum litteris adnotavi, ut eorum memoria sit nobiscum æterna, quorum nomina in cœlo credimus æternaliter esse scripta.

« Dominus igitur Hatto antecessor noster fuit

B temporibus Lotharii imperatoris, et item Lotharii filii ejus, ei pervenit usque ad annum primum Caroli regis. Qui pontifex venerandus multa memoria digna contulit Ecclesiæ; de quibus pauca stylo commendare commodum duximus. Obtinuit namque apud regem Lotharium res per multa loca jacentes, id est in comitatu Virdunensi Aberevillam, etc. Idem etiam venerabilis episcopus istam novam basilicam inchoavit; sed a successore ejus, avunculo videlicet nostro domino Berhardo episcopo, honorifice perfecta est. Qui etiam temporibus Caroli regimen istius ecclesiæ suscepit, et usque ad tempus Ludovici Germanici regis eam feliciter gubernavit. Nam, ut pauca de felicibus ejus actibus ad memoriam reducamus, iste inclytus pastor dominus Berhardus, avunculus videlicet noster, in ecclesiasticis disciplinis ultra quam credi vel fieri possit ferventissimus exstitit, et episcopale ministerium et religiosam vitam admodum diligens,

C quam plurima isti Ecclesiæ contulit, quæ nunc zelo ejus æternaliter testimonium perhibent. Dedit, etc. In basilica etiam sancti Petri et sancti Vitoni posuit canonicos octo, et dedit illis res quæ ad ipsam Ecclesiam pertinent, sicut eas tunc in suo dominatu habebat, decimam quoque arietum, qui ad nostrum opus ex Brasensi centena congruis temporibus accipiuntur. Dedit etiam ad ipsum altare unum sacerdotale vestimentum auro ornatum, platenam scilicet, id est ex dirotano cum guttis, etc. Pallium quoque unum super ipsius sancti patroni posuit glebam, etc.

NOTÆ.

(349[1]) Præf.

(349[2]) Hugo Flav. ap. Labbeum I, p. 123.

(349[3]) C. 2, 3.

(349[4]) C. 19.

(349[5]) Wassebourg, *Premier valume des Antiquitez de la Gaule Belgicque*, f. 174, ipsum Dadonis capellanum dicit, qua fultus auctoritate nescio.

(849[6]) Præf. Eum Dadonis rogatu hoc munus suscepisse, Vitæ S. Pauli auctor dicit Mabill. Acta II, p. 272.

(349[7]) Annum 893 ipse Dado 13 ordinationis suæ numerat; cf. infra. Obiit antecessor ejus die Dec. 31, anno ut videtur 879. Rivet, *Hist. litt.* VI, 154, Dadonem jam anno 879 electum esse putavit, cum anno 2 suæ ordinationis a Ludovico rege, anno 882 mortuo, diploma acceperit (*Bert.* c. 20); sed non duobus annis expletis, sed secundo anno factum esse, Bertarius diserte dicit, Ipsum diploma deperditum dolemus.

(350) « Vestro tempore per triginta et sex annos... nobis multa venerunt prospera; nunc autem... principalis ecclesia nostra igne succensa. » Præf. Hugo Flav., p. 123, *per* 35 *annos* legit ideoque pergit: *cum* 36 *anno*, etc., Laurentius vero (Præf.) Dadonis a 37 incendium accidisse dicit.

(351) *Breviato sermone*, præf.; *mira brevitate*, Vita S. Pauli ap. Mabill. Acta II, p. 272. Ideo Laurentius hoc opus *catalogum*, codices *excerptum* nominant.

(352) C. 1.

(353) C. 1.

(354) C. 3.

(355) C. 4.

(356) C. 5.

(357) Etiam in Fredegarii historia epitomata nonnisi brevis hujus rei notitia reperitur.

(358) Cf. quæ notavi ad c. 5, 6.

(359) Exempli gratia, quæ apud Gregorium II, 8 sqq. leguntur.

(360) C. 7.

(361) C. 6.

(362) C. 7. fin.

(363) C. 4. 12.

(364) C. 8, 12.

(365) Nullum hujus scripti, si integrum exstaret pretiosissimi, in bibliotheca virdunensi vestigium reperi: fragmentum vero genuinum esse minime dubito.

(366) Annus 893. Arnulfi est sextus, indict. 11.

« Nos etiam, qui divina dispositione ejus successor et tempore [1779] domini Lodoici regis post avunculum nostrum istam Ecclesiam gubernandam succepimus, et post mortem ejusdem dominum Carolum fratrem ipsius imperatorem suscepimus, et usque ad tempus domini Arnulphi gloriosissimi regis, nepotis scilicet eorum, jam pervenimus, quidquid mihi commissæ ecclesiæ in rebus et familiis, in omnibus ornamentis ecclesiasticis, Domino adjuvante, addere potui, huic operi addere saluberrimum duxi. Dedit, etc. Hæc omnia solemni more supradictæ ecclesiæ dominus Carolus imperator delegavit, atque ab habendum perenniter concessit. Arnulphus quoque gloriosissimus rex dedit in proprium per auctoritatis suæ præceptum supradictæ ecclesiæ abbatiam, quæ vocatur Montisfalconis, quæ est in honore sancti Germani constructa et in comitatu Dolinensi est sita, cum omnibus et sibi pertinentibus, » etc.

Cum catalogus episcoporum Virdunensium, cui Dado hæc addidisse dicitur, deperditus esse videatur, Bertarii breve historiæ compendium eo majoris est faciendum. Pauca tantum suo ævo Laurentius illius operi addenda invenit. Hugo Flaviniasensis, Bertarii narratione fundamento posita (367), multa quidem undique collegit et uberiorem rerum Virdunensium segetem posteris tradidit, sed plerumque falsa, fabulosa et historiæ nomine indigna consarcinavit. Etiam Vitæ S. Pauli scriptor Bertarium antiquitatis non spernendæ auctorem laudat, sed et negligentiæ arguit, quippe qui non omnia sibi comperta scripserit (368). — Bertarius quo anno obierit non constat. Fortasse etiam sub Barnoino, qui anno 925 episcopatum suscepit, in vivis erat. Hoc enim apud Wasseburgium polyptici Virdunensis ipsius tempore confecti initium legimus :

« Fratribus Virdunensis ecclesiæ sub canonica auctoritate in domo beatæ virginis Christo servientibus salus continua. Cum multæ tribulationes temporibus nostris istud Virdunense prægravarent episcopium; maxime tamen duo immanissimi casus, nostris pravis exigentibus meritis, a proprio dejecerunt statu. Quorum unus accidit, quando tempore venerabilis memoriæ Dadonis episcopi ignis exosus totam pene civitatem concremavit, et ecclesiam sanctæ Mariæ solotenus prostravit. Et proh dolor ! omnia ornamenta ecclesiastica, cum armario et apostolicorum privilegiis et episcoporum decretis et chartarum rerum ecclesiasticarum instrumentis atque scriptis, vulgo pulegiis nominatis, flamma consumpsit. Ad cumulum vero tanti mali, succedente in eodem loco nepote domini Dadonis, venerabili episcopo Barnoino, primo ejus ordinationis anno, crudelissima gens Hungarorum improvisa ipsum adiit episcopum, et incensis pene omnibus villis, homines extra oppida repertos aut neci dedit aut captivitati destinavit. His gravibus duabus pressa calamitatibus, congregati simul ejusdem venerabiles et majores natu canonici, scilicet Ewenardus præpositus, Bertarius decanus, cum archidiaconus Leutfredo et Odilone, et cum paucis villanis, qui in fratrum villis de prædicta vastatione remanserant, ne institutio antiqua et redditus villarum atque census earum prorsus ignorando aboleretur, ad communem utilitatem præsentium et futurorum solerti indagatione hoc pulegium super res canonicorum condere operæ pretium duxerunt. Pulegium autem, ut mihi videtur, nil aliud significat aut latialiter sonat quam publica lex vel popularis lex. Si quis rectius hoc commentatus fuerit, ego Sarovardus cancellarius jussis præceptorum meorum obtemperans, qui huic operi me præfecerunt, intellectui ejus humiliter concedo. »

Si Bertarius decanus hic memoratus idem est qui historiographus (369), quem jam Hattonis tempore adultum vidimus, senex diem obierit necesse est. Sepultus est in cœmeterio sancti Vitoni (370).

Historiam a Bertario inceptam monachus S. Vitoni (371) usque ad annum 1047, Theodorico episcopo sedente (372) continuavit. De primis sæculi X temporibus nihil fere compertum habuisse videtur, postea vero res Virdunenses, quamvis non copiosa et per partes deducta, satis accurata tamen narratione exposuit, et quæ ab aliis audivit (373) aut ipse vidit, florido dicendi genere usus, retulit, sed pariter atque Bertarius rerum gestarum tempora adnotare (374) prorsus fere neglexit. Fontes scriptos præter diplomata ecclesiis concessa se habuisse, nusquam indicat, neque alia historiæ Virdunensis monumenta ipsius tempore exstitisse, verisimile est. Laurentius ejus narrationem postea excepit, Hugo Flaviniacensis partim descripsit, partim auxit. Etiam qui Vitam S. Richardi abbatis composuit (375) ex hoc opere plura hausisse videtur (376). Cum enim ipse minime Richardum viderit, sed se scripturum esse dicat « quæ ab ipsis qui ea viderunt et certissime cognoverunt fideli narratione didicimus, » post Richardi tempora vixisse videtur ; continuationis scriptor vero duobus tantum post illius obitum annis Historiæ finem imposuit, ita ut Vita illa uti nequiverit.

In hoc opere edendo usus sum codice.

VARIÆ LECTIONES.

[1779] ipse *ed.*

NOTÆ.

(367) Quæ ex illo, cujus « memorialis antiquitas » magnam apud ipsum parabat auctoritatem, descripsit, apud Bert. c. 4 leguntur.

(368) « Hæc ita se habere, ipsius viri auctoritas et non spernenda antiquitas satis fidei ad id credendum videtur conferre. Sed quod ipse prosequitur (*c.* 8), multa se legisse et picta vidisse, quæ per negligentiam non sunt scripta ipse quoque negligentiæ nota redarguitur, cum de scriptis vel de visis pictum ad ædificationem posterorum conscribere neglexerit. — Mabill. Acta II, p. 273.

(369) Ita Wassebourg f. 174.

(370) Hugo Flav., p. 123. — In diplomate Othonis II ecclesiæ S. Vitoni molendinum a Bertario canonico datum confirmatur.

(371) C. 9.

(372) C. 11.

(373) « Multis referentibus audivi, » c. 2 ; « ab abbate istius loci audivi, » c. 3.

(374) In his definiendis multum laboravi ; quæ Wassebourg habet plerumque nullo fundamento nituntur. Calmet hæc exscripsit novisque erroribus auxit. Historiam Virdunensem a Roussel conscriptam neque in regia neque in Gottingensi bibliotheca inveni.

(375) Mabillon. Acta VI, 1, p. 519.

(376) C. 4, 5, 9. Ex Cont. c. 9, 20. Ex Cont. c. 11.

1) Virdunensi n. 3, mbr., fol. maximi, olim S. Vitoni Virdun., cui 6 folia s. XII, exeuntis inserta sunt, quæ fol. 159-162 Bertarii et continuatoris Historiam inter se conjunctam et nullo titulo distinctam continent. Hunc librum optimum, ab urbis Virdunensis bibliothecario viro clarissimo Clouet ejusque filio viro doctissimo et humanissimo, gymnasii et seminarii professore, qui summa liberalitate et singulari urbanitate laboribus meis favit, mecum communicatum, ipse Virduni constitutus accuratissime cum editis contuli et textum genuinum ex ipso restitui.

2) Virdun. n. 36, mbr., s. XIII, fol. min., f. 116 sqq. idem Bertarii et continuatoris opus continet, sed valde mutatum (377), erroribus et mendis depravatum, ita ut verbis emendandis vix singulis quibusdam locis adhiberi potuerit. Codex, qui monasterii S. Pauli fuisse videtur, ad finem quædam de ecclesia S. Agerici, monasterio illi subtracta, addit, quæ prætermittere nolui.

Bertarii Historiam a Wasseburgio sæpius allatam primus D'Achery *Spicileg.* vol. XII, p. 251) a Barth. Senocq Virdunensi ex codice Vitoni descriptam sibique transmissam edidit ipsique continuationem subjecit. Inde Calmet (*Hist. Loth.* tom. I, Probatt. p. 194) et de la Barre in secunda Spicilegii editione (II, p. 234) utrumque opus repetiverunt. Gallica versio, a J.-J. Caiot confecta, anno 1775 Virduni prodiit (378).

(377) Ita c. 2 fin. mutatum legitur : « Ad quod miraculum domnus episcopus Hatto eadem veniens die, simul cum illo vidimus crura ejus et coxam ejus usque ad natem excoriatas, et quasi nil aliud habuisset nisi ossa in crura et in coxa. Et qui vix in vehiculo venerat, jam senex et plenus dierum, pedes et sanus reversus est. » C. 4 initio : « Defuncto autem sancto Firmino, habitatores istius civitatis rebellaverunt contra Lodtharium Francorum regem. Qui cum ab eo, » etc.

(378) *Almanach historique de la ville et du diocèse de Verdun*, 1775, 12°, p. 67.

# INCIPIT
# EXCERPTUM DOMNI BERTARII [1780] SACERDOTIS
### IN GESTIS PONTIFICUM S. VIRDUNENSIS ECCLESIÆ
## AD DOMNUM DADONEM EJUSDEM SEDIS ANTISTITEM.

Reverentissimo et sanctissimo seniori meo domno [1781] DADONI, Virdunensis Ecclesiæ [1782] inclyto episcopo, BERTARIUS [1783] vester presbyter devote pro vobis orando felicitatem æternam in Christo.

Quoniam vestro tempore per triginta et sex annos vestro bono studio et inclyta fama nobis multa venerunt prospera, nunc autem, peccatis nostris exigentibus, principalis ecclesia nostra igne succensa, libri et memoriæ sanctorum Patrum nostrorum [1784] ex magna parte eidem flammæ sunt traditæ, ne autem penitus oblivioni traderetur antecessorum vestrorum sacrosancta memoria, venerabile studium et operatio sancta : licet infirmitate et tristitia attritus, quæ de sanctis antecessoribus vestris legi et a fidelibus audivi, breviato sermone comprehendere commodum duxi, vobis quidem gratum, posteris autem utile.

1. Legimus in ista ecclesia, quæ est in honore sanctæ Dei Genitricis constructa [1785], jam præcessisse triginta episcopos, quorum primus sanctus Sanctinus vocatur. De quo quod sentimus notare hic studuimus. Nam legimus (379) quod sanctus Dionisius Sanctinum Meldensis [1786] Ecclesiæ episcopum et Antoninum presbyterum mitteret cum gestis suæ passionis Romam ad sanctum Clementem et iter illorum fuisset per istam civitatem, et in eundo ac redeundo hic primi prædicassent verbum Dei. Et ferunt quod idcirco in ordine episcoporum istius Ecclesiæ primus ponatur. Legitur vero in Vita sancti Servatii episcopi (380), ubi de Agripinensis Ecclesiæ archiepiscopi depositione res agitur, quod interfuisset Sanctinus urbis Clavorum episcopus (381). Ubi tamen corpus ejus sepultum sit, nusquam reperimus, nisi Meldis.

2. Post hunc legimus fuisse sanctum Maurum, et sanctum Salvinum et sanctum Aratorem. Quorum merita ad sepulcra illorum ostendunt frequentia miracula. Siquidem sancto Agerico divinitus ostensa sunt eorum monumenta, et ab eodem honorabiliter et sanctissime ordinata. De istis enim quæ nostris oculis vidimus quam plurima referre possumus. Tempore etenim Lotharii junioris regis et domni Hattonis nostræ civitatis episcopi, de istis sanctissimis viris reliquiæ sunt sumptæ, et ad Theolegium (382) mo-

VARIÆ LECTIONES.

[1780] bertharii 1. [1781] domno 1. [1782] *ita semper scripsi ;* ecclesia 1. *plerumque.* [1783] bercarius 1. [1784] nostrarum *postea cor.* nostrorum [1785] constructa 2. quæ — constructa *in* 1. *erasa.* [1786] meldensem 2.

NOTÆ.

(379) Cf. Hincmari epist. de S. Dionysio ap. Surium V, p. 660, ubi tamen Sanctinum Viridunum venisse non legitur. Aliam legendam, in qua hæc referuntur, memorat Calmet I, p. XLI.

(380) Hæc Vita deperdita esse videtur. Vide quæ monuit J. Bollandus Acta SS. Mai, III, p. 210, et de synodo Agripinensi Conc. ed. Labb. II, p. 615, ubi etiam p. 617 fragmentum Vitæ S. Servatii editum est.

(381) Cf. Calmet I, p. XXXV-XLIV.

(382) *Tholey* prope *Saint-Wendel.*

nasterium quod isti Ecclesiæ est subjectum nostris temporibus sunt delatæ. Deus testis est conscientiæ meæ, quia non possum ad memoriam reducere quæ, a pueritia usque ad perfectam ætatem, meritis sanctorum istorum ad sepulchra illorum divina clementia operari vidi: quot cæci illuminati, quot surdi sanati, quot claudi erecti, quot dæmoniaci liberati [1787], quot ægroti a variis languoribus curati nullatenus stylo comprehendere queo; aliqua tamen sub compendio colligam. Duo contracti, causa orationum ecclesiam ipsorum ingressi, protinus meritis sanctorum istorum sunt erecti. Quædam femina, nomine Emma, multis diebus lumine præsentis sæculi privata in mea præsentia, ibidem est illuminata. Similiter et altera femina, quæ erat muta, post peractas Matutinas me audiente cœpit loqui. Quidam etiam homo per quadraginta annos contractus et per multos annos in porticu sancti Stephani Mettensis ecclesiæ jacens, curriculo evectus, ad istorum sanctorum sepulchra delatus fuerat. Prima vero parte noctis cœpit voces emittere et, usque ad Matutinas easdem emittens voces, sospitatem meruit obtinere. Ad quod miraculum cum domno Hattone episcopo eodem die venimus, simulque cum illo vidimus coxam ejus cum crure usque ad nates excoriatam, quasi nil aliud habuisset nisi ossa et qui vix in vehiculo venerat, jam senex et plenus dierum pedes et sanus reversus ad propria.

3. Post hos exstiterunt sancti Pulcronius, Possessor et Firminus; de quorum memoria nihil [1788] aliud scimus nisi quod a primis temporibus eorum merita Deo fuerint grata, et inter cives sanctorum sint annumerati. Legitur etiam in Vita (383) sancti Lupi Trecassini episcopi (*an.* 450), Pulchronium admirandæ sanctitatis virum Virdunensis Ecclesiæ episcopum præfulsisse tanta gratia curationum ut, religatis post tergum manibus, dæmoniacis imperaret, et dicto citius prius sensum reciperent quam in collisione suorum corporum cernui laberentur. Certe quando reliquiæ de prædictis sanctis fuerunt acceptæ tempore domni Hattonis episcopi, tunc etiam monumenta istorum honorabiliter ac venerabiliter, sicut decet sanctos, sub monumento beati Vitoni reperta sunt. Pars autem corporum illorum ab aliquibus visa satis ostendit quod animæ eorum in beata felicitate gaudio fruuntur æterno.

4. Tempore (384) igitur beati Firmini (*an.* 500), habitatores istius civitatis rebellaverunt contra Clodoveum regem Francorum a beato Remigio baptizatum. Qui cum ab eo obsiderentur, defuncto interim eodem sanctissimo pontifice, beatus Euspicius; presbyter istius Ecclesiæ, egressus obtinuit apud regem pacem et salutem civium suorum. Postea cum rex præfatus creari vellet eum istius civitatis episcopum, et ille omnimodis abnegaret, beatissimus Pater Vitonus, nepos illius, hic ordinatus est episcopus: sanctus vero Euspicius cum altero nepote suo, beato videlicet Maximino qui sanctissimo Patri Vitono germanitatis propinquitate jungebatur, petitione ejusdem regis cum ipso Aurelianis perrexit et ibidem monasticam vitam ducens obiit in pace. Sanctus vero Maximinus, Aurelianis postea factus abbas, multa miraculorum copia refulget. Vitam autem beatissimi Vitoni a multis audivi se vidisse descriptam, sed hactenus a nobis est invisa (385). Basilica siquidem, ubi prædicti requiescunt sancti, in honore sancti Petri apostoli est antiquitus constructa, quæ etiam pro antiqua dignitate habet multa episcoporum sepulcra, et propterea a fidelibus cunctis multum est veneranda.

5. (*an.* 520) Post hunc exstitit Desideratus episcopus, cujus tempore, sicut in gestis Francorum (386) legimus, ingravescente fame, cives istius civitatis erant in afflictione maxima. Qui cum abisset ad Theodericum regem et de thesauro [1789] illius quingentos aureos mutuasset, distribuit eos civibus suis sub tali tenore ut de eis negotiarentur per diversa loca, et de acquisitu illorum viverent transactaque necessitate prædictam summam regiis thesauris restituerent. Quo facto, et de penuria famis sunt erepti et divites effecti. Cumque episcopus prædictos aureos regi reddere vellet, rex Domino gratias agens, quod sui cives ex regis thesauro de tam flebili miseria erepti essent, prædictos aureos reddere ei jussit quorum incremento usque hodie negotiatores effecti sunt (387).

6 [1790]. (*an.* 550) Post hujus excessum de istis civibus ordinatus est in ista Ecclesia sanctus Agericus episcopus. Cujus tempore cum vellet Childebertus rex placitum habere in ista civitate, pro amore illius tenuit eum Mettis (*an.* 590), ubi depositus est Egidius Rhemensis Ecclesiæ archiepiscopus (388). Quidam autem vir valde nobilis, cum pro suis sceleribus a rege vita debuisset privari, petitione præfati antistitis salvatus est; et ob hoc dedit ille vir fratribus quod ad Arcus et ad Mantuam habemus. Rursus rex prælibatus cum per Virdunum iter habuisset, et prædictus sanctus antistes nonnisi parum vinum in uno vasculo habuisset, et omnipotens Dominus ipsius meritis sic illud dila-

VARIÆ LECTIONES.

[1787] leberati 1. [1788] nichil 1. [1789] thessauro 1. *et ita infra*. [1790] *deest* 1.

NOTÆ.

(383) V. Acta SS. Jul. VII, p. 70.

(384) Totum caput ex Vita antiqua S. Maximini Miciacensis n. 5-10, ap. Mabill. Acta SS., I, p. 582, haustum est.

(385) Vita antiquior nulla quod sciam edita est.

(386) Gregor. Turon. III, 34, qui tamen septem millia aureorum regem Theodebertum dedisse dicit.

(387) Cf. Liudpr. VI, 6; Richer. III, 103. Negotiatores Virdunenses ex Hispania reversi etiam in his. transl. S. Sanctini s. XI memorantur; cf. Calmet I, p. XL.

(388) Cf. Gregor. Turon., X, 19, qui tamen nihil de urbe Virdunensi dicit, et hæc post Agerici tempora narrat.

tasset ut rex cum suis omnibus de ipso omnem A sufficientiam habuisset, plus inveniretur vini in ipso vasculo in fine quam initio : rex, tanto perterritus miraculo, audivit quod ista Ecclesia non habuisset locum unde colligeret vinum. Idcirco ergo dedit isti Ecclesiæ duos amandos (389) super Mosellam et Modinum (390), et quidquid [1791] intra Luceium (391) et Baiam est, et omne quod subtus Treveris habemus. Addidit etiam Marseium (392), et Sampiniacum, et Commenias et Mercast villam, et Hairici villam et contiguas villas isti civitati Carniacum (393) et Novamvillam, multaque alia loca quæ sunt oneri hic enumerare, quæ pro reverentia tanti viri rex et sui fideles isti Ecclesiæ ad habendum tradiderunt. Cujus venerationis tunc temporis vir iste fuerit ostendit sanctus Fortunatus B in versibus, quos ex......te [1792] in laude ipsius composuit, quos hic subinferre commodum duximus. Nam (394), cum idem Fortunatus esset in Italia et nimium dolorem oculorum suorum pateretur, venit ad quoddam monasterium in honore sancti Martini constructum, et visum est illi ut de oleo quod erat in lampade coram altare sub nomine sancti Martini oculos liniret. Quod ut fecit, protinus sanitatem meritis sancti Martini suscepit. Qui postea flagrans desiderio ut inviseret sepulcrum sancti Martini de Italia venit in Galliam et fuit iter illius per Virdunum. Et susceptus a sancto Agerico benigne et cum charitate, quod in eo vidit sacris expressit litteris.

*Versus Fortunati* (395).

Urbs Virduna, brevi quamvis claudaris in orbe, C
Pontificis meritis amplificata places.
Major in Angusto [1793] præfulget gloria giro,
Agerice, tuus quem magis auxit honor.
Plurima magnarum fudisti semina laudum,
Quæ matura opere fertilitate metes.
Tempore præsenti victum largiris egenis,
Unde futura dies centuplicabit opes.
Dogmati arcani reseras penetralia, pastor ;
Non solum dapibus pascis et ore greges.
Templa vetusta novas pretiosius et nova condis ;
Cultior est Domini [1794] te famulante domus ;
Egregios fontes sacri baptismatis exples ;
Tam [1795] pia divino fonte repletus agis.
Candida sincero radiat hæc aula sereno,
Et, si sol fugiat, hic manet orta dies
Ad nova templa avidæ concurrunt undique plebes.
Et tribuis populis plus in amore Deum.
Te solamen inops meruit, te nudus amictum,
Et solus cunctis potus et esca manes.
Felix qui meritis, æternæ lucis amator
Tempore tam modico non moritura paras !

Phœbus ut elatum suspendit in æthera currum
Purus et igniferum spargit ubique jubar
Effusis radiis totum sibi vendicat orbem,
Montes, plana replens, ima vel alta tenet ;
Sic præsul splendore animi cum sole coruscas,
Ille suis radiis fulget, et ipse tuis,
Agerice sacer, cujus sermone colente
Ecclesiæ segetes fertilitate placent,
Terrenis sterilis rebus, fecunde supernis,
Humana spernens, dives iture polis,
Illecebris mundi mundus lascivi repellens,
Nil cui subripuit carnus amarus amor.
Lubrica culpa perit neque mors de crimine gaudet,
Cum tua delictis libera membra vides.
In templis habitando piis, sic purus haberis
Ut tua corda, Pater, sint pia templa Dei
Eligit in tali Christus se vase recondi ;
Quam sibi purgavit possidet ipse domum.
Non dolus in labiis, nec sunt fera nubila mentis :
Sinceris animis vernat in ore dies
Doctiloqum flumen salienti fonte refundis,
Et sensus steriles voce rigante foves.
Ardua cœlorum pandis mysteria terris ;
Per quem plus Dominum scit, timet, orat, amat.
Dogmate divino, præsul facunde, triumphas
Dans, pastor, monitis ne premat error oves.
Delictis reficis, quam cœlum [1796], arva, unda mi-
[nis'rat
Et satiat populos, hinc cibus, inde fides.
Sumit pauper opem, tristis spem, nudus amictum,
Omnia quidquid [1797] habes omnibus esse facis.
Hic tibi longa salus maneat, licet inde futura,
Atque diu, pastor, pro grege vota feras.

7 [1798]. (*an.* 588) Post sanctum Agericum Buciowaldus quiddam abbas episcopatum ambivit, sed, quia esset superbus, nihil obtinuit. Caramerum [1799] referendarium cum consensu civium regalis decrevit auctoritas [1800] fieri episcopum (396). Post [1801] Caramerum (397) Ermenfridus fuit. De quibus nullam aliam habemus memoriam, nisi quod in ordine episcoporum episcopi sunt reperti.

8. (*an.* 360) Post Ermenfridum tractus est de monasterio Theologio (398) sanctus Paulus, qui fuit frater (399) sancti Germani Parisiacensis episcopi, et in ista Ecclesia episcopus consecratus. Cujus memoria æterna est. Nam nepos Dagoberti regis Grimo diaconus, qui et Adelgisus dicitur: cum fuisset a sancto Paulo ab infantia reverenter

VARIÆ LECTIONES.

[1791] quidquic 1, [1792] ex:::::te *erasum* 1. [1793] augusto 1. [1794] dns 1. [1795] *Tres versus sequentes, qui in* 1. *maximam partem legi nequeunt, ex* 2. *descripsi.* [1796] Cellum 1. [1797] quidquic 1. [1798] VI. 1. [1799] *rubro atramento in* 1, *super nomine* XI *scriptum est, et ita semper numeri adjecti.* [1800] actoritas 1. [1801] c. VII. *incipit* 1.

NOTÆ.

(389) Mansos ? Quid sibi velit nescio.

(390) *Moulin* prope Metim, ut Wassebourg et Calmet, quos in his nominibus explicandis secutus sum, statuerunt.

(391) *Luce* et *Bage*.

(392) *Marcey*, *Sampigny*, *Commenières*, *Marchainville*, *Harville*.

(393) *Charny* et *Neuvilly*.

(394) Cf. Paul. Diac. Hist. Lang. II, 9.

(395) Fortunati carmina III, 29, 30.

(396) Ex Greg. Tur. IX, 23.

(397) Bertarius omisit Godonem, qui subscripsit concilio Rhemensi an. 265 Conc. ed. Labb. V. p. 1689.

(398) *Tholey* prope *Saint-Wendel*.

(399) Quod falsum esse monuit Mabill. Acta II, p. 268.

educatus, pro amore ipsius antistitis suam proprietatem, id est Theologium monasterium, sanctæ Mariæ in Virduno, suo pariter et multorum fidelium scripto, in sempiterno habendum tradidit, roboravit et omni auctoritate firmavit. Frasnidum (400) vero villam idem Grimo pro sua pietate victui fratrum nostrorum delegavit. Sanctus vero Paulus Basonisvillare de suis redditibus comparavit. Privilegium etenim nostris canonicis de antiquioribus villis fecit, et suis manibus aliorumque episcoporum ipsum sub divina attestatione roboravit. De virtutibus autem sancti Patris nostri istud mirabile audivimus. Cum adhuc monasticam vitam ducens in pistrinum fratrum obedientiam habuisset, et timeret ne hora statuta fratres panem habere potuissent ejecto igne de clibano, ipse intus ingressus cum cuculla sua clibanum purgavit, et panem illic ad coquendum [1802] ordinavit, sanusque foras egressus panem sanctum fratribus in refectorio tempore statuto distribuit. Legi et picta vidi multa miracula quæ vivens in episcopatu egit, et post excessum positus in basilica sancti Saturnini Deo cooperante fecit. Cæcos namque illuminavit, surdis auditum dedit, claudis gressum præbuit, ægrotos a variis infirmitatibus curavit. Et quid plura ? Istam Ecclesiam rebus temporalibus dilatavit. Et Deus omnipotens animam illius cum omnibus sanctis in æterna gloria sine fine gaudere facit.

9. Post hunc exstitit Gisloaldus, Gerebertus, Armoinus, Agrebertus episcopi. (*an.* 648) Hujus tempore sanctus Crodingus Waslogium (401) monasterium construxit et sub ditione nostræ Ecclesiæ posuit.

10. Post hunc Bertalamius episcopus. (*an.* 710) Hujus studio et industria Mactigisilus et uxor ejus Hechia Tilliacum (402) fiscum et stagnum et Casam Petriam nostræ Ecclesiæ, Frumisiacam (403) villam fratribus nostris et alia quam plurima pro remedio animæ suæ dedit.

11 (*an.* 716) Post hunc Abbo episcopus et deinde Peppo episcopus. Hujus tempore exstitit seditio non modica inter Carolum primum qui dicitur Carolus Martellus, et Rainfridum Francorum principem. Et, quia Peppo partibus Caroli tempore seditionis favit, obtinuit pretio cum Carolo et quodam nobili vasallo ejus Calmontem villam (404) cum omnibus appenditiis suis. Postquam vero Carolo Deus solidavit Francorum regnum, dedit etiam Ecclesiæ nostræ Pontem Petrium (405) et suo scripto nobis eam solidavit. Melam (406) vero et Casam [1803] Petriam, quia eas sui satellites invaserant, retinuit, et adhuc Casa Petria retenta est.

12. (*an.* 725) Post hunc exstitit Voschisus episcopus et Agroinus episcopus. Et post istum fuit multis diebus episcopatus vacuus. (*an* 735) Deinde exstitit domnus Madelveus episcopus, qui fuit de familia hujus Ecclesiæ, et exstitit vir sanctus et justus. Cujus, industria et studio fertur per precariam obtinuisse eum Wasnaum (407) et Warnunsi curtem et Ramisbatium (408) et alia plurima, sicut egomet in chartis ejus manibus roboratis legi. (*an.* 750) Cujus etiam tempore domus istius Ecclesiæ peccatis exigentibus fuit succensa. Et ob hoc per Galliam et Italiam et sic per Græciam et Joppen cum magna viarum angustia Hierosolymam pervenit et patriarcha ipsius loci multorum sanctorum reliquias obtinuit, et eas cum calice cristallino opere mirifico sculpto Virdunum apportavit, et in principali Ecclesia nostra venerabiliter eas collocavit. Reliquias vero quæ fuerunt in antiquiori Ecclesia in dextera parte altaris sanctæ Mariæ in crypta subterranea reposuit. Fuit enim tempore Pipini regis usque ad tempus Caroli Magni, et obiit in proxima villa quæ dicitur Novavilla. Cum vero inde portaretur ad Sanctum Petrum sive ad Sanctum Vitonum, fertur quod super crucem, videntibus cunctis, duæ columbæ candidæ sicut nix venerint et in eadem usque dum corpus ejus sepulturæ traditum fuisset sederunt. Multa siquidem bona in ista Ecclesia constituit. Nam et Ecclesias in ista civitate valde bene construxit, et clerum et populum istius Ecclesiæ venerabiliter ordinavit, et evidens pater et episcopus istius Ecclesiæ exstitit. Res etiam, quæ sunt in Equitania antiquitus isti Ecclesiæ subjectæ, id est abbatia sancti Amantii (409) in Rododia sita et Maderniacum et Puliniacum frequenter visitabat, et gesta prædictorum pontificum nostrorum secum ferebat, ut per illorum merita illas res longius sitas liberius possidere quivisset. Et pro hac occasione dicunt quod miracula sancti Agerici in Massilia descripta habentur. Et Vita sancti Vitoni et sancti Pauli (410) per contigua loca ultra Liggerim reperiri feruntur. Cujus corpus, dictu mirabile ! post quadraginta annos integrum repertuum est, et ubi nunc jacet venerabiliter reconditum est.

13. Post hunc episcopatus istius Ecclesiæ per duodecim annos vacuus exstitit. (*an.* 770) Sed quidam servus Dei, Amalbertus nomine, juxta mo-

VARIÆ LECTIONES.

[1802] quoquendum 1. [1803] casiam 1.

NOTÆ.

(400) *Fraisne.*
(401) *Beaulieu* in silva Argonna.
(402) *Tilly, Estain* et *Cassepierre.*
(403) *Fromesy.*
(404) *Clermont* in silva Argonna ?
(405) *Pierrepont.*
(406) *Merle.*
(407) *Vaneau.*
(408) *Rembécourt.*
(409) *Saint-Amand à Rodez.*
(410) Vita S. Pauli edita Acta SS. Febr. II, p. 173, et Mabill. Acta, II, p. 268 ; recentioris ævi est.

rem illius temporis coepiscopus factus, ipsam regebat Ecclesiam, et in quodam oratorio sub honore omnium apostolorum quasi solitariam vitam ducebat [1804]. Et tunc perdidit ista Ecclesia Waslogium, et Tilliacum, et Stagnum, et Merlam, et Casam Petriam et alia quam plurima. Fuit enim hoc sub tempore Caroli Magni.

14. Post hunc exstitit Petrus, vir Italicus. Nam cum esset exercitus Francorum circa Papiam (*an.* 774) et obsideret eam, ab isto, ut fertur (411), tradita est, et ob hoc a Carolo Magno de isto episcopatu honoratus est. Fuit enim in episcopatu per viginti quinque (412) annos, et passus est in eo multa adversa. Certe etiam infidelitatem imperatoris objecerunt illi et ob hoc per duodecim annos imperatorem videre non est ausus. Sed a filiis istius coram principe recte purgatus, (*an.* 794) postea illius adiit præsentiam (413). Multas precarias inutiles fecit, et in diebus illius multæ res ab ista Ecclesia subtractæ sunt.

15. Post mortem vero illius elegerunt sibi episcopum de regis palatio Anstrannum, cantorem ipsius, virum strenuum, cujus industria Bracenses (414) negotiatores isti Ecclesiæ redacti sunt. (*an.* 800) Superfuit quinque annis.

16. Deinde Herilandus suscepit istum locum vir multum simplex et ultra modum infirmus. Cujus etiam tempore multa mala perpessa est ista Ecclesia. Post viginti quatuor annos sui episcopatus obiit Aquis, et est sepultus juxta Anstrannum in basilica sancti Vitoni. (*an.* 823).

17. Defuncto autem isto, abiit pars cleri et plebis ad Ludovicum imperatorem, et petierunt sibi dari domnum Hildinum de Alemannia, virum bonum et sanctum, qui construxit multas ecclesias in isto episcopatu et multa bona operatus est. Sed, post bellum in Fontanido (*an.* 841) actum, a Lothario imperatore magno habitus odio in ista civitate octavis Epiphaniæ (*an.* 847) cum magna tristitia et dolore obiit in Christo vir plenus omni bonitate et charitate. Fuit autem in episcopatu per viginti quatuor annos. Deinde quod oculis vidi liberius valeo litteris exsequere [1805].

18. Domnus Hatto post istum in ista Ecclesia ordinatus est episcopus, et pro prædicto imperatoris odio invenit tunicam sanctæ Mariæ per multa scissam et disruptam, id est, res istius Ecclesiæ nimium subtractas et alienatas. Pro quarum alienatione et suorum afflictione toto nisu erexit se contra inimicos istius Ecclesiæ, donec miserante A Deo tunicam sanctæ Mariæ redintegratam habuit et ad proprium statum reduxit. Insuper etiam obtinuit apud regem Lotharium juniorem Marcelliacum fiscum, et Arbereivillam, et Maureium ad opus fratrum, et Mercuringas, et Crasaidam et Walacras, et per precarias Metganis villam, et Commenarias et Gaugiacum. Et intentio ejus et labor ejus nimius in hoc exstitit ut ista Ecclesia exaltaretur et pace frueretur quod et fecit diebus vitæ Lotharii [1806] junioris. Illo vero mortuo in mense Augusto (*an.* 869), iste etiam obiit Kalendis Januarii (*an.* 870), et sepultus est in basilica sancti Vitoni in crypta juxta corpus domni Hildini episcopi. Fuit autem in episcopatu per annos viginti [1807] et tres. Ipse etiam inchoavit B nostram novam ecclesiam et ex magna parte construxit.

19. Post cujus excessum domnus et sanctissimus Pater noster Berhardus episcopus factus est; qui acclamatione cleri et plebis suscepit sub suo regimine istam Ecclesiam. Cujus intentio et studium sanctissimum fuit basilicam inceptam ad perfectionem usque perducere; quod miserante Deo et fecit. Signa (415) grandia et honorabilia, et minora valde bona in illa basilica suo opere ibidem esse constituit. Pontificalia vestimenta et Evangelium auro gemmisque paratum, thuribulum aureum et aliud argenteum valde bonum, et feretrum ubi sunt nunc reliquiæ sanctorum, honestissimo decore composuit, et alia quam plurima ecclesiastica C ornamenta isti ecclesiæ suæ tribuit. Canonicos suos canonice vivere fecit, et villanis presbyteris viam justitiæ viriliter ostendit, et pueros, inter quos ego, Bertarius unus fui, in humanis et in divinis libris per se et per alios cum summa charitate, instruxit. Obiit autem in Teolegio monasterio, ubi et corpus ejus conditum est, pridie Kalendas Januarii *an.* 879, Déc. 22).

20. Christo miserante habemus nunc seniorem nostrum Dadonem venerabilem episcopum, qui suscepit istum temporibus Ludovici Germanici regis (416). Cum quo etiam anno secundo suæ ordinationis (*an.* 881) obtinuit Meinrodum fiscum per præceptum ad opus sibi commissæ Ecclesiæ.

D 21. Post Ludovicum accepit germanus suus Carolus monarchiam totius imperii (*an.* 882), apud quem adeptus est suo altari Tilliacum fiscum, qui fuerat antea de ista Ecclesia. Post Carolum accepit Arnulfus nepos illius regnum (*an.* 887).

VARIÆ LECTIONES.

[1084] ducæbat 1. [1805] exequ:::: 1. [1806] lottonii *corr.* lottarii 1. [1807] XXX *corr.* XX 1.

NOTÆ.

(411) In annalibus hujus temporis de hac re nihil legitur.

(412) Hi et sequentes episcoporum anni inter se minus bene conveniunt, ita ut certos definire sit difficillimum.

(413) V. Capitulare Francfurt. a. 794.

(414) Cervisiæ confectores, Gallice *brasseurs*, Dachery intellexit. Sed Bracensis centena in dipl. Othonis II ecclesiæ S. Vitoni Vird. dato occurrit.

(415) Id est campanas.

(416) Junioris, qui a 876-882 regnavit.

# CONTINUATIO.

'ost hunc exstitit Barnoinus [1808] episcopus A
25), cujus vitæ priorum desidia solo nomine
is manet memoria.
an. 940) Deinde domnus Berengarius, Primi
s [1809] imperatoris consanguineus, vir nobilis
conicus, factus est hujus civitatis episcopus.
asilicam sanctorum apostolorum Petri et
in qua requiescit corpus sancti Vitoni cum
decessoribus successoribusque suis, in me-
reddidit statum, (*an.* 952) auxit et ornavit
clericosque in ea degentes et multis vilibus
is deservientes abjecit, monachosque inibi
servituros constituit, quibus abbatem præfe-
mine Humbertum, olim ejusdem Ecclesiæ
um, sed tunc temporis divini amoris instinctu
Sanctum Aprum Tullo monachum, ipsique B
um a Deo Patrem factum. Quorum victui de-
t Scantiam villam cum banno, abbatiam
m sancti Amantii in Aquitania cum multis
iis hujus episcopii. Fuit autem temporibus
sti Ottonis regis Germaniæ, de quo dictum est
quod ad triumphum Ecclesiæ cœpit Otto-
re et ad profectum venire. Huic successit se-
s Ottto ad imperium ut floreret sæculum. Hic
defunctus, nescientibus Romanis a suis est
s, et Aquis quiescit sepultus (419). Vixit autem
episcopatu isdem [1810] bonæ memoriæ Be-
ius multis diebus, et sepultus est in basilica
Petri in sinistra parte chori, super quem po-
est altare usque in præsens (420). Hujus ego
m qua indutus erat (*an.* 960) in sepulcro [1811]
s vidi, quæ postea ab ejus corpore evulsa C
fultis autem referentibus audivi quod ejus
ita mortem factus est aridus. Nam quadam
scendente eo ad ecclesiam beatæ Mariæ, invenit
um quemdam solo prostratum beatæ Mariæ
iam celebrantem. Hunc percussit pede, ut
ret. Mox ille surrexit [1812] et viso eo patienter
Sequenti autem nocte lectulo jacentis et
m dormientis episcopi cum beata Tecla
Virgo Maria: *Percute*, inquit, *istius pe-
Tecla, et clerici mei injuriæ ultrix existe.*
ercussione ab eadem hora cœpit ardere pes
et in jam dicto loco monachus factus est.
. præfatus episcopus fratribus sanctæ Mariæ
Bellamvillam dedit. Hujus etiam temporibus in prædicta beati Vitoni ecclesia revelatum et inventum est corpus sancti Firmini per devotissimam feminam Eugeniam, et, pro tuitione civium suarumque amplificanda opinione virtutum, petitione prædicti abbatis Humberti in villam Flaviniacum regalem quondam fiscum honorifice translatum est.

3. Post cujus excessum exstitit domnus Wicfridus episcopus (421), de Bawariorum partibus vir Teutonicus. Iste diligentissime antecessorum suorum acta requirebat, et vitam eorum amplectendo quibus poterat modis imitari cupiebat. Cum autem de eorum virtute et bona opinione multa legeret, et de statu ecclesiæ istius a quibus ditata fuerat satis exquireret, invenit Paulum episcopum inter alios præcipue eam rebus collatis exaltasse et ex inope divitem fecisse. Erat enim extra muros urbis in honore sancti Saturni ecclesia, ubi corpus ejus conditum jacebat, supra flumen posita, in qua multa beneficia præstabat per meritum et intercessionem sui confessoris. Nam ex tumba ejus oleum revera defluebat, cujus tactu plures infirmi sospites efficiebantur, et ab incolis dicebatur hujus sepulcrum plorare eo quod incultum videretur esse. Hanc ergo studiose, et sicut erat pius voto, in honore tanti præsulis magnificare devovit. Quam mox a fundamentis erexit, et Deo volente peregit, et ad petitionem civium, non immemor sui voti, monachos ibi posuit, qui die noctuque servirent Deo et sancto suo confessori Paulo, et in honore sancti Pauli apostoli majus altare consecravit. Corpus autem sancti Pauli ex sepulcro [1813] sublatum v Kalendas Septembris decenter in feretro argenteo reposuit. Ornamentis et signis optimis templum ornavit, et de rebus istius Ecclesiæ victum monachis præparavit, villarumque suarum meliores ecclesias eis contulit. Wasnaum fiscum optimum stipendiis eorum delegavit et alia multa quæ potuit attribuit. Tabulam auream ante altare sanctæ Mariæ fecit, et ornamentis atque coronis ecclesiæ faciem ornavit. Fuit autem tempore Ottonis Tertii, qui a cunabulis sumpsit sceptrum Romanorum et traditus est liberalibus studiis; sub cujus regimine salus fuit mundo (422) et gloria.

VARIÆ LECTIONES.

superscr. XXVIIII *et ita seqq.* 1. [1809] ottonis 1. [1810] *i. e.* isdem, idem. [1811] sepulcro *superscr.* h.
cro) 1. [1812] surexit 1. [1813] sepulcro *superscr.* h. 1.

NOTÆ.

') Cf. diplomata Berengarii ap. Calmet I, p.

) *ad triumphum crescere* et post *imperium*
l. ex rhythmis de obitu Othonis III sumpta
ubi tamen uterque versus ad hunc imperato-
pectat.

) Non Otho II, sed Otho III.

(420) Huc Richardi tempore corpus translatum esse narrat Hugo Flav. ap. Labbeum I, p. 165.

(421) Berengario vivo electus jam anno 962 præfuit.

(422) Cf. Rhythmi l. 1: *Vivo Othone tertio salus fuit populo.*

Evolutis autem multis quibus vixit in isto episcopatu annis, quievit in pace II Kalendas Septembris, et sepultus est in monasterio quod ipse in honore sancti Pauli construxerat, juxta altare in dextra parte. Nec silendum putavi quod ab abbate ejusdem loci audivi. Quadam die de civitate sua causa poscente egrediens domnus episcopus venit in villam fratrum, quæ dicitur Wandersalis (423). Ubi nocte irruente cum detineretur et sui omnes membra sopori dedissent, protinus a comite Sigeberto insecutus est, et, sicut major casus nescientibus ingeritur, a militibus ejus circumseptus capitur. Suis autem ad arma convolantibus, illico nepos ejus Richerus interficitur et episcopus in captionem ducitur. Qui mox excommunicatus ab omnibus episcopis, tandem pœnitentia motus, episcopis, misericordiam exposcens primum dolorem corporis tulit, deinde summam pecuniæ ad diem denominatum domno episcopo revadiavit. Ex qua metalli copia templum sanctæ Mariæ [1814] præter alia gesta in coronis ornavit ut, si manu primam tangeres, usque ad novissimam omnes moverentur. (*an.* 982 vel 983) Tali denique pastore sublato evenerunt huic civitati multa adversa et tribulationes in populo. Nam Lotharius, rex Francorum, quoniam erat rex publica minus defensabilis sub præfato principe Romanorum juvene Ottone (*an.* 984) obsedit civitatem istam (424), sed Deo volente minime cepit; attamen omnia quæ circa urbem erant vastavit. Contra quem cum nostri egressi ad bella venirent ab ejus exercitu superati, plures capti sunt et abducti. Pro quorum liberatione Gobertus quidam, miles potentissimus, claves civitatis regi detulit.

4. Factum est autem post hæc ut Hugo quidam clericus susciperet episcopatum. Hic itaque cum ingressus fuisset civitatem, vocatis ad se ministris, unde viverent, exquisivit. Quibus respondentibus se penitus carere expensis quæ fuerant pontificis, et designantibus exterminationem villarum quarum redditibus vivere solebat, ascenso mox equo reversus est.

5. Quo egresso, susceperunt cives nostri sine regio dono Adalberonem [1815] filium Beatricis nobilissimæ ductricis [matris [1816] Theoderici ducis]. Qui cum aliquantisper episcopatum tenuisset (425) defuncto Mettense episcopo (*an.* 984) ad eamdem se contulit civitatem, episcopatu isto relicto. Ad quem cum venissent nostri, susceptis eis cum honore baculum reddidit.

6. Huic successit domnus Adalbero, filius comitis Godefridi, qui fuit avus ducis Godefridi qui postea accepta uxore principis Bonefacii factus est marquio Italorum. Hic [1817] vero honestus fuit atque humillimus, sed valde infirmus, tantamque corporis sui passus est imbecillitatem ut ipso eodem anno benedictionis suæ Salerniam causa salutis exposceret, nostris secum comitatis. Qui cum ibi moraretur et a medicis curari non posset, reversus est Italiam, ibique ingruente morte, vocatus omnibus suis tradidit abbatiam sancti Germani (426) cuidam Rodulfo, nepoti [1818] suo, qui vixit usque ad tempora domni Richardi episcopi plenus dierum; aliaque multa suis distribuens, mortuus est. (*an.* (427) (991) Cujus corpus, ab Italia delatum a fratre suo comite Frederico, positum est in ecclesia sua in choro sanctæ Mariæ ante gradus, et veneratur ibi summo honore et reverentia usque in præsentem diem. Vixit autem in episcopatu tribus semis annis (428). Horum ergo pontificum nostrorum temporibus, defuncto domno Humberto primo abbate ecclesiæ Sancti Vitoni, gubernata est eadem Ecclesia per annos ferme 60 [1819] cum omni honorificentia a viris illustribus et singulari industria pollentibus, Adelmaro, Adelardo, Ermenrico, Rohardo [1820] Lamberto et Fingenio abbatibus, donec temporibus domni episcopi Heymonis suscepit ipsam Ecclesiam gubernandam, ut post dicemus, domnus et venerabilis Pater Richardus, noviter in ea monachus factus, qui fuit de primoribus Ecclesiæ sanctæ Mariæ Rhemensis canonicus et vir valde religiosus.

7. Ecclesia vero Virdunensis tantis prælibatis pastoribus viduata pastorem a quo vere pascenda foret, et Patrem a quo benigne nutrienda et diligenda esset, tum genere, tum moribus nobilissimum Heymonem, de quo paulo ante diximus, meruit a Theutonica. Qui loco sibi commisso non parum [1821] profuit, cum ecclesiam perbrevem magna ex parte ampliaverit, decoraverit, extulerit, cum præbendæ fratrum Superiacum et alia plura data vel præstaria acquisierit, cum etiam suæ et successorum suorum mensæ a Heinrico pacifico rege, fideliter obsequendo strenueque se habendo, Jupiliam impetratam addiderit. O quanta viri hujus erga ecclesias sollicitudo, cum ecclesiam beati Joannis Baptistæ mutaverit, mutatam ampliaverit, ampliatam Mauro præsuli sanctissimo consecraverit, cum sanctimonialium congregationem inibi ordinaverit et congregationi necessaria ex rebus majoris ecclesiæ providerit! Diligebat

VARIÆ LECTIONES.

[1814] *ita 2 deest* 1. [1815] adalboronem 1. [1816] m. t. d. *superscr.* 1. *habet et etiam Hugo Flav.* [1817] His 1. [1818] nepote *corr.* nepoti. 1. [1819] LXX *corr.* LX 1. [1820] roardo *superscr.* h. 1. [1821] parum::: 1.

NOTÆ.

(423) *Wandresel* prope *Sivry* ad Mosam.
(424) Cf. Richer. III, 101 sqq.
(425) De hac re Vita Adalberonis nihil tradit, ita ut merito dubitari possit, an duo Adalberones Virduni sederint, Cf. Wilmans Jarbucher II, 2, p. 146 sqq.
(426) *Montfaucon.*
(427) V. Necr. Fuldense a 991.
(428) Quod minus recte dictum est, cum Adalbero a. 984-991 sedem Virdunensem tenuisse videatur.

iste ecclesias, diligebant et sui ; operibus piis instabat, instabant et sui. Nam ejus exemplo ejusque desiderio, Amicus præpositus ecclesiam sanctæ Crucis ædificavit, canonicos duodecim locavit, quibus necessaria ex prædiis suis et ex aliunde acquisitis providit. Ad ultimum petitione episcopi locum illum sancto Mauro subdere non recusavit. Dudo etiam præpositus apud castellum Desluwarth (429) ecclesiam in honore sancti Laurentii constituit, canonicos ordinavit, ordinatis necessaria disposuit magnisque operibus cum magno labore et cum miro decore [castrum illud [1821*]] ad effectum usque perduxit. Post hæc a pio pontifice paterne exceptus est aliunde adveniens Pater Ermenfridus, et benigne retentus adjutusque ædificavit ecclesiam sanctæ Mariæ Magdalenæ, canonicisque ordinatis cum summo laboris ardore necessaria providit ; utpote, qui patrimoniis carebat, regibus obsequendo, principibus adhærendo, omnibus se submittendo et cum mira sollicitudine Deum præcipue invocando multa acquisivit. Huic plus contulit vita quam pecunia, plus pia [1822] apud Deum et homines devotio quam aliqua possessio ; plus profuit meritum quam prodesse potuisset aliquod patrimonium.

8. Sub eodem tempore venerabilis Pater Ricardus, qui fuit, ut prædiximus, de primoribus Rhemensis Ecclesiæ, vir maximæ religionis, sæculo renuntians, Fingeniii abbatis hujus ecclesiæ successor factus est (1004). Quam ecclesiam una cum imperatore Henrico Magno in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Vitoni ædificavit et ad effectum usque perduxit. Vita hujus spectabilis vitam ultorum reddidit spectabilem. Religio hujus non habentibus inculcavit, habentibus augmentavit religionem : imo quidquid iste fuit non tantum sibi subditis, sed et extraneis non mediocriter profuit. Saluti aliorum ut suæ invigilabat, correctioni aliorum ut suæ applaudebat. Si aliquis converteretur, sua erat conversio ; si bene operaretur, sua erat operatio. Talis vita, talis, inquam, fama complures admonuit vivere in Christo, cum disponeret mori sæculo. Nobiles se reputabant ignobiles, fortes existimabant se debiles, et, ut tantæ vitæ conformarentur, quidquid erant non [1823] esse omnino nitebantur. Hujus exemplo, hujus, inquam, desiderio, progenies ducis Godefridi præcipue abrenuntiavit sæculo. Fredericus etenim, comes venerabilis, huic Patri se filium commendavit, huic domino se servum subdidit ; prædiis ecclesiam auxit ; cui non solum sua, sed et se ipsum ultro contulit. Et. quia se occasio præbuit de comite Frederico, placet, exempli

A gratia, paulo latius conversionem beati Patris replicare, maxime quia multis credimus gratum fore.

9. Hi igitur præclarissimi viri, videlicet venerabilis Pater Ricardus et inclytus comes Fredericus, initium conversionis in hac ecclesia Deo donante pariter disposuerunt habere. Erat tunc ipsa ecclesia rebus inops, ædificiis angusta, parum laudabilis conversatione religiosa, quam nonnisi septem Scotti monachi sub abbate suo, tamen magnæ sanctitatis viro, nomine Fingenio (430) incolebant. Ergo cum religionis propositum, ad quod pie fervebat, novella plantatio minime se invenire tristaretur, insedit animo, ut id quod desiderabant Cluniaco apud sanctum Patrem Odilonem ardenti B corde perquirerent. Quo cum pervenissent et propositum animi tanto Patri exposuissent, vir sagax et industrius respondit cito, ibi eos habitare non oportere, ubi nulla supererant quæ eorum exemplo corrigerentur, quin potius redirent ad propria ut per eos illis fructificare seges Domino placitura. Qui cum ejus suasionibus deliniti redissent, nec cohabitatores suos ad votum corrigi in dies corde tenus dolerent, iterum migrandi alias consilium habuere (431) ; sed Deus omnipotens, cujus dispositioni nullus valet contraire, aliter id quam voluerunt ordinavit. Erat namque tunc temporis quædam religiosa femina, in reclusione vitam solitariam ducens apud ecclesiam beatæ Mariæ, die et nocte orationibus, et jejuniis et vigiliis studiose in- C sistens. Huic nocte ipsa qua consilium migrandi fuerat divinitus imperatum est ut ab ergastulo illo, quo se per plures annos obstruserat, egrederetur et abbati nuntiaret quatenus prædictos viros, quod solum restabat, monachili professione sine mora devinceret ne eos Ecclesia funditus amitteret. Quæ jussis obtemperans, omni mirante populo, egreditur a cellula et visa vel audita abbati nuntiat. Qui illico eos convocans secundum regulæ præceptum stabilitate firmari compulit. Post tres autem menses, forte [1824] ultima urgente, Fingenius abbas defunctus est et in ecclesia sancti Felicis extra muros Mettensium civitatis honorabiliter sepultus. Quo sepulto, hic venerabilis Pater Dei ordinatione abbas substituitur. Cujus tem- D poribus quantis ecclesia ista honoribus augmentata sit, quanta religione emicuerit, qualibus ædificiis excreverit, palam cernentibus est. Mathildis Saxoniæ comitissa non parva erga [1825] hunc Patrem et pro Patre erga hunc locum exarsit benevolentia, ornamenta plura contulit, crucibus et tabulis aureis et textu cum filio comite Herimanno altare decoravit, multa et redemptionis et salutis

VARIÆ LECTIONES.

[1821*] c. i. *deleta* 1. [1822] *superscr.* 1. [1823] non erant *corr.* erant non 1. [1824] *an* sorte. [1825] *deest* 1.

NOTÆ.

(429) *Dteulewart* : cf. diploma Conradi regis ap. Mab. Ann. IV, p. 716.

(430) « Qui abbatiam sancti Felicis extra muros Mediomatricæ urbis conditæ cum ista regebat. » — (*Vita S. Richardi*, c. 4.)

(431) « In vicino sancti Pauli monasterio, ubi tunc sub Hervino abbate novella plantatio florere cæperat et in dies fructificare satagebat, habuerunt migrandi consilium. » — (*Vita S. Richardi*, c. 5.)

suæ mutua negotia, quibus adhuc honoratur quibusque valde commendatur ecclesiæ præbuit. Hæc comitissa comiti Godefrido copulata quinque filios ex ipso genuit, videlicet Adelberonem, nostræ civitatis post Wicfridum episcopum, et prædictos Fredericum et Herimannum comites, duos quoque ducatus prosapia pollentes, Godefridum atque Gozelonem. Prædictus Herimannus tradidit beato Vitono Rogeri curtem et Felsicam cum bono quod vocatur Hasluth in comitatu Brabanteno, atque Munau cum dimidio Mosomensi mercatu; in Harvia quoque triginta mansos cum familia magna, in Geavia duas ecclesias cum cappella indominicata, et alia multa. Pater vero eorum tradidit Borracum atque Forbacum. Godefridus etiam dux Fontagiam villam ob fratrum suorum memoriam sæpe dicto contulit sancto. Supradictus quoque comes Fredericus, dum adhuc esset in laicali habitu, præbendæ fratrum sanctæ Mariæ omnes centanas eorum potestatum quibus multum inquietabantur, ob remedium animæ suæ Hierosolymam pergens reddidit. Turres lapideas ecclesiæ beati Vitoni de proprio suo fecit et multa alia bona eidem loco contulit, ubi et cum duobus fratribus suis sepultus requiescit. Lietardus quoque, imperatoris Conradi nepos et consanguineus, Bailodium (432) tradens sub eodem reverendo Patre in eodem loco factus est monachus. Pius autem Pater Ricardus vixit usque ad tempora domni episcopi Ricardi, quem de sacra fonte suscepit, rexitque monasterium per duos et quadragiuta annos, vita venerabilis et honestate vitæ omnibus amabilis. Mirabilis erat in religionis proposito Patris hujus instantia, cui aspirare, cui adhærere nitebatur omnis Ecclesia. Cujus institutionibus tota gaudet Francia, et dum religionis habet vestigia, triumphat Lothariensis patria. Quid plura? urbi nostræ quanto major vita hujus commoditas, mors ejus fuit, non dicam incommoditas, sed tanto amplior evenit infelicitas. Hujus non tantum in nostra Ecclesia, verum per totam Franciam seu Lotharingiam manet dulcis memoria.

Hi Patres, qui tot bona Ecclesiæ contulerunt, sub domno Heymone episcopo fuerunt, qui vixit in episcopatu triginta sex annis.

10. (1024) Tam pio præsuli successit præsul Raimbertus, bona defendere Ecclesiæ, etsi non posset ampliare, sollicitus [1826], omnibus suis non parum commodus, religionis et eorum qui sui ordinis erant amicus. Ad ecclesiam sanctissimo Agerico præsuli honeste ædificandam ardentissimus. Vix autem desideratum opus inceperat, vix monachos locaverat, vix necessaria providerat, et desiderio sancti sepulcri peregrinationem (1038) est aggressus; in qua mortuus, et in via Bellagrada sepultus, tandem a canonicis suis videlicet Bernero Constantii filio et Bernardo, miro ardore relatus, et a civibus suis desideranter exceptus, sub tempore piissimi episcopi Richardi et Baldrici abbatis in ecclesia sancti Martini sanctique Agerici a se incepta honorifice est sepultus. Hic sanctæ Mariæ duas cappas optimas et duo ventilabra aliaque honorifica ornamenta cum magna devotione contulit. Vixit autem in episcopatu feliciter quatuordecim [1827] annis.

11. Dolorem vero totius urbis ex morte tanti præsulis mitigavit canonice facta successio venerandi Ricardi pontificis cujus benignitas, cujus, inquam, strenuitas spes erat honorandæ urbis, spes retinendæ religionis, spes conservandi ecclesiastici ordinis. Suscepit ut dux patriam, ut pastor Ecclesiam, providus erga utramque. Attamen singulari pacis sollicitudine suscepit episcopatum tempore Henrici regis, Augusti Conradi filii, onus reputans non honorem, laborem, non quietem, erga sibi commissos singulare studium, non remissionem vel otium. Quod episcopi erat strenue gerebat, parietes ecclesiæ decorans, interiores vita, merito, moribus, exteriores ornamentis decentibus. In quorum apparatu, in quarum sumptu singulariter æstuabat, quibus etiam omne votum omnemque curam postponebat. Hic autem ecclesiæ sanctæ Mariæ, cui præerat, cum magno studio contulit cruces duas de auro et lapidibus pretiosis factas, candelabra sex argentea, thuribulum auri trium librarum, quod Henricus, nondum Romani sceptri monarchiam tenens, pro nimio amore quem erga illum habebat honestissimo opere fieri jussit. Tradidit ecclesiæ beati Vitoni isdem venerabilis pontifex alodium suum, videlicet Haronis curtem (433), et quod habebat ad domnam Mariam pro amore nutritoris sui domni Ricardi abbatis eximii. Prædictus etiam Henricus optimam accerram eidem episcopo cum gemma pretiosa dedit, casulas pontificales duas auro honorifice compositas et alias septem sine auro dedit. Stolas autem auro decoratas, et alias sine auro albasque septem cum amictis aurifrisio (434) paratas isdem episcopus acquisivit. Cappas multas dedit, auro tamen aptavit duas a Raimberto episcopo datas. Pallia multa dedit, dorsalia tamen duodecim optima cum cortina una valde pretiosa contulit. Redemit pallium unum cum aurifrisio quod antea ecclesiæ fuerat, vexilla duo, calicem unum de onichino, et alium cristallinem quem omnino auro et lapidibus parari fecit. Aliud thuribulum argenteum auro coopertum, duo minora argentea, et tria manutergia, unum aureum et duos urceos cristallinos. Hujus tempore vir religiosus decanus Warmundus cappam unam quam sibi rex dederat huic ecclesiæ contulit. Hic autem alodium de Wosophia cum omnibus appenditiis suis a quadam vidua nobili Raingarde præstaria sua et magna

VARIÆ LECTIONES.

[1826] defendere s. 1. [1827] XV, *corr.* XIV. 1.

NOTÆ.

(432) *Baileu.*
(433) *Baroncourt.*
(434) Opus acu pictum.

pecunia acquisivit, et fratribus sanctæ Mariæ eo tenore tribuit ut in die Annuntiationis ejusdem Virginis servitium ex eo haberent et eam solemniter celebrarent.

(1044) Fuit enim suis diebus magna dissensio inter Henricum regem et ducem Godefridum, qui cum rege pacem aliter habere non potuit, donec centanam de Wandelini curte et alia jura quæ tunc temporis potestative in hac civitate tenebat eidem episcopo et ecclesiæ reddidit.

Fuit enim pax et veritas in hoc episcopatu, in diebus ejus intusque et exterius omnes pace fruebantur. O quantum polleret et gauderet civitas, si habuisset hunc continuum pontificem! quantum triumpharet Ecclesia, si meruisset hunc superstitem! Cujus vita non sibi tantum, sed et aliis omnimodo proficiens, quantum amplius contulit gaudium, mors acerbe et infeliciter septimo anno superveniens (1046) tanto [1828] ampliorem molestiam et post mortem venerabilis abbatis Ricardi ipso anno secundum grave adduxit infortunium. Qui venerabilis episcopus quam desideranter mortem sustinuerit testantur omnes qui exsequiis sæpe dicti abbatis interfuerunt. Nam cum extrema infirmitate urgeretur idem venerabilis Pater, domnus episcopus quotidie eum visitabat flens et dolens se superstitem relinqui. Tandem ultima die summo mane adveniens, et videns eum jam extremum spiritum trahentem, ejus nutu ad altare sancti Laurentii accessit missam pro ejus resolutione celebraturus. Qua prædicta ad Patrem rediit, et ultimum valefaciens ejus in oscula lacrymando ruit. Tunc, anima tanti amici Deo commendata, ejus corpus per se lavit et de suo proprio eum honorificentissime induit (435). Tertia vero vigiliarum ipsius peracta die, dum post missarum celebrationem in mausoleum eum venerabilis pontifex deponeret, exosculans pectus illius oravit quatenus pro eo intercederet ne per annum ei superstes relinqueretur. Quod eum impetrasse veris indiciis approbatur, dum venerabilis abbas XVIII Kalendas Julii migraverit, et ipse venerandus pontifex infra spatium medii anni, VII scilicet Idus Novembris, subsecutus sit. Anima hujus requiescat in pace, et memoria ejus viventibus sit continua et posteris in sæcula sæculorum. Amen.

Obiit autem beatæ Mariæ Ricardus episcopus in ista civitate Virdunensi, et sepultus fuit in sinistra parte majoris ecclesiæ Sanctæ Mariæ juxta chorum, ad cujus pedes erat altare in honore sanctorum Nicolai atque Germani consecratum, in quo ante incendium aliud ipsemet consecraverat in honore sancti Nicolai et omnium confessorum. Isti et omnes sancti intercedant pro peccatis ejus ad Dominum Deum nostrum, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Nunc autem in medio monasterio Sanctæ Mariæ requiescit in Christo pontifex ipse, Ricardus venerabilis, translatus a domno Theoderico, successore ejus feliciter regnante cum episcopo, cum omni veneratione celebriter repetitis exsequiis acsi in ipsa die de hac vita migraverit. Hic supradictus Ricardus ante assecutam episcopatus sui consecrationem, quasi peccatis suis exigentibus, urbi contigisse miserabilem paterne doluit infelicitatem, palatia esse incensa, ædificia antecessorum omnimodo diruta, et quidquid prius ad gloriam hoc redactum in ruinam, quidquid erat in suum et coepiscoporum honorem hoc destinatum in miseram destructionem. Quantum autem doluerit testata est mature satisfacta reædificatio. O quantum providus erga suam salutem, quantum sollicitus erga suorum redemptionem, cum pro anima patris sui comitis Hildradi, qui cognominatus est Hecelinus, viri militaris, viri in sæculo strenui, Theonis curtem cum appenditiis omnibus sancto Petro sanctoque Vitono jure hæreditario tradiderit.

[2, *historiæ fine omisso, addit* : cum etiam sanctæ Mariæ Magdalenæ pro se suisque, pro merito, inquam, Ermenfridi religiosi sacerdotis de Marionis curte partem suam legaliter addiderit, ad hoc quod majorem ejus affectum ostendit a cohæredibus suis partium suarum eamdem traditionem [1829] fieri obtinuit. In episcopatu consecratus, vita [1830] moribus cœpit esse religiosior; in sæculo ditior factus, ecclesiis in beneficiorum agmento [1830] cœpit esse commodior. Nam sanctæ Mariæ Magdalenæ dimidiam partem beneficii cum banno apud Ornam, ab antecessoribus suis, a se ipso diu ab Ecclesia possessi, devote contulit. Curtem unam optimi alodii in urbe sitam eidem ecclesiæ addidit, suorumque cohæredum assensum et traditionem non minori studio impetravit. Patris hujus religiosi Rambertus antecessor, religiosus erga urbem, erga ecclesiam, ut dictum est, fuit studiosissimus, qui ecclesiam sancti Martini *permodicam diruit, dirutam reædificavit* [1831], reædificando ampliavit,

VARIÆ LECTIONES.

[1828] ::tanto 1. [1829] traditionum 2. [1830] *sic.* [1831] *quæ litteris obliquis excudenda curavi, in codice 2, in loco raso ab alia manu scripta sunt.*

NOTÆ.

(435) Vita S. Richardi pergit: « Nec eum in crastinum sepeliri passus est, sed post hujus ecclesiæ primas vigilias, prius apud sanctum Maurum, deinde apud sanctum Paulum ei vigilias instituit, ipseque omnium vigiliis studiosus interfuit. Tertia demum die, ordinatis omnium ecclesiarum processionibus cum summo honore ad suæ sedis ecclesiam reportavit, et dictis missis exsequiisque celebratis, cum jam sepeliendus esset, idem pontifex a parte capitis eum elevavit, et eum multis lacrymis pectus et manus deosculans, et eum digno honore sarcophago recondens, oravit et obtestatus est eum, ne ejus superstes per annum maneret. Tantus fuit dolor et devotionis amor viventis circa defunctum, tantus affectus et exauditionis effectus defuncti circa viventem, ut eodem anno, vix emensis quatuor mensibus, idem venerabilis episcopus defunctus fuerit cum maximo dolore totius patriæ. Discessit autem a corpore venerabilis Pater et amantissimus pastor noster, cœlo plaudente, terra plorante, XVIII Kalendas Julii, anno Incarnationis Dominicæ 1046, indictione XIV, concurrente 2, epacta 11, et migravit ad Dominum. »

et eam beato Agerico præsuli, ordinatis ibidem monachis, ante expletum opus devote consecravit. Circa autem hanc ecclesiam efferendam tanta fuit hujus diligentia, circa opus exsequendum tanta hujus instantia ut locum ipsum sancto Paulo subditum, monachorum præbendæ destinatum, absolvere, liberum facere *non* neglegeret *nec* [1832] differret. *Sed* recompensationem *dictæ ecclesiæ promiserat* se facturum, si spes vitæ longioris *protraxisset. Sed* mors ejus immature superveniens fefellit animum, intercepit quod habebat desiderium. Quæ res monachos sancti Pauli, cum studio bonum suum recuperandi, tum [1833] majori desiderio ipsum locum suo subdendi, movit in causas, in lites, in querimonias ; quod ut facilius obtinerent, *causam suam ad curiam Romanam* deferendo, nulla difficultas, nulla eos removit importunitas. Præsul vero Ricardus, unicus custos pietatis, præcipuus augmentator ecclesiastici honoris, desiderio Bamberti Patris suum communicat desiderium, studio illius suum studium, dum æque et amplius valens beneficium reddidit illis apud suam curtem Jupilia [1834]. Quo dono regiis chartis et apostolicis privilegiis confirmato, libertate illi loco [scilicet ecclesiæ sancti Agerici [1835]] acquisita, omnem absolvit querimoniam. Id fructus, id honoris loco suo contulit episcopatus spe suarum ovium brevior. Et quid si desideriis eorum vita diuturnior, secundum Apostolum Christus erat sibi vivere (*Phil.* I, 21), secundum eumdem episcopatum habere bonum opus desiderasse (*I Tim.* III, 1), non parva operum testatus est exsecutione].

12. Huic successit domnus Theodericus, vir Theutonicus, Ecclesiæ Basileiensis canonicus, cujus temporibus multa adversa passa fuit Ecclesia ista. Secundo enim episcopatus sui anno, civitas Virdunensis combusta est a duce Godefrido et comite Balduino (1047), una cum monasterio beatæ Dei Genitricis Mariæ. Qua combustione civitas ista magnum dispendium passa est. Hujus temporibus post transitum venerabilis Patris Ricardi abbatis cœnobium istud suscepit regendum domnus Walerannus.

VARIÆ LECTIONES.

[1832] f. neglegeret et differret *corr.* f. non negl. nec d. 2. [1833] tunc 2. [1834] inpilia 2. [1835] *hæc super scripta sunt* 2.

ANNO DOMINI DCCCCXVI.

# ROBERTUS

## METENSIS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA IN ROBERTUM.

(Ex Gallia Christiana, tom. ultimo).

Robertus, qui et *Ruodpertus*, vel *Rupertus*, nobili Alamannorum genere ortus, germanus Vidonis comitis titulo decorati in diplomate Arnulphi Cæsaris pro monasterio Mauri monasterii regulæ sancti Benedicti se devinxit in cœnobio sancti Galli. Illic litteras est edoctus a Notkero, scholarum magistro, cui plures inscripsit epistolas in quibus sibi gratulatur de monastica professione ; munuscula institutoribus suis petit a parentibus ; Burkardum abbatem tunc absentem de revelatione domestici furti certiorem facit. Ob eximias dotes ad infulas episcopales promotus, a Ratbodo metropolitano in cathedrali ecclesia Metensi sancti Stephani consecrationem accepit, 22 Aprilis 883. Ad id vel circiter tempus hymni quatuor in honorem sancti Stephani a Notkero S. Galli monacho ad illum missi sunt. Libellum quemdam Stephanus Leodiensis episcopus fecit ex plurimis divinorum librorum flosculis decerptis, in quo singularum in anno festivitatum opuscula cum collectis et versibus utili commento congessit, ipsumque Roberto legendum transmisit ad comprobandum. Palli ab apostolica sede ei sicut et aliis ex ejus antecessoribus plurimis delatus est honor. Facultatem, an. 884, indict. II, indulsit Lodoino abbati Gorziensi permutationem faciendi cum Verdinoso S. Stephani presbytero ; clericis S. Arnulphi qui imperatorem Carolum Crassum convenerant, rogantes confirmationem bonorum et restitutionem oblatorum, litteras principis ejusdem jussu concessit circa annum 886, quo licentiam fecit construendi oratorii in Bodonis curte. Interfuit anno 888 concilio Moguntiacensi. Eodem anno una cum Ratbodo Trevirensi alteri concilio provinciali in monasterio sancti Arnulphi 1 Maii celebrato, præfuit.

In sequenti factam Gorziæ confirmavit donationem. Sciscitatus a Stephano papa V num quemdam Flavium cui Normanni digitum lævæ manus amputaverant ad ordines posset promovere, in Flavii gratiam a pontifice accepit responsum circa annum 891. Eodem anno ab Arnulpho rege ad preces Deotmari Saltzburgiensis archiepiscopi archicapellani monasterium sancti Salvatoris ad lacum Chiminascum positum, quod vulgari vocabulo *Owa* tunc dicebatur, olim a superioribus regibus traditum Ecclesiæ Metensi, abstractum est, cujus loco abbatia Luxovii ipsi Ecclesiæ a rege Arnulpho assignata fuit. Ad id tempus mœnia urbis ob Normannorum irruptionem ab illo instaurata fuisse prodit Madaurensis episcopus. Triburiensi concilio prope Moguntiam astitit, anno 895, cum episcopis comprovincialibus, Dadone Virduuensi et Ladelmo Tullensi cujus consecrationi a Ratboldo Trevirensi factæ paulo ante interfuerat. Litteris commendavit ipsi Ludelmo Heldradum clericum, quem ejus propinqui vexabant ob traditas Metensi Ecclesiæ possessiones. Accepit et ipse formatas litteras a Radbodo Trevirensi, anno 906, 15 Octob. de admittendo in diœcesem Metensem presbytero, nomine Gissemaro. Electus est in abbatem a Gorziensibus monachis an. 910. quo memoratur in dono

Richildis regiæ in gratiam eorumdem. Abbatiam sancti Servatii, quæ dicitur *Maestrich*, a præcitato imperatore Arnulpho acquisivit, necnon a Ludovico imperatore castella plurima. Corpus sancti Severi in monasterium S. Martini transtulit, ex A mss. Trevirens. Actis in episcopatu 32 annis, 8 mensibus, et 11 diebus, fatis concessit IV Non Januarii 916. In capella sancti Galli humo mandatus, unde in cryptam cathedralis postea delatus fuit.

# ROBERTI METENSIS
# DIPLOMATA ET EPISTOLÆ.

## I.

## DIPLOMATA.

(*Histoire de Metz*, tom II, *preuves*.)

### I.

PRIVILEGIUM QUO ROBERTUS CONFIRMAT COMMUTATIONEM INTER LODOINUM GORZIENSIS MONASTERII ABBATEM ET VUERDINGUM PRESBYTERUM.

Ordo rationis jure expostulat ut, quoties mundanarum rerum probabilis commutatio certum obtinere nititur tramitem, adhibita inviolabilis charitatis exhibitione, illud quod invicem largiflua charitas impertiri non abnuit scriptis omnimodis roboretur. Unde et quod prudentissima sanxit antiquitas, nec minus fragilioris ævi posteritas hoc idem inconvulsa apicum adnotatione firmare satagit quatenus rationabiliter collata nulla postmodum possint rerum varietate turbari. Quamobrem placuit atque convenit inter Lodovinum abbatem, ac fratres ex congregatione Gorziensis monasterii sancti Petri, seu sancti Gorgonii et quemdam presbyterum, ex congregatione Metensis ecclesiæ sancti Stephani vel sancti Pauli, nomine Vuerdingum ut, per consensum et licentiam domni Rotberti, sanctæ Metensis Ecclesiæ venerabilis archiepiscopi, quasdam res, pro ambarum partium opportunitate inter se commutare deberent: quod ita et fecerunt. Dedit igitur memoratus Lodovinus abbas, ac fratres prædicti monasterii jam fato Vuerdingo de rebus sanctorum apostolorum Petri et Pauli, almique Gorgonii, in pago et comitatu Metense, in villa quæ dicitur Arx, hoc est, de manso petiam unam habentem in longum perticas VII, in latum in una fronte perticas IV et pedes XII. Item in ipsa fine, de vinea, petias III; quarum una quæ est juxta præscriptum mansum, habet in longum, perticas VI et pedes IV in latum, in una fronte, perticas II et pedes X, in alia fronte perticas III et pedes V; alia vinea habet in longitudine perticas X, in latitudine, in ambabus frontibus perticas II; tertia vinea habet in longum, per unum latus, perticas X, per aliud latus perticas XI, in ambabus frontibus perticas VII et dimidium. In summitate ipsius vineæ, in parte unius frontis, de terra inculta perticam I. Item B in ipsa fine, de terra aratoria petiam I habentem in longitudine perticas IX, in latitudine autem perticas VI; in ambalus frontibus pedes XII; intra has prædictas mensuras, per omnia totum ad integrum. Econtra vero reddidit Vuerdingus presbyter, de rebus proprietatis suæ, ad partem ecclesiæ beatorum apostolorum Petri et Pauli almique Gorgonii, Lodovino abbati, ac fratribus prædicti monasterii, in pago Scarponense, in Alnaldivilla vineam unam, habentem in longitudine, per unum latus perticas XI et dimidium, per aliud latus perticas XV, in latitudine vero, in una fronte, perticas VIII et pedes VI. Item in ipsa fine de terra arabili petias II, quarum una habet, in longitudine, perticas XXXII, in latitudine, in C una fronte, perdicas II et pedes XI, in alia vero fronte perticas II et pedes VIII. Altera vero petia terræ habet in longum perticas XV, in latum in una fronte perticas IV et pedes XIII, in alia fronte perticas V et pedes XIV; intra has prædictas mensuras per omnia totum ad integrum. Ea vero ratione ut a die præsenti in futuro quidquid pars juste et rationabiliter alteri consulit parti jure hæreditario succedat, et de collatis unaquæque pars quidquid facere decreverit, videlicet, habendi, tenendi, vendendi, commutandi, in omnibus libero potiatur arbitrio. Et, ut hæc commutatio omni tempore firma et stabilis permaneat, manu propria illam roboravimus, stipulatione subnixa. Actum in Gorziæ monasterio publice anno ab D Incarnatione Domini 884. Indictione XI, epacta XX concurrente III.

Robertus, sanctæ Metensis Ecclesiæ humilis archiepiscopus subscripsit. Lodovinas abbas subscripsit. Optatus decanus subscripsit. Seguinus subscripsit. Gonbertus primecerius subscripsit. Badicho abbas subscripsit. Moyses, Hildebrandus, Scranto, Odelricus, Farnulfus, Godefridus, Ereugus, Soypertus, Sarouvardus, Harno, Gislebertus, Teudo, Vulchadus, Anuclius, Barnerus, Audinus, Segoldo, Rogembaldus, Albricus, Genez, Ernol-

dus, Sugerus, Odelricus, Aldricus, Lambertus, A Evrardus, Homedeus, Hildoinus, Hominus, Bet to, Radouardus, Gisaldus, Attogius, Vandelmarus, Uncrinus, Ricuvoldus, Rotgerus, Goderonnus. Ego Vuichardus, acsi indignus sacerdos et monachus, hanc commutationem scripsi et subscripsi.

## II.

### PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO SANCTI ARNULPHI.

In nomine Domini Dei æterni et Salvatoris nostri Jesu Christi. Radbertus, humilis sanctæ Metensis Ecclesiæ episcopus. Si circa loca Deo dicata pastoris cura magna debet invigilare solertia ne caulæ Dominici gregis illi collatæ paternarum legum detrimentum patiantur, nihilominus erga sibi subditos, et spirituali simul et corporali insudare B oportet negotio, ne Deo militantibus ulla dominari videantur inopia. Ergo noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, præsentium videlicet et futurorum industria, qualiter canonici beatissimi Arnulphi confessoris Christi in surbibio Metensi, degentes Domini senioris nostri serenissimi imperatoris Caroli adierunt clementiam, præcepta præ manibus deferentes regalia quibus ea quæ ad victum et substantiam eorum pertinebant erant corroborata, et arbitrio antecessorum nostrorum pontificum fore ut sublata. Cujus rei causam, ob amorem Dei et fratrum proclamationem, pietatis studio, gloriosus Cæsar libenter excepit, et in notitia suorum procerum detulit; nobis etiam, majestatis suæ jussione præcepit ad præfatum restituere C cœnobium, et quod pater suus, quondam domnus Ludovicus rex, ad stipendia fratrum inibi Deo militantium, pro remedio animæ contulit, per omnia restaurari jussit. Nos etiam, juxta imperialis dignitatis præceptum, necnon et antiquum patris sui domini Ludovici regis privilegium, auctoritate pontificatus nostri, ad præfatum restituimus cœnobium, et ad substantiam fratrum ibi degentium, quidquid et ad nostrum indominicatum per nostros seu fideles fuerat distributum; videlicet ecclesiam in honore sancti Martini in villa Rumiliaco sitam, cum omnibus suis appendiciis, et villam Navis ad Winuticum, sicut in præcepto regio continetur, cum decimatione et integritate totius abbatiæ. Quia ergo et regiæ potestatis præceptum D penes se habere noscuntur, salubre nobis visum est, nostræ etiam auctoritatis ut habeant exemplar. Ideoque præsentem testamenti paginam scribi jussimus, et manu propria subterfirmavimus et manibus canonicorum simul et nobilium laicorum roborari fecimus. R. Metensis Ecclesiæ indignus episcopus subscripsit. Guntbertus primicerius et archidiaconus. Adalinuda abba et archidiaconus. Herigaudus abba. Heininardus abba. Cudofridus abba. Meinardus presbyter. Gundelaio presbyter. Gareinannus presbyter. Otcarius presbyter. Ratramnus presbyter. Verdinajus presbyter. Donatus presbyter. Baldingus diaconus. Adelgarius diaconus. Andreas diaconus. Remigius diaconus. Rotlandus diaconus. Ermenaldus diaconus. Viduicus diaconus. Adelardus subdiaconus. Hugo subdiaconus. Tetboldus subdiaconus. Framarus subdiaconus. Tedricus subdiaconus. Ibinus subdiaconus. Gerboldus subdiaconus. Odacher. Hunargus, Winardus, Regimboldus. Albricus. Magimfridus. Liederus. Queldo. Acdricus. Manno. Adoardus. Amalricus. Guntbertus. Gundicho. Waltarius. Erpaldus. Alfarous. Alevingus. Ado. Turingus. Gauzraldus. Ego Rubtlandus, cancellarius atque notarius, scripsi et subscripsi.

## III.

### PRIVILEGIUM AD ÆDIFICATIONEM ECCLESIÆ DODONIS CURTIS.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Robertus sanctæ Metensis Ecclesiæ humilis episcopus. Notum sit cunctis sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, tum præsentibus quam et futuris, qualiter quidam vir nobilis, Rivinus nomine, nostram expetit benevolentiam quatenus per nostram licentiam ei in villa, quæ dicitur Dodonis Curtis, quoddam liceret construere oratorium, quia, ob difficultatem prolixi itineris quod et inter dictam villam et Berulfivillam, quæ est super rivulum Senode, ubi decimæ erant ex præscripta villa subjectæ, ei suisque tædium erat ire, et ipse ex suo ad illud dotalitium dare; nos quoque super hoc Ludovini abbatis qui his temporibus abbatiam Gorziensem tenebat, cui ipsa ecclesia quæ est in Berulfivilla habetur subjecta, discutientes voluntatem, quia suus erat consobrinus, libenter consentiit, ita videlicet ut ipsa capellula, cum suo dotalitio, hoc est manso I cum jornalibus X in Belciardi curte cum jacentibus, et decimis matri ecclesiæ quæ est in præfata Berulfivilla, omni tempore fuisset subjecta. Nos siquidem utriusque consentientes voluntati, ut postmodum hæc res inconvulsa maneret et stabilis, hoc memoriæ scriptum facere jussimus, et factum manu propria monogramma nostri nominis illud signavimus, stipulatione subnixa. Actum Metis publice, anno ab Incarnatione Domini 886, indictione IV concurrente V, epacta XII, anno vero III, regnante Carolo rege, feliciter. Robertus, sanctæ Metensis Ecclesiæ humilis episcopus subscripsit. Gambertus, primicerius. Lanfridus, abbas. S. Everi abbatis. S. Notingi abbatis. S. Maintardi decani. S. Geremanni cantoris. S. Vuilerdingi præpositi. S. Ermenaldi presbyteri. S. Segoldi comitis. S. Amalrici. S. Ramfridi. S. Fulcherii. S. Ludovini. S. Bolonis. S. Eilulfi. S. Lafridi. S. Leoderii. Ego Adelgarius ac vicem Haldini abbatis scripsi.

## IV.

### PRIVILEGIUM PRO QUODAM WUILERMO.

*Concedit usumfructum aliquot bonorum quibus antea monasterium Gorziense donaverat.*

In nomine Domini. Robertus, sanctæ Metensis Ecclesiæ humilis archiepiscopus. Notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, tam præsentibus quam et futuris, qualiter Willermus quidam dedit nobis, ad partem ecclesiæ sancti Petri seu sancti Gorgonii

ensis monasterii, quasdam res suæ proprie- hoc est in pago Scarponense Alnaldovilla, viduas ubi possunt colligi de vino modii xxx, alio loco, in eodem pago, in Adsaloni manso upato loco, mansos et sortes viii, prata vero lligendum fenum karratas lxxxvii, de silva aginandum porcos cccl, et mancipia octo, um hæc sunt nomina : Lambertus, Adhelra- Ansaldus, Aginaldus, Agnitrudis, Amalrada, lia, Leudrada. Postea vero sua fuit petitio, et a decrevit voluntas, ut ei et conjugi ipsius, ae Datæ, et filii eorum Achildi, tam ipsas res dedit quam et alias, de ratione sancti Petri et i Gorgonii, videlicet in pago Virdunensi, in quæ dicitur Gouderlisia, ecclesiam unam in e sancti Martini, ad quam aspicit mansus et i, et in ipsa villa mansos et alias xiii, et de arabilibus indominicatis ad seminandum in- rasque sationes, modios cc, de pratis vero lligendum fenum carratas cxcvii, silvam ad andum porcos d, et mancipia xii, Audalfum it, et Rambertum, Hormarum et Bernorum, irudum et Teutardum, Lodrudum, Adholsir- Wiredum et Hairedum, Rothoidam et Achil- beneficiare deberemus, quod ita fecimus, ea atione ut, quandiu ipsas res omnes more rio, per beneficium nostrum successorum- ostrorum, sub usu fructuario, quieto ordine it habere et excolere, ac fructus terræ reci- et nullam habeant potestatem quidquid a minuendi aut alienandi, sed quidquid ibidem addere, augmentare vel ameliorare potuerint, perficere studeant, et censum proinde annis singulis in festivitate sancti Gorgonii, quæ est v Idus Septembris, in argento videlicet solidos ii ad partem sancti Petri persolvere non omittant; nam et si de ipso censu tardi aut negligentes apparuerint, cum legis sanctione illum restituant, sed ipsam precariam non perdant. Post decessum quoque illorum, quando quidem Deus voluerit, ipsas res omnes, datæ et acceptæ, amelioratæ, cum omni superposito, absque ullius contradictione, vel judicis assignatione, ad partem memorati altaris sancti Petri vel sancti Gorgonii omnimodis revertantur. Actum in Gorzia publice. Anno ab Incarnatione Domini 903, indictione vii, epacta xx, concurrente v, anno iii regni Ludovici filii Arnulphi regis. Robertus sanctæ Metensis Ecclesiæ episcopus, subscripsit. ✝ Rodolphus abbas, Seguinus decanus, Fulnurfus, Soiperus, Farvavardus, Erengus, Harno, Gislebertas, Teudo, Ancedolius, Agredus, Barnerus, Segerannus, Audinus, Adelmadus, Ardovucus, Johannes, Becio, Astagius, Gisaldus, Vuandclmarus, Teudaldus, Godderannus, Amincus, Agilus, Angeradus, Erloinus, Adelbertus, Giroardus, Girardus, Aginardus, Adovardus, Segeboldus, Rudricus, Anoualdus, Barnerus Heldouvardus, item Girardus, Rotcherus, Aribardus, Britius, Rotlandus, Ragembertus, Giroinus, Ysembardus, Ego Seguinus, acsi indignus monachus hanc precariam scripsi.

# II.

# EPISTOLÆ.

(Apud Goldast., Rerum Alamann. Script., tom. II.)

I.

ntibus suis A. agnus ablactatus pium ba-

perrime a vobis sanus abiens adhuc me va- ofiteor. Peto ergo ut promissio vestra de re- andis sudoribus magistrorum meorum ad m veniat. Mihi etiam veluti peregre consti- mnium indigno necessaria, quæ locuti estis dite.

II.

Cœlesti rore imbuto T. quidquid boni po-

quo subditionis jugum adductus sum, edu- me absque omni remuneratione amicorum m non minori dilectione quam si ex vestro situs essem corpore. Quia enim in Evange- iptum est, *operarium dignum esse mercede* roposui ire ad sonores meas in insulam quæ r Lindouva. Ibi arbitro me accepturum esse aliquod munusculum, quo possim vestram venerari faciem.

III.

R. Spirituali cibo saturato certitudinem famulaminis.

Pietati vestræ dolores nuditatis meæ erubescerem dicere, si miseriam quam patior nesciret. Ea ratione coactus imploro miserationem vestram, mihi præstari licentiam exire ad matrem meam, quæ, ut spero, non dedignabitur mihi subvenire in necessaris rebus.

IV.

Parentibus suis H. coronatus habitu clericatus fidelem in Christo orationem.

Optimum invenisti consilium me transmittendo in monasterium S. Galli ad disciplinæ et doctrinæ ædificationem. Ibi me alia duo invenisse abundanter confiteor. Hæc est autem postulatio mea, mihi velocius ex vestra largitate transmitti tertium mi-

serationis vestræ munusculum, id est duas camisias, et lineam tunicam, quibus incedere possim cum consodalibus meis honorifice, non cum dedecore nuditatis.

V.

Domno R. T. ultimus vester amicus, fidelia orationis et famulatus.

Dum occurrit animo quanta a vobis dilectione et beneficiis dignor, magnus pudor est, nihil congrui forsan posse rependere. Sed rogo ne ideo vos pigeat ceptorum, quia nobis deest copia redhibitionum. Nam perpetem restituet vicem, qui neminem præmii patietur extorrem. Quod autem de docendo puero per nostrum Vodalricum demandastis, licet ipsa vox et memoria jam senescentem fugiat Mœrim, libentissime gratia vestri nostram B impendimus operam. Valete. Ne obliviscantur me sacratissimæ orationes vestræ.

VI.

H. Charissimæ nepti Ruodep. Plurimam salutem, servitutem et orationem.

Mitto tibi, dilectissima, duos homines, et rogo ut tu his tertium de tuis addas, ut eo ducente et te auxiliante saltum circumeant, ut aliquod vasculum inveniant et meis usibus deferant. Memento igitur fidei et servitutis, et hanc mecum fac misericordiam, ut eos ibi adjuves, et ad me redeuntibus tuum adjutorium impendas.

Vale, charissima.

VII.

P. Dilecto suo salutem et profectum in doctrina.

Verba quæ ad me misisti, ut tibi exponam, in Theodisiam linguam transtuli. Sic enim sonare debent.

Quia virtus constillationis in ictu pungentis est. Vuàndo des kestirnis chraàft fergàt unde vir loùfit in sò langero viriste sò man stupf ketùon màg.

Informis materia. Taz chit, skàffelòsa zimber. Intemperies. Intrerteta.

Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Taz chît, kùishéit tere nòh uròugòn.

Quem Deus diligit, hunc exaudit. Cui Deus placabilis, huic exorabilis. Temo die héiligen hòlt sint, dér màg hòrsko gebeton.

In humilitate judicium ejus sublatum est. Tàz in niòmam ze rethe ne liéez tàz wàrt ze léibe ùmbosina deùmuòti.

In Pascha annotino. Id est Paschali festo prioris anni, id est, tér férnerig òster tàg.

Ypapanti. Id est conventus omnium ætatum.

Nomen, namo. Pronomen, fure doz nomen. Verbum, Vuòrt. Adverbium, zùoze démo verbo. Participium, teilnemunga. Conjunctio, geuùgeda. Præpositio, fùrezeda. Interjectio undérvuerf.

Nomini quot accidunt? vui mànegium vòlgent temo nomini? VI. Quæ? Qualitas. Te wilichi. Que?

A Subauditur, ubizèigin sî, alde gemeine ter substantiæ, alde des accidentis. Comparatio. De widermezùngà. Cujus? Tis comparativi, àlde dis superlativi zûo demo positivo. Genus. Tiz chûme. Cujus? Sîn alde. . . . . . . . . . . . . .

VIII.

Quæris a me quid sit *Pascha annotinum*? Est conventinus compatrinorum admissus ejusmodi per omnes octavas sabbati, sancti, id est baptismi per annum, et per ordinem cujuscunque, cum cæteris convivium. Quod vidimus, hoc testamur Presbyter symbolum super infantem dicit, et mensæ participat aquam sapientiæ. . . . . . . .

IX.

Domino et abbati nostro Purkhardo, nos fratres vestri disciples debitas orationes.

De his quæ erga vos sunt, lætificasti nos scripto, quia gratia Dei recte aguntur. Contigit etiam vestris orationibus apud nos, quod ad communiorem lætitiam pertinet, de ecclesiastico censu, qui furto raptus est, partem nos non minimam recepisse, et ipsum furem captum in vinculis nos tenere. Est enim servus Kerotti de Pettenhusen filii Alberici, et nomen ejus Gunzo, et nomen patris ejus Richolf, qui nunc in comitatu militantis sui Domini est. Reddidit ergo coronam, et auream capsulam absque operculo, et aureæ crucis quasi tertiam partem. Majoris quoque capsæ quædam fragmenta, quamvis de gemmis paucæ admodum redditæ sunt. Spes autem residuis manet, quia C venundata sunt in manum cujusdam mercatoris de Buchouva, qui Pero dicitur, et quondam ibi monetarius erat, multa duoque in manus Constantiensium mercatorum, quorum nomina sunt Eccho, Chomuli, Vuoveli, Atbeli, Engezo, Tegenhart. Deus vero quemdam extraneum hominem ad nos mittere dignatus est, qui occulte sibi pactum fieri petit de pretio duarum librarum pro delatura, ut hæc patefaceret. Ipse vero accepto pacto sine mora fratrem Annomen ad Constantiam duxit, ubi particulas auri fabrefactas, quas cognovit, a Tegenhardo fecit præsentari sibi. Sed ille a Perone de Puochouva se emisse eos testatus est. Inde frater idem ad Peronem veniens per Hugonem vestrum militem furem sibi in domo sua latitantem monstra fecit, ; qui sta- D tim captus sub terra occultatum thesaurum, quantum sibi remansit, reddidit, Nunc vobis agendum est cum rege, ut advocati utriusque ecclesiæ tantæ rei exactores fiant, et in suum locum restituant. Nec illud minus intimandum est vobis, quia longe minora et pauciora sunt, quam putastis, quæ a vestris ministralibus in usum nostrum exhiberi jussistis, et quanta grassatur in nostra terra boum omniumque pecudum mortalitas, ut rex per nos reditum ceperit decernere ipsi habeatis de hac, quasi Ægypti plaga, suggere. Qui est autem altissimus vobis Domino nostro prospera cuncta concedat.

ANNO DOMINI DCCCCXVIII.

# SANCTUS RADBODUS

TRAJECTENSIS AD RHENUM EPISCOPUS.

# VITA SANCTI RADBODI

*AUCTORE ANONYMO SUBÆQUALI.*

(Apud Mabillonium, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti, tom. VII, pag. 26.)

## OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. Radbodus, aliis *Radbodo*, post Egilboldum A Trajecti ad Rhenum (*Utrech*) episcopus, ordine decimus quartus, insigni pietate effulsit. Vitam ejus scriptor anonymus ac subæqualis condidit ex ipsius Radbodi convictorum relatu, qualem in ms. codice nactus est Surius, qui melius rebus nostris consuluisset, si primigenium ejus nobis exhibuisset stylum, a quo non sine mendis et debitæ auctoritatis jactura vix recedi potest. Anonymi verba sunt num. 5 : « Pauca commemorabimus accepta ab illis, qui rebus gestis interfuere. » Eodem sensu loquitur sub finem numeri 10.

2. Trajectum inferius, prisco nomine *Wiltaburg* dictum, episcopali sede donatum est a Willebrordo nostro, qui adjunctis sibi monachis, verbi Dei præconibus, Frisios ad Christum perduxit. Monachos in cathedrali ecclesia primum constitutos a Willebrordo, tum Bonifacio martyre, illic ad Carolina saltem tempora perstitisse probant varia temporum illorum instrumenta. At quocumque B tempore monachi in canonicos isthic deflexerint, aliquandiu post episcopos Trajectinos, saltem religiosiores, nonnisi sumpto monastico habitu, ac emissa regulæ professione, hanc sedem inisse colligimus ex Radbodi pontificis exemplo, qui cum in aula Caroli regis educatus, ad Guntarium Coloniam se contulisset ; eo relicto, mox a Trajectinis accitus est in pontificem : nec mora, ut scribit Vitæ auctor num. 4, « mutat habitum, . . perfecteque regularis fit monachus ; neque a carnium duntaxat esu, sed ab omni ciborum voluptate abstinet. » Id Willebrordi ac Bonifacii prædecessorum exemplo factum innuere videtur idem scriptor num. 7 ; et recepto apud Cantuariensis Ecclesiæ antistites mori consentaneum esse, non uno loco docent Anglicanæ historiæ scriptores.

3. Antequam de rebus a Radbodo pontifice gestis dicamus, nonnulla de studiis ejus in aula Caroli regis, ac sociorum Stephani et Mancionis, atque de Mannone, seu Nannone, palatinæ scholæ præfecto, delibanda sunt. Carolum hunc regem Germanici omnes fere scriptores Carolum Crassum imperatorem esse putant, sed vel hoc uno revincendi quod subjectæ Vitæ scriptor subæqualis Carolo regi filium assignet Ludovicum, qui Calvi, non Crassi (qui nullos reliquit liberos) filius ac regni hæres fuit. Quanto studio Carolus Calvus enixus sit ut studia litterarum, quæ grassantibus intestinis bellis ac Danorum incursione, non parum labefactata fuerant, reflorescerent, satis superque probavimus cum in sæculi superioris præfatione postrema, tum in Paschasii Radberti atque Joannis abbatis Elogiis. Sed auctorem nostrum audiamus ex num. 1 et 2 : « Primo Radbodus ad Caroli regis Francorum, inde ad Ludovici ejus filii aulam se contulit, non quod palatinos ambiret honores, sed quod intra regis palatium liberalium disciplinarum studia præclare colerentur. Præerat autem gymnasio illi Manno (aliis *Nanno*) philosophus, cui sanctus puer, fervens discendi studio sedulus adhærebat. Erant autem ei condiscipuli Stephanus et Mancio, » etc. Nil moror Belgicos aut Germanicos scriptores neotericos, qui Nannonem Caroli Crassi *advocatum*, patria Frisionem, et aliquot opusculorum, quæ passim jactari dicunt, auctorem fingunt. Mannoni fuisse nomen verior Surii lectio persuadet, eumque non alium esse facile crediderim ab illo Mannone, monasterii S. Augendi in locis jurensibus præposito. qui anno 870 in synodo Viennensi ecclesiam quamdam cœnobio suo vindicavit. Petavianus codex, in quo Flori carmina, Analectorum tomo I edita, describuntur, hunc præfert titulum, uti et alii quos vidimus codices in Boheriana bibliotheca : VOTO BONÆ MEMORIÆ MANNONIS LIBER AD SEPULCRUM SANCTI AUGENDI OBLATUS. A palatinis ergo scholis Manno (ut verisimillimum est) in S. Augendi monasterium ante annum 870 secessit, ibique locupletem librorum supellectilem Deo sacravit. De Stephano Radbodi condiscipulo, tum episcopo Tungrensi, dicemus inferius. Mancionem Surius perperam Cabilonensem dixit episcopum, quem Catalaunensem dixisse debuerat. Ipse est Mancio a Frodoardo in Historiæ lib. IV non semel memoratus, cujus epistolam ad Fulconem metropolitam Rhemensem de sacerdote nupturiente missam in Analectorum tomo, nuper edidimus.

4. Radbodum in palatinis scholis multum profecisse, et, ut ait Willelmus de Heda, carmine et pedestri oratione valuisse, probat Operum ejus elenchus a Trithemio relatus in hunc modum : « Scripsit nonnulla præclara opuscula, de quibus ista feruntur : Laudes sancti Martini lib. I ; Laudes S. Bonifacii episcopi lib. I ; De sancta Amalberga lib. I ; Homiliarum et sermonum lib. I ; de S. Willibrordo flores, integrum quoque de S. Martini translatione officium, et varios cantus in honorem sanctorum. » Quas Thithemius sanctorum Martini atque Bonifacii *Laudes* vocat, annonymus noster hymnos et encomia dicit num. 7 his verbis : « Texebat de illis hymnos et encomia, quæ in eorum solemnitatibus depromerentur. Et ne quis nos putet

a vero aliena dicere, exstat integrum beati Martini Officium, ab ipso compositum. » De Amalberga virgine librum a Trithemio indicatum ms. codex Bigotianus olim complectebatur hoc titulo : *Tomellus domni Radboudi sanctæ Trajectensis ecclesiæ episcopi de Vita et meritis paradoxæ virginis Amalbergæ. Tomellus* hic nihil est aliud præter homiliam a Trithemio laudatam, quam ex eodem codice Bigotiano superius, ubi de Amalberga virgine, publicavimus (*infra col.* 553). In sæculi III parte I, ad Vitam S. Willibrordi sermonem in ejus natali habitum exhibuimus (435*), qui nescio an is ipse sit quem Trithemius Radbodo nostro tribuit. Præter ea quæ Radbodo Trithemius assignat, Willelmus de Heda nonnulla ejus poemata descripsit, quæ pro tempore elegantem auctoris venam arguunt. Idem Willelmus Radbodi breve Chronicum retulit, ex quo initi ab ipso pontificatus annum et alia ejus temporis gesta discimus. Denique Surius tomo VI Eglogam de S. Lebuino refert, eidemque Radbodo ascribit. Hæc de ejus scriptis.

5. Anno igitur qui nongentesimum præcedit desinente, ad Trajectinæ sedis fastigium vocatus Radbodus, clericale schema cum monastico commutavit ; moxque creditum sibi gregem verbo et exemplo pavit assidue. Temporali quoque ipsius subsidio cavit, impetrata ab Arnulfo ejusque filio Zuentiboldo regibus Daventria, cum adjacentibus prædiis, in quæ loca, destructo a Nortmannis Trajecto, se recepit. Quin etiam anno 914 privilegium a Conrado rege accepit ab Heda relatum, quo ecclesiæ suæ prædiis ac juribus tuitionem ac securitatem consecutus est. Tandem cum inter frequentes paganorum procellas hac illacque tutanti gregis ergo discurrisset, apud Homersum sive Othemarshem occubuit, Daventriæ sepultus. Mortis ejus diem III Kal. Decembris consignant omnes, in anno vero auctores variant, aliis annum nongentesimum decimum sextum aut septimum notantibus, aliis sequentem, nonnullis vero decimum nonum præferentibus. Annus post Christum natum nongentesimus decimus octavus Radbodo postremus fuisse nobis videtur.

6. Radbodi sanctitatem anonymus noster eximie prædicat : sed qui post ipsum *sancti* nomen ei tribuerit ante Adamum Bremensem in Hist. cap. 21 lego neminem. Regino in Chronico Radbodum *venerabilem* vocat antistitem ; Joannes de Beka *virum veraciter sanctum* ; eadem de illo scribit Willelmus de Heda, Trithemius, Wion, Miræus, Molanus, Cratepolius et alii passim recentiores. Auctorem nostrum audire præstat, postquam obiter notaverimus largiter falli eos qui Radbodum nostrum fingunt regni archicancellarium. Hoc enim munus Radbodo Trevirensi archiepiscopo delatum est, non Trajectensi, ut ex variis ejus ævi monumentis facile colligitur.

(435*) Frustra requireretur in loco citato Sermo de quo hic agitur.

# INCIPIT VITA

1. *Radbodi nominis etymon ; maternum genus ; studia litterarum. Scholæ palatinæ adhæret.* — Beatus Radbodus, e nobili Francorum genere prognatus, parentes Christianissimos habuit, et ipse suis meritis magno ornamento mundo fuit. Nam ab ipsis prope incunabulis jam animo tendebat ad cœlos. Nomen ejus mysterio non vacat, quod *consilii nuntium* Latine possis reddere. A Christo enim mittendus erat optimi consilii legatus ad Frisios a quibus maternum duxerat genus (436), quibus certe optime consuluit. Dux Frisonum Radbodus, quem alii regem vocant, matris ejus atavus fuit ; cujus nomen ei mater imposuit. Cum primum dicendi capax esse visus est, discendis litteris admotus est. Primæ ætatis tempus exegit apud Guntherum (437) Coloniensem archiepiscopum, avunculum suum, litteris operam navans. Sed cum illi episcopo res adversæ accidissent, puer egregiæ indolis, hortantibus suis, plerisque etiam adjuvantibus (quippe quem Dei gratia qua præditus erat omnibus charum efficeret) primo ad Caroli (438) regis Francorum, inde ad Ludovici ejus filii aulam se contulit, non quod palatinos ambiret honores, sed quod intra regis palatium liberalium disciplinarum studia præclare clare colerentur. Præerat autem gymnasio illi Manno [*al.*, Nanno] philosophus, cui sanctus puer fervens discendi studio sedulus adhærebat.

2. *Radbodi socii.* — Erant autem ei condiscipuli Stephanus (439) et Mancio, ætate quidem superiores, sed non tamen studio. Itaque inter illos exstitit pia quædam æmulatio, conabaturque alter alterum excellere, non honoris ambitione, sed humilitate, legendi et discendi diligentia. Quorum virtus eo progressa est ut non multo post uterque episcopus creatus sit, Stephanus quidem Tungrensis Ecclesiæ, Mancio vero Catalaunensis [*Surius*, Cabilonensis, *male*]. Radbodus autem venerabilis adolescens, instar apis sedulæ litterarum floribus insidens, multam inde eruditionis copiam collegit donec omnium judicio non mediocriter doctus est existimatus. Interim virtute animi adolescentiæ motus comprimebat, carnis rebellionem parcimonia edomabat, mundum et mundana omnia cœlestium amore contemnebat, spiritalibus inhiabat deliciis, rebus caducis omnibus nuntium remittere plane constituebat. Ætas quidem necdum matura erat, sed

(436) Inde plerique scriptores Belgici seu Germanici Radbodum genere Frisium dicunt. *Lomaganium* ejus patria dicitur infra num. 3.

(437) Alio nomine Guntarius Lothario regi a consiliis, quem *rebus adversis* pressum, hoc est a Nicolao papa subjectum anathemati ob incestas regis cum Waldrada nuptias, Radbodus merito deseruit.

(438) Carolum hunc regem non Crassum, sed Calvum fuisse, superius in observationibus prævils docuimus.

(439) De Mannone, Stephano et Mantione vide etiam observationes prævias.

ris et canis erat moribus, illecebras omnes
iens solique Deo placere contendens. Nocte
e spiritalibus vacabat epulis, et jam tum af-
atque desiderio consectabatur quod postea
præstitit.

Radbodi patria. *Hugonem abbatem sequitur.*
vero regem ejus latebat virtus. Nam quanto
udiosius occultare se connitebatur, tanto ejus
, vel maxime invito illo, latius populi ore
idebatur. Fit charus regi propter morum in-
atem, proceribus regni venerabilis, acceptus
babilis populo, ut qui non obscure Deo gra-
amabilis videretur. Postquam autem Carolus,
uo adolescentiæ annos exegit, e vita deces-
es volens invisere Lomaganium (sic enim
ejus patria dicebatur) adiit. Porro etiam
ni, summæ dignitatis abbati et ea tempestate
abbates præcipuo, sese adjungens doctrinæ
am præ cæteris tulit, simul etiam virtutum
semper ad altiora scandens, ut lampas cœ-
præclare ubique refulsit.

*Episcopus creatur. Monasticum induit habi-
Astinentia ejus. Aquam in vinum commutat.*
erea Egilbertus (440) Ultrajectensis Ecclesiæ
d vitam cum morte commutat. Tractatur de
tuendo idoneo pastore, miraque cleri et
i consensione, non sine nutu Dei, Radbodus
m dignissimus censetur. Idem est Arnulfi
m regni moderabatur habenas, itemque
pum de eo judicium. Itaque cleri regis, prin-
populi studio et voluntate vir sanctus, primo
m hujus rei ignarus, postea vero diu reluctans
pus creatur (441). Ea re non mediocri animo
affectus diu hæsitabat quid faceret. Tandem
em fugere dum vult, vel invitus rapitur ad
iram honoris. Percepta igitur benedictione,
regis miles processurus ad pugnam armis
libus animo virili se accingit, mutat habi-
moribus addit majora etiam ornamenta,
ique doctrinæ obtemperans, augustam valde
etitur viam perfecteque regularis fit mona-
eque a carnium duntaxat esu, sed ab omni
m voluptate abstinens, biduanis tridua-
jejuniis animum pascit, corporisque imbe-
em, vix ossibus hærens, naturæ necessariis
vilibus sustentabat alimentis, interim tamen
hilaritatem præ se ferens, et ita se com-
inter suos ac si delicatis cibis vesceretur.
enim, quoad fieri potuit, omnes latere
entiam suam, paucis tantum ejus consciis.
cum laicus (442) quidam, episcopo fami-
liariaris et crebro eum invisens, experiri vellet ali-
quando ei ad mensam assidens et more usitato
cum eo colloquens, tandem petit sibi copiam fieri
bibendi ex poculo quod erat pro consuetudine illi
appositum : quod quidam erat ex onyche factum
congruenterque ornatum auro, sed aqua plenum.
Ubi, quid tum miri per servum suum effecerit
Deus mirabilis in sanctis suis, res ipsa sileri non
patitur. Non sinit episcopus ut ille ex poculo bibat,
nolebat enim in aliorum notitiam deduci quid in
illo esset; sed tamen oblata quadam opportunitate
alter clam arripit poculum, episcopus vero id
advertit, sed, cum prohibere non posset quin bi-
beret, suspirat ad Deum et ingemiscit. Et ecce an-
tiquo renovato miraculo aqua mutatur in vinum
optimum. Id sentiens explorator ille, ad pedes
sanctissimi antistitis advolvitur petit veniam, spon-
det se deinceps nihil tale attentaturum. Etsi autem
præsul sanctissimus id celare voluit, non tamen
per erat celari opus Dei, convenienter illi sententiæ
Raphaelis angeli dicentis ad Tobiam : *Sacramen-
tum regis abscondere bonum est : opera autem Dei
revelare et confiteri honorificum.*

5. *Charitas ejus in pauperes. Continentia.* —
Quotidiana ejus conversatio, quoad in corpore
vixit, quam grata Deo, quam optata et suavis ho-
minibus fuerit, quotidiana illo virtutum augmenta
capessente, tametsi explicare nos pro dignitate
non valemus, tamen vel pauca commemorabimus
accepta ab illis qui rebus gestis interfuere, ut faci-
lius lector fidem nobis adhibeat. Quidquid ex rebus
mundi hujus habere potuit accurate in pauperes
erogavit, cumque omnium bonorum operum flore-
ret exercitiis, attamen in benignitate erga paupe-
res nulli secundus fuit. Quotidie, demptis paucis
solemnitatibus, suis manibus lavabat pauperum
pedes, præbebat eis victum, nudos vestiebat,
infirmos visitabat, claudis et pupillis curam adhi-
bebat. Ejusmodi studiis et officiis humanitatis et
misericordiæ diu noctuque incredibili vigilantia et
sollicitudine indefessus vacabat, nec unquam id
genus frangebatur laboribus, id plane in lucris
ponens quidquid in miserorum solatia contulisset.
Nulla apud eum visebantur ornamenta aut inanis
mundi pompa, non illi inerat auri sacra fames.
Nefas putabat ejusmodi oblectari. Itaque, con-
tempto mundo et quidquid is præstare potest
amicis suis, cœlestium amore fervebat solo cor-
pore degens in terris.

6. *Sanctos Willebrordum et Bonifacium colit.* Cum
autem Trajectentem Ecclesiam Dani vastassent (443)

) Is Conradi filius, plurimis per Galliam cœ-
auctus, ducatu quoque insignis anno 887
nis excessit, ad S. Germanum Autissiodori
us.

) Egilboldum vocat Joannes de Beka cum
no de Heda et aliis passim auctoribus :
dum scribit Zuentiboldus in suo apud eum-
Villelmum diplomate.

Gommarum dicunt Beka et Heda; quo
ctore nuspiam significant.

Qui episcoporum Trajectinorum res gestas
persecuti sunt recentiores historici ejus urbis exci-
dium aptant Egilboldi temporibus. Potior mihi vi-
detur hujus vitæ scriptoris auctoritas qui Adamum
Bremensem in Hist., cap. 31, suffragantem habet
his verbis. *Frisia depopulata est. Trajectum civitas
excisa. Sanctus Radbodus episcopus urbis cedens
persecutioni Daventriæ sedem constituit, ibique
consistens anathematis gladio paganos ultus est.*
Paulo ante Daventria cesserat Trajectensis Eccle-
siæ juri Zuenteboldi et Caroli Simplicis regum
concessione quam inter alios Heda commemorat.

sæpius Daventriæ morabatur, animo tamen semper Trajecti inhabitans; quo etsi reddita pace crebro se conferret, non parum dolebat et ipsi et aliis quod res et tempus, non sinerent eum illic perpetuo residere. Proponebat sibi in animo ad imitandum multos sanctos Patres, eos præsertim qui ejusdem Ecclesiæ fundamenta in firma petra Christo primo collocarunt, puta Willibrordum et Bonifacium, meritis et sanctitate præcipuos, quos ardui itineris quo illi præcesserant duces sibi elegit imitandosque suscepit, quos etiam in superliminaribus pectoris sui depinxit intentaque animi contemplatione semper intuebatur. Qui morum sanctitate, et optimis exemplis meritorumque patrociniis etianum summi regis familiam sublevant, quod, alter in pace confessione, alter sanguinis effusione clarus, ambo ex hoste triumphantes cœlestis militiæ consortio perfruuntur. In horum igitur vestigiis insistens semina fidei spargebat commisso gregi, seipsum quotidie vivam hostiam immolabat Deo, toto pectore aspirabat ad cœlestem patriam, moriebatur mundo, vivebat Christo, totus versabatur in cœlo. Erat lucerna Christi super candelabrum posita lucens omnibus qui in domo Dei erant, interim apud se coram Deo humilis.

7. *Futura prædicit. Virtutum ejus series. Hymnos et S. Martini componit officium.* — Nec deerat illi prophetiæ spiritus. Multa enim, ut prædixerat, cito evenerunt, multa non longe post acciderunt. Semper animo Domini legem meditabatur, nec eo contentus etiam opere exsequabatur eam, factus jam victor animi, doctor charitatis, cultor castitatis, pauperum sustentator, mœrentium consolator. clero spes invicta solatii, populo indefessum levamen, suis omnibus a facie inimici turris fortitudinis, justi adeo tenax ut nec prosperis nec adversis adduci posset ut ab eo deflecteret. Nunquam ab ore ejus Christus abfuit, quem etiam animo perpetim quidquid ageret affixum habuit. Nunquam vel lectionis, vel orationis studio fatigabatur, nunquam misericordiæ officiis et operibus satiabatur, jejuniis et vigiliis semper addictus. Ejus labia semper stillabant dulcedinem, serebant pacem et salutis remedia, semper Christum ejus eloquia sonabant. Præcedentium Patrum, ut diximus, exempla cupidissime sectabatur, eorum memoriam, legendo, audiendo, colloquendo, vel quidpiam de eis componendo incredibili aviditate usurpabat. Texebat de illis hymnos et encomia quæ in eorum solemnitatibus depromerentur. Et, ne quis putet nos a vero aliena dicere, exstat integrum beati Martini officium ab ipso compositum. Illum enim præ cæteris specialem sibi patronum delegerat, nihil dubitans ejus se patrociniis adjutum iri. Nullis unquam frangebatur adversis casibus, nullis circumventus est rugientis hostis insidiis, undique firmissimo Dei præsidio communitus, non cujusquam hostilia arma, non quoscunque casus asperos reformidabat.

8. *Danos Frisiam infestantes anathemate percellit. Hinc illi peste multati.* — Visitans aliquando creditum sibi gregem in Frisiam profectus est, ut, si qui illic pristini erroris emergerent frutices, eos spiritali vomere extirparet doctrinaque fidei credentium animos irrigaret. Occurrunt autem Dani ejusque conatus impediunt. Sed ille tamen nihil mortis periculo absterritus salutares eis adhortationes adhibet, ut repudiatis erroribus complectantur veritatis viam, At, illis obduratis animis in malitia persistentibus mortemque ipsi minitantibus, anathematis in eos sententiam vibravit. Tum vero divina ultio confestim eos persecuta est. Nam peste horrenda tamque fulminis ictu percussi omnes fere exstincti sunt, nec unquam impune tulerunt quoties Trajecti molestia eum affecere. E vestigio enim Dei judicio plectebantur, ut persæpe testati sunt ex illis paucissimi qui se vivos evasisse lætabantur.

9. *Baldricum successorem prædicit eumque designat. Tempus item mortis.* — Per id tempus, Valdricus (444), egregius adolescens, Ricfridi comitis filius, interdum ad beatum virum venire solebat. Itaque quandoque præsente illo vocavit ad se Nitgerum presbyterum et Richardum militem, aitque ad illos spiritu prophetico : Adolescens hic, quem cernitis, mihi in episcopatu succedet, et per eum Deus sedem hanc instaurabit, Ecclesiæ res multum augebit, destructa et diruta reparabit. Neque id semel atque iterum, sed crebro de illo adolescente prædixit. Vera autem dixisse eum, toto orbe teste, res ipsa declaravit.

10. Aliquando missam beatus vir celebrans, cum Apostolus recitaretur, accitis ad se Eliolfo et Rotguito præsbyteris cœnobii Embricensis, ita ait : Equidem non diu posthac victurus sum. Diligenter ergo honorem habetote huic juveni Baldrico. Ego enim post annos tres et menses sex hic et vita abiturus sum, et hic sine dubio obtinebit sedem meam. Illi his auditis stant attoniti, non mediocriter admirantes ejus vaticinium. Non diu post idem juvenis eo tempore quo solent conferri sacri ordines duos suæ ditionis clericos, Bennonem et Saxonem, ad virum Dei adducit, orans ut sacros ordines ab ejus manibus accipiant. Cui vir sanctus, ut semper erat jucundo ore, subridens : Noli, inquit, fili, frustra me ad hanc rem invitare. Tuum est id quod me rogas præstare, non enim meis, sed tui manibus isti ordinabuntur, idque post annos duos et menses sex. At Baldricus juvenis, animo consternatus, fundit lacrymas, omnia vel tuta timens, nec credens fore quod vir sanctus aiebat. Cernens autem beatus episcopus non mediocriter eum discruciari, blande consolari eum cœpit. Ne timeas, inquit, Baldrice, nec animus generosus ignavia frangatur. Res ecclesiæ, quæ nunc pauper et inops habetur, per te donis Dei innumeris locupletabitur, et rerum facies in-

(444) Baldrici res gestas fuse referunt jam sæpius laudati Beka et Helda, eique patrem Rixfridum Clivensem comitem, assignant.

opinato mutabitur. Tu ædes episcopi jam multis annis Trajecti Danorum vastatione eversas pristinæ dignitati restitues. Hæc aliaque id genus plura vir sanctus eventura prædixit quæ non secus atque ab illo dicta sunt, ut jam ab omnibus cerni licet, postea completa sunt, ita ut verbis frustra fidem iis facere videamur quæ suis quisque oculis vera probare potest.

11. *Episcopus a sæcularibus officiis alienus esse debet.* — Cumque a rege invitaretur ut aliquid ei præstaret officii, comiter respondere solebat : Justum est sublimioribus obedire potestatibus, sed episcoporum non esse sæcularibus implicari negotiis, in quorum castris milites Christi militant, quisnam ambigit? Debent illi spiritaliter induti armis ecclesiasticis pro regis et populi salute, pace et stabilitate cum suis Dominum deprecari, continuis precibus animarum lucra quærere, non sectari terrena. Milites militiæ regiæ cingulo præcinctos beneficiisque cumulatos id præstare par est. Atque ita inspecta lege perfectæ libertatis, nec blanditiis dimoveri potuit a sententia, nec minis ullis si quæ essent intentatæ, soli Deo placere malens quam hominibus.

12. *Ad mortem se præparat.* Cum sic autem longe ante præsciret obitum suum, dubitare nemo potest quin ardenti lucerna præparaverit se Domino a nuptiis redeunti. Vigilavit plane ut confestim aperiret pulsanti, triticique mensuram Domini sui familiæ tanto diligentius erogavit quanto certius noverat se brevi rationem illi redditurum. Nec formidabat mortem, cui mori lucrum et vivere Christus erat. Ad pacis, concordiæ charitatisque studium, ita ut solitus erat, hortabatur suos, se ipsum vero pauperem spiritu, meritis divitem, a terrenis alienum, cœlestibus familiarem, quantum humana sinit imbecillitas, efficere connitebatur. Jejuniis, psalmorum deliciis, vigiliis, eleemosynis, magna animi contentione mortem suam communire curavit.

13. *Beatæ Virginis ac sociarum visione recreatur.* — Non est hic prætereunda sublimis illa visio quam ipse sibi obtigisse quibusdam e suis indicavit. Cum aliquando graviter decumberet ita ut vivendi spem omnem abjiceret, beatissima Dei genitrix semperque virgo Maria, subsequentibus ipsam sanctis virginibus Tecla et Agne, cum multa luce ei apparuit totum habitaculum splendore perfundens. At ille tanta visione valde perterritus loqui præ timore nihil potuit, et propemodum exanimatus est. Tum vero Porta salutis, Domina mundi, consolationis medicinam ei adhibens, omnemque non modo timorem, sed etiam languorem depellens : Ne timeas, inquit, Radbode, certus eam te intueri, cui crebo supplices offers preces. Non ergo te mea dedignor consolari præsentia qui in tuis ad Deum precibus mei semper memoriam usurpas. Noveris autem nihil ex hoc morbo tibi imminere periculi, sed curatum te iri, nec tamen diu postea in carne victurum : securus esto tui : vigilare et operari ne cesses, sed perge ut cœpisti. Sub his verbis repente splendor ille disparuit, sed permansit diu odor gratissimus, morbus omni plane ablatus est. Hæc cum ille clam quibusdam e suis exposuisset, (neque enim se vivente voluit cuiquam ea innotescere) simul etiam formam, habitum, ornatum sanctissimæ matris Dei illis explicavit, addens pulchritudinem ejus neminem satis posse admirari; sanctas autem virgines Teclam et Agnem tam ex vultu quam vestitu potuisse dignosci.

14. *Febre correptus, orationi indesinenter incumbit. Moritur et Daventriæ sepelitur.* — Porro exactis triennii et sex mensium spatiis, de quibus supra dictum est, in pago Trente (445) febre correptus, ocius jubet suos inde secum proficisci, ne febre invalescente manere illic cogeretur. Hieme enim non facile ex eo pago potest quispiam exire. Ipse vero sciebat adesse jam tempus migrationis suæ. Etsi autem morbo ejus omnes affligerentur, tamen morem illi gerentes cœperunt iter habere ad Œtamarsem (446), ubi si sui permitterent, sepulturæ locum sibi ille delegerat. Parvum tunc illic oratorium erat, ubi sæpe ille manere solebat, quod amœno loco situm esset. Ille ergo pro voto rebus suis constitutis, non Dei famulatu defessus, non morbi vi fractus, sed vultu hilaris, mortem nihil metuens, quippe ad Christi convivium invitatus, corpore jam præmortuo, spiritu magisque vivificabatur. Nec quiescebant labia cum extremas duceret horas, mirumque in modum ita psalmos depromebat ut iis qui aderant lacrymarum imbres exprimeret. Planeque gaudenti similis, quod lingua moveri potuit et halitus relictus erat, inter psalmos identidem repetebat antiphonam illam, *Ecce læti*, etc., quæ est prima in beati Martini confessorum principis ab ipso compositis responsoriis. Nec dubium erat interim vallatum beatissimis angelicis spiritibus nihil tenebrarum pertimuisse monstra. Sed neque credimus longe abfuisse Martinum, eximium præsulem, specialem patronum ejus quem toties canora voce salutare videbatur. Tandem, mense Novembri ad extrema tendente, ipse quoque diem clausit extremum, felicissime migrans ad Dominum. Sanctum autem corpus mox feretro impositum clerus et populus omnis cum hymnis et psalmodiis in primis reverenter et honorifice Daventriam perduxerunt. Cumque jam oppido appropinquarent, incolæ ejus omnes mœstis animis obviam processerunt, atque, ita permistis lugentium et psallentium vocibus, sacrum corpus in ecclesiam importatum ea parte, quæ Septentrionem spectat, humatum est, spiritu exultante et perfruente gaudio Domini sui cui in hac vita servierat; cui est honor, et potestas et gloria per infinita sæcula. Amen.

(445) Drentensis, seu Trenta, pagus Groningam inter et Coevordam medius.

(446) Nunc Otmarsum, *Oectmarth*, dicitur hic locus in pago Wentensi ad Linchelum amnem non longe a Benthemio, decanatus caput apud Lindebornium in Historiæ Daventriensis cap. 8.

# RADBODI BREVE CHRONICUM.

(Mabill. Act. SS. ord. S. Bened. tom. VII, pag. 267).

Anno ab incarnatione Domini 900 apparuit in cœlo mirabile signum. Stellæ enim visæ sunt undique tanquam ex alto in horizontis imum profluere circa poli cardinem, omnes fere inter se concurrere : quod prodigium secutæ sunt tristes rerum calamitates, aeris videlicet maxima intemperies, crebique ventorum turbines, fluminum quoque terminos suos transgredientium, terribilis quædam quasi cataclysmi imago; et, quod his pestilentius est, diræ hominum adversus Deum se extollentium tempestates. Hoc eodem anno, priusquam tamen Epactæ mutarentur, Folco Remorum episcopus metropolitanus, et Zuentiboldus rex interfecti sunt: ac non multis antea diebus ego peccator Radbodus inter famulos sanctæ Trajectensis Ecclesiæ conscribi merui. Atque o utinam ! cum eisdem æternæ vitæ consortium merear adipisci.

# SERMO S. RADBODI DE S. SWITBERTO.

(Ex Boll. Act. SS. Mart. 1, pag. 85).

1. Acturi, fratres charissimi, diem nostræ specialis jucunditatis, in qua patroni nostri beatissimi Switberti sancta admodum commemoratio facienda est, oportet nos paratos esse ad omne opus bonum, promptosque habere animos ; primo quidem ad audienda legis divinæ mandata, postmodum vero ut, quantum possumus, ea factis exsequi studeamus, et sic demum alios docere possimus. Hoc enim fecit Dominus noster Jesus Christus, de quo ita scriptum est : *Cœpit Jesus facere et docere* (*Act.* I, 1). Alioquin irrita et inanis nostra erit doctrina, si ea quæ diximus, nihil agendo destruamus. Nam quid prodest alicui, si bene audiat, et male agat ? aut quid proficit illi, si alii viam pedum ostendat, ipse aûtem in via morum errare non desinat ? Nos igitur vestigia Redemptoris nostri sequentes, quælibet bona libentissime audiamus ; audita vero dignis actibus compleamus, et sic per ordinem ad instruendos proximos accedentes, consulamus eis rerum bonarum doctrinis pariter et exemplis. Hoc ergo ut sive dilatione fieri possit, revocanda sunt nobis ad memoriam Patris nostri, de quo supra diximus, opera : qui in omnibus quæ docuit, prius a semetipso auditoribus suis exemplum dedit, neque unquam in Ecclesia aliud faciendum dixit quam in quo ipse faciendo præcessit. Verum ut se imitari volentibus hoc quoque manifestum fiat, facta ejus Deo placita, omnique audienti satis necessaria in publico recitentur, quatenus ex eisdem plebs Christi ædificationem accipiat, ac de tanti viri gloriosis precibus semper gratulabunda existat.

Sed quia nobis quædam sunt occulta quæ eum fecisse post Deum sola novit antiquitas : quippe qui ab Anglorum provincia in nostros fines venisse probatur, scripta venerabilis Bedæ presbyteri proferantur in medium, qui in Regestis Anglorum, inter cætera sic de hoc sanctissimo viro scriptum reliquit.

2. Tempore B. Willibrodi Trajectensis episcopi, fratres, qui erant in Frisia verbi ministerio mancipati, elegerunt ex suo numero virum modestum moribus et mansuetum corde Switbertum, qui eis ordinaretur antistes. Quem ad Britanniam destinatum, ad petitionem eorum ordinavit reverendissimus Wilfrid episcopus qui, tum forte patria pulsus, in Merciorum regionibus exsulabat. Non enim eo tempore habebat episcopum Cantia, defuncto quidem Theodoro, sed necdum Berthwaldo successore ejus, qui trans mare ordinandus ierat, ad sedem episcopatus sui reverso. Qui videlicet Switbrecht, accepto episcopatu, de Britannia regressus, non multo post ad gentem Boructuariorum secessit, ac multos eorum prædicando ad viam veritatis perduxit. Sed expugnatis non longo post tempore Boructuariis, a gente antiquorum Saxonum dispersi sunt quolibet hi qui verbum receperant. Ipse antistes cum quibusdam Pippinum petiit qui, interpellante Blithrude conjuge sua, dedit ei locum mansionis in insula Rheni, quæ lingua illorum vocatur *in littore*. In qua ipse constructo monasterio, quod hactenus hæredes possident ejus, aliquandiu continentissimam gessit vitam, ibique clausit ultimum diem.

3. Hæc igitur, quæ superius de hoc sanctissimo viro digesta sunt, Bedam commemorasse neminem ambigere credimus, nisi forte quempiam talem,

qui aliis vacans negotiis librum illum, ubi ea scripta sunt, aut non legit, aut certe legendo neglexit. Cæterum nos nequaquam dubitare debemus, virum istum in omnibus Christianæ religionis studiis fuisse exercitatum, utpote qui inter tam pretiosas Ecclesiæ Dei lucernas, quæ his diebus sive in Anglorum, sive in Galliarum gente mirifice coruscabant, ovium Christi pastor a sacratissimis ipsis ordinari promeruit. Nam nisi esset pastorali exercitio pleniter instructus, nullo modo ejus custodiæ, tantæ gregis Christi copiæ crederentur. Porro nisi esset miles quodammodo veteranus, et in agone martyrii fortis et imperterritus, nequaquam in acie Christi summus tribunus, nequaquam primipilus legis divinæ constitueretur exercitus. Verum his allegorice prælibatis, moraliter quoque nos aperire oportet quæ sint exercitia, quibus inexpugnabilem istum militem præclarum fuisse non dubitamus. Quod quidem in Pastoralibus primo est demonstrandum, in quibus sive leo sæviens, sive lupus insidians, non modicum Christi ovibus detrimentum important : ubi si pastor pervigil aut insidias caverit, aut rapinam fortiter resistendo excusserit, salvo grege ad caulas Dominicas remeabit. Si autem in quotidiano præcinctu positus arma nunquam deposuerit, sed vel de castris hostem repulerit, vel in campo aperte dimicans rite triumphaverit, intra sanctæ civitatis mœnia post hæc tutissime imperabit.

4. Quæ nimirum utroque beatissimum Switbertum fecisse non ignoramus. Nam dum in Ecclesia præsulatus officium gerens, fratres suos sive a deceptoriis persuasionibus retraheret, sive a contentionibus publicis revocaret, quasi leonem ferocissimum, et quasi lupum callidissimum, a grege Dominico excludebat. Cum vero aut regum potentia pressos, aut qualibet principum crudelitate vexatos gladio verbi Dei scutoque fide a tyrannica persecutione defenderet, profecto tanquam dux egregius milites suos ad castra incolumes reducebat. Itaque si nosse desideras quæ fuerint nostri hujus ducis in quotidianis congressibus arma, non ea fabrefacta, sed plane spiritualia cognosce. Neque enim erat ille oneratus ferro, sed potius fide, spe et charitate præcinctus ; fundam David cum suo lapide tenens, et terribilem Philistæum in fronte percutiens, omnemque Israelem a periculo mortis eripiens. Porro autem ne existimes illum hujusmodi arma unquam deponere esse solitum, isdem erat in pace ornatus quibus in bello stabat armatus. Semper erat humilis, semper mansuetus, et mitis, patiens in adversis, modestus in prosperis.

5. Erat quoque in pudicitia splendidus, in abstinentia strenuus, in vigiliis sobrius, in oratione stabilissimus. In judicio perorabat æqualiter, non personaliter ; in compassione miserabatur humaniter, non tenaciter ; alienorum non erat appetitor, sed propriorum largissimus erogator ; vitium in homine acriter persequebatur, hominem vero familiariter amplectebatur. Sermo ejus ut mel dulcis, prædicatio ejus admodum delectabilis, convivium ejus spiritualibus ferculis plenum, contubernium ejus angelicum ; mala omnia tanquam venena mortifera respuebat ; bona omnia tanquam paradisi aromata diligebat. Postremo si velut quemdam epilogum facere volueris ; totus ille erat perfectus, et totus erat Deo plenus. Hæc erant, fratres, patroni nostri beatissimi Switberti in adversis et prosperis arma : cum his in omni agone dimicabat, ac semper et ubique vincebat. Non enim erat illi colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus carnem et sanguinem, sed adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

6. Agamus ergo gratias omnipotenti Deo in die solemnitatis hujus sacrosancti antistitis, orantes simul et postulantes ut, cujus vitam gloriosam prædicamus in terris, ejus patrocinio perfrui mereamur in cœlis. Amen.

---

## SERMO RADBODI

# DE VITA S. VIRGINIS CHRISTI AMELBERGÆ.

(Ex Boll. Act. SS. 10 Jul., p. 88).

1. Quotiescunque, dilectissimi fratres, sanctorum Dei memoriam ad laudem et gloriam nominis ipsius agimus, toties a peccatorum nostrorum sepulcris resurgimus. Reviviscit enim tunc quodammodo fides nostra, et rediviva innovatur dulcedine vox nostra per officia labiorum nostrorum (447), ac per hoc sit in nobis quod dicit Apostolus : *Renovamini spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem* (*Ephes.* IV, 23). Quid namque est aliud male mori, in sepulcro, ac jacendo fetere, nisi peccatorum sordibus inquinari ? Et quid aliud est ab hoc tumulo resurgere, nisi per confessionem et pœnitentiam ad vitam, qui Christus est, redire ? Habemus sane hujusmodi mortis plurima in Scripturis exempla, quæ illos solet mortuos appellare, qui nunquam volunt a peccatis resipiscere ; sicut est illud in Evangelio : *Sinite mortuos sepelire mortuos suos* (*Luc.* IX, 6). Neque enim ii qui cor-

(447) Quæ sequuntur usque ad proximi numeri hæc verba, *ecce autem occurrit*, in editione Mabillonii prætermissa sunt, substitutis punctulis quasi ad rem non spectent.

pora sepeliebant corporaliter mortui erant; sed A cum essent scelerati, ac propterea mortui, sepeliebant eos quos mors corporis a vita subtraxit. Quocirca nos quoque mortis hujus detrimenta caveamus; quinimo de sepulcris vitiorum cito per gratiam Christi resurgere festinemus, ut cum ipso in æterna beatitudine vivere mereamur.

2. Itaque laudemus Dominum Deum nostrum in sanctis suis, eosdemque vicissim collaudemus et honoremus in ipso, quando quidem Deo et sanctis ejus servire, vere est vivere, atque in hoc omni tempore permanere, prudenter est laqueos delictorum devitare. Ecce autem occurrit nobis hodierna die hujus rei aptissimum tempus, in quo paradoxæ virginis Amalbergæ memorabilem vitam annua festivitate recolimus, quæ in hac peregri- B natione Deo et hominibus gratissima exstitit, tum splendore geminæ pulchritudinis, tum etiam merito pudicitiæ virginalis. Hæc, cum esset primis orta natalibus et propter nimium corporis decorem omnibus amabilis, elegit se ornare virtutum gemmis potius quam vestibus pretiosis, vilemque se et despicabilem statuit humanis ostendere oculis, quo pretiosa atque honestissima conspectibus appareret divinis. Non auro utebatur aut margaritis, quia sciebat Christum sponsum suum non iis fuisse usum in terris; non purpuram diligebat aut byssum, quoniam non ignorabat propter hujusmodi multos demergi in abyssum. Non delectabatur rumusculis frequentiæ popularis, quia secretum locum noverat esse opportunum [amicum] C mœroris.

3. Porro autem, iis contemptis, longe aliter factitabat; nam, pro cognatis et amicis sæculi, diligebat pauperes Christi; pro auro atque margaritis, ornabatur sententiis doctrinæ spiritualis; pro byssinis purpureisque vestibus, cinere et silicio utebatur; pro frequentia populari, quam penitus respuebat, in excubiis templorum Domini, circa sacra altaria orando et vigilando jugiter morabatur. Verum quomodo et quali ordine ad tantum disciplinæ cœlestis pervenerit summam non est silentio transeundum propter exemplum bonum, et propter meritorum ejus dignum narratione præconium. Erat quippe hæc pudicissima puella in hæreditate patrum suorum temporibus Francorum principum, D quos quidem a Carolo Magno Carolidas possumus appellare, qui, ob multiplices victorias et admittenda in Christiana religione studia, hic solus inter cæteros vocabulum promeruit, ut merito magnus et optimus diceretur.

4. Horum, ut dictum est, in diebus sancta et Deo placita virgo Amelberga, defunctis jam parentibus, in possessione, quæ ei secus Scaldam fluvium latissima ex progenitorum successione provenerat, cum unico fratre suo religiosissime commanebat, jejuniis et orationibus serviens die ac nocte, eleemosynasque plurimas et largissimas faciens cum maxima hilaritate, habens semper in memoria illud apostolicum : *Hilarem datorem diligit Deus* (*II Cor.* IX, 7). Cumque esset speciosissima usque adeo ut reliquas omnes sua pulchritudine superaret, propter honestissimi corporis prærogativam pene incurrit pudicitiæ detrimentum. Nam cum ejus opinio ad regem provinciæ, Carolum (448) videlicet, tunc temporis pervenisset, is, ejus amore continuo captus, cœpit cum illa indesinenter de nuptiis per internuntios agere. Postquam vero sensit voluntatem suam a beata virgine, quæ se meliori sponso, id est Christo, devoverat omnimodis reprobari, quod blandimentis et potestate regia non valuit per insidias et quædam latrocinia clanculo nisus est attentare. At illa contra hæc omnia orationum clypeos et cœlestis armaturæ frameas ostendebat.

5. Quadam vero die, cum beatissima puella inter domesticos parietes sola resideret, psalmosque more solito caneret, puer familiaris repente per posticum irruit, proclamans et annuntians regem cum satellitibus suis adesse præ foribus. Tunc ipsa, nihil sui oblita, oratorium, quod domui adhærebat, celeri cursu ingressa est, ubi se illico cum gemitu et lacrymis ad orationem prostravit, flebili voce obsecrans, ut eam Dominus de imminenti periculo liberaret. Tum vero rex, nimium temerarius, post eam in oratorium intrans, cæpit illi multis adulationibus blandiri, honoresque promittere temporales, quo vel suis eam persuasionibus acquiescere faceret. Verum illa sponsum quem elegerat nullo modo derelinquere volens, jacebat immobilis, et ita solo defixa ac si quibuslibet radicibus implicita teneretur. Postquam autem rex cuncta blandimenta (vaniloquia) adhibuit, nihilque se proficere vidit, regiam auctoritatem vertit in sævissimam tyrannidem, arreptaque ejus manu violenter illam foras trahere conabatur. Sed cum etiam ita nullus eum sequeretur effectus, tandem puellæ brachium fortiter excutiens, summaque vi torquens, fracto virginalis humeri osse quasi qui se vindicasset, abscessit.

6. Tunc illa, ut erat tenerrima, ob vulneris sui gravissimum dolorem, coram Domino aliquantulum quidem flevit; tandiu autem oravit, donec sponsus suus Christus adesset, eamque sanitate integra restauraret. Ex illa autem die nullum sæcularem passa est amplius amatorem, sed libere in sponsi sui Domini nostri Jesu Christi dilectione permansit. O felix commercium! O nimium prudens electio, ubi rex terræ pro Creatore cœli et terræ contemnitur, ubi Deus pro homine adamatur, ubi pro luto isto cœlestes divitiæ conquiruntur! O beatissima virgo, si multum tibi sublimitas generis obfuit, aut multo

(448) Hic clare exprimitur nomen *Caroli* quod plane aberat a codice illo quo usus est Mabillonius : at vero, quod supra dicebamus, non minus ad Martellum referri potest, quam ad Carolum Magnum, nam et ille æque ac alius fuit de stirpe Carolidarum, qui a Pippino originem ducunt. Neque obest quod dicatur *Rex provinciæ*, nam et alibi *Rex* appellatus est Carolus Martellus. Henricius *Carolum magnum* in versione sua flandrica exprimit, quem ego in nullo codice latino reperire me memini.

magis tua spontanea dejectio, et carnis propter Deum contritio posuit ? Si splendor tuæ pulchritudinis periculum incurrit, et contemptus regiæ majestatis perenni te gloria coronavit. Si ad horam passio constristavit, at tibi inde contubernium martyrum et requies sempiterna provenit. Ecce nunc omnibus quæ in hac vita desiderasti perfrueris, quoniam rex regum et Dominus dominantium concupivit speciem tuam, tuque, o augustissima regina, assistis a dextris ejus in vestitu deaurato circumdata varietate (449).

7. Nunc igitur in te fides, spes, charitas fulgent, humilitas regnat, patientia triumphat, virginitas candet, pudicitia nitet, prudentia discernit, temperentia moderatur, fortitudo superat, justitia judicat, atque, ut epilogum faciamus, virtutum omnium in te et a te militia continetur. Quamobrem in æterna beatitudine bona ineffabilia, non solum beatissimis oculis vides, et felicissimis manibus tenes, verum etiam reliqui sensus eadem felicitate fruuntur. Nam et beatis auribus cœleste organum audis, et læto ore novum canticum canis, et venerandis naribus perennes modo delicias odoras. Itaque non erit ulterius quod tibi sollicitudinem pariat, vel quod anxietatem importet. Habes quippe gaudium absque tristitia, delectationem absque fastidio, securitatem absque formidine, pacem absque dissensione, dulcedinem absque amaritudine, satietatem absque defectione. Lux tibi sine tenebris lucet, munditia sine inquinamento resplendet; totam habes requiem, totam possides vitam, quæ nec lassitudinem pateris, nec morti succumbis.

8. Quid ergo melius ? quid jucundius ? Opes terrenas aut fortunæ rota subtrahit, aut conditio mortalitatis extorquet ; thesauros vero cœlestes ipsa sui perpetuitas oppido concupiscibiles facit. Hos tu, o beatissima virgo, cum angelis, propter cælibem tuam vitam : cum apostolis, propter fidem catholicam ; cum martyribus, propter passionis constantiam ; cum confessoribus, propter innocentiam sanctam ; cum virginibus, propter specialem corporis et animæ pudicitiam, vere nunc, patriam tuam post limina, repetens, hæreditario jure participas, et gloriaris in sponso tuo Jesu Christo Domino nostro : per quem te oramus ac suppliciter petimus, ut pro nobis apud ipsum intercedere non desistas, qui te in hac mortalitate ita roboravit, ut regem terrenum castitatis gloria vinceres, et infernorum principem diabolum sanctitate præcipua superares, auxiliante ipso, qui cum Patre et Spiritu sancto gloriatur Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

(449) Hic sistit Mabillonii editio, suppressis duobus sequentibus numeris, forte quod ad historiam nihil conferri visi sint ; nos nihil subtrahendum putavimus.

# HOMILIA S. RADBODI DE SANCTO LEBWINO.

(Ex Sur. Vitæ SS. Suppl. 12 Nov.)

Sæpe contingit, fratres charissimi, ut inter epulas grata sit convivantibus fabulosa narratio, et oppressum cibis carnalibus animum quælibet figmentorum persequatur esuries, dumque sui oblita mens, ad tempus ob repletionem corporis obsonium spirituale fastidit, magis appetat species vanitatum, quibus aures carnis oblectet quam doctrinæ cœlestis dulcedinem, qua nauseantem animam vera et perpetua suavitate reficiat. Verum nobis in præsenti lectione multo aliter evenire, lætamur, qui quanto hanc solemnius aure carnis percipimus, tanto eam avidius in eo edamnus, atque idipsum quod sumimus post venerandam esuriem satietatis opulentiam, post felicem satietatem, redivivam esuriem in nobis creare non dubitamus. Itaque, ut manifestius eluceat, quæ (ut dicitur) cupedia spiritualibus famelicis hoc narrationis genere promittantur, ponantur jam super cœlestem mensam fercula deliciis omnibus hujus sæculi gratiora, ex quibus suavissimas vitæ perennis epulas capientes, tam jucundæ refectionis auctori Deo gratias referamus, qui per singulos annos dulcissimi convivii participatione nos clementer exhilarat, dum beatissimi nobis Lebuini memoriam, annua natalis sui festivitate, tanquam panem angelorum ex ipso pietatis suæ cophino prolatum repræsentat. Quod dum devote vescimur, salubriter esurimus, copiosissime pascimur, hilariter exultamus. His consequenter adjungitur habitudo mentis pulcherrima, fortitudo invicta, salus continua, contemptus mundi, appetitus cœlestium, desiderium futurorum. Quo circa oportet nos perpendere, fratres quantæ sint deliciæ quæ porriguntur, ut easdem sumere avido corde non differamus : quibus repleti nulla formidemus machinamenta hostium, nullo terreamur grandine sæculorum tempestatum. Atque, ut hoc divina miseratione assequi valeamus, hujus nobis sanctissimi viri exemplum sufficere posse credimus, qui inter adversa mundi et prospera, sævientis fortunæ impetum, quemadmodum turris Sion, et porta Jerusalem præsidio angelico defensa, recussit, cassatisque ictibus machinarum in sempiternæ fidei soliditate persistere meruit. Ad tantam vero perfectionem quibusdam bonorum naturalium gradibus ascendit, quibus quasi scalis evectus terrena transiliens, cœlorum alta feliciter penetravit. Denique in infantia sua Deo et hominibus charus exstitit : cumque esset ingenio docilis, animo mitis pauper spiritu, meritis dives, viris probatis certatim

adnitentibus habitum religionis assumpsit, in quo ita Christo et Ecclesiæ suæ devotus effectus ut coævos suos litterali sagacitate, præcederet majoribus officiosissime pareret, perfectorum imperiis tanquam a Deo datis vera humilitate præditus acquiesceret. Porro in pueritiæ annis, morum honestate sectatus est venerandam senum canitiem, innocentis vitæ simplicitatem, doctrinæ cœlestis eruditione componens. Pubertatis autem spatia, non lascivientis animi voluptatibus effeminavit, sed potius rigore frugalitatis, et jugi laborum exercitio, rebellionem juventis edomuit, castigans corpus suum et in servitutem redigens, ne forte, cum aliis prædicaret, ipse reprobus efficeretur. Hujus siquidem philosophiæ nobilissimos professores, multos in sancta Ecclesia esse sciebat; inter quos felicis memoriæ Willibrodum atque Bonifacium pontifices in vineæ cultura Dominicæ apprime laborasse audierat, ideoque animum Deo placitis operibus exercebat, ut quos habuerat in Christianitatis provectibus sociasset Patres, eosdem haberet in æterna felicitate consortes. Enimvero quia tantorum familiæ Christi luminarium sacra mentio nostris relationibus, ac si quidam venerandæ lucis radius, illapsa est intermisso paululum superiore stylo, viros non sine mentis alacritate memorandos, dignis laudum præconiis ad honorem Dei, prout possumus, extollamus; ut Lebuino nostro tanto crescat altior gloria, quanto se præcedentium probabilior fuisse dicitur vita: quando quidem nullis diverticulis ab eorum tramite declinavit, qui tantorum vestigia ducum summis nisibus fuerit executus. Quapropter, cum illorum religiositas exprimitur, iste laudatur; cum horum studia prænotantur, iste totus depingitur; cum illorum præliandi adversus potestates aereas certamina referunt, hujus triumphus evidenter exponitur. Atque ex hujusmodi conjecturis facile colligitur memoria priorum vitam illustrari sequentium: et augeri filiis honestatem, cum eosdem Patrum gloriose viventium fulcit auctoritas. Viros igitur, quos præmisimus, sanctos admodum fuisse non dubitamus, quorum alter confessione, alter martyrio in comitatum Agni suscipi meruit, habentque nunc hæreditatem cum Christo, qui in hac vita nunquam passi sunt separari a Christo. Hos certe nobis imitabiles divina pietas condonavit, ut quem deterret a gladio manus violentæ carnificis, magnum Willibrodum in divinæ pacis quietudine Domino laudabiliter servientem, si possit, se æquiparet; qui autem se agonistis comparabilem existimat, sanctum Bonifacium fuso pro Christi amore sanguine subsequi non formidet. Quod si defuerit peremptoris atrocitas, ipse sibi manum divina rumphæa perarmet, ipse sibi spiritualiter, et persecutor efficiatur, et martyr, dummodo aut unius in pace munditiam, aut alterius in carnificio adipisci non negligat palmam. Sed his summotenus memoratis, repetenda est nobis historia, quam paulo ante nos omisisse perscripsimus: quæ tamen penitus omissa non est, quia subinde se inter cætera animo

A huic semper inhærente opposuit affectus distantis, nescio qua dulcedine delibutus dum superiora componeret reliquorum quidem digitis, Libuini autem jugiter corde conterunt. Sane quia de illo imprimis scriptitare decreverat, licet viros pretiosissimos repente in medium proferret, ab hujus tamen intuitu cogitantis intentio submoveri non potuit; quoniam bona quæ de ipso dici queant ultro se offerunt, quæ si quis omnia exponenda præsumeret, Tullianæ, Plautinæve eloquentiæ floribus indigeret. Beatus igitur Lebuinus inter feros et semibarbaros hominum mores constitutus, agni innocentiam retinebat, memor Dominicæ vocis quæ dixerat, se apostolos sicut agnos inter lupos missurum. Nec viro sancto defuit serpentina prudentia, B dum si quis capiti suo, id est Christo, injuriam facere pertentaret, ille pro eo totum corpus indubitanter objiceret. Unde factum est ut in virtute Altissimi, ad divinum caput membra connecteret, utpote ut qui se inter ista medium quasi charitatis viscaritum inserebat, infimoque summis copulans, infirmitatem humanam dignitati angelicæ coæquare studebat. Sapiens plane architectus, qui cœlestem ædificans domum, petram in fundamento locaverat, ne furentibus ventis, ne procellis æstuantibus, postremo ne impugnata totius adversitatis machinis virtututum consignatio læderetur. Petra autem erat Christus. Age ergo quisquis hæc audire desideras, num tibi quidpiam videtur aut illa connexione salubrius, aut ista firmitate solidius, C dum quod ibi copulatum est, nulla resolutione laxatur: quod hic fundatum est, nulla tempestate subvertitur. Quod si forte cuilibet monstruosis fabulis aurem accommodare vacat aut placet, invisum se veris relationibus hujusmodi vanitate demonstrans, poetarum deliramentis incumbere poterit, qui usque adeo præstigiosis figmentorum imaginationibus dementati sunt, ut ne ipsa quidem, quæ interdum esse falsissima asserebant, falsa esse cognoscerent. Nos de sancto Dei Lebuino nihil mentitos esse testem habemus Ecclesiam, quæ hujus beneficiis cumulata quam grandis apud Divinitatem meriti fuerit, crebris remediorum proventibus confitetur. Cui quidem ea quæ de illo dicimus grata fore judicio est, quod legenti tantus assistat populus auditorum, ut compressum D multitudinis etiam hi pertimescant, qui in tuto loco stare videntur, vixque in digressu aliquis inveniatur, qui non Deo gratias referat pro eo quod se patrocinium Lebuini audisse pariter et sensisse commemorat. Unde nobis adhuc vel pauca locuturis arbitramur neminem succensurum, quippe cum Spiritum Dei in ipso templum ædificasse, atque id sibi habitabile fecisse procedens sermo declamet. Idipsum vero inter matutinas laudes (ut credo) cantabitur, sed in lectione omitti non debuit, quo utriusque vocis ministerio quanti apud suos habeatur vir in Christo amabilis accipiat commendatum. Quod autem præmittitur tale est. Spiritus Sanctus (ut ait Scriptura) in corde viri justi habitat. Nam templum ipsius est anima ab

quitate aliena, in quo non carnalis victi-itur, sed spirituales hostiæ offeruntur: ɪi sola emundatio corporis, sed et remis-peccati et abolitio perpetuæ mortis. Hoc templum dici et esse meruit beatus Lebuinus, cum præstante Domino a criminum fieret contagio mundus, per eum qui vivit et regnat in sæ: ula sæculorum. Amen.

---

# RADBODI CARMINA.

## I

### EPIGRAMMA AD SANCTUM MARTINUM.

[*Batavia sacra, p.* 121.]

ore mihi, Martine habitator Olympi,
ıen misero sis pius ore mihi [dum
quæso, manum ne me trahat ecce profun-
ı naufragium, porrige, quæso, manum.
; umbra necis, nunc mihi proximus adsis,
mis tristis, imminet umbra necis.
e tenebris, et diris subtrahe flammis,
or lucis, eripe me tenebris.
ue redde polo, regnum quo permanet agno,
ıerit cœlo, me quoque redde polo.

## II.

### PHIUM, SIVE ENCOMIUM DE VIATICO CHRISTI.

ıbill., *Act. SS. ord. S. Bened.* t. VII.]

, te, Christe Deus, sitis atque videndi
aodo carnales me vetat esse dapes.
i te vesci, te potum haurire salutis,
s ignotæ tu cibus esto viæ.
ı longa fames errantem ambesit in orbe,
satia vultu, patris imago, tuo.

## III.

### ARMEN ALLEGORICUM PRO S. SWIBERTO.

[Apud Boll. Mart. ı, p. 86]

va Switbertus Francos lustravit et Anglos,
llarum fidei lumen utrisque daret.
ıos adiit cultor memorabilis agros,
reret Christi semen amoris ibi.
rili ac vacuo Fresonum defuit arvo,
ı novi fecit germinis esse ferax.
la transierat veterum nox cæca malorum,
erat et veri solis adesse dies;
ım radiis perfundit mitibus orbem,
ala consumens, sic bona clarificans;
tus, qualisque nitet sol iste per horas
nas, sacræ plebis apostolicæ!
r his nimios sese flagrante colores
it, ut qui illis flammea corda dedit:
t: quod gladios sic contempsere minaces,
at seu lethi dulcia jure sibi.
nim validus cordis fervebat ab ara,
s qui testæ fecerat esse pares.
ı ad illati vim vulneris omne rigebat,
ıe resultabat cœstibus icta cutis,
ısta silex ligno percusso tenello,
adamas modica cum temeratur acu.

A Stabant attoniti sua per tentoria reges
Mirantes galea durius esse caput:
Et catafractatis contradere pectus inermes
Nil veritos stricto scilicet ense premi.
Cumque per ambages traherentur bella; quis inquit
Hic rigor aut duræ tanta cupido necis?
Audi torva tigris, leo frendens rictibus audi,
Juncta quid his referat cum ratione fides
Sol, cujus radiis totum perfunditur orbem
Diximus, hunc Christum noveris esse Deum:
Lucentem de luce Patris, de Patre calentem
Æque flagrantem, vique, modoque pari.
Horum is perpetuo mentes accenderat igni,
Noxia quæque cremans, seria cuncta fovens.
Quo velut ambusti, testæ nihil flexilis instar
B Duruerant, hostes instar et arma virum.
Unde nec adversis flecti potuere nec illis
Terreri effusis barbaro ab ore minis.
Nunc requie gaudent, celsaque ex arce potentum
Calcantes curvant colla superba sibi.
Est igitur calor iste bonus, quem tot comitantur
Divitiæ, virtus, palma, corona, polus.
Hoc certe nostras veniens Switbertus ad oras,
Undique perfusus flammeus intus erat.
Unde nec horrendos, aderant si forte, Cyclopes,
Harpyasve truces, monstra nec ulla pavens;
Signifer insignis securus quolibet ibat,
Jure triumphali laurea serta gerens.
O felix miles, solitus qui credere nunquam
Marti, sed Martem vincere semper eras!
C Quæ tibi pro meritis reddemus carmina tantis?
Quasve tibi laudes tibia nostra canet?
Nonne tuas modulis oblectat dulcibus aures
Orbibus aplanes obvius empyreis;
Mundus ubi adversos cum præcipitatur in axes,
Atque parallelis cursibus astra fremunt,
Vera apud æthereos reboat tum musica cyclos
Omni canens, numeris et comitata suis,
Usque adeo crescens ut plusquam nete resultet
Ter quoque, sive quater, bis diapason agat,
Qui sonus humanos longo dyastemate sensus
Præterit, ac superis nobile chroma canit?
Hic tibi suavisonum pangit, vir sancte, melodum,
Quod duo tresque canunt, quatuor, octo, novem.
Addo aliud, quod nemo valet sub sole mereri
D Is nisi forte tibi par sit in arte boni.
Angelici cœtus decies centena chororum

Millia symphoniis commodulanda sacris;
Auribus in cœlo semper felicibus audis,
Quorum TER SANCTUS fine sine ora sonant.
Hoc frueris, præsul felix, feliciter hymno:
Hunc quoque cum reliquis nocte dieque canis:
Atque ideo nostro tua laus non indiget ore,
Horrendus scelerum personat unde fragor.
Nempe per immanes rapitur mens sæva reatus,
Proh dolor! et Stygio se implicat ipsa chao:
Quocirca diros blaterat vox rauca boatus,
Rugitu ac plangit tristitia fata gravi:
Sed te, qui typico psallis modulamine Christo,
Ac superas tantis organa cuncta modis,
Submissis animis, contrito corde rogamus,
Condescende, humili mitis adesto preci:
Ut quia te in tantum vitæ provexit honestas,
Audire angelicos quo mereare tonos;
Hos quoque flagiti purgatos sordibus, aptum
Sancte, tibi facias laudis inire melos. Amen.

IV.

EGLOGA PRO S. LEBWINO.

[Ex Surio. Vit. SS. tom. VI, p. 1070.]

Inclytus Anglorum veniens Lebuinus ab oris,
Sacris virtutum remis et remige Christo,
Sæva procellosi compressit flumina Rheni,
Cujus forte gravi turgebant ostia flatu,
Exagitata feris persæpe aquilonibus ante:
Atque ea divinæ fuerant sic invia navi.
Sed postquam sanctus rabidas perflaverat undas,
Cœlitus emisso semel impetravit ab austro,
Corruit immitis Boreas, moxque æquore tuto
Suscepit placidus pacis navigia Rhenus.
Hæc ubi successu portum petiere secundo,
Urbis in antiquæ perfixa est anchora glebis,
Et lapidis firmata situ, ne forte solutas
Turbine quassaret rursus vir horrida puppes.
Tum vero insignem mirata est terra colonum
Condemnare suas cœlesti fomite messes,
Ac male nata solo divinis urere flammis.
Hos allegoricis decernere vicibus agros,
Illos sinceri sulcis addicere ferris,
Arboribus quosdam fidei exercere locandis,
Qui sua vicino collustrent germina cœlo.
Cernere erat steriles splendescere floribus herbas,
Fecundumque nemus fruges nutrire salutis,
Nil non proficuum compos redolere per omnes,
Postquam divo seges felicibus hæserat arvis.
Hæc typice noster gessit Lebuinus, amice,
Si bene perpendis, quid spiritus innuat odis.
Nam pepigit vites, cum multos codicis almi
Struxerat eloquiis, cum dogmata mystica sparsit.
Triticeam posuit messem, cum pectora munda
A Esse dedit castumque Deo subtexuit agmen.
Porro autem arboreas studuit plantare novellas,
Robora cum fidei statuit, cum pacis olivam
Crescere, cum fructus fecit pollere perennes.
Jure igitur summo a nobis tractatur amore,
Jure illi venerandus honos impenditur, altor
Qui probitatis erat, verique assertor optimus,
Errorum domitor, vitii calcator avari,
Ara pudicitiæ, frugi quoque virginis aula,
Virtutum turris, pacis seu lucis oliva.
Postremo ipsius, quam carmina cuncta verentur,
Et quæ terreno spoliat se dapsilis auro,
Quæque Deo cognata, mori pro fratribus optat,
Virtutis, cum spe æternæ custodia vitæ.
Ergo tibi, prudens lector, tibi consule, quæso,
B Et mecum, sancto Domini solemnia vota,
Ne tardes offerre, virum hoc quia diligit omnis
Dilectus Christo. Christum nam diligit ipse,
Atque ipsum Christus, flagrans amor ardet utrinque,
Sed Christi de parte magis, minus est quia totum
Quod mortalis agit, superant divina caducum.
Nos quoque, quos semper famulos Lebuinus habebit,
Nos quia semper amat, devote hunc semper amemus,
Suavibus et modulis Christi cantemus amicum,
Ipsius et nomen Latio sermone canatur,
Quale sonat, toto divisus ab orbe, Britannus.
Namque illic puerum dixere crepundia parvum
Liafuvim, quod sacrum post hæc baptisma probavit,
Decrevitque Deo dulce et memorabile nomen.
Nam si vertatur Liafuvim, quod *cuna* sonabat,
C Carus amicus erit, sed verbum augere necesse est,
Cujus, sive cui. Melius quid convenit istic,
Quam si lege metri Christo, Christive subaudis?
Hæc duo si copules, sancti vocitamen adimples.
Atque in utroque places, cum Romanus et Anglus
Audit exultans, laudat idioma docentem
Quod patrium armatos, translatum laudat inermes.
Ecce autem cohibere monent fastidia carmen,
Ne musis doctas lædam ruralibus aures:
Quod facile, stipulis cum quidem garrio nostris
Accidit, Arcadici quæ rudunt more peculi,
Vixque aliquis curet calcem exspectare canoris,
Cui neque saltem obolo primordia digna videntur.
Sed refert, quid quisque canat: nos otia fœda
In melius mutasse rati, spirantis anomi,
D Palmarumque inopes silvano extorsimus algam.
Quam, Lebuine, vide sacer ac memorande sacerdos.
Hanc precor, ut Christum recolens, nil fortibus usum,
Pallentis viduæ potius cessisse minutis, [vas,
Gratam habeas, precibusque tuis mea vincula sol-
Et vera facias, post diversoria carnis,
Libertate frui, sacris cum cœtibus Agni.

ANNO DOMINI DCCCCXX.

# SALOMON

## CONSTANTIENSIS EPISCOPUS.

### NOTITIA HISTORICA.

(Apud Canisium, Spicilegii tom. II, pars II.)

m Constantiensis episcopus illustri prosa-erat; a parentibus Sangallensibus mo-imaldoque tunc temporis abbati commen-i a teneris annis studiis incubuit; cum iteris condiscipulis doctrinarum profecti-sone præceptore longe præiret, invidia t monachi, Notkerus aliique, ipsumque rri ægre ferentes summo odio sunt pro-ımque vellet monasterium Sangallense que sine cuculla ingredi, ipsius æmuli n fraudem detegentes » ab ingressu pro-ıtaverunt ea ratione quod insolens foret ntrare intima monasterii, noctu præcipue, ıonachali habitu. Postulavit Salomon ut nonachalem indueret dum intra claustra tur, exueret vero dum abiret: renuebant ipsi semper infensissimi, lupum ovino dui reprehendentes. Divinam plane sen-mplexus abbas postulata concessit ut si Salomon crearetur abbas Sangallensis, nico, sed monacho et fratri subderentur; ı monasteria a canonicis regi solita; sic s, sic etiam Hartmultus fuerunt Sangal-bates, quanquam canonici. Sic legitur irobadæ: post Salomonem metuere fra-alienam manum traderentur; regendi › abbatibus sæcularibus, quemadmodum omon. Quanquam autem ferveret in eum n Notkeri, Rutperti, Tutilonis odium, ni-ı archicapellanus Ludovici Pii electus est: ro dum gratia polleret apud imperato-wangis et Campidonensibus canonicus ; est. Cum Bernardus Sangallensi abba- A tia sese abdicasset, Salomon ejus vices subiit, impellente Hattone Moguntino, cujus laudes carminibus suis inseruit. Vix octodecim menses monasterio præfuerat, cum ad episcopalem sedem Constantiæ fuit evectus, an. 893. Episcopus duodecim abbatias nihilominus regebat, pro more his temporibus solito; pari enim abbatiarum numero gaudebat Hatto, Moguntinus præsul. Triburiensi concilio anno 895 adfuit et subscripsit Salomon; deinde Romam petiit indeque Pelagium martyrem Constantium episcopum in sarcophago auro et gemmis decorato transtulisse ferunt 919. Carmina quædam edidit ad Dadonem amicum; quin sint ipsius dubitare non licet lectis his versiculis:

Eximie antistes, has accipe, Dado, salutes
Conscripta tristi a Salomone tuas.

Tristitiæ causa fuit mors intempestiva fratris quem unice adamavit.

Hic baculus lasso, fuit hic medicamen et ægro:
Istic dum viguit nil mihi triste fuit.

Fuit ille hujus nominis tertius abbas Sangallensis, ut probant versus forsan a Tutilone ipso conscripti in ejus laudem, ob dona amplissima Sangallensibus collata.

Tertius hic hagiæ Salomon dat dona Mariæ,
Tertius hic almo Salomon dat munera Gallo.

Obiit anno 919. Habebatur autem « vir fortunatus, prudens consilio eloquens et valde liberalis. » (Vita Notk., c. 15.)

# SALOMONIS

CONSTANTIENSIS EPISCOPI

## VERSUS AD DADONEM EPISCOPUM.

(Apud Canisium ubi supra.)

*ncipit prologus sequentis operis.*

rine Deus, genitor, sate, spiritus alme,
ıum simple, quem simplum regula trine
m monstrat, fideique expostulat ordo;
rsonæ triplant, substantia simplat,
C Da votum cordi, sermonibus instrue linguam,
Cymbala labrorum concede ut recta loquantur;
Fac me velle bonum justeque implere cupitum;
Imbue corda fide, spem dona, confer amorem;
Quæ tria cui dederis, nil habet hic non probitatis.

Sed quod postremum ponit catalogus horum,
Hoc majus reliquis testatur Apostolus esse (*I Cor.*
Utpote qua cassus non participaverit ullus [xiii);
Cœnam, quam nato regi rex fecit opimam (*Luc.* iv);
Et qua multimodi sceleris commissa teguntur
(*I Petr.* iv);
Qua sine vel largitor opum, vel passio si quem
Insignem reddit, frustratus merce carebit (*I Cor.* xiii)
Astipulatur huic Christi sententia verbo,
Qua de mandato scribæ dans dogmata primo,
Si præcepti, inquit, magni vis pondera nosse,
Affectu toto Dominum devotus amato,
Viribus ex cunctis, animaque hunc dilige tota.
Dilige cognatum procurans temet ut ipsum (*Matth.*
Jussio quæ compar cognoscitur esse priori. [xxii).
His in mandatis pendet lex, atque prophetæ.
En ratione Dei nihil est quod sit par amori.
Et pia virtutes dilectio possidet omnes.
Quid plus? possidet omne bonum possessor amoris.
Nec locus est meriti, si deest dilectio cordi.
Dicere jamque decet quod prologus ista figuret,
Qui nunc claudatur, quia plura loquenda sequuntur.

### VERSUS SALOMONIS EPISCOPI.

Dado, Pater celebris, speculum, via, lumen et orbis,
Discrete antistes, venerande vicarie Christi,
Nauta, gubernator, populorum pastio, pastor,
Qui mihi causa manes hujusque occasio scripti :
Per quem cœpit opus, cujus dulcedine ductus
Virtutum species, et nomina trina notavi ;
Cujus amore quidem præfatio lactat amorem ;
Bina parum tangens, plus concionabar amore.
Nec contentus eram semel hoc iterare vocamen ;
Crebrius id libuit vinclo constringere versus
Ut quod mortales aptat, jungitque Tonanti,
Alterutrum societ sincero fœdere nosmet.
Junge tuum cor, sancte, mihi, mentemque sacer-
[dos.
Quod cupiam, precor, ipse velis, mea concipe vota;
Corpore si nondum, sensu coeamus in unum.
Quanquam si fieret, si se.... hora potestas,
Utque a me facies nebulas tua....
Credo quidem, nec vana fides, cum complice vultu
Nos contemplamur, cum mutua famina famur,
Plurima pars æstus, quæ cor obnubilat intus,
Exturbata fugit, mentique aurora resurgit,
Parenthesis ut hæc subito subrepserit orsa.
Crede meis...... non hoc incuria gessit,
Sed divisa tui causa est sententia, frater.
Namque pedem refero ; quæ cœpi dicere, dico.
Si nos Omnipotens aliquando acciret in unum.
Sæpe quod optavi nunc opto, optavero certe,
Dulcius hoc cunctis argenti aurique talentis,
Bombice et gemma, blattis, eborique fuisset ;
Ut solareris, varia est cui causa doloris.
Et quæ litterulis virtutum nomina finxi
Edoctus de te possem cognoscere plane,
Qualiter alta fides valeat divellere montes,
Atque maris medio pelagique immittere fundo :
Quid divina velit, vel quod dilectio fratris,
Qua spe suspensus semper cœlestia sperem,
Casibus in mundi quæ me patientia firmet :

A Libra qua pendam, veniant si prospera forsan.
Quisquis tecta sui concivis viderit uri,
Ipse modo simili credat sua posse cremari.
Est opus, est, inquam, caute perpendere causam
Si Domini depicta domo, primordia sumpsit,
Littera Tau (*Ezech.* ix), nobis impingens signa sa-
Nec desit fronti quod nos, o, subtrahat hosti : [lutis;
Linea quem cingunt, medium pertransiit urbis
Hierusalem, dans signa gementi, sive dolenti,
Qui gemit atque dolet Domino signatus adhæret.
Sic in monte sedens Salvator dixerat ipse :
Felices qui nunc lugent, quia gaudia luctum
Qui citius transit, posthæc æterna sequentur
(*Matth.* v).
Si risus fletu mercandus creditur esse,
B Est nobis flendi nimium concessa facultas.
Hinc atque inde satis subrepunt aspera nobis.
Nec simplex mortis facies, nec singula damna,
Sed sicut Sapiens, seseque sequentia cernens,
Contra insensatos orbem pugnare (*Sap.* v) fatetur,
Doctor Gregorius quod tangit taliter orsus :
Corda prius hominum turbantur, post, elementa.
Jure igitur restat nos ut simul omnia cædant,
Quæ male sunt vitiis nostris servire coacta.
Juste pro Domino vitiatus dimicat orbis,
Ut peccando homines quia se læsere priores,
Ulciscens semet contra illos ipse duellet.
Cœlum, lympha, solum, necnon et cætera, rerum
Ordine cum proprio temerata lege recedunt,
Pro Domino pugnant, qui nos hoc more flagellat.
C An non peccatis, paganæ natio gentis,
Quæ mundus fecit, vastans mortalia, vincit ?
Hostibus, ecce, Dei qui censebamur amici,
Tradimur in prædam : Joseph fera pessima mandit,
Israel Allophylos, Jacobos gens ethnica mactat,
Ingenuos maledicta cohors Chananæa triumphat,
Libertos olim servilis factio cædit. [refutat :
Ferre canis pretium (*Deut.* xxiii) templo lex prisca
Nunc canis ipse domum Christi spurcissimus intrat;
Dat necibus plebem, vulgo res, ignibus ædem ;
At mensam Domini sacram manus impia scindit;
Tractat pollutus sanctorum pignora tactus ;
Ecclesiæque pecus peregre transducit abactum ;
Non miseret patris, nulla est miseratio matris.
Transfigit natum feritas ante ora parentum.
D Nec natam redimit, quod mater funera plangit,
Junior, atque senex, lactens puer, atque puella,
Alter in alterius moribundi cœde volutant.
Instant Italides spoliatæ civibus urbes,
Ac desolati demptis cultoribus agri,
Campi cæsorum siccatis ossibus albent.
Jam, puto, tot vivi non sunt quot morte perempti,
Illorum vatis dicamus congrua verbis (VIRG. II *Æn.*)
Ante quidem summa de re statuisse Latinos
Si vellent, fuerat, melius, non tempore tali
Cogere consilium, cum muros obsidet hostis :
En quo perduxit miseros discordia cives !
Sæpe malum hoc illis, si meus non læva fuisset;
Intestina loqui populorum prælia possent.
Dicunt quippe sues sese mordere solentes,
Ad se mordendum dentes excire luporum.

ia nunc gregibus vix porrigit inclyta tellus,
vire prius de cujus et ubere pauper
aevit, sano dum res stetit integra regno.
nus electum vas Christi scribere Paulum,
ere delectat, vel si mordere vicissim,
itrum (*Gal.* v) vobis ne fors consumptio sitis.
oris intuitu, tunc mentis cernite visu.
l apostolicus Laurentum sermo ruinis:
se primum civili lite furentes.
urico objecti solvunt commissa furori.
quidem regnum contra se schismate scissum
nitur, domuique domus superimminet ultro
(*Matth.* xii).
m, terra meant, sed firma hæc famina perstant.
rater, dic, antistes, dic, sancte sacerdos,
stare nequit regnum per dissona se par,
sint divisis metuenda pericula nobis?
mes habitare (*Psal.* cxxxii) domum Psalmista
, Sulpiti (ne Gallus id audiat) affor: [notavit,
unt nostrum, quorum mens tendat in unum.
rdant omnes, præsul, comes, atque phalanges,
ni inter se concives, contribulesque:
turba strepit, machinantur et oppida bellum.
non cognatos etiam discordia pungit?
cat in Martem frater, concurrere fratrem
nitat, sævitque animis ignobile vulgus.
legirupis certant mortalia pugnis:
es aliis faciunt nil rectius illis,
efensores patriæ populique fuisse
ant, aliis constant occasio litis.
quorum patres sedabant seditiones,
n posteritas acuens exaggerat iras,
populi cum sit dissectio talis,
sic divisum credis consistere regnum?
mus æternas, indulgentissime rector,
, Christe, tibi, meritosque sacramus honores,
non, ut meruit, voluisti perdere mundum,
quippe reis deberes sumere pœnam,
os portando, vis ad meliora reverti,
ut pœniteat, quæ quis peccata patrarat.
ue diu, res si qua diu mortalibus ulla est,
us, atque datum mire transegimus ævum.
it anne unquam, vel hoc contingere quisquam
cat? num tale aliquid aut fama susurrat?
dem populi, tam multæ denique gentes,
rum multis tot discurrentibus annis,

A Immunes regis habuisset tempora pacis.
Israel una tribus, quam trivit fusca Canopus,
Cum pes lacte solum manans, et melle teneret,
Undique per gyrum ducens ex hoste trophæum,
Illos occidens, ast illos censibus urgens,
Postquam divinæ contempsit fœdera legis,
Irritatque Deum, manuum per facta suarum,
Accidit interdum, Domino plectente reatum,
Ut rex defuerit, dux illi nemo fuisset. [te tribunis,
Nec mora; quos vincens subjecerat ante [tributis for-
Vincitur ex illis, servivit et ipsa tributis.
Tunc Ammon, Madian, Moab, Amalecita, Philistim,
Illius audaces culpa, vel crimine fortes,
Cædentes cædunt, spoliantes exspoliarunt.
Insuper et destræ...... stirps vulnere Judam
B Fulminat hinc Judas: Benjamin fortiter instans,
Fratribus excisis, dum trudit flumina sanguis.
Non mirere, Pater, si conviciamur acerbis
Litibus et pugnis, si motus ferveat orbis,
Sed mage mira putes quo non sint funditus omnes,
Et tribus et populi funesto Marte perempti,
Ah! cum non habeant, qui *fac*, vel *desine*, dicat.
Regia si turmis esset prælata potestas,
Non adeo temere fluitaret mobilis ordo,
Discola nec tantum struxisset factio cladis,
Nec mala conantes eadem, factisque replentes,
Præmia sive thronum sinerentur adire proborum.
Plura quid his dicam? Desunt ubicunque regentes,
Disciplina cadit: huic et contraria surgit,
Absque timore quidem nihil esse loquuntur hono-
C Barbaries quæsita domi, censuque coacta [rem.
Christicolum populis, cum rex non dirigit ipsos,
Infra tecta capit censumque eruore reposcit.
Principe destituit multos nos tempore languor
(450) Infantilis adhuc perfungens nomine regis.
Ætas nec pugnæ est habilis, nec legibus apta,
Cui Deus indulget regnis, sceptroque potiri;
Sed tenerum corpus, seræque ad fortia vires
Despectum propriis generant (*Eccli.* x), atque hosti-
Quam vereor, quam sæpe revolvo..... [bus ausum.
Illius eulogium, qui, væ! portendere genti,
Supra quam juvenis staret dominatio regis,
Asseruit: quod summa Salus avertat ab illa
Gente, salutari quæ fonte renascitur illi,
Qui Rex, et Dominus, qui scitur et esse Sacerdos,
Qui nec principium, nec finem percepit ullum,
D

) In eo jam sum ut mihi liquere pronuntiem, suspicabar, hos Salomonis versus, quibus tem regni Germanici deplorat, Ludovicum i filium respicere. Obiit Arnolfus anno 900, quo Ludovicus puer in regnum constitutus ait noster Herman., et quidem septennis, ut ad Marianum, regis verius umbra. Nec enim m ejusmodi ab interregno quidquam distat; hæc verba volunt, *Principe destituit*, etc. dixerat, col. 564, vers. 32.

stibus ecce. Dei qui censebamur amici, dimur in prædam, etc.

rerum irruptiones designat, quas illi crudeas exercuere annis 901, 903, 904 et sequentit est a Reginone, Sigeberto, aliis proditum.

Et nescio an non fabulam de Hunnis, quos plerique eosdem Hungaros putavere, spectent sequentia ibid.:

Ferre canis pretium templo lex prisca refutat,
Nunc canis ipse domum Christi spurcissimus intrat, etc

Diserte autem Italiæ calamitates deplorat ibid.:

Instant Italides spoliatæ civibus urbes.

Ubi quam incredibiliter debacchati Hungari, vide Annal. Fuldens. F. an. 900. Simul civilia Lamberti, Berengarii, et Ludovici Bosonis filii, bella notat:

Intestina loqui populorum prælia possent, etc.

Hæc omnia ætati Salomonis, tertii hujus nominis Constantiensis episcopi, conveniunt. Can.

Cujus regna chao, præcellunt jura diebus.
Si non absurdum cuiquam, vel forte molestum
Esset, in hoc sapido vellem sermone morari,
Et novus interpres quiddam mœrore levando,
Quod nusquam legi de me proferre legenti.
Omnis in antiquum qui credit..... dierum.
Subditur haud juveni talis devotio regi
At vero gentes stulte simulacra colentes,
Cum sibi constituunt alicujus imaginis icon,
Subdunt se juveni per inania figmina regi.
Regem..... noviter sic constituenti
Nobis per juvenem veniat benedictio regem.
Hæc ego commentus, scriptis non derogo sacris.
Sit rata, quam sapiens prodit narratio, codex
Exemplum nobis, authentica scriptio ponit,
Monstrans non nimium juvenili ætate dolendum.
Strenuus annorum Josias rex fuit octo (*IV Reg.* xxii),
Cum primum regno fungi cœpisset avito:
Firmatus vero sensu solidatus et ævo.
Indeptus plenis maturum robur ab annis,
Zelo ferventi studuit servire Tonanti,
Instaurat templum, comitque ornatibus ipsum,
Ordinat officium, divinatione dicatum,
Lege monet populum, instigat flere reatum,
Scandala dimovit, lucos excindere jussit,
David iter vadit, Domino constanter adhæsit.
En quo profecit qui pusio regna capessit!
Quis, rogo, nunc juveni debet diffidere regi?
Dummodo cuncta regens Rex regum dirigat ipse.
Sincerus certe Samuel (*I Reg.* iii), Danielque (*Dan.* xiii) Prophetæ,
Essent ætatis pueri cum forte minoris,
Judicium senibus decernunt, jusque (*Senibus*) gerontis,
Quædam verba metu posui, solamine quædam,
Ut quem sollicitet formido, spes animaret.
Æstus hi tales, quos profert pagina præsens,
Turboque commiscens diversis casibus omnes,
Ossa mihi siccant, sensum mœrentis obumbrant.
Accidit et crebro, stupidus cum talia tracto,
Ut sicut Nonnus scripsit, felixque sacerdos,
Hieronymus noster, sanctus, sapiensque magister,
Interdum proprium fiat mihi nomen oboltum (oblitum),
Et mens fusa foras, ipsum me deserat intus:
Tunc post liminio deserta cubilia longo
Regrediens...... proprii nova dogmatis hospes.
Quid tu? panis abest æque nec pocula præsto
Nec focus ardet ibi, nec lectus sternitur ægre,
Esurit, atque sitit, suffert et nudula frigus:
Quid faciat? quo se vertat? quis panset egenam?
Flet, gemit, et lacrymat, singultit, mussat, et hæret.
Omnia tentati compunctio subvenit ipsi,
Tali suggestu compellans sana dolentem:
Nocte fores media tandem pulsentur amici,
Si sit dormitum, vox pernix excitet illum,
Ut lassus terno recreetur pane viator (*Luc.* xi).
Nec tibi, crede, negat, tantum prex sedula poscat
Insuper et lympham largus tibi porrigit ultro,
Qua quis potata sitiens non sitiet ultra (*Joan.* iv).
Hic facis, ut tantum formides frigora quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
Nec petit argentum, pretium nec postulat ullum.
Qui dare sponte docet, gratis quod poscitur offert.
Hæc pia mens tristis librans consulta sororis,
Mel super atque favum hunc talem retur amicum,
Et pulsare fores, aditus jam quærere servet,
Ejus et eloquiis aures aperire fruendis
Eia age, rumpe moras, delectat pergere, dicit,
Sed quia non proprio satis est confisa paratu,
Astruit ecce palam sese ductoris egenam,
Pergere nec quoquam per semet posse fatetur
Ergo viæ ignaram sustenta, præsul, alumnam,
Lapsantique manum ductricem porige, quæso.
Teste, loquor, Domino, potis est quem fallere nemo.
Quod non pictoris ludo, nec more poetæ,
Fuco fallendi quorum lex traditur uni.
Alter habet juris poesim componere mendis:
Sed quod verba notant, illud præcordia clamant;
Scribit quodque manus, scriptum mens obtinet intus.
Questibus internis suffragia quærito Patris.
Pandens quanta premunt, manifestans quanta lacessunt,
Ut pondus proprium, quem lassans mergit in imum,
Erectum statuat (*Rom.* xiv), cui standi robur abundat,
Cœlipeta insonuit sancto quod Apostolus ore,
De me profiteor: Revera nescius error
Obnubit mentem, crebro fallitque videntem.
Nonne videns fallor? cernens et visibus orbor?
Pauli voce loquor, quid agam non sentio plane,
Ignorans operor, quod non intelligo factor (*Rom.* vii).
Verser ut in mundo fragile nunc utile duco (*Philip.* i).
Ut quidam sedem, quod fessum concutit orbem;
Cogit et officium me jungi plebibus almum,
Et fratrum propriam curis postponere curam,
At plerumque subit, quæ sic intentio dicit:
Mundum linque, vaca Domino, sectare quietem,
Tecum disce habites, inimicas desere lites;
Nutat enim mundus, fallax et labitur orbis.
Si tu mundanas vis sustentare ruinas,
Involvent rapidis fors te ruinosa ruinis.
Nititur in vacuum qui perdit ad ultima nisum.
Ambo salvari si tu, mundusque nequitis,
Erue vel temet: nam solum evadere refert,
Quam perisse duos æque discrimina passos.
Huc ades, antistes, his interponere judex.
Hæc est summa quidem, quod cœpi scribere pridem:
Pontifices, regem, quamvis populosque dolerem,
Acrior hæc memet semper mea cura remordet.
Nam me plus æquum, quam quemlibet arbitror aurum;
Vulnera plura gerens, medicinas expeto plures,
Otia, sectari, strepitumque reliquere mundi,
Me lex illa monet, laribus quæ mentis inhæret;
Hanc contra pugnat (*Rom.* vii), quæ membris indita constat.
Heu mihi! quam duro solet hæc superare triumpho
Captivans miserum peccati lege ligatum.
Invalidæ legi sis, o patrone, favori.

Per te devincat per se quæ victa laborat.
Et simul ambiguum de binis effice certum,
Consilium ut sapiens dubitans Susanna capessens
Evadat mortem jam libera per Danielem (*Dan.* XIII).
Vis, potes, et nosti conservis auxiliari ;
Cui pater ille domus peregre frumenta profectus
Dispensanda dedit, nec gazas condere jussit,
Ubertim binis quas contulit ipse talentis (*Matth.* XVIII).
Dicite queis lacrymis dolitum sit funus Abelis,
Divide, dispensa, profer, largire ministra,
Quod tibi divina corban descendit ab aula.
Hoc heros mandat, data dans dare dapsilis optat :
Quanto plus dederis tanto plus danda mereris.
Arca cluit dando, vacuatur et ipsa negando,
Quia sua derivat soli sibi flumina servat.
Hæc exhortando, non te sunt dicta docendo.
Quippe theoretice quem Spiritus imbuit arte.
Arvum jam sitiens, de te desiderat imbres,
Eloquii pluvia squalentia complue rura.
Disciplina patris mihi sis, compassio matris.
. . . . . . . . . . . . . OR.
Mathitæ fido præsens didascalus esto,
Annuat Omnipotens, qui cœli sustinet axes,
Atque gravem vasta terram sustentat abysso,
Ipse tua ut suppar virtute diutius utar,
Vivere sitque meum, quod te scio vivere sanum.
Funde preces Domino pro me, mi frater, id oro
Et plebi totæ sit prex tua fultio vitæ.
Dum fruor hac vita, vitali vescor et aura,
Dum sensus sapiunt, dum linguam . . . manebunt,
C Te meditor semper, te rumino voce frequenter,
Jugibus et votis, habitare palatia lucis
Te, tibi me juncto, Jesum precor esse. Valeto.
Hic in calce rogo claudens hoc . . . sigillo,
Ut vinclo fidei, quo vos me stringere novi,
Nostrum Hathonem, vestrumque ligetis eodem,
Et qualem vobis me corde valere velitis ;
Talis ei sitis et plus, quia plura valetis ;
Quos vobis fibos, et quos habeatis amicos.
Ad nostram oro fidem per vos ducantur iidem.
Nos vobis equidem ritu faciemus eodem
Nobis cencordes, ad vos convertimur omnes,
Servantes legem fidei nihilominus ipsi.

(451) *Carmina Salomonis episcopi ad Dadonem episcopum.*

Eximie antistes, hac accipe, Dado, salutes,
Conscriptas tristi a Salomone tibi.
Sicut lætorum fueras pars ante meorum,
Sic nunc tristitiæ pars, Pater, esto meæ.
Gaudenti congaudere, et cum flente dolere (*Rom.* XII),
Scriptio quam dictat, Tarsigena imperitat
Tempore transacto damnum generale querendo
Quædam conscripsi, præsul amande, tibi.
Obliqua dolui mundum vertigine ferri,
Mistim diversa explicuique mala.
Poscens consilium de te, mi chare, malorum,
Singula disserui, quæ fuerant oneri.
Casus multorum sed me nunc obsidet unum,

(451) In ms. codice deest titulus.

A Et diversorum me peto fasce premi.
Dum frater vixit, quidquid me durius ursit,
Insinuans illi hoc levius habui.
Hic mihi portus erat, mens huc mea se referebat :
Cum mare jactaret, meque salum quateret.
Hic baculus lasso, fuit hic medicamen et ægro.
Istic dum viguif, nil mihi triste fuit.
Esto, jam fuerit ; sed cum fuit ille, subegit :
Cum perpessus eram, nil patiens fueram.
Quis dat aquam capiti, cui presto est causa dolendi,
Cui plorare quidem, multaque flere libet
Dicite queis lacrymis dolitum sit funus Abelis,
Cum protoplasti hunc gemuere mori.
Quos luctus, Adam, vel quam das, Eva, querelam,
Cum qui plus placuit fratre necatus obit ?
B Amplius ipse quidem defunctum lugeo fratrem :
Nam vice suscipitis progeniem sobolis.
Seth vobis veniens fletus deterserat omnes (*Gen.* IV) ;
At semel amissus non venit ille meus.
Ipse Jacob luxit (*Gen.* XXXVII, quod Joseph obisse putavit,
Quamlibet undena stirpe cluat genitor
Ast mihi queis lacrymis est flenda ereptio fratris,
Benjamin nullus cui superest alius ?
Rachel (*Jerem.* XXXI ; *Matth.* XXI) docta doce mea me contraria flere,
Quæ consolantes spernere mœsta soles.
Eligo lege tua solamina sumere nulla :
Hoc ululatu omnem continuare diem.
Rex David planxit, pulcher quia natus obivit (*II Reg.* XIX) ;
Seque insectantem flet genitor sobolem.
Hic nisi quod libuit nunquam mihi funditus egit,
Et, quamvis bini, mansimus unus homo.
Quæ volui, voluit ; quæ non, hæc ipse rejecit.
Quo mihi huic similis inveniendus erit ?
Si pater hunc flesti, qui sceptrum tollere regni,
Cum vita tibimet sæpe ferox cupiit ;
Istum quo planctum digne quo perstrepo luctum,
Qui plane omne suum maluit esse meum ?
Pro me sponte suam qui vellet ponere vitam,
Se morti tradens, me superesse volens.
Ut legitur (*Ezech.* I) Litteris animalibus esse beatis,
Si starent oculi ante, retroque mihi :
Tot non sufficerent, quantum mihi flere liberet,
Quamlibet intra me flumen et esset aquæ.
D Hieremiæ sancti me deploratio libri
Corde tenus tangit, utque propheta gemit.
Ecce querelosis sit fas mihi dicere verbis,
Dixit ut arctatus, Christe, sophista tuus.
De me magnificos (*Thren.* I, 15) tuleras sanctissime cunctos,
Et teris electos cum ditione meos.
Ipse ideo plorans lacrymarum duxero lymphas,
Solator longe quod mihi factus abest.
Sum vir ego certe, qui jam contemplor abunde,
Cernens ærumnam pauperiemque meam.
Hic volo, quem scribit, quemque ipse Theologus addit,
Ad me solandum ponere versiculum.
O tua sancta satis, Domine, est miseratio grandis,
Quod non consumpti falce (*Apoc.* XIV) metente sumus.

Rhetoris eximii sed fabor voce Severi :
Imperitare mihi quin doleam nequeo.
Hæc eadem posuit prædictus famina scriptor,
Martini sacrum commemorans obitum.
Discipuli Paulum narrantur plangere vivum (*Act.* xx).
Ex his disjunctus cum petiit pelagus.
Plangitur anne magis disjunctus vortice mortis,
Qui pelagus petiit, quo. . . non rediit?
Qui revocare valet te, pro te, Lazare, deflet (*Joan.* xi).
Ergone jure gemit; qui revocare nequit?
Turba beatorum Messiæ discipulorum,
Cum se prædixit vadere, mœsta fuit.
Hæc inquit, dicens : scio vos existere tristes (*Joan.* xvi) :
Sed vobis multum proderit ire meum.
Si sic discipuli Jesu sunt mœstificati,
Cum sibi profuerat hic quod ad alta meat :
Cui multum periit, quod frater charus abivit,
Creditur has lacrymis posse carere genas?
Jam solare, Pater, me, te precor indigus, æger,
Lassum (*Isa.* L) ut sustentes, vox jubet alma tibi.
In sortem cecidit tibimet plaga climatis austri (*I Reg.* xxx),
Deves, qui fugiet, pane cibare tuo.
Ad te confugio, pastum partire misello
Panis egestate ne moriatur inops.
Causa mihi restat, quæ... cor turbine sanat,
Funere fraterno, qua relevabor ego.
Illud cum recolens... animæquior exsto,
Quod, cum migrarat, pontifices aderant ;
Cum quibus ipse suum pertractans sæpe recessum,
Res discessuri ordinat ipse sibi.
In mundum ut venit, sic nudus pene recessit,
Qui præ se misit omne quod hic habuit.
Cumque diuturno coquerentur membra camino,
Ultima vix tenuis hæserat osse cutis.
Tum igitur veterem deponens martyr hominem,
Cœlo reddiderat, quod Deus inde dabat.
Hanc dixi causam mœsti lenire querelam,
Quam me fraternus cogit habere obitus.
Insuper hoc certe, quod Patres constituere,
Quos Dominus junxit, quando beatus iis ;
Denique commoti tractare pericula mundi,
Casu quem cernunt, cautius incipiunt.
Tunc sanxere diem fieret quæ *septima* fratris,
Omnes perficere cum prece si agape (452).
Sic cum veniret quæ lux *tricena* maneret,
Ritu consimili hanc statuere coli.
Annus utque diem circus revocabit eumdem,
Rursus agunt precibus hoc pietatis opus,
Præsul cum reliquis et tu reminiscere fratris,
Cui vivens fidit, fisus et ille fuit.
Pectore sincero nos temet amavimus ambo,
Unice confusi exstitimusque tibi.
Ambo germani te poscimus auxiliari.
Hoc mihi succurris, si memor ejus eris.

(453) *Salomonis episcopi Tetrastichon, quo carmen Waldrammi mittit ad Dadonem episcop.*

Hic tibi scripturam præsul, subjungo legendam
Quidam (454) suspirans qua mea damna gemat.
Qui, cum mœrorem ferret mihi plaga recentem,
Primum condoluit, cumque gemente strepit.
Post hæc humanæ proponens debita vitæ,
Me sufferre monet quæ toleranda manent.
Tu quoque sic facito, mihi par per utrumque maneto.
Post fletum tandem me, rogo, fac hilarem.

(455) *Versus Waldrammi ad Salomonem episcopum, quos Salomon ad Dadonem mittit.*

Planctus Rachelis (*Jerem.* xxxi) plebs mecum lugeat omnis,
Et velut ob Joseph, Israel ipse dolet (*Gen.* xxxvii).
In campo Magedon (*Zach.* xii) fuerat ceu luctus Adremmon.
Josias migrat (*II Paralip.* xxxv) : sic modo flere juvat.
Convenit ecce mihi cujusdam voce profari,
Cui dolor, anxietas, mœror et intus erat (*Ovid.*).
Carmina qui quondam studio florente peregi,
Flebilis, heu! mœstos cogor inire modos.
Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ ;
Et veris elegi fletibus ora rigant.
Quis, rogo, non luget? quis se plangore coercet?
Cum qui lætitiam amplificabat abest.
Qui faciem placidam reminisci quiverit illam,
Non lacrymas fundens, nonque dolore madens?
Nobilis, ingenuus, primas, mediocris, egenus,
Luctu communi, hunc flet ab orbe rapi.
Vera manent certe quæ scribit canna poetæ,
Qui cum perspexit acria mortis, ait :
Aspera conditio, et sors irrevocabilis horæ,
Quam generi humano tristis origo tulit.
Cujus quod sequitur lauta ratione politum,
Ut relegas, Domine, hic libet inserere.
Ecce hoc triste nefas nobis genuere parentes,
Cœperat unde prius, hinc ruit omne genus.
Primus Abel cecidit miserando vulnere cæsus,
Ac fraterna sibi.....
Post quoque Seth obiit, sub Abel vice redditus isdem,
Et quamvis rediit, non sine fine fuit.
Quid Noe memorem laudatum voce Tonantis :
Quem gravis arca tulit, nunc gravis arca premit.
Sic quoque Sem, et Japhet justissima proles,
Sancta et progenies, tale cucurrit iter.
Quid patriarcha Abraham, vel Isac, Jacob quoque dignos?
Cum de lege necis nemo solutus adest
Melchisedech etiam Domini sacer ore sacerdos,
Job quoque, seu geniti sic abiere sui.
Legifer ipse jacet Moses, Aaronque sacerdos,
Alloquioque Dei dignus amicus obit.
Successorque suus, populi dux inclytus Jesus,
Quos legitis libris occubere patres.
Quid Gedeon, Samson, vel quisquis in ordine judex.
Mortem sub Domino judice nemo tulit,
Israelita potens David rex, atque propheta,
Est situs in tumulo cum Salomone suo,

(452) Forte, *cum precibus agape.*
(453) In ms. deest titulus.
(454) Waldrammum intelligit.

(455) Huc pertinet iste tutulus, qui in ms. perperam primo carmini additus est: *Versus Waldrammi ad Dadonem episcopum a Salomone missi.*

ıaniel, Samuel Jonasque beatus,
ı sub pelago, stat, modo pressus humo.
clave Petrus, primus quoque dogmate Pau-
ris celsæ animæ, corpora terra tegit. [lus,
ib humano cui nullus major habetur
ptista potens, ipse Joannes obit.
Eliasque hoc adhuc spectat uterque,
.tus ex homine est, et moriturus erit.
ıtor ovans cito surgens Christus ab umbris;
ia natus homo est, carne sepultus humo,
o non moritur, mortem gustante salute ?
ro me voluit sic, mea vita, mori.
id hinc facimus, quod declinare nequimus,
ihil auxilii possumus esse rei ?
s, gemimus, sed nec prodesse valemus,
ı adest oculis, est neque fructus opis.
orquentur, lacerantur corda tumultu :
ari exstincti, flendo cadant oculi.
ıatur amor, nec jam revocatur amator,
›que jam repetit, quem petra mersa tegit.
ırgo omnes alia regione locandi,
s ad patriam, quos peregrina tenent.
rende Pater, ne casu... esto,...
uno flere decet, quem paradisus habet.
bet omnipotens, non possumus esse re- [belles,
*Deum* contra est illius acta dolens.
›e sumus figmentum, et spiritus inde est :
ubet hinc imus qui sumus ejus opus.
e solamen (*Joan.* XVI) quod scis spondere [creantem :
qui credit non morietur (*Joan.* VIII), ait.

A Spondet adhuc etiam, nullus cui detrahat unquam :
Quæ duo deposcant, ut sibi danda sciant.
Si duo de vobis (*Matth.* XVIII) votis concordibus, [aiens,
Implorant aliquid, hoc Pater ipse dabit.
Si possint rari Domino præstante mereri,
Quæ precibus poscunt ; quid numerosa queunt.
Turba sacerdotum, monachorum corpus inerme,
Nonnæ cum viduis, pauper, inopsque phalanx,
Clerus cum vulgo, vilis cum divite summo,
Cum majore minor, cum puero senior ?
Commendant animam Jesu cum questibus ipsam
Fratris Germani, Domine beate, tui.

*Distichon Salomonis, quo sequens carmen ad Dadonem mittit.*

B Rursus, sancte Pater, tua me dilectio cogit
Scribere doctiloqui verba perita viri.

*Versus Waldrammi* (456) *ad Salomonem, quos Salomon ad Dadonem misit.*

Esto virile decus, patienter vince dolores,
Quod non vitatur, vel toleretur onus.
Talis erit populus, qualem te viderit esse,
Deque tua facie plebs sua vota metit.
Denique Job natos septem uno triste sub ictu
Amittens, laudes rettulit ore Deo.
Femina bis felix pia mater Machabæorum,
Natos septem uno funere læta tulit.
David Psalmigraphus cum natum amisit amatum,
Mox tumulo posuit, prandia festa dedit.
C Hæc girata manu, necnon percensita censu,
Fors mœrore tuum, domne, levant animum.

Suspicor Valtrannum esse qui Argentora- ›iscopus, quem Regino scribit obisse an. schius *Baldramum* vocat ; verum hæc ha- affirmari non debet ; neque tamen omitti, Scio quam in hoc genere conjecturæ blandiantur et quam blande quoque fallant ; velim nil nisi certissimum affirmare. De Dadone nihil adhuc eruo. CAN.

---

ANNO DOMINI MCCCCXX.

# WALDRAMMUS

ARGENTINENSIS EPISCOPUS

## NOTITIA HISTORICA IN WALDRAMMUM.

(Gall. Christ. tom. V, pag. 787.)

nagnificæ sanctitatis, » ut loquitur Wym- ıs, obtinuit ab imperatore Arnulfo, sive ıa duce, ut alibi vocatur, Novientensem n, e qua mox depulit Hartmannum abba- ue successorem dedit Helmerium mona- ı cujus gratiam habetur in chartario hujus rii præceptum ejusdem Arnolfi, datum anno ıs septimo, hoc est anno circiter 894, in quo mus noster memoratur. Sedit anno se- D quenti in consilio Triburiensi, ac post decem annos defunctus est, ex Chronico Regionis ad an. 905 in hæc verba : « Per id tempus Waltrammus Strasburgensis Ecclesiæ, et Luidelmus Tullensis Ecclesiæ præsules, migraverunt a sæculo, quibus successerunt in pontificali cathedra Obertus in Strasburgensi civitate, et Drogo in Tullensi. » Et hoc quidem anno, ut idem Regino scribit, rex urbem Strasburgensem adiit, et episcopum ac plebem

inter se dissidentes ad concordiam revocavit. Idem habet chronographus Saxo apud Ekkardum, pag. 238, nisi quod ea refert ad annum 906. Cæterum hoc anno 906, R. P. Laguille die 13 Aprilis, Wymphelingus die 12, Waldrammi mortem consignant.

# WALDRAMMI CARMINA.

*Vide supra in* Salomone *Constantiensi. Carmina utriusque propter arctam quam inter se habent connexionem, disjungere noluimus.*

ANNO DOMINI DCCCCXX.

# ODILO

## MONACHUS S. MEDARDI SUESSIONENSIS.

### NOTITIA HISTORICA.

(Apud Fabricium, Biblioth. med. et inf. Lat.)

Odilo monachus S. Medardi apud Suessionenses in Gallia ord. Bened. circa A. 930 scripsit ad Ingrannum cœnobii sui decanum, postea anno 932 episcopum Laudunensem, *de translatione reliquiarum S. Sebastiani martyris et Gregorii M. papæ* in Suessionense S. Medardi A. 926 facta, quod sine nomine auctoris edidit Bollandus tom. II Januarii 20. pag. 270-295; sed auctori restitutum suo et præfatione ejusdem locupletatum Mabillonius sæc. IV. Benedictin., pag. 383. Verum epistolam ad eumdem. Ingrannum *de adventu et susceptione corporum SS. martyrum Tiburlii Marcellini, et Petri, Marcelliani et Marci, Probi et Hyacinthi, Marii et Marthæ, Audifax et Abacum, Abdonis et Sennis*, editam ab eodem Mabillonio pag. 411, supposititiam et nullius fidei esse disputat Papebrochius in Actis Sanctorum, t. i. Junii 2, pag. 206, seq. Præter hæc scripta a Fabricio indicata, Scriptores Historiæ Litterariæ Gallicæ memorant ejusdem epistolam a P. Martene vulgatam ad Hucbaldum monachum S. Amandi, sicut et eidem vindicandos censent sermones tres, quos sine nomine auctoris vulgatos legimus in Bibliotheca Floriacensi, tom. II, pag. 136. Vide Historiam illam ibidem tom. VI, pag. 175.

# ODILONIS MONACHI

## LIBER

## DE TRANSLATIONE RELIQUIARUM S. SEBASTIANI MARTYRIS

ET

## GREGORII PAPÆ

IN SUESSIONENSE SANCTI MEDARDI MONASTERIUM.

(Acta sanctorum ordinis S. Bened., tom. V.)

### MABILONI OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

Libelli sequentis, quem, excepta præfatione, in lucem edidit Joannes Bollandus sub Anonymi nomine, auctor videtur Odilo Monachus Medardensis, Ingranno monasterii decano, Carolo Simplice regnante. In pervetusto enim codice membraneo venerabilis viri Claudii Jolii, canonici ac cantoris ecclesiæ Parisiacæ, qui codex olim fuit monasterii S. Medardi, huic libello præfigitur ista inscriptio: Epistola Oydilonis ad Ingrannum, et est alia etiam ejusdem Odilonis lucubratio ad ipsum Ingrannum de translatione sanctorum martyrum Tiburtii, Marcellini, etc., quam postea exhibebimus. Corrigenda proinde inscriptio codicis Resbacensis, in quo subjectus liber Rodoino auctori tribuitur. Errandi occasio nata est ex conclusione libri, ubi Rodoinus schedulam de Sebastiani miraculis reliquisse memoratur. Porro Ingrannus decanus vivebat procedente sæculo decimo, ut constat ex Frodoardi Chronico ad annum 932, quo « Ingrannus decanus monasterii sancti Medardi episcopus Lauduni ordinatus » fuisse perhibetur. Ubi observare convenit, tum temporis pleraque monastéria, quibus impositi erant sæculares

abbates, administrata fuisse per decanos monachos, quos etiam pro-abbates et præpositos nonnunquam appellabant.

2. S. Sebastiani translationem, quæ præ manibus est, celebrarunt auctores graves et æquales, in primis Eginhardus in Annalibus ad annum 826, cujus testimonium Odilo refert in sua præfatione; et Wandalbertus in suo Martyrologio, tum XIII Kal. Februarii, tum V Idus Decembris, quo scilicet die facta est, in hæc verba :

Sebastianum quinis celebramus ab Urbe
Translatum, proprio quo Gallica rura patrono
Exsultant, ingens templum cui surgit et ara,
Antiquosque nitent æquantia culmina fastus.

Partem duntaxat S. Sebastiani reliquiarum translatam eo fuisse scribit Ado Viennensis episcopus in Chronico, cui Baronius aliique astipulantur. Ex his reliquiis in Galliam delatis pars Floriacensibus nostris concessa est, teste Adrevaldo in libro de Miraculis S. Benedicti, cap. 28, nimirum coxendicis ossa duo hactenus asservata; pars sudarii Magnilecensibus ex sequenti capite 41, aliæ penes Medardenses nostros manserunt ad annum usque 1564, quo Calvinistæ furentes sacra lipsana fœde violata proculcarunt die 27 Septembris : a piis quibusdam hominibus collecta, uti et sancti Gregorii sanctique Medardi, et Catharinæ Borboniæ parthenonis Suessionici B. Mariæ pro tempore commendata, postea Carolus de Rossiaco Suessionensis episcopus auditis testibus approbavit, et tribus capsulis reclusit, uti legitur in commentario Alexandri Salnovei monachi et eleemosynarii Medardensis, apud Bollandum.

3. Eodem etiam corpus S. Gregorii papæ translatum esse tradit Odilo infra cap. 15, quod de parte tantum corporis explicandum esse censet Baronius. Certe Carolus, cui cognomen Calvus, « cum Suessonicam peteret urbem anno 842, monachi de sancto Medardo occurrerunt illi, deprecantes ut corpora sanctorum Medardi, Sebastiani, Gregorii, Tiburcii, Petri et Marcellini, Marii, Marthæ, Audifax et Abacuc, Homesimi, Meresinæ et Leocadiæ, Mariani, Pelagii et Mauri, Floriani cum sex fratribus suis, Gildardi, Sereni, et domni Remigii Rothomagorum archiepiscopi, in basilicam ubi nunc quiescunt, et jam tum maxima ex parte ædificata erat, transferret. Quibus acquiescens, inibi remansit, et uti postulaverant, beatorum corpora propriis humeris cum omni veneratione transtulit. Insuper et villam quæ Bernacha dicitur, rebus ejusdem ecclesiæ per edictum addidit. » Eamdem rem probat caput 20 libri primi de Vita Gosuini abbatis Aquicinctensis, qui in Medardino cœnobio ægrotans, « videre sibi visus est de loco Sanctuarii virum egredi secus mausoleum, quod beati Gregorii creditur ossa continere, » a quo et sanatus est. Quo facto Gregorius « tam abbati Gaufrido quam quibusdam claustralium voluit quod acciderat non taceri, quatenus de miraculi perpetratione, de superborum confusione, qui dicerent Gregorium non esse in loco illo, de exaltatione ecclesiæ suæ hilariores redderentur. » Ad hæc Gregorii in ecclesia Medardensi quiescentis meminit Joannes Sarasberiensis in epistola 159, ubi Senonensis (ut puto) archiepiscopus « in procinctu ferendæ sententiæ » contra vexatores Thomæ Cantuariensis pontificis constitutus, « iter arripuit ad urbem Suessionem orationis causa, ut beatæ Virgini, cujus ibi memoria celebris est, et beato Drausio, ad quem confugiunt pugnaturi, et beato Gregorio Anglicanæ Ecclesiæ fundatori, qui in eadem urbe requiescit, agonem suum precibus commendaret. » De translatione Gregorii per Gregorium papam IV facta legendi Anastasius et Joannes Diaconus; de translatione vero ejus capitis in Senonense monasterium sancti Petri legendi Clarius, Odorannus, et maxime socii Bollandiani in suo Martio ; ubi notant caput sancti Gregorii papæ, primi an secundi, creditum asservari in ecclesia ejus nominis Constantiæ ad Rhenum et Ulissipone in Lusitania. De aliis sanctorum reliquiis sæculo nono in Medardense monasterium translatis inferius post hunc librum; nunc vero de istius cœnobii origine breviter agendum est.

4. Sancto Medardo Noviomagi ad Œsiam rebus humanis exempto, et apud Suessionas sepulto, Clotarius primum *cellulam* seu oratorium *ex virgultis*, dein *basilicam fabricare cœpit* circiter annum 560, quam postea Sigibertus filius ejus explevit atque composuit, teste Gregorio Turonico episcopo, tum in libro de Gloria conf., cap. 95, tum in Historiæ lib. IV, cap. 19. Basilicæ situm ad urbis Suessionnicæ prospectum orientalem ita describit auctor anonymus sæculi decimi in libello de Miraculis sancti Medardi, tomo X Spicilegii: « Erat autem illud rus quo hæc agebantur, ex ditione regalis fisci, cui Croiacus (*Crouy*) vocabulum est, ex antiquo profano idolorum cultui mancipatum. Nam et usque hæc Danorum tempora bifrons lapideus magnæ latitudinis ante fores sacræ ædis in eodem loco perstitit. Eruderato itaque agro et in planum redacto, construitur nobile mausoleum receptui tanti hospitis dignissimum : encæniatur locus, in quo sacrum Christi ovium famosissimum toto orbe erat alveare futurum ; » id est cœnobium monachorum, quos eo in loco primitus institutos a Sigiberto fuisse demonstrat V. C. Adrianus Valesius in Disceptationis de Basilicis cap. 6, et in Defensionis priori parte, cap. 9. Hinc Paschasius Radbertus in lib. III Expositionis in psalmum XLIV, agens de Suessione civitate, quam *Vesonam* non semel appellat : « Habet, inquit, ad orientem sui nunc castrat monachorum cum suis sanctis confessoribus atque martyribus. » In ea basilica sepulti Clotharius et Sigibertus ; et Pippinus Caroli Magni parens in regnum levatus a Francis dicitur in brevi Chronico monasterii, quod Chronicon exstat in Spicilegii tomo II. Cum angustior esset basilica quam ut confluentium populorum turbam capere posset, eam Hilduinus abbas et sacri palatii archicapellanus, juvante Ludovico Augusto, in ampliorem formam instauravit, quam postea Sigefridus rex Nortmannorum incendio tradidit circiter annum 886, ut legitur in primo Chronico de gestis Normannorum apud Chesnium. Et tamen Henricus dux, quem Carolus imperator auxilio Parisiensium miserat, a Nortmannis cæsus, anno insequenti « in basilica sancti Medardi sepelitur, » testante Reginone in chronico. De instauratione et incendio prædictis ita scribit Anonymus jam citatus in Spicilegii tomo VIII : « Nemo sane autumet hanc esse basilicam, » a Sigeberto scilicet ædificatam, « quæ olim a Chludovico Cæsare cœpta, nuper et a Marcomannis exusta. Verum illa prior a Sigeberto rege patrata, ob frequentiam populorum propter omnigenum virtutum insignia ad memoriam egregii martyris Sebastiani confluentium, a Rodoino tunc præposito ejusdem cœnobii Augusta præceptione, cooperante semper bonæ memoriæ Hilduino archicapellano abbateque jam dicti monasterii funditus destructa, et in maximo ambitu augustius est instaurata. » Istius instaurationis meminit Nithardus num. 3. Quis post Nortmannicam cladem loci restitutor fuerit, mihi incompertum. Ecclesia quartum innovata, « anno 1131 dedicatur ab Innocentio papa secundo in honore beatæ Mariæ semper virginis et sanctorum apostolorum et martyrum, et in honore beati Medardi episcopi et confessoris Idus Octobris. » Quæ sæculo proxime elapso a Calvinistis fœde temerata, denuo restituta est nostro sæculo, quo monasterium congregationi sancti Mauri addictum feliciter perseverat. Isthic illustria facta insignesque eventus contigere ; floruerunt viri sancti ac pii non pauci : quæ omnia his observationibus comprehendi non

possunt. Nam eo loci, præter jam dicta, exauctoratus Ludovicus Augustus; Pippinus Aquitaniæ rex jussu Caroli Calvi tonsus; Hirmintrudis Caroli uxor ab episcopis coronata; et Rodulfus rex dictus, teste Frodoardo in Chronico. Concilium inibi ab Hincmaro habitum, in quo lata sententia adversus monachos duos, qui Pippinum inde subduxerant. Ibi etiam synodum habuit Innocentius papa secundus.

5. Istuc vitæ perfectioris desiderio secessere Leidradus archiepiscopus Lugdunensis; Marcus Scottus episcopus sæculo nono: quo etiam abbas sanctus Rodulfus, post archiepiscopus Bituricensis, loco præfuisse memoratur. His etiam adjungitur Hugo Caroli Magni, ut putant, filius, abbas Novaliciensis. Præterea vixerunt eo in cœnobio sancti Arnulfus et Gerardus abbates sæculo XI, Goswinus prior sæculo XII. Hic observanda nonnulla de Marco Scotto episcopo, qui sæculo nono vixit.

6. « Marcus Scotigena episcopus temporibus Grimaldi canonici abbatis, Harmuto ejus quasi pro abbate, Gallum (*id est monasterium sancti Galli*) tanquam compatriotam suum Roma rediens visitat, » inquit Ekkehardus Junior in cap. 1. « Comitatur eum sororis filius Moengal, postea a nostris Marcellus diminutive a Marco avunculo suo sic nominatus: hic erat in divinis et humanis eruditissimus. Rogatur episcopus loco nostro aliquandiu stare: allecto nepote, diu secum deliberantes, vix tandem consenserunt. » Id factum regnante Carolo Calvo. Post hæc Marcus in monasterium sancti Medardi se recepit, « cum illic vigeret præclara monachorum congregatio, quorum honesta celebrabatur institutio, » ut scribit Lisiardus in Vita sancti Arnulfi episcopi Suessionensis. Hericus Antissiodorensis monachus, Marci æqualis, in libro de miraculis sancti Germani Antissiodorensis episcopi, cap. 55, Marcum vocat « sanctum senem, qui natione quidem Britto, educatus verum in Hibernia, post longa pontificalis sanctitatis exercitia, ultroneam peregrinationem sibi indixit. Sic traductus in Franciam, piissimique regis Caroli munificentia illectus, apud beatorum Medardi et Sebastiani cœnobium anachoreticam exercebat vitam, singularis nostro tempore unicæ philosophus sanctitatis. » Et sancti Germani miraculo versibus ipsius Marci relato, ita subdit Hericus: « Hæc ita apud Britanniam catholicis litteris contineri prædictus mihi episcopus jurisjurandi interpositione firmabat: cujus probitatem quisquis expertus est, verbis illius fidem cedere nullo modo dubitavit. » Ex quibus intelligitur Marcum fuisse virum sanctum, cujus gratia non immerito hic tantisper gradum sistere visum est.

7. Regulam sancti Benedicti Monachis ejus loci a primordiis impositam fuisse sententia fuit Rothadi eo nomine primi Suessionensis episcopi, qui in quodam privilegio ait, Reges in tantum extulisse monasterium istud, « ut omnibus locis sui juris eum præficerent, nullique intra Gallias religione, scientia opumque copia habeatur secundus, et fratres ex nobili genere Deo servientes sub regulari et monastica sancti Benedicti Regula ibidem agregasse. » Certe in jam citato concilio Medardensi Patres causam duorum ejus loci Monachorum, SECUNDUM REGULAM SANCTI BENEDICTI, examinaverunt anno 853, quo fere tempore Hincmarus Rhemorum antistes Rothado Suessionensi episcopo scribit « pro ordinatione monasterii sancti Medardi, et restituenda in eo Regula. » ex Frodoardi lib. III, cap. 21; idemque etiam epistolam direxit monachis ejusdem cœnobii « pro Hainoardo monacho, qui veniam pro excessibus suis apud regem postulaverat; » et cap. 25. Denique quam regibus acceptum fuerit monasterium sancti Medardi exinde patet et quod palatium habuerint monasterio contiguum, infra cap. 40, et quod loci monachos exemerint a quovis onere donorum et militiæ, quod paucis concessum erat.

# ODILONIS EPISTOLA AD INGRANNUM.

Merito magnificæ fidei reverendo, omniumque laudum præconio efferendo, Ingranno, Odilo (457) omnium sub norma cœnobitalis disciplinæ degentium peripsema.

Suscepto paternitatis vestræ minime spernendo imperio, fateor, stupens hæreo. Licet enim monachile cingulum in agonia spiritualis militiæ professus sim, et ad omnia, tametsi difficilia imponantur paratum me esse debere decretum sentiat regulare; ingenue tamen testor ad exsequendum quid injungitis nequaquam me fore idoneum. Exigitis enim ut qualiter, quove ordine agonistæ fortissimi, domni scilicet ac piissimi protectoris nostri Sebastiani, virtutiferum corpus ad nos usque perlatum sit, quæve virtutum insignia et miraculorum magnalia cunctisque sæculis admiranda gesserit, litteris festinato alligare satagam. Grande quidem opus et sui magnitudine adeo præstans, ut humanæ inbecillitatis vires excedat. Quod quidem nec ipse, si vulgo, ut aiunt, Homerus emergeret, explere posset: quanto minus ego tantillus sermone imperitus et grammaticæ disciplinæ omnimodis expers, qui nec quidem, ut ita dixerim, ipsos aiones (*sic in Joliano etiam*) ad liquidum addiscere valui? Si tam grande onus flebilibus humeris imposuero, ante mei sub fasce ruendum erit, quam gressu aliquo libere incedendum. Oportuerat denique me tantæ rei magnitudinem diu expendere, et si quid pulchritudinis hujusce materiei dignis sensibus concipere possem, prius explorare; dehinc auxiliante Domino, si facultas explorata suppeteret, quod injungebatis arripere. Ast cum præsens habeatur is qui Italiam præproperus hæc quæ scribenda sunt perferre debeat, et vestra instantia in procinctu maturandum opus expostulet, librandum est vestræ sanctitati, ut si perficere nequivero quod jubetis, non mihi imputetis qui tantum opus subii, sed vobis qui subire fecistis. Neque in eo verborum falcra, non eloquii venustatem attendatis; non enim qualiter quantumve volui, sed feci qualiter quantumve potui: et licet rustice, vera tamen edidi. Ut enim egregius doctor Hieronymus ait: « Tolerabilius est vera

(457) In ms. codice Resbacensi hic legitur RODOINUS, at mendose ex dictis, in Joliano deest nomen auctoris, quod in fronte scribitur ODILONIS, quod proinde hoc loco supplere visum est.

rustice, quam falsa diserte proferre. » Sed mirari non desino, quomodo tot immensa sidera, tam ingentia et cunctis sæculis admiranda virtutum insignia, quæ per hunc speciali privilegio semper honorandum, excolendum ac venerandum martyrem suum Christus operari dignatus est, in laudabili silentio (458) usque ad hanc supprimi quiverint ætatem : maxime cum notum sit istius [*al.*, hujus] sanctæ congregationis alumnos animi sapientia et faceta urbanitate semper fuisse profusos ; nisi forte id recipiamus, quod et ita esse ratione non spernenda conjicitur, divina miracula ex assiduitate viluisse. Et dum hoc in loco continua signorum frequentia magis magisque fruerentur, et miris semper miranda succederent, recentium copia delectati, præterita, quæ et numerum ipsum transgredi dicebant, litteris alligare inofficiosum et minus utile opinantes, torpenti studio obmisere. Sed Agenardus, cognomento Sapiens, ea qui tempestate habebatur insignis, hujus reverentissimi cœlicolæ mentionem in gestis Cæsarum Caroli Magni et filii ipsius Ludovici faciens (Eginh. *in Annal.*), inter alia quæ annotivo cursu dictabat, non inoperosum duxit mortalia acta inmortali astipulatione roborare, ita dicens : « Dum hæc aguntur, Hilduinus abbas monasterii sancti Dionysii Romam mittens, annuente precibus ejus Eugenio sanctæ sedis apostolicæ tunc præsule, ossa beatissimi martyris Christi Sebastiani accepit, et ea apud Suessionensem civitatem in basilicam sancti Medardi collocavit, ubi dum inhumata in loculo in quo allata fuerant, juxta tumulum sancti Medardi jacerent, tanta signorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum vis in omni genere sanitatum per divinam gratiam in nomine ejusdem beatissimi martyris enituit, ut a nullo mortalium eorumdem miraculorum aut numerus comprehendi, aut varietas verbis valeat explicari. Quorum quædam tanti stuporis esse narrantur, ut humanæ imbecillitatis fidem excederent, nisi certum esset Dominum nostrum Jesum Christum, pro quo idem beatissimus martyr passus est, dignoscitur omnia quæ vult, facere posse per divinam omnipotentiam, in qua illi omnis creatura in cœlo et in terra subjecta est. » De his Agenardus ita : Hinc, Pater æquissime, tua benedictione donatus, tuisque beatissimis meritis præmunitus, quantum ipso eximio martyre juvante divina faverit clementia, præceptioni vestræ humilis exsecutor parere curabo ; et quia non obedire culpabile judicatur, et quod non est posse, velle præsumere præsumptibile dicitur ; malo de imperitia potius quam de contemptu edicti regularis a quoquam suggillari.

(458) Et tamen Auctor in fine hujus libri ait superesse in suo cartophylacio schedulam Rodoini, plurima sancti Martyris miracula continentem.

---

Relatio memorabilis, cunctisque Galliarum populis solemni eam devotione recolentibus perenniter profectiva, qualiter beatissimi Sebastiani venerabile corpus a Ludovico Cæsare imperatore et ab Eugenio sanctæ Romanæ sedis pontifice concessum, in Galliis denique translatum et apud Suessorum civitatem perlatum, honorifice susceptum atque depositum est die v Iduum Decembrium.

## CAPUT PRIMUM.

Anno incarnati Verbi octingentesimo quarto decimo, divæ memoriæ Ludovicus Cæsar imperator Augustus, Caroli Magni filius, post lacrymanda sæculis omnibus patris fata suprema, totius monarchiæ principatum Francorum præjudicio adeptus, nullo adversum se opposito compacti regni sceptris fruitus ac stemmate donatus, universis quaquaversum applaudentibus paterno est solio collocatus. Qui cum per immensæ dignitatis gloriam facibus imperialibus præpolleret, beatarum virtutum quibus nunquam exui prævalet, immortalibus infulis se magnificentius exornare procuravit : præcipue memoriam ac patientiam in omni actione sua circumplexus, sed et futurorum nonnunquam præscius. Hic inter cunctos imperii sui primates, quos consilio suo asciverat, Hilduinum abbatem reverentissimum, virum quoque omni probitatis genere permodestum omnique sagacitate et industria præditum, justitia conspicuum, sanctitate præclarum, in tantum amavit et extulit, ut ei specialius quidquid secretius tractandum esset committeret, eumque archicapellanum in omni imperio suo constitueret. Hic itaque venerabilis abbas inter plurima quæ ei augustali benignitate commissa fuerant monasteria, habebat in prospectu urbis Suessorum cœnobium nobile, quod Clotarius quondam rex Francorum filiusque ejus Sigebertus in honore beatissimi Medardi confessoris Christi magnis construxerant sumptibus ; in quo et ejus sacratissima membra tumulaverant. Hujus ergo loci fratres Pater Hilduinus videns monasticæ religione pollere, et ecclesiasticis eruditionibus assuescere congratulans, eorum plurimum delectabatur provectibus, et, ut magis magisque ad perfectionis culmen tenderent, monitis salutaribus sedulo hortabatur. Denique tanto amore ac diligentia locum ipsum excoluit, extulit opibusque ditavit, ut nulli intra Gallias religione, scientia opumque copia haberetur secundus. Hujus tunc sanctæ congregationis præpositus Rodoinus habebatur, vir sagax, cujus astutiæ et ingenio neminem nostri temporis æquandum puto. Hic ob meritum suæ fidelitatis, collatæ sibi divinitus industriæ tantam familiaritatis gratiam ab eodem Patre sanctissimo Hilduino est consecutus, ut eum omnibus monasteriorum præpositis, qui suæ ditioni subjacebant, præferret Hinc, fama vulgante, celebre

nomen ejus in aula regis habebatur. Itaque Deo amabilis imperator, comperta viri istius industria, privatim publiceque eum honorare cœpit, liberam ei concedens facultatem, ut quidquid sibi aut loco cui præerat utilitatis aut commodi reperisset, absque ullius consultu ad ejus tribunalia deferens, extemplo consecuturus esset. Nec multo post per divinam clementiam tantam ab eodem adeptus est gratiam, ut eum tam pro amore pii Patris Hilduini in cujus obsequio aulam regiam frequentabat, quam et pro sagaci industria qua singulariter præeminebat, si quando de regni utilitatibus tractandum esset, eum inter eos qui a secretis erant libenter admitteret.

CAPUT II.

Ea tempestate prædictus Pater Hilduinus apicem, sicut jam diximus, in omni Augusti monarchia super omnes sui habitus retinebat. Quod quidem officium suæ excellentiæ dignitati congruum, acris ut erat ingenii, decente satis exercitio administravit. Qui a piissimo Cæsare ad quorumdam improbitatem compescendam qua adversus summum antistitem Eugenium intumuerant, Romæ delegatus, sic judicium omne prudenti examinatione exercuit, ut et Cæsaris jussum expleret, et pontifici satisfaceret, et eos qui contra hunc superbe intumuerant, sedata eorum contumacia, pacatos redderet et quietos. His rite patratis, clamor Urbis in favorem tanti Patris attollitur, imperialia judicia approbantur, clementia per virum operata laudatur, pontificis amor ac devotio erga venerabilem ubertim succrescit Patrem, et ut in hujus dignitatis honore longo vivat tempore senatus omnis Ecclesiæ summa implorat devotione. Junguntur precibus multigena munera, quæ tanta ac talia a quibusdam percepisse narratur, ut pretium excedere viderentur. Benedictione itaque petita et obtenta, apostolorum principem sibi adfuturum orantes, consecuta repedandi licentia iter arripuere Deo favente ad propria. Interea hi qui eum familiarius unico diligebant amore, ægre ferebant ejus absentiam, videntes extra placitum quorum sperabant tardius regredi. Spe incerta dubii repente audiunt non sine magno gaudio partes eum jam Galliarum adisse. Roduinus interea et sui, Patri ut erat fidissimus, quia res ei singulariter incumbebat, universa cum apparatu honorificentissimo inobviam sui desiderabilis proficiscitur patroni, tandemque reperto et reviso, mœrore quo afficiebatur abjecto, paternis ab eodem amplexibus excepti, ingenti admodum exsultatione recreati, diu optatis perfruuntur gaudiis.

CAPUT III.

Post paternos amplexus et oscula prædulcia, de his quæ sibi accidissent avide percunctantibus prolixum habuit narrationis sermonem, qualiter quove honore a domno apostolico et a senatu sanctæ Romanæ Ecclesiæ fuerit exceptus; qua auctoritate et censura quorumdam garrulitate repressa, qua adversus sacrum antistitem contumaces exstiterant, et jus imperiale servaverit, et apostolicis sanctionibus paruerit, et utriusque partis censor æquissimus fuerit, quamque ab omnibus Romanorum primoribus bene usus sit, et amicabiliter obligatus. Denique et hoc quod et sibi præcipuum, et suis erat gratissimum, quæ cum gratia ejusdem domni Pontificis etiam speciali contubernio ejus amicitiæ copulam habere meruit. Denique quidquid illud est, quod aut prospere cessit, aut eventu fortuitu moleste accidit, Dei ineffabilia in omnibus sibi adseveravit adfuisse præsidia. Sufficienter itaque Hilduino itineris ac legationis suæ charissimis filiis referente discrimina, Roduinus ait: Gratias quidem omnipotenti Domino, Pater inclyte, habemus et agimus, quod universis ab eo latis prospere concessis, salvum te et incolunem videre meruimus. Nempe et hoc noctu dieque si nos exaudire dignatus sit, sine interpolatione expostulavimus, etsi non nostro merito, quod nullum esse decernimus, tuæ tamen fidei bono tuisque sacris meritis, Deo amabilis Pater, hoc nobis concessum cœlitus jocundamur. Etenim quo in remoratione tua longævior fuit molestia, eo quia prosper fuit successus, in rei exhibitione hilarior exstat lætitia; qua utinam te valente patrono nos contingat perfrui, quousque vitalis flatus hos rexerit artus. His piis Pater Hilduinus alloquiis illectus ac plurimum jocundatus, cœpit serere sermonem de dignitate apostolica ac religione ecclesiastica, et de cultu Sanctorum, quorum infinita multitudine urbs Romana pollebat, recensens quorumdam ipsorum agones, merita quoque et nomina. His ergo jocundis recordationibus sibi blandiens venerabilis Abbas in longum duxit sermonem.

CAPUT IV.

Interea Rodoinus, sagacis quia erat animi, ut reor, cœlitus animatus, oculata cupidine loco cui præerat in futurum prospiciens, ait: Paulo ante, mi Pater et Domine, sermocinante te dixisse percepi, quidquid tibi conducibile aliquoties esset aut placitum, a summo papa sedis apostolicæ inviolabili astipulatione perpetim esse concessum. Experiendum nobis est utrumnam habeat effectivam ejus pollicitatio clausulam. Certe, ut reor, evenire poterit ut aliquem eximii meriti ex his de quibus modo sermo habitus est, cœlicolam vobis conferre non abnuat. Quod si contigerit, qualis vobis salubrius munus impertire valebit, quam opportunum etiam existeret, ut vestro in omnibus protectori sancto Medardo collega vestra procuratione daretur? Ipso enim uno duntaxat patrono fruimur. Erit autem hoc vestra saluti idoneum et memoriale sine fine mansurum, totiusque patriæ perenniter profectivum. Summa reverentia Hilduinus abbas gratulabundus Rodoino ait: Tuæ religionis locum, quantum datur intelligi nos rubrigere et extollere plurimum persuadere conaris; nec improbo votum tuum, neque tuæ petitioni dissentio, immo totum ingenium, quantum Deus annuerit, spondeo, teque hujus negotii exsecutorem esse decerno. Judicium tamen nobis ex hoc imperi

xpetendum est: cui si fuerit laudabile, tunc A ]uenter erit immutabile. Cui Rodoinus: Opti-inquit, Pater, tuæ sanctitatis decretum. Di-denuo procul a Cæsare gloriosissimo ad de-dum venerabilem abbatem comitibus iter ri suadent, asseverantes magno imperato-risendi eum desiderio affici. Hinc gratanter rpentes ad Aquas usque Grani (459) perve-palatii. Tunc catervatim hinc inde universi onstipantes atque supra modum exultantes, etralia induxere Augustorum. Quo ut solito se susceptus, omnem perfunctæ legationis a pandit. Qua absoluta gratulatur admodum me gestis Augustus, refert gratias, largitur et ra. Deposito imperii supercilio Augusta Ju-elebris et famosa, procedit ex triclinio, solito-fectuosius venerabilem excipiens abbatem, s plurimum exhilarata prospero jocundatur ; cohors quoque omnis in ejus quasi in pa-oprii lætatur regressu.

CAPUT V.

tquam affatim gaudio sunt exhilarati, non mor bonæ memoriæ Hilduinus (hoc enim ei iton inerat) quod a suo fideli Rodoino ei stum fuerat, captata opportunitate hoc ip-Augusti auribus intimare curavit. Cui beni-mus ut erat imperator: Non tibi improbabi-s debet, quod a tuo nostroque fideli promp-otione suggeritur: erit enim hoc, si res ef-a habuerit, non nobis solum, sed totius gubernaculis profuturum. Quem ergo dele- C nobis congruentius expetendum? Evocatur nus regisque exhibitus præsentiæ, de hoc ab eodem conventus imperatore, ratam ci-se reddidit sententiam dicens, Silvestrum iam sacrosanctum antistitem, si vestræ subli-i libet majestati, arbitror expetendum. Ac-fert Augustus ejus definitum sermonem, ita-mibus complaceat assistentibus sciscitatur. us omnium in hac re consensus, et ut feli-btineat exitum votis imprecantur unanimes. it imperator libens, et ad hoc exsequendum, um divina faverit gratia, plenum spondet ob-um; dehinc dilectum sibi abbatem cum Ro-de expeditione tanti itineris hortatur ac com-t, Rodoino arripiendi itineris certa præfigit D , quibus excursis, ut ad ejus redeat præsen-mperat. Ille patriam locumque repetit alum-non segniter intercessæ dilationis tempore . Denique in procurandis tanto itineri neces-, quidquid illud est quid Galliarum fertilis s proferre amabilius consuevit, satis abun-i apparatum suum instruere satagens, maxi-pecuniæ summam aggregare studuit. Post iebus indultæ dilationis expletis, ad Augus-sentiam redit. Quo mox benignissime recep-stolas nomine et annuli sui impressione si-s, de adipiscendis sanctorum jam dictis ribus omnifaria prece refertas, quibus bea-tissimum Papam Eugenium rogabat Rodoino cum suis Romæ deferendas contradidit, et ut pro virium capacitate laboris et ingenii studium ad hoc exsequendum impenderent, attentius commendavit.

CAPUT VI.

A Cæsare his ita eleganter informati, et ultra quam de tanta dignitate æstimare poteras, prædulcibus osculis et sacris amplexibus viritim amplexati brachiis, gratiose dimissimi, iter frustra arripiunt inscii. Lingonensem usque ad urbem denique pertendunt: in qua aliquantisper recreandi vires, aptissimum locavere tentorium. Hic ante fores matris ecclesiæ quidem prævalida ægritudine graviter præreptus decubabat invalidus. Eadem ipsa nocte qua ibidem applicuerunt, post longa B diurni doloris suspiria, cum fessa membra inepto nimis sopore resolvisset, se coram inenarrabilis splendoris atque fulgoris nimii personam astare conscipit: aspectumque ejus non ferens, caput circumagens, nec mortali lumine reverberata oculorum acie præsentem intendere valens, ab eadem blandis nimium affatibus quidnam ibi ageret, quo eventu molestiam ipsam incurrisset percunctatur. Causam reddit incommodi, tempus exprimit. Ille rursum, an pristinæ sanitati vellet restitui perquirit. Qui et sibi super hoc ingens esse desiderium, si aliquo modo id sperare posset, respondit. Cui et ille virga quam manu gestabat aurea plagam locumque hospitii designans, Vade inquit, in suburbium istud, et hujusmodi quæsitos reperies viros Romam pergere disponentes: causam quam moliuntur divinæ non esse prædestinationis, mea ex parte innotesces. Ad quem ille tremebundus et anxius: Domine, quo te jubes nomine monstrari? Et ille: Ego sum, inquit, Sebastianus martyr, qui Romæ pro Christi Dei confessione fustibus cæsus occubui, qua et corpore hactenus sepultus jacui. Mea illis humana a Domino esse concessa, non ejus pro quo vadunt, noverint. Ad hæc ille: Præceptioni, inquit, tuæ serenitudinis parere non renuens, quam libenter ad eos quæ a te mihi jussa sunt perferre satagam. Illi forsitan me eos velle deludere, suspicata fraude calumniabuntur. Experimentum hujus rei, si a me exigere cœperint, quale jubes dare responsum? neque enim, ut reor, aliter eis persuaderi poterit. Tunc beatissimus martyr, exserto contra eum brachio, manu potenti statim ut eum attigit, sanitati reparavit. Atque ita prosecutus: Sanus esto, inquit. Hocque tibi sit signum a me collatum, quod nulla prorsus ambiguitate erit rejectibile. Somno lætitia metuque fugato sospitate integerrima, verissima esse omnia quæ audierat approbavit. Ita namque apparebat sanissimus, ac si nullius aliquando infirmitatis æstu fuisset infectus. Tunc ille ovanter universam perlustrans urbem et suburbana, jussos cœpit quærere viros, atque in sese deifica per sacratissimum martyrem operata publicare remedia. Hi qui eum ab heri et nudiustertius ad limina præ-

(459) Sic passim veteres Aquasgrani vocant villam regiam in pago Ripuariorum, quam Aquisgranum lant recentiores.

dictæ basilicæ seminecem jacere viderant, hinc inde fama facti concurrentes stupore ignotæ restaurationis attoniti, Deo late vulgaribus concentibus gratias personabant. Tandem ipse diligenter perquisitos reperit viros : quos statim designatis recognoscit indiciis, et quæ sibi imperata fuerant intrepidus enarrat, seque in astipulationem dictorum antesignanum palam præbet. At hi cum summa reverentia susceptis quæ a beatissimo martyre dabantur mandatis in immensum exhilarati, vota gratiarum omnipotenti Deo persolvere, et sanctum pro beneficio sibi præstito consor'a laude magnificare non cessant. Exinde retrogradis passibus itinera convertentes, paulatim reflectere conantur ad propria ; auctoremque hujus negotii venerabilem Patrem Hilduinum expetentes, rem divinitus gestam per ordinem pandunt, et ut per seipsum ad Augusti notitiam ad ipsum perferre dignaretur, anxie precantur. Diplomata quoque quæ magni Silvestri præsulis rogabant pignora, demutari in expeditionem inclyti martyris Sebastiani obnixe deposcunt, et ne quid cœpti itineris infortunium incurrant, maturari causam quantocius qua audent importunitate insistunt. Perfert vir spectabilis Hilduinus ad notitiam pii principis divinæ legationis arcanum, pandit salubrem de adipiscendis tanti martyris pignoribus revelationem. Jubet Augustus litterarum schemata sub obtentu emeriti militis multiplici referta prece instaurare. Dehinc ut prius nomine et annuli sui impressione signatas, Rodoino cum suis reconsignat epistolas. Illi per divinam revelationem salubrius aura spirante gratanter viam relegentes, nihilque de expletione negotii ulterius hæsitantes, auream certatim expetunt Romam.

CAPUT VII.

Anno incarnati Verbi 826, imperii vero Ludovici Cæsaris XIII, Rodoinus cum ingenti frequentia et copioso apparatu Romam intrat, impositæ sibi legationis sacramentum artifici industria informatum prudenter exolvit, martyris Sebastiani magnarum virtutum et sanitatum vivificos cineres implorat et impetrat. Sed antequam majestatem apostolicam adeat, quosdam episcoporum et abtum seu reipublicæ primores, quos illic venerabilis Pater Hilduinus fidissimos se habere monstraverat, exquirit et reperit. Erant præ omnibus ex his promptiores et dignitati apostolicæ sedulo assistentes. Quirinus super ista, Theophylactus Numenculator, et Ingoaldus abbas reverentissimus, qui tum fortuitu aberat. Siquidem ex præcepto imperatoris iter ad Beneventanos arripuerat episcopium Albocuriæ descripturus. Sed concito insecutus veredario, amica evocatione interceptus reflexit ad Urbem. Legatos hilari aspectu excepit, humane egit : et si secundis valeret successibus, jam dictus Pater Hilduinus ante omnia sciscitatur. Prospera denique valetudine hunc haberi percipiens, Deo pro hoc gratias egit, et ut provectioribus per multa tempora incrementis sibi hoc vel qu videre nequebat audiri daretur imprecatur ex animo ; dehinc quid tam imprœcognite et insuspecte devenissent percunctatur. Illi ad aurem familiarius admoti, secretum universæ rei fiducialiter pandunt. Quod æquanimiter accepit, et eos in agendum desperatione ablata benignissime confortatus est : denique quod pollicitus est ore indefessa explevit intentione. Nam per illum via atque omnis ante domnum apostolicum illis patuit aditus. Tum demum viros honestissimos Quirinum et Theophylactum expetentes, missas tradunt epistolas, atque pro his quæ habebantur inserta geminabant preces et munera. Itaque illi nomine martyris præcepto perculsi, animo vultuque pallore suffuso, apostolorum Petri et Pauli tertius si daretur patronus, quomodo expelli sine tumultuali præjudicio posset, humani hoc ingenii protestabantur non esse : cum imperatoris jussum et amici petitionem quam libentissime vellent stabilire. Econtra Rodoinus et sui nequaquam hoc obstaculo repulsi, importunius insistebant, imperatoris inevitabile votum, et Patris a quo destinati fuerant fiduciam quam in eorum celsitudine collocaverat, replicantes. Talibus illecti, si permissio voluntatis Dei ac martyris foret, favere se ex animo indicant; et qualiter congruentius ordiretur prudenter insinuant.

CAPUT VIII.

Denique in patriarchium ante domnum apostolicum deducti veniunt, solotenus genua curvati prona sacris hærent vestigiis oscula. Inde proferuntur diplomata, dantur et transmissa. Verborum copiis pium Patris demulcent animum, quatenus sic sibi forte inclinarent ad votum. Augusti pandunt auctoritatem, nominati et conscripti Patris explicant fidelitatem. Si quid minus litteralia schemata protendissent, pro captu ingenii elaborabant Hac collocutione nemo privatorum intererat præter Quirinum et Theophylactum. Graviter enim tunc infirmabatur, ita ut semivivus appareret : nec aliter quam lecto accumbens eorum legationem audire poterat. Cum ergo legerentur epistolæ, et ille vocabulum martyris audisset.

Obstupuit vocis confudit et organa tristis.
Mens, sancti non ferre valens discrimina tanti.

Quippe quem post apostolos, quasi tertium, magnificis Romana plebs frequentabat muneribus ac laudibus. Quid animus volveret, pallentis facies prætendebat. Eo diu silente suspensis animis stabant : et cum tandem resumpto spiritu responsionem dedisset, in ea spem omnem ademit, et supra se negotium esse asseruit. Verum illi quanta audebant supplicatione importune insistebant, genuaque ejus ac plantas profusis lacrymis exosculabantur. Unde spatium quo hæc meditaretur, et consilium cum prudenti Romano senatu exquireret, sine cujus consultu talia moliri non esse bonum aiebat, præstolari jussit. Rem sollicitius Rodoinus considerans præ suis quem cura instigabat amplius, non illico abcessit ; sed angulo domatis memoratos viros Quirinum et Theophylactum segregavit, et eos in sententia ma

nixe precabatur dicens : Nostri misereri ni, qui spem totam vestræ commisimus ni; et amicitiæ illius vestri recordamini, ı præsenti optimarum deliciarum quæstus et gratiæ Dei in cœlestibus cum sancto participari. Si enim verum est quod vullicat, mentem patenter nobis cognotum est quia domnus papa æquanimiter on fert miscatica. Quapropter quidquid , quod certe investigare potestis, pro-t vestris fidelibus absque dissimulatione ım abscedamus manifestetis et insuspelatis. At illi ut prius fidem dant in ope, si ei martyris esse posset voluntas, patriarıcti hospitio sese recolligunt.

CAPUT IX.

ıia biceps cura sacrum excruciabat antisıncti quidem absentia, et præcellentissimi amicitia, cui aliquando quæque sui juris oncessa fuerant ; indicto conventu privato um et eorum qui a secretis erant, legatioosuit, cujus absolutionem ut sano pectore ıt præcepit. Tunc illi pariter turbati et am credi potest mirati, talem petitionem ntis, aut sancti meritum nescientis esse unt, utque res in prosperum non cederet, m imprecabantur fortunam. Nec vereropter papæ præsentiam, si illis sanctum laretur, dicere eum præcedentium Patrum qui sacramentis ecclesiasticis Romanam dignitatem, longius distare imparem. plius ? nec hoc fieri debere, nequæ juste ıse præstabantur. Econtra illustres viri et Theophylactus fieri debere et posse di-Et cum illi propter indiscretam et tædioitus confusionem, quæ sacrum videbatur antistitem, secederent, et qui a secretioriıt remanerent ; congruam cum illis sermoım de eadem re cœpit serere, et melioris e consiliis Deo, ut credimus, inspirante endere, et voluntatem suam promptiorem e demonstrare. Illi autem qui ob garrulinauseam foras secesserant, invida sollicicplorare non verecundabantur, quid domıtolicus cum Quirino et Theophylacto de retractaret, et quia eos in gratiam sui dosupergredi sæpissima experientia didiceoniam quidem erant arbitri diffinitionis , ne ob hoc sine suo concilio illorum res in prosperum cederet, ipsique quasi iles haberentur, non vocati curiam repehis quibus interrogati fuerant aditum tes, rem gratam pronuntiant. Reminisciuiunt, optime pastor et domine venerabiestri Hilduini erga majetatem sedis apoıberrimam affectionem ; sed nec sumus pplicationis Augustæ in hoc ipso nobis ıto negotio. Utrumque enim per divinam tiam prudentiæ vestræ incomparabilis ita disponet, ut nec ille vosmet inhumanum, nec nos vos crudelem causemur. Summus olim pontifex domnus Adrianus quo nescimus intentu hujus martyris aggressus tumulum, aut illum intra urbis mœnia transferre, aut quibusque ex ejus corpore reliquias expetentibus volens tribuere, in primo conamine terribili horrore correptus atque repulsus, imperfectum reliquit, denique quod sanus evasit, clementiæ sibi parcentis sancti resignavit. Præsidente quoque beatæ memoriæ papa Leone hoc ipsum ex ejus præceptione attentatum fuisse audivimus, ubi cum repentina coruscatione tempestas exorta, templum omne fundotenus submovit, ita ut superficiem super se cadere clerus pavens melodiarum oblitus acclamaret, unde nemo se vivum abscedere posse putavit. Narratur et sub domno Paschali idem jam pridem initiatum, sed simili perturbatione diremptum. Constat ergo toties demonstrato sacramento, nullatenus illum hinc migrare voluisse. Hinc et nos fiduciam captamus tribuendi nec amittendi. Quod si ita annuente Deo evenerit, a neutro vestra celsitudo jacturam videbit : illis plena satisfactio, nobis ablata querelosa derogatio. Hi quam erga vestram celsitudinem se habere dicunt, servabunt devotionem, nos pactæ fidei tenorem. Est et aliud quod novimus certissimum, nullum inveniri Romanum, qui in ejus tumulum, quantumvis coactus, audeat mittere manum. Utrumque erit, et dari poterit et haberi. Hæc domnus apostolicus audiens tranquillo pectore favit, et accersiri Joannem venerabilem episcopum jussit. Qui ut advenit, secretius cum eo rei competentiorem exitum quæsivit, et quod Dei instinctu futurum sanius erat libera auctoritate sanxit. Sed illud non tunc pluribus patuit.

CAPUT X.

Dum hæc volverentur, vir illustris Ingobertus (460) comes supervenit, quem sibi sinistrum fore nostri autumabant, quod inscio eo causam cotenus produxerunt. Etenim erat præpotens et in omnibus apud summum Antistitem valens, isque venerabili Hilduino abbati amicissimus existens. Propter quod eum indignari suspicabantur, quia de his notitiam facere ei neglexissent. Unde concito gressu ad eum venerunt, et ex nomine ac jussione illius hæc ei intimaverunt, adserentes se pro quo missi erant, illi singulariter esse commissum. Ille quoque antiquæ non immemor amicitiæ, omni ingenio ac studio sagacitatis in hoc se tantum hilarem exhibuit, quantum Deus vires concessit, et in agendum quæ fuere necessaria ex propriis sumptibus ministravit. Insuper cum domno locutus est apostolico, quatenus eorum petitio ad effectum absque æmula impeditione perduceretur. Hoc ita composito rursum revocatur, atque ante domnum apostolicum reducuntur. Et cum a circumstantibus pro petitionis eorum obtentu deprecaretur, illique procul vultibus in terram demissis procumberent, tandem misericordia flexus, licet pavens ac trepidus, sancti annuit donari cor-

ıgoberti hujus celebris mentio in Gestis Caroli et Ludovici.

pus. inister hujus largitionis aptissimus Joannes condicitur episcopus. Nam quia, ut præmisimus languore afficiebatur nimio, hoc per se explere nequibat, cum velle plurimum non negaret: quod, ut postea patuit, Dei dispensatione satis profecit. Assumpto itaque Joanne, quem eis ordinarium præfecerat benevolum papa venerabilis, alacres simul vadunt ad locum non jam ignotum. Siquidem ex serie passionis ejus a sancto Ambrosio luculenter editæ didicerant, miliario tertio ab urbe, loco qui ob stationem navium Catacumbas dicebatur, præcepisse per visum eumdem beatissimum martyrem Lucinæ cuidam matronæ sepeliri se ad vestigia apostolorum Petri et Pauli. Quem conditum aromatibus, prompta quod jussa fuerat executa est devotione.

## CAPUT XI.

Perendie injunctum devota mente frequentant jejunium cum presbyteris et diaconibus cæteroque clero, inter quos et Ingoaldus archimandrites cum suis pro viribus adjutor fidelissimus. Jejunii observatione solemniter consummata, ruente noctis crepusculo vigilias celebraturi martyris in evocatione, ad ejus nobilem tumulum accedunt, omnique officio et obsequio in opus suorum instaurant manum, ubi cum hymnorum cantibus et psalmorum melodiis, cum jugibus thymiamatum odoribus, atque nebulosis diversorum aromatum vaporibus pernoctantes Dominum rogabant, ut tractandi pignoris salutaris digni haberentur, nec sui contagione peccati ab hoc rejiceret, quos desiderium fidele et amor impatiens maximo labore per multa pericula illuc usque contraxerat. Itaque in laudibus spiritualibus continuatim omnem ducentes noctem, pallida diem reparante aurora, garrulos ab ecclesia secedere Romanos, et familiare sibi secretum indulgeri petunt. Enimvero cum hi in chorum secederent letaniam acturi, deprehenduntur a nostris livida adversus negotium inpugnatione insurrexisse ; et quos putavere intercessores, animadvertunt esse insulso murmure derogatores : insuper et in summum antistitem maledicta jaculabantur, in quibus prædecessoribus omnibus crudelior conviciabatur, qui talem ac tantum patronum fines extra suos, pecunia cæcatus ejicere non timeret. Sanctum præterea martyrem amarissimis singultibus rogabant, ne se ad ignobilibus Gallis abduci ad alma patria sineret, qua perennitatis palmam et suo dictatu dormitionis locum habere delegit. Illis itaque susurronibus foras inpectis (*sic Jol.*), nostrates tantum cum Joanne episcopo et Ingoaldo abbate intra penita semet receperunt, et obseratis januis ad bustum constanter accesserunt.

## CAPUT XII.

Inter hæc Joannes præteriti maceratione jejunii et vigiliarum continuatione fessus, ut cliothetro (461) sedebat violentia somni subito deprimitur, et imperfecte resolvitur ; moxque ut oculorum palpebras leviter in quietem laxavit, ante se persplendidi habitus virum consistere vidit, qui eum sic mitissimis allocutus est verbis : O Joannes, corpus hujus martyris Sebastiani non ultra donare formides istis qui pro eo venerunt viris. Scias hoc prædestinationis supernæ et voluntatis ipsius esse. Accede ergo, et manum ad sepulcrum applica, ad deducendum illud in locum destinatum. Cumque quod præcipiebatur perficere conaretur, cominus ad vestigia sua lapides ignitos intolerabilem in se calorem vomentes inspicit jacere et progressum inhibere. Jamque quasi media via positus, cum sibi ex nulla parte transeundi aditum æstu eorum de lapidum ignitorum circumdatus patere videret, et pavitans quid ageret ignoraret, a persona confortatus ipsos subito et absque læsione transilisse est miratus. Itemque interjectam furentium prunarum congeriem vidit, a qua gressum retinere coactus subsistit. Sed ipsius personæ nutu fretus inantea se trajectum esse prospexit. Hinc cœptam ambulare viam voluit : et ecce per transversum itineris flamma vorax immanissimos globos sparserat, quam sacer antistes vehementer metuebat, propter hoc maxime, quia declinandi locus non erat : denique eadem ipsa persona sibi dante dexteram, illæsus adducitur ultra. Tunc ad accersiendum eum frater nomine Wilharius est directus : quem cum adhuc horrore visionis terribilis pavitantem blando attactu evigilasset, intimavit ex parte suorum tempus operandi mysterii, nec ullo modo procrastinandum, eosque jamdudum paratos demorari ad martyris tumulum. Qui statim surrexit atque sacerdotalibus redimitus infulis summa cum reverentia ad locum festinus perrexit. Moras patefacta revelatione excusavit, et ut secura spe percipiendi sacramenti, cui tantoties suspiraverant existerent, dubietate post habita exhortatus est. Oblationario itaque vocato, cujus erat sortis ex Romana consuetudine aperire sepulcrum, cum ille diu multumque reniteretur, et hoc iniquissimum esse causaretur, nec viro Romano irremissibile facinus præsumendum, quo per posteras successiones sacrilegii noxa denotaretur ; idem Joannes monitis firmatus divinis ferramentum arripiens, prout virium fuit, sarcophagum frequenti ictu usquequo lassesceret contudit, ac contundendo perterebravit. Quem cum citato fatigio [*id est* fatigatione] nostri deficere viderent, ipso innuente acrioribus animis atque valentioribus incertis immergentes, licet cum magno labore monumento interrupto, quippe quod molis erat ingentis et bituminis indissolubilis, tandem sacratissimum corpus repererunt martyris.

## CAPUT XIII.

Inter hæc universi qui astabant, aromaticum a præterito mortalibus insuetum et incognitum hauserit odorem : quem tantæ suavitatis et delectationis fuisse retulerunt, ut nullus eo, cum abundanter frueretur, satiari valeret. Ex quo liquido approbamus, non humanæ eum fuisse compositionis, sed cœlestis

(461) Cliothetrum seu cliothedrum, sella plicatilis.

gratiæ, quæ semper in beatissimo fragraverat, gratissimam diffusionem. Hoc ergo de sancto diutius loco spirante vapore tota oblectabiliter illa respersa est domus, quæ in introitu sui cujusdam cadaver prope inhumatum ante decem dies servabat, ex cujus scaturiente sanie fetor exsecrabilis ebulliens, introeuntes inficiebat. Sed illo superabundante noxius in nihilum vacuatus, donec omnia de sancto festiva celebritate consummarentur, subsidit. Apparuerat jampridem beatissimus martyr in revelationis arcano cuidam archipresbytero, manifestans se ab illo velle migrare templo, ut reor, illius corruptibilis se cadaveris putorem ferre non valens. Videbatur enim ei ab absida vultu averso procedere, et foras veluti indignans abire: illoque abeunte vestigia ejus puerulus prosequebatur, scopam manibus gerens, sordesque post terga verrens, quousque inde discessum est. Æstimabatur autem ipsa basilica quantitate sui basilicæ sancti Dionysii æqualis: in qua olim beatissimi apostoli Petrus et Paulus tumulati fuerant, ubi et penes eorum vestigia idem martyr venerandus se sepeliri jusserat. Unde constat dignissimis meritis sancti eam fuisse indignam et requietioni ipsius incongruam. Igitur ministri et officionarii ejus, quibus exempli gratia ista reddidimus, agite ut nitidis obsequiis ei jugiter famuleᴄ ini. Quanta per eum in tempore consecuti estis perpendite, quanta sine fine temporis sperare possitis recolite. Certe qui hic suis nos exsequiis licet indignos sic admittere censuit, ipse si digne contendimus, audeo dicere quia quos hic famulos, illic suæ interventionis adjutorio perpetuos habiturus est socios. Neminem nostrum pigeat laboriosæ servitutis in modico finitivi temporis, quem nulla dubietas frangere debet de præmio æternæ retributionis.

## CAPUT XIV.

Immenso itaque gaudio et honore cum inventum corpus divini odoris plenum, bysso primum ac demum operosis palliis componerent, clericum quemdam æstu febrium lethaliter decubantem mira velocitate curavit. Invento itaque sacratissimi martyris corpore cœlesti odore affatim, ut diximus, fragranti, illico ad Quirinum et Theophylactum missum est, quatenus peropportune hoc domno apostolico condicerent. Quod et factum cum propter incommoditatem sui illuc venire non posset, venerabili episcopo Joanni mandavit, ut ipse eis illud contraderet. Quod tota alacritate et veneratione excipientes, cum ipso Joanne episcopo et Ingoaldo archimandrita aliisque plurimis Romanæ Ecclesiæ clericis atque plebeiis abibant. Psallens verenter chorus dulcium melodiarum sonitum longius præeundo respergebat. Hi lætitiæ cantus, alii profunda suspiria et amares querimonias dabant. Taliter ad præsentiam usque domni apostolici illud deportavere, ejus ut annulo consignaretur ex more. Quod diligenter postquam ab illo perfectum est, in ecclesiam beati Petri perlatum, atque ibidem die eodem depositum est. Unde plurimi Romanorum malitia et invidia concitati domnum apostolicum impetebant, crudeliorem cum omnibus prædecessoribus inclamare non veriti, qui talem ac tantum patronum suis e finibus expelli permitteret, quod nunquam alius concessit. Unde suadebant, ut solum brachium eis daretur et reliquum decenter inibi loco reconderetur condigno. Hæc fraus Ingoaldum archimandritem latere non potuit: qui statim nostris idipsum detexit; cautiusque simul rem exercentes, consilio habito die illa siluerent.

## CAPUT XV.

Præterea Rodoinus, quem vis amoris et desiderium impatiens pro adipiscendis sanctorum pignoribus affectu piæ devotionis animarat, obseratis affatim æditui, quorum tunc erat officii sancti Petri servare basilicam, sub nocte eadem beatissimi Gregorii papæ sacratissimum tumulum, qui ante secretarium erat, audacter aggressus, corpus ejus cum summa reverentia sublatum ac decenter compositum super altare beati Petri perlatum juxta jam dicti martyris venerabile corpus depositum est. Dehinc fide pactum Rodoinus cum suis rogatus gratanter tulit, superque eosdem martyris atque pontificis sacratissimos artus jurisjurandi sacramentum libenter exsolvit, scilicet et nulli unquam mortalium quod gestum erat proderent aut publicarent, sed perenni silentio sepultum haberent. Hinc nostrates pia fraude laudabiles, duplicato gaudio tacito sub pectore magnanimes, sanctis inde sublatis corporibus nullo præpediti obstaculo ad monasterium Ingoaldi (462) transtulerunt.

## CAPUT XVI

In crastinum vero domnus apostolicus jussit eos sibi reexhiberi; neque enim adhuc licentiam redeundi consecuti fuerant, sed tantum in sua sanctum jam receperant. Quos mox interrogat, quonam sanctum haberent illi se nescire profitentur, nisi tantum quod jam eum suas in partes direxissent. Quidquid illud est, inquit, utrum nesciatis an non, præsentaliter eum huc referre curate: neque hæc immutari sententia poterit, ut hinc vobis facultas redeundi aliter tribuatur. Illi plurimum timidi ac mœsti jurejurando firmant, quod ita se res haberet ut dixerant, et impossibile omnino esse hoc quod juberet. Quod vix ei persuaderi potuit, sed, annuente Dei clementia, sicut cœperat ita permansit. Ab illis namque qui prius his faverant, taliter immutatum est. Cum ejus perturbatum sensissent animum, proximius ad aurem accedentes dixerunt, oportere eos quæ flecti et converti nequiverant, meliuscule tractari, nec tam succense objurgari, ne ut ingrati forte abscederent, et munus maximum inlaudabile referrent. Hoc modo tametsi difficillime absoluti et benedictione donati, suis haud procul ab urbe juncti, magnis de magno thesauro excressentibus gaudiis gratia comit ante divina per prospera itinera revertuntur ad propria.

(462) Quodnam fuerit istud Monasterium non facile est divinare, an Monasterium S. Pauli extra urbem?

## CAPUT XVII.

Dehinc ad urbem usque Placentiam perveniunt: in qua cum beatissimi maryris corpus inferretur, ad ingressum ejus dæmoniacus fortiter loris vinctus adducitur. Turbatus illico atque perterritus infelicissimus spiritus, miserum quem miserabiliter pervaserat, quia deserere cogeretur indignans, eum sævissime vexare cœpit: et cum multorum teneri manibus vix posset, prosiliens ac vincla quibus ligatus fuerat disrumpens, motibus incompositis inter medias turbas nunc sese sursum efferens, nunc præceps solo ruens, quosque in fugam cogebat. Sed ante sanctum ut venit, subito tremens corruit, et veluti exanimis prostratus diu jacuit. Tunc valido brachio iniquissimus superatus diabolus, martyris non sustinens præsentiam, deseruit hominem, et potenter ejectus, terram quam merebatur fugit victus in umbram. Sensum captivus quem amiserat penitus recepit, et sua domo rore supernæ virtutis emundata, ad sancti exsequias multos excitavit, et in laudem omnipotentis Dei, cujus erat doni quod per martyrem factum fuerat, quaquaversum accendit. In eadem itinere quod ab urbe interjacet, multi febricitantes, multi lunatici variisque languoribus afflicti sancto obvii per ejus venerabilia merita, ab incentivis passionibus eruti, plenariæ sanitatis sunt vigore donati.

## CAPUT XVIII.

Ad montem Jovis (463) celebris fama virtutibus præclara pervenerat martyris. Hic clericus nomine Benedictus, ipsius loci æditmus, per triginta continuatim dies lethati tabescens incommodo, dicto audit eum illuc quæ recta ducebat semita, declinari. Et cum dissipata gressuum compage ei obviam ire, ut desiderabat, nullo modo valeret, aliorum se manibus gestari fecit. In pervio publico non longe ab ipso loco sic emortuus ad sanctum deportatus, atque ante illum est depositus, quibus poterat visibus se eum ferre velle dicebat, et ut sineretur humiliter precabatur. Quem fide non temeritate hinc inde sustentatus ulnis propriis excipiens, pristinæ sanitatis mox augmentum meruit, et ita eum usque Octodorum (464) sospes et lætus invexit. Ibi gratuitas laudum hostias pro sui restauratione Salvatori omnium persolvens, et martyris capulam osculans, ad sua cum suis regre litur incolumis Deo sanctum suum per talia opera clarificante, undecunque turba non modica confluebat.

## CAPUT XIX.

Denique in locum, cui *Granant* vocabulum est, placido calle perventum est, ubi puerulus parvulus oculis captus a parentibus delatus, atque ante aram ecclesiæ est depositus, quo fuerat beatissimus martyr jam locatus. Noctem illam ibidem sicut ante sanctum fuerat ejectus, duxit insomnem.

A Mane vero illuscente post missarum consummationem cum sacerdotum manu et officio ageretur in viam, ille egredientium tumultum audiens, cognovit sanctum inde levari. Illico in incertum protendens brachium feretro injecit, tactu ipso lumen recepit, et illuminatorem suum quomodo transferebatur perspicuis luminibus aspexit, et ejusdem palmæ suæ formam primum agnovit. Sancti nomen inclamitans gratiarum debita reddebat, et in sese unde alii in hoc ipsum provocarentur, ostentabat. Lumen quod nunquam expertus fuerat, gratulabundus contueri se aiebat, benedictum in æternum ab omni homine eum pronuntians, qui vivendi effectum, quem ipsa sibi natura negaverat, ineffabili infusione in momento sibi reddidisset. Hoc B tua, Domine Deus, secretissima dispensatione operatus est iste tuus athleta emeritus, quod in te sempiterno fulgore splendeat, quod te æterno et inaccessibile lumine perfruatur, quod teipso qui omnem rationalem creaturam illuminas, magis magisque inflammetur atque inflammando beatificetur, tuis scire fidelibus facit. Per quem tibi nos modici servuli, ut de nostrorum tenebris peccatorum erui, et luce tuæ claritatis mereamur perfundi, fide firma et virtute tota nostræ devotionis vota et castæ laudis sacrificia mittere gestimus, quæ eo mediante tibi grata nobisque salubria fiant oramus.

## CAPUT XX.

Perlatus cum honorifico agmine egregius martyr Domini in cellam (465) sancti Sereni, mulier quæ- C dam clinica terram semper prospiciens, nec aliquando se sursum erigere valens, in occursum illius ad ecclesiam se pertrahi fecit. Quæ statim ut advenit, in directum sese extulit, et quasi nil unquam gibbi perpessa fuisset, omnibus qui aderant suffragio martyris erecta apparuit sana. Fit admiratio et stupor, his potissimum qui eam noverant ante hesternum. Quæ ita mira virtute absoluta Deo sanctoque gratias agens recessit in propria.

## CAPUT XXI.

Inter frequentes ad sanctum concurrentes cuneos quidam plebeius surdus, mutus, mancus et claudus martyri inibi est exhibitus, qui tres ante vivificum ipsius corpus ita explevit dies. Quarto succedente die dum in precibus votivis perseve- D raret, repropitiari sibi experitur per sancti obtentum. Nam et surdus auditum meruit, et mutus promptam loquelam edidit, ariditatem etiam mancus in viridatem demutavit, et lubricum claudus gressum in solidum extendit. Hic in testimonium suæ reformationis integram adsecutus valetudinem, suis humeris Dei martyrem beatissimum ad Calnonum deportavit vicum. In quo dum introiret, duobus cæcis ablatum lumen videndi inclytus martyr reddidit, et ejusdem numeri claudis contorta vestigia redintegravit, et

(463) Qui alia mons S. Bernardi, in Alpibus Penninis, haud procul ab Augusta Prætoria.

(464) Octodorum, vulgo *Martinach*, in pago Sedunensi prope Agaunum.

(465) Vulgo *la Celle*, modo prioratus prope Cantumerulam abbatiam canicorum regularium ordinis Augustiniari in Briegio tractu. Ejus rei fit mentio in S. Sereni Vita m. Erat et abbatia S. Sereni apud Cadurcos, de qua in Probationibus ad Historiam Torinensem, apud Justellum, pag. 5.

invisa celeritate in ambulandum ut sui statim itineris comites essent, in omnium oculis miseratus effecit. Præibant itaque cæci nullo indigentes ductore, et densa caligine proscissa, mirantibus universis nova cœlitus infusa lumina demonstrabant. Aridis divino medicamine emollitis nervis, consolidatisque basibus et plantis, claudi resumptis viribus, salutaria se ferre onera gratulabantur. Hæc opinio signorum, quibus superna majestas sanctum suum mirificabat, undique religiosam catervam cum ambitione donariorum ad eum perduxerat. Nam de tota ipsa provincia quique viri nobiles et potentes, matronæ quoque illustres cum promiscuis plebibus exsilientes accurrebant, opera Domini magnifica qualia nunquam viderant, utque amplius dicam, nec prorsus alicubi audierant, quotidie jucundanter contuebantur; et contuendo salutariter pascebantur. Sic gratanter viam legentes, ad diu præoptati ruris fines perveniunt: sexto ab urbe milliario stationem collocantes, donec in obviam cœlestis militis legio se præpararet omnis, gloriosissimo victori obsecutura, per quem et ipsa virtutum loricis obtecta disceret contra hostem sævissimum inexpugnabilia sumere certamina, et ejus sancta digne excolendo vulnera acquireret lauream et tropæa perennia.

## CAPUT XXII.

Antistes venerabilis Rothadus antiquior tunc Suessorum regebat ecclesiastica commonitione promotam totius ordinis clericorum ac vulgi manum, explorato repausationis loco, obviam fit sancto, omnigenis sacrorum officiorum cantibus et obsequiis virtutiferum ambiens corpus, totis amplectitur viribus, percolit, veneratur, indeque solemniter effert, et ingenti frequentia ac festivo tripudio in urbem ovanter transfert. Omnis sexus et ætas admirabili spectaculo extra mœnia occurrens, turmis sanctum stipantibus læta semet interserit, votiva munuscula mittit, agmen splendens in immensum conficit. Pro fanum quisque deputavit, qui huic tam glorioso receptui interesse non potuit. Psallentibus placido modulamine choris, plaudentibus populorum concursibus, in basilicam majorem beatorum martyrum Gervasii et Protasii pompatico triumpho invehitur. Hic claudus facie et debilitate universis notus medias inter catervas constitit, qui multis in eadem civitate annis incola hospitabatur, et sancti opinione audita, tunc forte subintraverat, nescius quo prima virtutum suarum insignia martyr Domini in eo inibi manifestare voluisset. Cum ergo inter medias irrumpentium catervas consisteret, subito concussus virtute invisibili totus intremuit, crurum informitatem mutavit, tardam et præmortuam imbecillitatem rejecit celerique relaxatione inertes genuculorum flexus protendit. Nulla intercedente mora meandi vigor invaluit, coram omnibus impiger surrexit, ante sanctum ambulavit, incolumis et gaudens abscessit. Exhinc ad sanctæ Virginis Mariæ (466) monasterium deportatur, magnifice excipitur. Quo tanta multitudo popularis excrevit, ut vix se in partem aliquis declinare aut etiam movere posset. Inde levatus ad flumen usque Axonam evectus est.

## CAPUT XXIII.

Occuparat jam gloriosior apparatus citeriores ripas fluminis, ut vis amoris et devotio desiderii ineffabilis exigebat. Religiosa monachorum concio ecclesiasticis infulis redimita stabat prospectans, unanimi devotione universalibus officiis animata ut protectori ac patrono perenniter habituro congrua susciperendi ferret obsequia. Quem protinus ut in pulsu remigum se versus appropriare videt, tellure ruit, laudibus demum caloris assurgens excepit. Ambiunt eum undique chori psallentium, in hymnis organisque dulcisonis cum jugibus thymiamatum diversorumque aromatum vaporibus quibusdam vexilla micantia gestantibus, illis crucis stigmata auro fulvo radiantia, gemmarumque diverso colore perlucida ferentibus; his thymiamateria ac thurifera, illis ceroferalia deportantibus atque corusco lumine diem augentibus. Tali tropæo perpropere devectus in locum divina sibi provisione divinisque muneribus præparatum, deponitur juxta gloriosi confessoris Christi Medardi tumulum exsultantibus animis, parique concentu ista cunctis canore modulantibus. « Insignes præconiis, alme, tuæ nobilitati consonant voces collaudantes, verbo supplici prosequamur. Ave, inclyte martyr, angelorum consors, apostolorum socius, prophetarum concivis et martyrum cohæres, sancte Sebastiane, intercede pro nostra omnium salute. » Ea tum Dominica dies (467) fuit (*anno* 826), congruoque modulamine antiphona ad introitum prætitulatur: *Populus Sion, ecce Dominus veniet ad salvandas gentes.* Congrua modulatione salus illa singularis Incarnationis Dominicæ, quæ cunctis ventura gentibus hoc capitulo prænuntiata est, salutem ac lætitiam cunctis Galliarum populis ex adventu hujus præclari martyris refudit, et si cum fide petitur, ejus obtentu temporalia dona et præmia largitur æterna. O diem tantis uberem laudibus, tantis gravidam gaudiis! in qua athleta imperialis Suessionem urbem invectus est, qua nec orbi jocundior, nec modo efflavit hilarior.

## CAPUT XXIV.

Gloriose et condigna reverentia eo deposito, puella quædam ab ipsis crepundiis utroque pede claudula, omnibus pene notissimma, suis illuc usque a parentibus est pertracta et sancto oblata. Hæc tanta velocitate reparationem est consecuta, ut nil vacillante gressu, solida se super extulerit vestigia, et in conspectu omnium ante sanctum abierit, atque ad suos hilaris et sana redierit. Permodico exacto intervallo dum sacrarum missarum solemniis episcopus cum clero insisteret, quidam debilis emarcidis poplitibus per densas phalangas ante sanctum adductus, tibiarum depressis supersedebat suris: hoc familiare sibi sedile erat. Sed et hunc martyr clementissimus, solita pietate miseratus, arentium

(466) Hactenus insigne cœnobium virginum Benedictinarum.

(467) Nempe Dominica secunda Adventus, quo ejusmodi versus initio missæ concini solet.

nervorum rigore resoluto miserabiliter refecit, et perfecta sospitate populis qui hæc cernebant magnificantibus donavit, qui tot suæ longævæ debilitatis testes habuit, quot ex eadem urbe cives ad illud potuere spectaculum irrumpere. Nec mora, cum ecce misera nimiumque miserabilis femina mente capta, linguæ officio destituta, funibus attrahitur colligata. Quæ ferino pectore tota interius deserta, nil quid ageret extra curare sciebat, vagabundis se huc illucque agens excursibus lascivos in turbas dabat saltus : nec catena ab intentione arceri, nec minis poterat cohiberi. Talem suorum labor impatientissimus sancti præsentavit obtutibus. Quam non dedignatus vir Domini piissimus, sibi adductam respexit, respiciendo ejulantium propinquorum lacrymosis precibus favit, loquendi ablatum penitus usum palato refudit, sensum non solum reformavit, verum etiam largiter auxit. Fit lætitia timori commista, omnium promptissimus erga ejus cultum multiplicatur affectus, denique præsentem inibi Dei majestatem summisse honorant et excolunt, benedicunt et laudant, dehinc alacres ad propria remeant. Post sacrorum expletionem densa quæ asistebat collecta undecunque multitudo intrantem vidit quemdam usque casum claudicantem. Sed hunc sancti Martyris absolutione protinus regredi sana planta obstupuit.

## CAPUT XXV.

Sanctis qui pro amore sui conditoris propria corpora immanissimis passionum tradiderunt suppliciis, nulla infirmitatum curatio difficilis est, quia quo acerbitas tormentorum adversum eos acrius insanivit, eo in eis spiritualium donorum gratia major emicuit, ut secundum Domini Christi veridicam pollicitationem centuplum unusquisque quid dederat reciperet et stella ab stella pro lucis suæ qualitate distaret. Quod ita in superius habitaculis mira Dei dispensatione agi hinc liquido animadvertitur, quia his quoque mediis sedibus quibus eorum mortalia servantur, discreta meritorum retributione signorum illustratione glorificantur. Inter quos hic belliger victoriosissimus ac contubernio martyrum certaminis sui nobilissimis tropæis præstantior, post sui quoque delibationem virtutum ubertate magnificentior, tantam per divinam gratiam adeptus est perfectionem, ut cunctarum eum meruisse clareat genera sanitatum. Quæ cum omnia mirifica sint, illa præcipue sunt admiratione dignissima, quæ et inusitata magis et non concessa multis. Itaque de ejusmodi unum e pluribus referam. Matrona quædam fluxu sanguinis laborans ipso die susceptionis ejus veniens, stetit in limine basilicæ, conscia indeficienti sorditatione, indignam se introgressione præjudicans, incessabili profluvio, sanguine vacuata. Octo jam annorum orbita excesserat in infirmitate sine interpolatione, sine resumptione, sine requie ; denique quid ageret, ad quem se verteret ignorabat. Crebris anhela suspiriis, humore sanguinis superexhausta, anxietates validas defessis vix tolerabat membris. Mirum valde et plurimum mirabile per tot temporum spatia mulierem sauciam sub articulo unius horæ per sanctum martyrem divino medicamine curatam. Nam illico ut spe tota, sicut ante fores constiterat, ad eum sese contulit, corrupti cruoris unda jugiter fluens substitit, fœda ventris vomica in antiquæ naturæ statum concessit. Nulla fuit mora salutis, ubi manum imponere dignatus est medicus cœlestis. Cicatricis nec demum ex infirmitate signum paruit, horrendum dolens seu noxium quidquid fuit evanuit. Roseus subito color refusus cæruleas genas præoccupavit, plenariæ sanitatis indita gaudia innotuit. Esto quid hæc mulier ab aliquo sacramentorum imperito audierat observandum esse, ut ab ingressu templi eucharistiæque perceptione tamdiu abstineret, quandiu in hujus infirmitatis immunditia mansisset. Sed sciendum corruptæ naturæ passionem culpam non esse, nec uno verbere censuræ ecclesiasticæ plecti voluntariam pollutionem, et tædiosam inevitabilemque naturalis incommodi necessitatem. Illam enim spontaneo consensu animus illectus patitur : hanc depravatæ naturæ pœna multavit. Sed quoniam quid de hac re canonum decreta sentiant ignoratur a multis, non ab re censui huic loco decretum de eadem re venerabilis papæ Gregorii innectendum (*in respons. ad August.*) Ait enim : « Nunquam mulier dum consuetudinem menstruam patitur, prohiberi debet ecclesiam intrare, quæ ei naturæ superfluitas in culpam non valet reputari : et per hoc quod invita patitur, justum non est, ut ecclesiæ ingressu privetur. Novimus namque quod mulier quæ fluxum patiebatur sanguinis, post tergum Domini humiliter veniens vestimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea statim sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit Domini vestimenta tangere, cur quæ menstruum sanguinem patitur, non liceat Domini ecclesiam intrare ? Sed dicis : Illam infirmitas compulit medicamentum quidem contra ægritudinem explorare ; feminas itaque et menstruus sui sanguinis fluxus ægritudo est. Si illi sanguinariæ conceditur sanitas, cur non concedatur cunctis mulieribus quæ naturæ suæ vitio infirmantur ? sanctæ communionis mysterium, in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. » Postquam plenariam valentiam consecuta est, abjecto verecundiæ typho, ecclesiæ primo patefecit custodibus, deinde fratribus hoc idem profiteri non erubuit omnibus. Forte enim didicerat illud divini dogmatis, quia opera Dei revelare et confiteri honorificum est (*Tob.* XII, 7). Fit plausus populorum unanimi devotione eademque mente gratiarum munia Deo offerentium, qui in sancto suo mirabiliter triumphans tam magna et miranda per eum dignabatur exercere virtutum magnalia. Sic matrona de rediviva quam assecuta fuerat tripudians sospitate, tristem quam reliquerat repetens domum gaudio replet, lætitiam suis, admirationem tribuens universis.

## CAPUT XXVI.

Salubri jocunditate et sincera lætitia hanc diem ex restauratione plurimorum opulentissime refectam

omnibus festivo triumpho ducentibus non defuere quoque regiæ auctoritatis nusquam rejicienda testimonia. Præcellentissima namque Ludovici Augusti soror Berta (468) huic interfuit spectaculo spectabilis, et ipsa mirari et magnificare non desinens universa : quæ, jubente antistite, cominus ad aram processit, et ante sanctum diu stetit, certosque apud se fingens numeros salvatorum, discernebat causas singulorum, ut ea fratri Augusto, suisque palatii optimatibus congruo tempore referre valeret.

CAPUT XXVII.

Altera die stationis persplendidæ, dum inter sacra officia ambonem domnus episcopus conscendens divini verbi prædicamenta in populos qui convenerant funderet, et lumen verum sanctorum amare et appetere perdoceret, ecce mulier quædam cæca his intenta erat : quæ tam illuminationem cordis per ministerium sacerdotis, quam etiam clementia martyris lumen perditum statim promeruit corporis. Videt, lætatur, sanctum invocat, adorat, beatificat : ductore postmodum non indiga, ad ejus præclara properat pignora, ut videns corpore, videre compelleret si qui adessent cæcati mente : simulque præmeditari in se faceret, quam possibile ei subesset spiritualia interius accendere lumina, qui ea exterius tam facile recrearet, et invisibiliter invisibilia medicamenta, in quibus vellet, operando demonstraret.

CAPUT XXVIII.

Quinto ab ipso cœnobio lapide est fundus, cui vetusta antiquitas Caprea (*Chivres*) vocabulum indidit, in quo erat colonus Gislenteus nomine, qui gravi sarcina gibbi pressus cernuo acclinis gressu semper incedens, cœlum minime contueri poterat. Hic humanæ necessitudinis stipem agriculturæ mercabatur instantia. Itaque jam dicto die stationis indictæ, celebrem festivis gaudiis omnibus circumquaque ducentibus diem, iste solus soluta cupiens explere exercitia, junctis bobus properat ad agrum, exsequi cupiens dietarium. Cui vicinus quidam obvians, indictum ab episcopo feriandum replicat diem, hortaturque ac commonet domum redire, et festivo cultu cum reliquis diem agere, sanctumque supplici interventu ut sibi esset in adjutorium, exorare. Ille nihili pendens a sodali salubria sibi data monita, renuit, taliaque hebes ac stolidus responsa reddit : Hactenus talia exercendo stipem qua utcunque sustentarer, pœn liter acquisivi : istum pro cujus obsequiis me sollicite commones, nec audivi commemorare sanctum, nec ejus quidquam debitor sum referre beneficiis, quæ ab eo bona malave minime recepi. Ideo te mihi super hoc suadente non audiam, nec ab opere cœpto desistam. Recedente die noctis quies oboritur : cum ecce miser ille miserabiliter arentibus nervorum compaginibus merito suæ procacitatis totus in modum sphæræ contrahitur, ita ut crura femoribus adhærerent. Nocte quoque insequenti os quo contumaciter locutus fuerat, in effigiem X litteræ maxillis hinc inde altrinsecus aversis distortum efficitur. Hoc miserabile monstrum die secunda illucescente plurimis spectaculum fuit. Nocte jam tertia cum intolerabili cruciatu perniciter afficeretur, et qua poterat voce ejularet, se coram videt splendidissimi vultus atque præclari habitus personam assistere : a qua percunctatus quid pateretur, reddit causam tanti descriminis, et quæ patiebatur supplicia pro contemptu sancti se recepisse profitetur. Sciscitatur utrumnam se deinceps corrigere vellet. Tunc ille sacramento se obligat, asseverans nequaquam se abhinc incorrigibilem fore, nec unum in omni vitæ suæ tempore opus in festivitatem præfati martyris exercere. Di; cto citius qui erat, ut dixi, in modum glomuli contractus, et quasi contusus, protensis in directum cruribus vigorem meandi resumit : die illa aliquantulum valentior noctis quartæ vigiliis a persona qua et ante si meliuscule se haberet suggestus ait, hoc fas esse cuilibet cernere. Cui ille : Resume, inquit, sanitatem, et surgens propera ad locum quo Sebastiani martyris festivis gaudiis celebratur solemnitas ; et qua pro contemptu ipsius censura et severitate multatus sis, quave miserantis clementia miserabiliter absolutus, omnibus innotesce, ut exemplo tui noverint hanc diem succedentibus annorum recursibus solemni ritu perenniter feriare. Protinus dicentis imperio pedisequa est sanitas prosecuta, et os quod distortum habuit, in proprium concessit statum : tamen usque vitæ finem gibbo non caruit. Nec mora, obsecundat imperanti, festine properat ad locum quo promiscua populorum caterva tripudians ante sancti martyris excubabat tumulum ; et quæ sibi contigerint ob ignaviam, coram fratribus replicat omnibus. Dehinc post gratiarum et laudis hostias Deo pro sui restauratione per sacratissimum agonithetam præcordialiter delibatas, verbere jam eruditus divino, gaudium secum circumferens, familiare tugurium repetit, evangelizans omnibus quaquaversum ad sancti exsequias ebullientibus, nemini impune cedendum, qui ejus solemnem neglexerit feriare natalem.

CAPUT XXIX.

Tabellarius quidam Rotfridi comitis, cujus quidem nomen memoria excessit, utroque pede claudicans gradiendi amiserat libertatem ; unius quoque manus ariditate multatus scribendi perdiderat facultatem. Taliter invalidus propinquorum manibus ante sanctum est notive expositus. Nulla interveniente mora revirescente manu fraudati sensus usum recepit, solidatisque basibus in statu suo protinus erectus constitit, ac gradiendi virtute convaluit. O quam ineffabilis ac admiranda est divinæ operationis efficacia ! Nulla fuit dilatatio sanitatis, ubi expetita sunt suffragia martyris. Unum enim idemqae illi fuit et venisse, et salutem præripuisse. Itaque totius corporis potitus valetudine, laudibus Deum glorificat, athletam Domini magnificat, propriisque remeat pedibus qui aliorum evectus fuerat manibus.

(468) Berta hæc uxor fuerat S. Angilberti. Hinc patet eam anno 826 superfuisse.

CAPUT XXX.

Necdum ipse atrio excesserat, ecce muliercula quædam succedit, manum aridam omnique humore exhaustam, cute tantum ossibus superducta cunctis ostentans, pedem quoque simili macie ac siccitate squalentem habens. Quæ ut advenit, extemplo convaluit, etiam martyris experta virtutem. Nam et manus nendi recuperavit officium, et pes gradiendi usum.

CAPUT XXXI.

Illa pro adepta valentia ovanter egrediente, vir quidam claudicans intromissus est. Hic triduo solotenus ante sanctum excubans, sanari meruit accepto martyris suffragio.

CAPUT XXXII.

Gislebertus (469) Suessorum comes inter virtutum insignia, quibus probis pollebat moribus, eleemosynarum quoque compendia Christo sedule committens, cœlorum gazis tutius servanda locabat. Erat namque ei inter prandendum familiare inopum debiliumque quos mensæ suæ dietarios delegerat, curam agere, eosque ex his quæ sibi ex industria subtrahebat, pie refovere. Denique unus ex his per tria lustra debilis pedibus, Walcherus nomine, cum ante vivificum martyris corpus stratus procumberet, in ipso orationis conamine illico sanus in pedes constitit, repropitiante sibi divina clementia per inclyti martyris suffragia. Pluresque fuere ex ejus admirabili recuperatione Dei laudatores quam fuerant ejus debilitatis antea cognitores.

CAPUT XXXIII.

Tunc e vestigio prosecutus homo quispiam, Eurullus nomine, damnatis quinquennio fuminibus, illico ut ante Sancta sanctorum manipula regente pervenit, amissum lustro jam lumen divinitus illustratus perfecte resumit, et varios mundialium rerum colores intenta oculorum acie contuetur.

CAPUT XXXIV.

Sequenti nocte opportunum tempus synaxis matutinalis advenerat, cum ecce inter legendum residentibus nobis adducitur vir quispiam, Baldegerus nomine, qui novennali circulo fraudatis lumine pupillis cæca tenebatur nocte. Hunc more solyto martyr inclytus Domini miseratus nulla interveniente morula, antiquum videndi usum fugatis tenebris reseratisque refudit luminibus, et jubar solis quod diutina negaverat cæcitas, irreverberatis præstitit contueri luminibus.

CAPUT XXXV.

Interea dum his intenti miraculi stupore tenerentur qui aderant populi, puerulus quidam, Tedelgisus vocabulo, a primis vagitibus claudulus, quem jam dictus venerabilis Rothadus antistes inter prandendum refovere consueverat, ante tumulum sancti a parentibus allatus est et expositus. Hic universis urbicis atque in suburbio positis tam facie notus erat quam debilitate. Qui dum secus sancti memoriam procumberet, extemplo in directum subrigitur, et quam nunquam expertus fuerat integerrimam adeptus est valetudinem: quodque ei non concessum per naturam, adipisci meruit suffragantibus egregii martyris meritorum prærogativis per divinitatis potentiam.

CAPUT XXXVI.

Longum valde ac cuiquam spermologo difficillimum est viritim ac personaliter ea prosequi quæ per ejus venerabilia merita vis divina exercere dignabatur in universalium passionum morborumque generibus, quæ humanæ conditioni aut originaliter naturali passibilitate accidunt, aut fortuitu proveniunt. Cum enim ex diversa orbis latitudine fama virtutum ejus excita innumerabilis hominum concurreret multitudo, ex omnibus tamen Galliarum Germaniæque finibus transmarinis quoque provinciis tanta populorum immensitas confluebat, ut omnem loci ipsius situm qui ampla satis latitudine dilatatur locustarum instar præoccuparet. Inter quos, tanta erat numerositas cæcorum, claudorum, aridorum, leprosorumque, et energumenorum, lunaticorum quoque omnigenarumque debilitatem incommoditatibus præpedita frequentia, ut numeri summam videretur excedere. In his omnibus tam frequens erat nutu divinitatis per beatissimum martyrem sanitatum exhibitio, quanto et eorum qui medela indigebant numerosior erat concursio. Sanabantur denique non tantum viritim aut personaliter, verum etiam deni vigenique, et, ut ita dicam, gregatim, adeo ut in die vigiliarum sancti ac venerabilis confessoris Christi Benedicti abbatis, septuaginta et duo promiscui sexus et ætatis, promiscuæ quoque et debilitatis, ipso virtutifero martyre suffragante redderentur incolumes. Lumen cæci quod nunquam experti fuerant percipiebant, claudi gressum quem non noverant, consequebantur. Erat in his qui devotionis obtentu ad ejus experienda confluebant beneficia timor immodicus cultui reverentiæ mistus. Plerique enim crimina sua palam profitebantur, plurimi quoque igne in visibili visibiliter urebantur. Sed quibus erat mens sanior circumspectius satagebant non ante templi aditum introire, quam et mentes intro confessionis ac pœnitentiæ, corpora quoque aquis diluerent. Erat denique in diversis speciebus quæ votivis donariis ad confessionem hujus præcellentissimi ex diversis provinciis et regionibus pia fidelium offerebantur devotione, tam ingens copia, ut ponderis numerique summam pene viderentur excedere, adeo ut octoginta quinque modiorum diversorum numismatum argenti cumulus excresceret, præter monilia virorum ac mulierum, missoria quoque diversi ponderis aliaque vasa; auri quoque nongentorum librarum summa fieret.

CAPUT XXXVII.

Sed quia omne bonum semper e vicinio invidia

(469) Gislebertum hunc non noverat Andreas Chesnius, qui in Historiæ Castillioneæ lib. IV, c. 3, ait primum Suessorum comitem, cujus exstet memoria fuisse Guidonem temporibus Lotharii et Hugonis Capeti.

itatur, cœperunt plurimi sacerdotum zeli rubi-
uri, prohibentes plebes sibi commissas ad
toto orbe crebrius experta patrocinia propera-
uaque ad ejus præclara pignora vota perferre.
ant namque rectius fore, ut ecclesiæ in qui-
baptismi fideique munus perceperant, ex his
entur stipendiis, et earum alerentur viduæ ac
lli : nec esse bonum se egere, et alios ditesce-
se exspoliare, et alios induere. Hujus livoris
go adeo excrevit, ut etiam quorumdam epi-
orum corda inficeret. Ex quibus Ostroldus,
a tempestate Lugduni (470) præsidebat, dum
onem de hac re habiturus ad populum pulpi-
conscendisset, postquam diutino tractatu ad
lum concionatus est, infit : Quid, inquiens,
sionis pervagando quæritis, quasi Sebastia-
martyrem illic reperturi ? Noveritis sane quia
e dudum post sui delibationem sepultus, ha-
s ibi jacet a nemine motus. Habetis hic ve-
bile Dei Genitricis templum, hoc frequentate,
vota vestra vovete et reddite. Non opus est
aliorsum vagari, et externa auxilia expetere.
am quæ fideliter poscitis, omnia donabun-
Domino. Postquam affatim populum allocu-
st, redierunt quique in sua : ipse diei du-
gaudia, vicina mœstitia præpropere detur-
a, diem illam finetenus nox superveniens
it : episcopus pransus cubitum pergit.
ora sopore resoluta cum jam conticinii tem-
incumberet, ecce vir quidam ephebus eu-
niam (471) domni Sebastiani prætendens,
stratum ejus constitit duobus secum dextra
que assistentibus, similique fulgore rutilanti-
infulis tamen pontificalibus redimitis. Ipse
militari chlamyde amiciebatur, virgam au-
manu ferens. Qua pulsato episcopo vocato-
ex nomine, his eum verbis increpando atta-
Ego, inquit, sum Sebastianus defensor Eccle-
qui Roma olim pro amore Christi oppetii, qua
pore hactenus sepultus jacui : nunc vero Dei
stinatione ob amorem Medardi Noviomagen-
iscopi, quem ad lævam stare vides, ego et
lexterior Gregorius Romanæ urbis papa,
ionis missi sumus, uti locum illum et ejus in-
nostro patrocinio custodiamus, et custodien-
reamus. Tu vero livore ductus procaciter egi-
sterno adversum me, avertens plebem tibi
missam, ne ad confessionem nominis mei
s vota sua in obsequium mei deferrent. Insu-
dso perhibuisti mea humana illic penitus non
i. Ut autem omnis scrupulositas ex hoc ab
o tuo pellatur, his verberibus disce me illic,
nunc cernis, absque ulla corporis diminu-
olim depositum juxta confessoris Christi
rdi quiescere tumulum. Hæc fatus virga
manu gestabat, cecidit cum verberibus plu-
præcipiens ita : Vade Suessionis pedibus nu-
cedens, et stigmata verberum quæ tibi irro-
palam cunctis ostenta, ut norint omnes me

A illic fore præsentia corporali, virtute quoque spiritali præesse, et prodesse non solum loci illius incolis, sed et omnibus Galliarum populis Regi meo et Domino meo fideliter adhærentibus, mihi quoque meisque consortibus, illius videlicet loci patronis dignis obsequiis famulatum impendentibus. His dictis, cœlestia reposcit cum suis consortibus gaudia. Episcopus dolore verberum et confusione insomnis, ut festinato cursu lux diurna redeat, anhelus expectat. Qua mortalibus reddita, adscitis consecretalibus et necessariis amicis visionem pandit, ictus verberum tumentes ac lividos detegit. Illi vero anxii plurimumque turbati, operis exsecutione, quod imperatum divinitus fuerat, maturandum quantocius commonent. Denique instruitur iter,
B parantur et munera inclyto martyri deferenda. Pedestrem ducem hymnis canora turma lente subsequitur quousque ventum est ad locum, in quo ingens frequentia populorum excubabat ante martyris tumulum. Omni deposito supercilio, dejectisque in terram profundo pudore luminibus, ruit prostratus in faciem tanta humilitate quanta et divina correptus fuerat severitate. Oratio in longum protenditur, gemitus et suspiria ex profundo pectoris proferuntur. Explicita oratione, capitulo competenti a loci ipsius primatibus ejus commendatur supplicatio. Dehinc placabilia vota proferuntur, exinde nobilis fratrum concio advocatur. Fit delicti confessio, ostenditur divinæ censuræ subsecuta correptio, spondetur per omne vitæ suæ tempus
C ferventior erga beatissimum martyrem permansura devotio. Itaque vir Dei verbere divino jam eruditior factus, mente sincerior, corpore vegetior Lugdunensis cathedræ sublimia gratanter repetit fastigia. Hujus rei exitus tanto nunc notior omnibus exstitit quanto et personæ dignitas famosior fuit, et situ loci in edito posito res in sole gesta occuli sub modio minime potuit. Venerabilis ergo vir, jam dictus Ostroldus episcopus, ab optimo didascalo docte docilis factus cœpit libere privatim publiceque docere nequaquam fore quempiam a divinis verberibus immunem, neque cuiquam impune cedere, qui Sebastiani martyris contemptui duxerit memoriam excolere. Sic cessit plurimorum invidia martyris virtutibus victa, et per unius corporis cutem a multorum cordibus invidiæ virus tali est extusum malignitate.

D

## CAPUT XXXVIII.

In provincia Aquitaniæ, in pago Alvernico, vico Tudurninse, est cœnobium meritis hujus præcellentissimi martyris ac nomine consecratum : cujus primariæ constructionis ratio hujuscemodi veridica fertur relatione fuisse. Fuit in eadem regione sacerdos quispiam morum probitate notabilis, actu ac nomine Magnus, qui et ex eventu quod ei non fortuitu, sed nutu deifico provenit, loco illi nomen indidit, ut ab ipso Magnus-Locus diceretur et esset, siquidem inter cuncta ejusdem provinciæ monasteria famosissimum hodietenus habetur ac nobile. Hic itaque dum fidei

(470) Clavati scilicet, quæ urbs aliis Laudunum
r, vulgo *Laon*.

(471) Nomen Græcum εὖ et ῥυθμός, *elegantem formam* hoc loco significans.

ardore ferveret, virtutumque pio amore mentisque alacritate succresceret, divinæ dispensationis moderamine quo flagellatur quisquis a Deo diligitur, valida febre corripitur. Cujus diutino incommodo ingravescente, viribus fractis, omnique salutis spe destitutus, monetur per visum celerem gressum prætendere Romam ire, martyris Sebastiani pretiosissimum mausoleum fidenter expetere ; illo se liberaliter salvandum visu discit veridico. Illico aliquantisper vegetior redditus, nil de visionis effectu cunctatus, facultatulam suam disponit ob longioris viæ difficultatem ; quæ erant necessaria opportune sumit, arduum tanti itineris laborem anhelantibus pia devotione præcordiis humilis ac submissus arripit. Hodœporico (472) licet difficulter expleto, mundi dominam optato tandem voto ingreditur Romam, scandensque templum toto orbe sanctius atque famosius, excessus suos plurima precum confessione Deo per summos cœlestis curiæ consules præcordialiter committit. Dehinc lustrastis Christi martyrum sepulcris, quorum numerositate atque victoriis urbs Romana singulari tripudiat privilegio, pervenit ad catacumbas tertio ab urbe milliario ; ingressusque ecclesiam in qua quondam beati Petrus et Paulus apostoli conditi fuerant, ad quorum vestigia belliger iste victoriosissimus, de quo sermo texitur, se delegaverat sepeliri, votiva prece diu incubuit. Hinc ab oratione se subrigens perfectissimam effert incolumitatem, tam robustæ redditus valitudini ac si nulla unquam febrium accensione, aut alicujus incommodi vexatione fuisset infectus. Dehinc, ut reor, instinctu illustratus divino, pulverem qui circa sepulcrum ejus erat, detergens, cum summa fidei devotione collegit, eumque pro magno in patriam perferendum secum reponit thesauro : resalutatisque beatis apostolis, sanctisque omnibus Romanam urbem suis meritis ac præsentia illustrantibus, genuinum Aquitaniæ plenus gaudio repetit solum. Quam ingressus, antequam familiarem reviseret domum, devenit in locum quemdam aquarum decursu nemorum quoque amœnitate jocundissimum. Cumque et locus oculis blandiretur, et hora tardior succrescens pigra itinere corpora suaderet recreanda, depositis sarcinulis prandio indulgent. Inter hæc sole ruente noctis quies blandi soporis amica subintrat. Presbyter sacrum quem secum detulerat pulverem collo subducens, ramusculo arboris, sub cujus umbraculo discubuerat, appendit, dehinc temperius cubitum se collocat, quasi die crastina maturius profecturus. Subsequentis diei primo diluculo, instructis sarcinulis viæ se reddere cupiens, apponit manus ad arboris ramum quo virtutifer dependebat pulvis, protensisque toto adnisu ulnis minime hunc non solum capere, sed nec contingere valuit. Iterum iterato se ad solvendum eum extendens, pedibusque quidquid manibus occurrere potuit subjiciens, frustrato conanime substitit. Vicibus succedentibus comites ejus arbusculo inhærentes casso sudant labore. Volans fama ad tam grande spectaculum villanos contiguos advocat. Hinc inde vulgus promiscuum confluit, et hoc ipsum mutuatis vicibus attentantes, quod rumore didicerant experiendo probant. Depositis sarcinulis die illo inter velle ac nolle pausam capiunt ; recentiores, qui advenerant alternatim se ingerentes, lacertis stupentibus vane desipiunt. Undecunque variis possessi languoribus concurrunt. Operatur vis deifica per meritum sui martyris omnigena miraculorum signa, cæcis visum, claudis gressum tribuens ; alios truculento possessos dæmone purgans, quibusdam audiendi loquendique naturalem effectum, noxio evacuato, largiens. Interea dominus fundi, quo hæc gerebantur, cernens tam mira ac stupenda in sua actitari ditione deifica sacramenta, adscito de officio reipublicæ tabellario, facta legaliter traditione delegavit eam sancto jure perpetuo possidendam. Sic per incrementa dierum, et cultu religionis et loci situs, quorumcunque dapsilitate fidelium capiebat augmentum. Primoque in eodem loco, oratoria cella construitur, postremo crescente devotione fidelium monasterium (473) inibi constituitur, et honore ac nomine pretiosissimi martyris Christi Sebastiani episcopali benedictione consecratur ; monasticæ quoque religionis ordo sub abbatis regimine substituitur.

## CAPUT XXXIX.

Provectiore jam tempore, cum rigore monasticæ disciplinæ locus idem succresceret, fuere duo sub ovino vellere in eodem cœnobio pseudo-monachi, qui caulis gregis Dominici quibus inoleverant, obscena qualitate dissidentes, sæpenumero ab abbate seu præposito redarguti, commoniti atque correpti, cum procaci inquietudine cordis aurem subducerent, et salutaribus monitis nullatenus cederent, juxta sacræ legis instituta, ne omnem gregem adtaminarent oves morbidæ, discidium eis severa invectione a sacræ legionis comminatur corpore. Quo illi comperto, noctis intempesto quæque rapere potuere clanculum e monasterio auferentes, fuga elapsi, utriusque propositi, sui scilicet et per hoc animarum exitii immemores, qua propria illiciebat voluntas vagabant incerti. Denique Italiam, talium receptricem congruam sibi latebram prospicientes, abjecto, ne a quolibet recognoscentur, habitu, adire contendunt. Qua cum morigerum peregrinationis suæ locum reperissent, postquam suæ vesaniæ satisfecere, votivæ tranquillitatis ac intimæ in monasterio securitatis reminiscentes, tædio et labore prædiri exsulatus dissoluti, spes si receptus sui sperari posset, reversionem quam maxime moliebant, et hoc sibi lucri fieri invicem sermocinabantur. Ad hæc rubor confusionis pro sui qualitate piaculi progressum omnimodis inhibebat. Inter spem metumque suspen-

(472) In nonnullis codicibus mendose legitur *Opodorico,* seu *Opporico,* pro Hodœporico, id est itinerario, quod significat ὁδοιπορικόν.

(473) Monasterium hoc subsistit hactenus apud Arvernos, descriptum in Actis sancti Boniti, in sæculi tertii parte I.

sis visus est eis sermo conducibilis : quo suppresso crimine, cum honoris augmento loco restituerentur proprio, scilicet ut viæ sese laboribus adhuc extenderent, Romam irent et sanctorum aliquem emerent, cujus evectione indulgentiam apud suos mererentur et gratiam. Hoc animati commento cœlitus (ut rebantur) sibi immisso, nefanda frustandi fiducia vagi Aquitanici cum callidis fabulaturi Romulidis perveniunt. Reverendum antistitem et togatos divertunt senatores, juxtaque Salomoniacam sententiam, sui sollicite perquirunt similes. Agglutinantur ocius mali cum pejoribus, deteriores cum deterioribus, et, inter alterna insulsaque colloquia, genus patriamque interrogati produnt. Sciscitantur iterum quid causæ exstiterit, pro qua a remotis procul finibus inibi devenire placuerit, B et talia ac tanta discrimina subierint, et veluti eis compaterentur argumentose cuncta perquirunt. Illi votum pandunt, in agendum dari sibi dexteram suppliciter exorant. Monasterium in sua regione construxisse asserunt, quod sanctorum indigere per omnia pignoribus profitentur. Versuti Romulidæ per plura sub sua observatione, ab ipso pontifi ium summo commissa inesse, et quibuscunque vellent pro libitu præcipua conferre posse jactitant. Hi pecunia apud eos se impetrare velle, si res haberet effectum, asserunt. Tunc illi securitatem obtinendi quæ cuperent, si tamen dictis fidem adhiberent, promittentes, vocabulum sancti quem potissimum vellent exquirunt. Sebastianum martyrem pronuntiant; sua pro eo omnia, quæ in C præsens habere poterant, multoque postmodum pluriora atque pretiosiora jurejurando spondent advectura sine mora de patria. His Romulidæ sponsionum illecti blanditiis, temporis opportunitatem, ne denotarentur, explorare debere necessario confingunt. Quo reperto et indito in eodem se re exhibituros loco caligosæ noctis articulo pollicentur, ubi et ipsos adesse oportere statuunt. Interea dum quid eis in hoc interstitio subdoli placiti faciendum sit versuta mente machinantur, comminiscuntur proximo foro cujusdam Cæsaris sarcophagum, multa aromatum delibatione refertum, denique ad condictam venitur horam. Ante maturum illi, quos voti ardor, impatiens exæstuabat, accurrentes Romulidæ lucrum inhiantes obvios habuere. Silentium ceu tremuli innuunt, ad D illius homuncionis Christianæ regenerationis expertis tumbam pedetentim perveniunt. Si martyrem expetitum videre et consequi vellent, promissam expromere et appendere pecuniam jubent. Revulsoque sarcophagi operculo mirificæ virtutis ambare (vulgo *ambre*) suaviter redolentis viri faciem demonstrant. Quod isti contuentes, genua celerrime procurvant, ac suimet in adjutorium flebiliter invocant. Omni suspicionis controversia cordetenus eliminata, illis omnino utpote sacrorum custodibus ex toto creduli, quidquid in suppellectili sua habuere, promptissima deliberatione tali

A techna delusi condonavere. Tum denique quanta norunt vel sufficiunt officiositate, non hunc quem cœlesti munere optimum defensorem et inexpugnabilem protectorem Francia promeruisse gloriatur, quinimo eum qui nec solo dignus vocabulo martyris omnino fuerit proprio merito excipientes tyrannum, inani spe totis præcordiorum fibris exsultantes pernici gressu futuræ ruinæ improvidi patriam repetiere; dumque sibi fingunt optima præmia, pessime cæcati nequeunt intueri supplicia illicet adfutura. Fines ægre diuque desiderati ruris priusquam attingerent, gravi usi consilio præ se nuntios mittunt, qui amabilis et jugiter honorabilis sancti Sebastiani martyris adventum detegerent, et sublimes quosque in susceptionis ejus officia animarent. Locum tanti spectaculi delegunt, et diem quo sibi propere occurrere debeant liberaliter innotescunt. Abba prædicti venerabilis loci et fratrum pallida concio eorumdem quondam fratrum suorum oblita scelerum congratulantur per eos ab illo supremo bono tantum potuisse perfici bonum, eosque post casum beatiores prædicant, eminentiores suo in collegio unanimi favore præjudicant. Vexilla velificant crucis, tropæa et splendida expromunt philacteria, heu proh dolor! pessima pro his commercio protinus recepturi. Populosa usquequaque turba hoc dulcisono rumore evocata, plebeii cum nobilibus et pene totius nationis potentes religionis fervore succensi obviam vota secum parta ferventes vadunt alacres. Quid plura? excipiunt tandem non Christi martyrem gloriosum, sed antichristi satellitem truculentum; non illum famosissimum Romuleæ quondam primæ legionis signiferum, sed Satanæ dulcissimum glareis cocyti ministrum, atque cum magna hymnorum gloria ad sacrosancta usque (proh nefas!) invehunt altaria. Festiva celebrant gaudia luctuosis mox questibus deturpanda, eaque quotannis solemniter recensenda consignant, finetenus illicet desitura. Post multiplicia missarum hymnorumque officia, epulis lautioribus fessa fratrum caterva refectorii penetralibus convivatura succedit. Inter prandendum humanitas omnis exhibita lætitiam ubertim multiplicat, quam nimis vicina et valde impia confusio deturbat. Nam dum licentius edulio et mero indulgent, et ex præcepto abbatis sui illi duo qui reliquium illud sacrilegum Roma exportaverant, ad custodiendum templum ne vel ad modicum lucernæ deciderent, cum aliis residerent, nutu divino cujus dilectissimi militis cultum miser immeritus usurpaverat, fragore horribili et turbine perturbatus divino sancto altari detrusus pavimento elapsus iterumque relapsus corruit, concidit, nunc hac, nunc illac parietibus sese collidens, iterumque se modo josum (474), nunc sursum efferens contunditur, conteritur et in frustra dispergitur, martyris nomen et officia quæ inaniter præsumpserat, cum ludibrio et dedecore pollinctorum spurcissimorum qui eum illinc advexerant, his

(474) Sic antiquis *josum* seu *jusum* pro *deorsum*, quod ex Augustino probat Bollandus, et Vossius in lib. II de Vitiis sermonis.

mortalium auris perditus amittens. Flagitii auctores, unus truculento spiritu, alter sensu inanis efficitur, ambo tamen quid egerant gestu corporum ostentabant. Reliqui omnes qui aderant, et martyris suffragia virtutumque pragmata expetebant insperato et nunquam experto terrore perculsi, semineces fugam maturavere raptim. Prandentium aulam pervolant, sibi subveniri et auxiliari insanis vocibus proclamant; heu! domini Patres, inquiunt, surgite, properate, succurrite, a sæculo nusquam consimile piaculum videte. Proh pudor! improperium perpes et rubor confusionis nunquam abolendus! ipse diabolus hodie hic est in tyranno allatus. Quidquid præ manibus erat prandentium abjecto, cum valido strepitu mensis exsilientes, signaculo et virtute sanctæ crucis certatim communiti templum penetrant; finitimi quoque qui charitatis affectione retenti fuerant, undecunque decurrentes conveniunt. Quid memorem? tam repentinum et insperatum gaudium subitaneus et nunquam suspectus præoccupat luctus. Contuentur cominus pavimento prolapsum illius nefandissimi et miserrimi hominis particulatim cadaver divulsum, dolentque se in articulo modici temporis amisisse gaudium, quod gratulabantur sine fine mansurum. Fit clamor confusus, omnium stupor attonitus. Adversum flagitii auctores plurima vulgi concurrens manus infremescit. Alii lapidandos sacrilegos, alii patibulo appendendos, quidam igni comburendos, aut letho quocunque atrociore puniri debere maledicis eloquiis lacessientes acclamabant. Verum quibus erat cor docile ac mens sincerior, nequaquam eos humano posse damnari præjudicio astruunt, quos divinæ severitatis censura jam plexos fore liquido contuebantur. Interea collecta particulatim putredine dirempti illius infelicis cadaveris in sterquilinium vulgi stercus spurcissimum projicitur, obruitur et proculcatur, ultimumque ei vale anathema perpetuum imprecatur. Rastris pavimenta eraduntur, aquis diluuntur, et sacræ respersionis unda purificantur.

## CAPUT XL.

Juvat conferri huic facto antiquum illius rei gestæ eventum quod contigit in populo Acharonitarum, quorum deus erat Astaroth, ut Regum promit historia, qui templi sui aditibus Arcam Dei repositam secum habitare domo una non sustinens, præpotenti quodam numine concussus in terram ruit, ejusque calvaria in ipsius idoli limine manusque præcisæ truncus iners suo ut erat transfixus loco remanens, opprobium suis cultoribus perenne reliquit. Verum longe aliter his quibus sincera in Deo fides et promptissimus erat, tametsi minus doctus, et ideo malle illusus famulatus, quam Allophylis rite contigisse perpenditur. Illis enim in ultionem et pœnam, istis autem et hujusce religionis ad fidei robur et constantiam, ne perfacile incertis assensum tribuant, neve antequam approbent, sanctum dicere aliquem mortalium audeant, juxtaque Dominicæ eruditionis instituta, cum dixerint: *Ecce Deus hic, aut ecce illic*, credere refugiant; ne per hoc forte diabolicæ fraudis occasione admissa posthabita latria sui Conditoris quodam modo offendant in idololatria.

## CAPUT XLI.

Igitur necdum longævo permenso spatio, beatissimo et omnifaria laude dignissimo martyre Sebastiano penes Suessorum urbem honorifice illato, ac cum magno tripudio excepto, cum ejus (ut præmisimus) prodigiorum atque signorum fama crebresceret, de ipsis quoque ultimæ Tilæ finibus ad ejus fragantia pignora confluerent, abba prædicti monasterii, de quo sermo habitus est, audiens hoc, gaudio repletus commonet suos hortaturque celerrimum illuc protendere gressum, se ducem et prævium itineris? exhibens, ut, quod non poterant in toto, partem saltem vel modicam mererentur ex toto. Quo cum pervenissent, et a Rodoino præposito fratribusque ex more suscepti humanius agerentur, causam sui itineris pro qua tantum onus subierint, lacrymabiliter fundunt, immeritos quidem se muneris quod expetebant adipiscendi profitentes; sed quia ejusdem erant ordinis (475), fraternæ erga sese charitatis, qua singulariter beatificabantur, reminisci et spei cujus devenerant, suæque devotioni consulendum precabantur attenti. Olim, inquiunt, Patres conscripti, duo ex nobis quidam exeuntes Romam perrexere pro hoc quo Deo favente præsenti fruimini patrono. Quid multa? furtivum dantes pretium, quemdam cujus ignoramus vocabulum, mercati sunt tyrannum. Hunc ad nos miserum et in ipso pariter deduxere diabolum. Qui susceptus a nobis quidem est solemniter, sed Deo (si dicere fas sit) indignante detrusus miserabiliter. Nam cum nescii sacræ Virginis Mariæ illum super aram imposuissemus, ac festive composuissemus, pransurique cum pluribus qui convenerant resedissemus, de subito ab altari in aere levatus, in terram elisus cum ingenti stridore decidit, et sibi obsequentibus qui in basilica remanserant, horripilationem nimiam injecit, exterritosque ab ecclesia perturbavit. Qui cum ad nos usque pallentes et pene exanimes intrassent quæ sibi accidissent in conspectu conventus universalis teterrimis vocibus insanientibus similes publicare cœperunt. Silentium utpote rei gestæ ignari innuentes nullatenus cesserunt imperantibus, quin, sicut cœperant, irreventer publicum ignominiæ malum clamosis exsequerentur vocibus. Nos concito gressu ecclesiam ingressi, in frustra quassatum membra disjectumque illum, qualis quantusve erat nostris

(475) Monastici scilicet. Nondum enim monachi variorum monasticorum ordinum singularia vocabula noverant, qui omnes tum his in partibus sub regula S. Benedicti militabant. Eodem modo loquuntur Patres concilii Suessionensis anno 853 in Medardensi cœnobio celebrati, cum cap. 5 præcipiunt, ut monachi duo qui Pippino fugæ adjutores fuerant, *in monasterio sui ordinis relegentur*, ut scilicet his verbis excluderent monasteria clericorum seu canonicorum.

congruentem actibus sanctum inspeximus. Hoc A rumore passim denotamur, et importabili improperio jaculamur atque confundimur. Ut hoc ergo pudore tandem aliquando carere queamus, ad vestram venerabilem paternitatem confugium facimus. Superest ut destitutioni nostræ compati et subvenire beatitudo vestra non dedignetur. Credimus etenim tædii nostri nos onus exposituros, si a charitate vestra quantulumcunque reliquiarum ejus consecuti fuerimus. His acceptis, Rodoinus fraterno affectu compassus condoluit, et cum voluntate Patris Hilduini et fratrum consensu auxilium in agendum spopondit, relataque prius coram fratribus causa, non abnuere votum, insuper ut sancti cresceret cultus et memoriale, hoc se plurimum dixerunt amare. Illud denuo domno ab- B bati cum innotuisset, et ille fratrum super hoc postulationem ab eo quoque percepisset, linteum eis per collationem venerabilis Rothadi antistitis, quo vivifica membra martyris involuta fuerant, conferri præcepit. Qui dum ad opus assisterent et lintum de theca petentibus tribuendum proferrent, illi iracundia succensi, reliquias sancti, non linteos, quibus in sua regione abundarent, se expetisse dixerunt. Quibus cum a circumstantibus fratribus non aliter, sed is esse firmaretur, quo a Roma illuc usque ejus sanctissimum corpus ad os intrinsecus fuisset obductum, nulla ratione eis satisfactum est ut illud reciperent. Audistis, inquiunt, domni Patres, jam toto orbi notissimam confusionem nostram quam vestro beneficio æstimavimus diluendam. C Cur inhonesta nostra innovare conamini? liceat nos vestra cum gratia patriam non ingeminato ludibrio, ita ut venimus, expeditos redire. Rodoinus, concitatos illorum contra se animos videns, nec satisfactionem agere satis curans, linteum diligentius replicans cistula recolligit, non ita se domini sui vilipendere tegmina dicens, simulque adjiciens quoniam, aliis quibus in pectore robustior fides valeret, satius his communicari deberent. Illi vero eo ibidem die commorati cernentes nil se in hoc facto profecisse, pœnitudine acti senioribus accitis supplices obsecravere quatenus pro eis paterna pietate apud virum intercessores existerent, ne tam tristes et vacui in sua a sancto illo loco regredi paterentur. At Rodoinus suorum precibus fle- D xus, non totum ut prius, sed partem sacerdotum manibus sectam largiri jussit. Quam illi multo gratiosius quam ante devotis fidei mysteriis excipientes, et honorifice præparato sacello reponentes, missarum solemniis nomine martyris rite celebratis, religiosa secum hymnorum melodiis fratrum comitante caterva sic feruntur ad propria. Quo cum pervenissent, multarum virtutum et sanitatum gratia clarificata pignora ipsius meritis et nomine præeminentis fastigii contradiderunt in aula. Ubi usque in hodiernum ejus merita vigent gloriosa, palmaque virtutum ejus multipliciter floret frequentius atque magnificentius, quam eo loco quo virtutiferum ejus corpus debita fidelium populorum frequentatur devotione. Sint ergo et nobis et illis optamus ejus proficua patrocinia, qui nostrorum dapsilitate patrum illius tanti pignoris meruimus esse participes.

CAPUT XLII.

Vidimus quosdam nec spernendæ probitatis viros qui Suessæ civitatis venturam, quod formidamus, ruinam ab his qui audiere se protestantur percepisse. Turricula erat in eadem urbe, orientis occiduas spectans plagas, super quam spiritus ambiguus, cum jam noctis tetras aurora cœpisset umbras spargere, terribilis sententiæ ter ingeminatam profudit vocem dicens: *Væ, væ, væ tibi, Suessio*, Sodoma ut olim et Gomorrha validis, ignium flammis concremanda, et in vacuos favillarum cineres redigenda! Invisa nec a quoquam cognita persona, sui officii mysterio functa, gestu celebri tenuis sese perabdidit auris. Hanc lethiferam vocem qui tunc antequam dicesceret (sicut præmisimus) vigilare poterant, horribiliter intonantem, non solum in ipsa urbe civiles, verum suburbani quaquaversum degentes audiere. Cujus fama de regione in regionem pervolans omnibus celeberrima facta est. Quam rem a multis qui nostris superfuere temporibus sine suspicione falsi consono relatu audivi, eamque huic operi adnectendam ratum duxi ad correctionem omnium eamdem urbem inhabitantium, maxime illorum qui se turpissimo et naturæ improbo crimine fœdare non verentur: et hoc idem ipsi Patres et prædecessores nostri qui nobis ista narrabant, meritis et interventu hujus nostri piissimi protectoris deputabant, quod nequaquam hoc sua tempestatate impletum (476) videbant. Adjiciebant præterea priusquam ille Roma deveheretur, horrendas sæpius ibi reproborum spirituum per plateas perque ædes illusiones importune civibus machinatas. Sed eo veniente vapor veluti fumi evanuere, universa quieta serveritudine beneficio ejus vulgo disposita, et humanis commodis placido famulatu præstita.

CAPUT XLIII.

Præterea memorandi Cæsaris Chlodovici qualis quantave circa sanctum devotio fuerit, largissima operis patefecit exsecutio. Comperto namque divini numinis præsentia per martyrem Christi incircumscripta inibi patrari miracula, regali exutus purpura calceamentisque tertio ferme lapide rejectis, cum conjuge nudis ad monasterium quo jam locatus fuerat, processit plantis: et quia aliquos flagitiosos audierat imperatrix Judith vi quadam impræfocabili in conventu publico crimina sua detexisse, et odii livore interius perustos palam exterius metuendo nimis examine ignis atrocibus concremari, pro eo quod priusquam loco devenirent, suorum criminum appetitus dignis confessionum

(476) Et tamen in Chronicor. Turonensi de gestis Nortmannorum apud Chesnium legitur, Danos seu Nortmannos, anno 853 *sanctum Quintinum, et urbem Suessionis et Parisius cum adjacenti terra destruxisse et combussisse*. An portentum hoc postea factum?

ac pœnitentiæ remediis coercere neglexissent; anxietatis nimiæ procellis elisa, cum præcognovisset illuc Cæsarem iter disponere, nec se ab eo absque sui rubore dirimi posse; totam se ad propitiam Redemptoris contulit omnipotentiam, agensque cum venerabilibus (476) sacerdotibus culparum suarum secreti mysterii munus, cum Psalmista orabat ut ab occultis suis mundari, et ab alienis mereretur absolvi. Eleemosynarum interea impendiis cæterorumque bonorum operum exhibitionibus per spatium interjecti temporis quod præscierat, incunctanter operam dedit: sicque demum, religiosæ majestati votiva comes effecta, ad sancti martyris limina præclaris meritis præcipua properavit. Cumque Abba reverentissimus Hilduinus et fratrum ornata cohors tantæ celsitudini assurgens, festivo apparatu utriusque eorum pro foribus servans adventum veniret, et tandem susceptos ad tumbam martyris canoris vocibus concrepando deduceret; in humili quo erant habitu solotenus cum multa nobilium phalange substratis cominus sibi palliis, antequam margines attingerent altaris, extemplo in faciem ruentes, gemebundas ac lacrymarum rore mandidas preces militis ipsius merita rocolentes, piumque intercessorem invocantes universali Domino protractis suspiriis effudere. Inde ab oratione surgentes, versu congruo omnium assistentium voto eorum commendatur oratio. Igitur aulam tantæ sublimitati provisam introgressi, imperialia et ea quæ tunc cultiora fuere ornamenta reinduti, et diademate compti, missarum solemnia Cæsar consistorium scandens in honore martyris fecit decantari. Qui cum ad Evangelium ventum est calicem aureum cum patena, patris sui Magni Caroli monogrammate (478) insignita, manibus propriis inter legendum ponderis ingentis tenuit, et cum oblatione sacranda eidem dicavit. Post expletionem quoque celebrem ad vestigia ejus cum conjuge accessit. Ubi, cum sese prolixa oratione Deo per sanctum commendavissent, complexiva et omni ævo reminiscenda devotione singillatim a stemmate usque subuculam cultu regali exuti, uterque martyri inibi reposuere. Textum deinceps sacrorum Evangeliorum (479) aureis characteribus exaratum, laminisque metalli ejusdem absque admistione cujusque materiei inclusum, thymiamateriumque 40 et 8 syclorum ejusdem speciei, et vastam olei amphoram ad luminaria concinnanda, mente promptissima obtulit; monetam etiam publicam cum incudibus (480) et trapezetam perpetuo famulatu sacris ipsius deservituram subdidit. Abbatiam quoque protomartyris Stephani Cauciacum (481), quæ septingentarum familiarum esse perhibetur, ad templi fabricam spatiandam dedit, et præcepto regiæ auctoritatis ne a quolibet temerario abriperetur, cum obtestatione et anathematis innodatione annuli sui impressione signato roboravit. Quod cum sæpius monasterium inviseret, tanta devotioni pristinæ postmodum incrementa adjecit, ut cum quadam die ad sanctæ Sophiæ (482) capellam, quæ palatio (483-84) inhærebat, oraturus procederet, ad limen substiterit, eamque a foris intuitus optavivum illico David, quo in construendo Domini tabernaculo anhelabat, baculo flaventis auri innixus decantaverit dicens: *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniam elegi eam* (*Psal.* CXXXI, 14). Mirum dictu! veluti assistentis martyris hæc essent auribus data, ipsius ejusdem solis vesperi prodiere magnifica triumphatoris egregii signorum tropæa. Nam octodecim sexus utriusque sanitatum curationes præsens sub eadem nocte, priusquam cubitum pergere disposuerit, cernere promeruit. Contuebantur istorum glaucomina fugatis tenebris jubare rutilantis luminis splendentia: aliorum uncas manus et arentia brachia laxa; suras enerves et vestigia retorta vigore magis dato quam reddito directius protensa; quorumdam aures sanguine fluentes, quas surditas diutina damnaverat, nunc lenis et tenuis sonus approbabat valde perspicuus; pessimum in quodam, sed devictum et exclusum potenter sinistrum spiritum, lepræ maculas abolitas furentium insipientes rite demutatas mentes. His ad votum fruitus Cæsar nullo incredulitatis errore ejus pectore movente, amoris supremi et incomparabilis affectum erga martyrem sanctum sollicite in posterum se devovet conservaturum. Inenarrabiles gemitus et suspiria fletuum nimbis re-

(477) Pluribus sacerdotibus non raro tum fiebat. Secreta peccatorum confessio, ut probatum in Præfatione sæculi III.

(478) Monogramma, signum seu nomen cujusvis proprium continuo litterarum ductu scriptum. Quo scribendi genere primus e regibus nostris usus videtur Carolus Magnus.

(479) Hactenus in eo monasterio asservatur iste liber, sed laminis tantum argenteis coopertus, quas Ingrannus abbas fieri curavit, opposita hac inscriptione: *Hæc tabula facta est a* D. Ingranno *abbate hujus loci anno* 1168, *Alexandri tertii* 10, *regni Ludovici junioris* 23. *Librum autem ipsum obtulit Ludovicus imperator B. Sebastiano in receptione ejusdem martyris inclyti et papæ Gregorii urbis Romæ.*

(480) Adeoque jus condendæ monetæ, quod etiam pluribus ordinis nostri cœnobiis concessum. Hujus monetæ specimina quædam exhibet Claudius Dormaius initio secundæ partis historiæ Suessionensis.

(481) Cauciacense monasterium, vulgo *Choizy*, paulo supra compendium, fere ad Confluentes Axonæ in Œsiam, Childeberti tertii sepultura insignitum nunc prioratus abbatiæ, Medardensi subjectus. Istius monasterii et Bettoleni ejus abbatis fit mentio in Vita S. Drausionis episcopi Suessionensis.

(482) Hactenus istius capellæ parietinæ quædam supersunt, et collegium canonicorum S. Sophiæ, cujus in oratio Walteri Ivetotensis cædem, quam a Clothario primo factam primus asseruit Guaguinus patratam fuisse aiunt. In brevi Chronico monasterii ecclesia sanctæ Sophiæ apud S. Medardum ab Arnulfo episcopo anno 1142 dedicata fuisse dicitur.

(483-84) Hinc patet regis palatium monasterio adjunctum fuisse. Nomen hactenus retinet locus prope oratorium sanctæ Sophiæ, quod ex imitatione Constantinopolitanæ ejusdem nominis basilicæ imperatoriæ ita dictum est. Eo in palatio Leo papa IV aliquot dies moratus est anno 804, ex Annalibus Mettensibus; Carolus Calvus anno 843 legatos Nicolai papæ ipso monasterio honorifice recepit, ibidemque Ludovicus rex Natale Domini celebravit anno 878, ex Annalibus Bertinianis.

sparsa multiplicans, cum veluti carne præsentem cerneret excolebat, venerabatur et deprecabatur; et quia sine hæsitatione quod expostulabat donari ab eo sibi posse credidit, voti compos effectus idipsum adeptus est salubriter. Quid autem fuerit quod ita eum rogasse præmisimus, series subsequens, imo idem in serie secretissimum suum enarret sacramentum.

CAPUT XLIV.

« Fractus robusti olim brachii vires ego Ludovicus, Cæsar imperator Augustus, Dei dispensante gratia orbi Romano imperans, cum late in populos juris habenas immoderatius relaxavissem, indulgentia nostra quidam dissoluti impugnando pietatem, infidelitatis prorupere crudelitatem. Quod malum eo usque incanduit ut ipsos quoque prædulces natos meos in me sævire compulerint, et secum de nece sui genitoris tractare fecerint. Ad locum sic forte venitur, qui ex eventu ruptæ fidei pacis et sacramentorum *Mentitus-campus* (485) ex tunc appellatur. Hic me omnis pene meorum militum manus deserens, eo, ut retuli, perduellio filios meos horrendum facinus involvit, et præfices sceleris esse delegit, insonti mihi multa morti obnoxia imputantes; a nunquam læsis multipliciter læsus et delusus, nefandorum actuum meorum non immemor, æquissimo Dei judicio hæc me digne perpeti comminiscens, casus æquanimiter ferebam. Suessionis civitatem deinde inimica cohorte vallatus, ad sanctorum dominorum meorum cœnobium perductus sum, et quia sciebant me illum secum diligere plurimum, consiliabantur inibi me fortuitu post desperationem sponte arma positurum. Quo cum me publica custodia arctavissent, quatenus quod callide tractaverant opere consummarent, quosdam submiserunt qui uxorem (486) meam in monasterio virginum sanctimonialem factam vel (quod verius audissent) mortuam mihi nuntiarent. Filium quoque meum parvulum et innocentem Carolum bonæ indolis puerulum, quem noverant præ omnibus mihi amantissimum, attonsum et monachorum firmarent cœtui adnixum. Quod ego audiens, et me continere non valens, quippe qui regni decore spoliatus, conjuge privatus, filioque essem orbatus, diebus non paucis ejulans nullo consolatore fruitus, languoris violentissimi paulatim me persentiebam ex tristitiæ magnitudine æstibus aduri: et quia præter Deum consolatorem neminem habere poteram, quoniam quidem aditus et colloquium negabatur omnibus, ad ecclesiam tantum et ad fratres raro via, et ipsa cum summa prospectione custodum patebat, insedit animo illac ire. Quo cum devenissem omnium vestigiis provolutus, morbi quo afficiebar plagam medicis sapientibus retuli. Quibus ut quanti levaminis apud propitios dominos obtinerent supplicavi, et ut pro requie conjugis quam exemptam vita arbitrabar, missas celebrarent, et attentius orarent, venerabilem religiositatem eorum obnixe efflagitavi. Qui afflictionibus et miseriis meis prudenter compassi, per merita et interventum sanctorum quibus deserviebant, veluti futurorum præscii proximam pollicitati sunt ab Omnipotente adfuturam medelam, si tamen fidei sacramentis animum accommodarem. Sic ab eis bene confortatus post orationem ab illis deductus notis ergastuli antris, ita demum sum restitutus. Sequente noctis umbra cogitatu sedulo lucicomum desiderabam cernere sidus: ingressusque sanctæ Trinitati (487) vicinum carceris oratorium, post matutinalem expletionem solus inibi pernoctans, cum per fenestram extra intuitum dirigerem, quemdam custodum ultra vires immerito tamen mihi infestum, sub imbrice cominus video jacentem, et, ne vel permodico macerici foramine elaberer, ipso statu servare cupientem. Quem somno et mero sopitum deprehendens, inter alta cordis suspiria ridiculum mihi omen melius aspectans oboritur. Enimvero cum ita diffusum solotenus et ejus ensem frequenti cervicalis, quo superfuerat expositus, repulsu viderem penes fundamina basilicæ impexum, scalam concite quæ ad accendendas faros angulo fuerat reposita subiens, funiculum otio torpentem super a laquearibus solvi: cominusque hastas quibus vexilla tempore litaniarum ferenda aptantur conspiciens, uni earum funiculum cum laqueo subnexui perque eamdem fenestram jeci. Hac comprehensum arte mucronem sustuli, inque altas et squalentes feci jactari latrinas, vocatoque ejus nomine, aio ad eum: O custos, pervigil tuorum spes fidissima, vigilasne? Ad hæc ille: Vigilo, et bene vigilo. Cui iterum ego: Et quid struis? Et ille: Quid de his, inquit, tibi? Rursus ego: Si tibi forte repentina necessitas cogeret, forsitan gladius manu abesset. Illo ad caput brachia convertente et eum huc illucque quæritante: Si me, dixi, sic custodisses, hodie me nequaquam hic habuisses. Quidquid, inquit, illud est quod de mucrone actum est, satis superque te ut jussus sum servavi, et servare curabo et ego. Vade ergo, et in munere fidelitatis hujus et vigiliarum tuarum illo in loco competenti armamentorio quem turpiter amisisti recollige mucronem. Eadem

(485) Theganus in cap. 42 vocat *campum magnum, qui est inter Argentariam et Basileam, qui usque hodie vocatur Campus mendacii, eo quod ibi plurimorum fidelitas exstincta sit*. Lege hac de re Anonymum in libro de Vita Ludovici Augusti ad annum 833, et librum II, de Gestis Walæ abbatis infra.

(486) Judith scilicet, cujus occasione tot excitatæ procellæ sunt, quæ anno 830 primum in Laudunense monasterium S. Mariæ retrusa, dein Pictavis in cœnobium S. Radegundis, tertio post anno Dertonam relegata est. Carolus vero Prumiæ commendatus est, nec tamen attonsus, ut legitur in Vita Ludovici Augusti.

(487) *Hincmarus anno sui episcopatus septimo synodum habuit comprovincialem apud Suessionicam urbem in monasterio S. Medardi, in ecclesia sanctæ Trinitatis honore sacrata*, teste Frodoardo in Historiæ lib. III, cap. 2; quæ ecclesia alia erat a principali, quæ B. Mariæ sacrata erat, ut constat ex litteris exauctorationis Ludovici Augusti.

ipsa die quidam fratrum explorantes, totius causæ meæ veritatis tenorem per Harduinum, qui quotidiano ministerio ante me missas psallere consueverat, scripto miserunt. Cumque de more ei oblationes (488) Deo mactandas, maxime pro conjugis meæ absolutione, quam humanis exemptam rebus credebam, offerrem ; ille meam cautius stringens manum, secus altare esse (489) dixit. Post consummatam hostiam, omnes cum foras egressi fuissent, substiti solus, et sacello projectam colligens rotulam, vivere uxorem, et nil in filium meum sinistri operatum cognovi, et perplures jamque pœniteri quod taliter fidem ruperint, et a me discesserint, ferocibusque animis certatim restitutionem regni moliri. Quod, Deo favente resque in melius per ostentum sanctorum suorum transfundente, ad perfectum defluxere. Verum quanquam augustius regni recuperato fastigio pristinæ dignitatis perfruerer gloria, meorum attamen non immemor votorum ac precationum, quibus excellentissimum martyrem Sebastianum rogaveram, et me incunctanter accepturum credebam. Insurgente rursus perduellio cum passim regni quietudo propugnaretur, et pacis tranquillitas confunderetur, pro his sanctum supplicaturus, ad prædictum accessi locum. Et quia sæpenumero et hujuscemodi privatis seu publicis ejus præpotens auxilium fueram expertus, super his quoque solitum quo impertiri dignaretur precabar enixius. Proxima ruente nocte illud quod ante dies rogaveram, nocturno visu accipio evidentissimis indiciis ab eo cœlitus, ut reor, mihi condonatum : et cum ingruentium cladium ruina nulla pateretur ratione optatas inibi duplicare moras, hinc digressus discrimine me pro commissis a Deo populis tentabam impendere, et certamini, si res exegisset, viriliter exhibere. Hinc me proficiscentem præpositus hujus almi collegii Teutherus nomine prosecutus, nostri comes efficiebatur itineris. Cumque penes me equitaret, et procul a sancto loco divelleremur, caput retorquens, et in eumdem (proh dolor !) ultimum aspectum convertens, intimi cordis mœrore turbatus, superexcrescentes profundæ mœstitiæ fluctus inhibere ultra non valui. Tristis et mœrens amaras fundebam lacrymas, lethaliter conclusus, quid agendum mihi potius foret valde suspensus. Votum sancto devoveram, cujus operandi diem præfixum videbam. Vitæ ab eo finem perceperam, cujus me transgredi non licere metas sciebam. Denique commissum mihi regendi Christianum a Deo imperium haud ignorabam, cujus usque adeo cum omnem labefactari orbem considerarem, et vicinam desolationem quam præscieram, formidarem ; reum me super hoc inveniri, proque hoc æternis suppliciis damnari ab illo metuebam, qui universorum Auctor exstaret et Dominus, judexque venturus unicuique secundum opera esset redditurus. Ille taliter me tristari conspiciens, diutius quidem consultum tenuit, erat enim vir in omnibus fidelissimus. Et cum jam uberrimum meorum fletum imbrem ferre nequiret, ipse quoque ex hoc permotus in lacrymas ruit : Quid, inquit, optime Cæsar, tibi et tuis graviter destitutis hæc prodesse poterunt ? per te consolabuntur universi. Hilaritas tua si mœstis parebat, dolorem omnem evacuabat. Noli, domine et gloriosissime imperator, noli hoc servis tuis lethalis tristitiæ vulnus in te, cui summa semper jucunditas, vultus serenissimi obnubilatione palam ostentare. Hoc tuorum multum corda brachiaque dissolventur, hostium vires robora concipient. Singulare id duntaxat tuis esse debet secretum, quod ita tui pectoris turbare potuit lætissimum semperque quietissimum statum. His fortasse, si fideliter tui compassi fuerint, dabitur ut consolationis remedia valeant reperire : et si secus fieri nequibit, levius deinceps, cum hujus rei plures cœperint effici participes, feres. Tum ego quæ fideli noveram persuasione edita consolatoris mei verba suscipiens, ei causam reddidi, et quid lateret corde, detexi protinus ore. Sanctum illum locum me amavisse plurimum dixi, quem non ultra me videre, sancti martyris agnoveram revelatione. Votum insuper vovisse, cujus effectum prohibuisset fluctuatio collati imperii : et nisi formidini ab hostibus imputaretur, aut ejus (quod supra modum pertimescendum erat) ab Omnipotente ruina exigeretur; arma, purpuram et stemmata quam libentissime ibidem me deponere (490) voluisse. Inde ab eo cum salubrius consilium dari expetii, tale percepi. Bonum, inquit, votum tuum, gloriosissime Cæsar, sed sicut beatus docet Gregorius, nihil Deo bona voluntate ditius. Magnum quidem est quod optas renuntiare sæculo, et omnibus quæ possides, siquidem per hoc Christi imitator esse posses. Verum multorum salus a quibus perficitur, multiplicia in singulis præmia pollicetur. Illud tibi, istud omnibus consulit. Magnum illud, sed maximum est istud. Hoc si non potest operari voluntas, in isto poterit remunerari. Denique in Deo id fuit mirabile magis, quod dignatus est mori pro servis. Charitatis augmentum majus idem ipse commendavit esse, si quis pro fratre non dubitasset animam ponere ; fecit quod docuit : pro

(488) Hostiam vocamus. Hinc intelligitur viguisse etiam tum morem penes laicos offerendi hostias in missa consecrandas, seu, ut loquebantur, mactandas et immolandas. Ordo Romanus : *Apportante archidiacono oblatas in patena, a nullo immolatas, etc.* Quanquam etiam consecrandi verbo non raro utebantur. Usus ille offerendi hostias diutius perseveravit penes monachos, ut constat ex Consuetudinum Cluniacensium lib. II, cap. 30.

(489) Nempe rotulam seu rotulum, id est schedulam, qua de conjugis et filii salute certior redderetur.

(490) Huc referenda sunt Anonymi verba in ejus Vita ad annum 811, ubi ait Ludovicum avi Carlomanni imitari gestiisse memorabile exemplum, nisi refragatio patris, vel potius divinæ voluntatis nutus obicem præbuisset. Quanquam Lothario cum factionis suæ hominibus jubente eum *ire in monasterium, et ibi esse omnibus diebus vitæ suæ* ; *renuit ille, nec consensit voluntati eorum*, nolens scilicet tum inimicorum cedere perfidiæ, ex Thegani cap. 43.

nobis animam posuit. Pertulit Dominus mortem, ut servus reciperet dignitatem, non necessitati succumbens, sed plasmati suo ineffabiliter subveniens. Quod sequamur exemplum, in sese ostendit, et danti operam palmam victoriæ promisit, et permanens præmium reposuit. Quia ergo gregem suum regimini vestro commisit; pro eo, si necesse sit, usque ad mortem decertandum vobis insigne erit atque laudabile. His luculenter a prædicto viro instructus et fortiter in agendum animatus, me iterum iterumque sanctitati illius et fratrum attentius commendans, tametsi non ut ante tristis, non tamen adeo discedere hinc prævalui lætus : quippe qui quos dilexeram unice, supremum me sciebam transmittere vale. »

CAPUT XLV.

Igitur cum hæc fratribus ætatis et religionis merito primoribus relata fuissent, martyrem sanctum unanimiter exorandum constituerunt, quatenus ejus oracula, si quoquo modo fieri posset, eorum in salutem verterentur in alia. Quod cum sollicite peractum sit, digni attamen nullatenus super hoc auditi fuere, quoniam quidem hoc prædestinationis nunquam immutandæ constitit Dei. Nam eodem itinere contra filium legitimum et homonymum ducens exercitum, in quadam insula Rheni (491) vita corporali functus, perennem, ut remur, cum sancto quem incomparabili fuerat amore complexus, ejus meritorum obtentu est adeptus. Cujus exuviæ Mettis in basilica sancti Arnulfi, a quo genus (492) duxerat, celebratæ, tam opum pretiosarum quamque fiscorum regalium ditatione sunt insigniter commendatæ. Et quoniam, ut eo manifestante cognovimus, votum explere renuit, nec toties peroptatum sepulturæ locum in fundo, martyris habere promeruit.

CAPUT XLVI.

Totius orbis Romani principe vita exempto, epi-A logus tandem thematis hujus styli verecundia impellente ponendus est. Siquidem quantum ad meritum tanti martyris et ad materiæ spectat dignitatem, mutum est omne quod de eo quatumvis humana facundia fari potest, quoniam quidem omnis sermo humanus inferior est laude cœlesti. Pauca quidem sunt quæ de eo oratione inculta prosecutus sum, pluriora et pene innumerabilia fastidiosis lectoribus ignoscens omisi. Enimvero superest hodietenus in chartophylacio nostro schedula Rodoini ad memorabiliem Hilduinum abbatem transmissa, in qua numerosa plurimum capitulatione virtutum ejus insignia breviata personaliter habentur inserta, quorum summa in conum redacta, surgit in millibus quatuor centum septua-B ginta. Itaque tam ingenti materia victus, manum ori opponens, eruditioribus quibusque atque doctioribus, et qui necdum in hanc lucem prodiere, succedentibus usque in finem sæculi temporibus hæc omnia tractanda relinquo. Quisque sane fastidiosus lautiori edulio appetis satiari, hunc nostrum furfurem postponens, sanctissimi Patris Ambrosii opus, quod de hujus triumpho cælibis edidit, inquirens, in eo reperies ferculum ditissime refertum, cujus delicioso admodum siligine palato mentis degustato delectabiliter poteris saginari.

Explicuit epitomen miraculorum Sebastiani agonistæ insignissimi : cujus nomen ex Argivo in Latinum *imperialis* sive *imperatorius* sonans, aureo illius immaculi Agni volumine characteribus speciosissimis habetur insertum. Et ideo laudis ejus C plena est terra, et memoriale ejus non derelinquetur in sæcula, quoniam regnat cum Christo feliciter in æterna gloria. Amen.

*Ex codice Joliano.*

Gondacri monachi, martyr memorande, memento,
Codice qui parvo virtutum stemmata scripsi
Laude tua, possim quo regnum scandere cœli
Adjutus sanctis precibus, quarum juvamine multi
Corporis ac animæ captarunt munera læta.

(491) Prope Ingilenheim infra Magontiam, ex Annalibus Fuldensis et Bertinianis.

(492) Id cuivis notum, nempe ex Angiliso S. Arnulfi filio processit Pippinus Haristallensis dictus, ex Pippino Carolus princeps cognomento Tudes, ex Carolo Pippinus rex Caroli Magni pater, Ludovici avus.

# APPENDIX

*De miraculis sancti Gregorii, deque nonnullis aliis cœnobii sancti Medardi reliquiis.*

1. Exstat in appendice ad tomum II Martii Bollandiani libellus de Miraculis sancti Gregorii scriptus ab anonymo Medardensis cœnobii monacho circiter annum 1150, in quibus Constantia regina, Rotberti Francorum regis conjux, de ornando sancti Gregorii loculo admonita dicitur; Fulcosius seu Fulco Suessionensis episcopus ob direptas monasterii facultates ab eodem sancto increpitus anno 1025, quo Richardus abbas loco præerat : anno 1126 Josleno episcopo, abbate Gaufrido, « qui postea episcopus Catalaunensis claruit, » reliquiis S. Gregorii per urbem solemni pompa delatis pestis repressa. Qua de peste habemus librum de Miraculis ope beatæ D Mariæ tum patratis, quem Hugo Farsitus composuit. Demum ex Actis sancti Goswini abbatis Aquicinctini subditur ejus curatio facta eo in loco, ubi tum Prior erat, meritis Gregorii Magni. Quæ hic indicasse sufficiat.

2. Præterea in sancti Medardi cœnobium ex urbe Roma translatæ sunt reliquiæ sanctorum Tiburtii et aliorum ; cujus rei historiam ab Odilone monacho jam laudato descriptam hoc loco subjiciam. Legi etiam anonymi cujusdam narrationem de illatione corporis sancti Gildardi, et capitis sancti Romani Rothomagensium pontificum, eo facta regnante Carolo Calvo ; quibus fusius referendis supersedeo.

## Incipit epistola Odilonis ad Ingrannum, de adventu et susceptione corporum sanctorum martyrum Tiburtii, Marcellini et Petri, Marcelliani et Marci, Proti et Hyacinthi, Marii et Marthæ, Audifax et Abacuc, Abdonis et Sennis, quæ est pridie Idus Julii.

1. Omnia quæ dicuntur, nequaquam certæ rationis auctoritate discutiuntur: quæ vero visa dicuntur, audita referuntur, habita demonstrantur, veridicis sanctionibus approbata creduntur. Proinde quia multi multa loquuntur de beatorum Marcellini et Petri, Marcelliani, Marci, Proti et Hyacinthi, Marii et Marthæ, Audifax et Abacuc, Abdonis et Sennis martyrum translatione ab urbe Roma in Gallias, et repausationis eorum locum vel se nescire dissimulant, et negligenter dissimulando invidiose abnegant! operæ pretium fuit, ut de tantorum corporali præsentia Christi militum, et veritas rei ambiguæ satisfaceret, et dubitantium fides ad amorem martyrum credendo in melius proficeret. Nihilominus et beati Tiburtii martyris adventus, et exceptio corporis ejus rationando (*sic*) describitur, et gloriosa sanctarum reliquiarum depositio Hermetis et Juliani, non minori devotione cum præfatis sanctis martyribus describendo suscipitur. Vehementer enim condecet, ut quorum una fuit voluntas transferendi se in Gallias, et unius locelli devexit quantitas, fiat adventus et depositionis eorum in monasterio sanctorum Medardi et Sebastiani, atque papæ Gregorii una eademque principalis lætitiæ solemnitas.

INCIPIT NARRATIONIS EPILOGUS.

2. Dominus et Augustus noster videlicet totius orbis Romani princeps, Francorumque regni pater piisimus, felix et providus imperator totius monarchiæ, Ludovicus scilicet, illius augustæ et venerandæ memoriæ Caroli Magni filius, qui ad liberandum orbem tyrannicis moderationibus, et ad comprimenda domestica mala divinæ dispositionis sublimatus est gratia, postquam Paterni suscepit imperii gubernacula, totius sanctæ Ecclesiæ fideles et filios per quatuor mundi climata pio moderamine provexit ad supernæ fecilitatis emolumenta. Hic sibi collatæ virtutis et gratiæ munera, honestæ fidei pariter et documenta dedit, et ornamenta religionis ecclestiasticæ multipliciter condecoravit. Multa quoque corpora sanctorum de pluribus Italiæ partibus in regna Francorum detulit, ubi maxime populus nobilitate superbus, armorum strenuitate decorus, non minima laude sapientiæ simul industriæ et prudentiæ, pollet et prævalet utique. Cujus ingenii solertia beatissimi et omnifaria laude dignissimi Sebastiani martyris corporalis gleba, simul et beatæ memoriæ Gregorii papæ sanctissima membra penes Suessorum mœnia in basilica summi confessoris Christi Medardi deportata pariter et collata videntur et habita.

3. Cum ergo innumerabilis miraculorum frequentia tunc temporis assidue fieret in sanctorum præsentia, per longa mundi spatia tanti odoris fragrantia non minima redolet virtutum notitia. Unde contigit ut quadam die, dum præfatus imperator hiemaret

A Aquisgrani palatii, sub tempore inter prandium plura cum optimatibus suis loquendo exorsus est regio more. Inter quæ plurima verborum colloquia, subito in beati Sebastiani martyris impegit translationis gaudia, et virtutum ipsius magnalia. De neglectis quoque martyrum sepulcris, quorum Romæ ingens esset copia, prolixitas sermonis subsequitur non minima. Factum est autem, dum hæc agerentur, ut quidam diaconus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nomine Deusdona pro suis necessitatibus regis adiret imploraturus clementiam. Dum vero diutius in palatio moraretur, cum Einardo abbate, palatii regalis scilicet domestico, familiaritatem illius præ cæteris palatinis promeruit, et omnem humanitatis exhibitionem ab
B eodem abbate sine ulla improperatione suscepit. Inter hæc dum aperto propter quod venerat negotio Romam redire disponeret, ab eodem abbate multa donaria recepit in sua et maxime multorum præsentia ad perficiendam suæ reversionis diligentiam.

4. Igitur de Aquisgrani palatio profecti, prædictus scilicet abbas Einardus, et præfatus sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus, ad Augustam usque urbem Suessorum perveniunt. Ea tempestate dominus imperator ob amorem inclyti martyris Sebastiani cum omni apparatu et suorum procerum comitatu in monasterio devenerat sancti Medardi, sanctum Pascha prout competebat devotissime celebraturus. Hinc spectaculo vir venerandæ memoriæ
C Hilduinus abbas aderat in omnibus, qui et prædictum abbatem Einardum, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconum altius et honorifice suscepit, et familiarius tractavit, suorumque secretorum conscios adhibuit. Inter hæc familiaritatis obsequia supra modum jocundati, et in immensum lætati, paschales dies prosecuti sunt gaudentes. Denique accepta benedictione repedationis suæ jam dictus diaconus, diversæ promissionis admodum largus beati Tiburtii martyris Hilduino abbati promittit venerabile corpus. Einardo quoque abbati fideliter spondet, ut fidelem legationem secum dirigeret, multas sanctorum reliquias in propria reciperet. Quibus promissionum dictis vehementer exhilarati, dominus videlicet Hilduinus abbas et Einardus, ambo legatos diligenter eligunt exquisitos, pruden-
D tia videlicet industrios astutia conspicuos. Sic cum præfato diacono iter aggressi, Romam quanta possunt celeritate præpropere tendunt.

5. Contigit autem ut quidam illorum, medio itinere perfecto, tertianæ febris corriperetur incommodo. Cum autem diutius imtempestæ noctis silentio graviter suo vexaretur incommodo, apparuit sibi febricitanti præclari vultus juvenis, causam ab eo commissi negotii et laborem tanti perquirens itineris. Cui cum ille promissa diaconi de reliquiis sanctorum Einardo abbati mittendis, et de his quæ beatæ me-

moriæ Hilduino abbati pollicita fuerant per ordinem intimaret, respondit pulcherrimus juvenis, et dixit: Satis manifestum est, et patenter tui socii tibi sunt conscii, quia quamplures dies tertiana febre laborasti. Surge velociter, festina iter, securus accelera negotium, tibi a Domino promissum consequeris votum: volo ut pro signo tuæ fidei sive credulitatis, effectum integræ percipias sanitatis. His dictis expergefactus, ab omni dolore et æstu febrium liberatus, omnia quæcunque viderat et audierat divinitus suis diligenter referre curavit comitibus: sicque factum est ut unanimiter et visioni crederent, et fidem divinis dictis pariter et promissis adhiberent.

6. Igitur Romam venientes, juxta basilicam beati Petri apostoli, quæ dicitur ad Vincula, in domo ipsius diaconi cum quo venerant, hospitium acceperunt; per aliquot dies cum eo manserunt, promissorum ejus adimpletionem incessanter, inquirendo perstiterunt. In hoc morarum suarum articulo consultum fuit, ut ad cœmeteria sanctorum simul cum diacono pergerent, ut si quid dignum in eis inveniri posset, suis desideriis satisfieret. Itaque invento duce, videlicet locorum monstratore, primo ad basilicam beati Tiburtii martyris in via Lavicana, tribus ab Urbe passuum distante millibus, præproperis perveniunt gradibus. Denique martyris tumbam quanta possunt diligentia contemplantur, et utrum aperiri posset aliis nescientibus cauta circumspectione consideratur. Deinde in basilicam eidem cryptæ contiguam, in qua beatorum martyrum Marcellini et Petri corpora decenter erant tumulata, summa cum honoris descendunt reverentia. Nihilominus explorata etiam ipsius monumenti qualitate non minima secum habitando ad nota recedunt diversoria.

7. Sed quanto secretius secum pertractant, et hospitem suum posse latere hoc factum determinant, tanto citius eorum prævenit notitiam. Denique veritus præfatus diaconus ne præfati legati Hilduini abbatis voluntati suæ satisfacerent sine suo assensu, consilium eorum festinando maluit prævenire diligentius. Et quia idem ipse diaconus locorum sanctorum plenariam et perfectam notitiam habebat, blande illos vehementer alloquitur, scilicet ut communi concilio fieret quidquid agendum dispositio supernæ virtutis innotesceret. Assentiunt pariter concilio senis, utpote primi archidiaconi sanctæ Romanæ sedis. Tempus quoque operis festinanter aggrediendi sapienter indicitur, et pari voto summisque desideriis præstolatur. Tunc peracto triduano jejunio, noctu ad loca sanctorum pervenitur, nullo sentiente Romanorum civium: ingressique basilicam sancti Tiburtii martyris, solotenus prosternuntur: altare illud aperiri tentatur, sub quo sacratissimum corpus martyris positum esse credebatur. Sed mox in primo conamine virtus quærentium deficitur, quia nimia mentis et corporis horripilatione concutitur. Monumentum quoque durissimo marmore politum duriori ferro durius resistit, et conantium manus aperire facile repellit. In hac ergo cordis anxietate positis divina illico gratia clementer succurrit. Enimvero quidam monachus, quasi bonus Dei angelus, mox illis advenit, nomine Basilius. Hic in monte Palæstinæ cum suis discipulis jam diebus multis habitaverat, sub norma probatissimæ religionis. Cujus salutaribus consiliis animati, sacris orationibus adjuti, quamvis cum periculo capitis tandem sacratissimum corpus jam dicti martyris reperiunt. Sublato itaque cum omni veneratione sacratissimo corpore operosis composito palliis, honorifice in cryptam beatorum martyrum Marcellini et Petri defertur cum omni jubilationis exsultatione.

8. Mox festinanter ad tumbam sanctorum martyrum genibus flexis descenditur. Pietas Domini nostri Jesu Christi cum interno rugitu cordis invocatur, martyrum deprecationibus sanctorum quidquid agendum est supplicibus votis quærentium committitur. Confestim in ipso noctis crepusculo lapis, quo summitas sepulcri tegitur, de loco suo removetur. Tandem invenitur sacratissimum sancti Marcellini corpus in superioribus ejusdem sepulcri semotim positum et involutum diligentius. Ad ejus quoque caput tabulam marmoream positam considerant descriptam expressius, quoniam pretiosi martyris ibi sepultum quondam a fidelibus venerabile jacebat corpus. Illico cum summa veneratione sanctissimam levantes glebam munda sindone involutam, juxta corporalem beati Tiburtii martyris deponunt præsentiam.

9. His ita peractis, per diversa mutatur eorum cogitatio mentis, et non minima exoritur anxietas, quia beati Petri exorcistæ et martyris sacra non potest haberi societatis præsentia. Talibus infortuniis mente turbati, tanta animi virtute laborant, ut nec cibum sumerent, nec somno acquiescerent, nisi martyrum corpora sicut in passione socii, sic etiam in peregrinationis itinere deferrentur inseparabiliter adjuncti. Talibus desideriis incessanter accensi, ad supradictam iterum sanctorum martyrum cryptam trepidi accedunt, apertoque sine ulla difficultate sepulcro, sacra beati Petri exorcistæ et martyris membra nullo prohibente, gaudentes et alacres detulerunt ad propria. Igitur levioribus ut prævalent sarcinis aptantur corporibus sanctorum loculi juxta qualitatem temporis et difficultatem arripiendi itineris.

10. Inter tanta divinæ dispensationis officia, et religiosi cultus obsequia, contigit ut dum sanctorum martyrum Marii, Marthæ, Audifax et Abacuc noctu causa orationis cum præfato archidiacono circuirent cœmeteria, divinæ commotionis perciperent oracula, quorum consolationibus et indiciis evidenter instructi, eorum pariter quatuor tollerentur corpora, et præfatorum celerius admiscerentur loculis sanctorum. Quod mox sine ulla difficultatis mora cum summa perpetratum est reverentia.

11. Sic illa tota sanctorum martyrum massa illustris archidiaconi deliberatur industria, et a legatariis domini Hilduini abbatis geminato gaudio de-

fertur suscepta, cæterorumque martyrum reliquiis admista, Papiam usque deferendo exsultantibus animis pariter deveniunt eundo. Ibi ergo propter jumentorum refectionem et propter longioris viæ reparationem statuerunt sibi per aliquot dies in eadem Ticinensium videlicet Papia civitate gratissimam indulgere repausationem. In hoc morarum suarum articulo, contigit legatos sanctæ Romanæ Ecclesiæ a Romano directos pontifice Ticinum advenisse. Itaque veriti de adventu illorum sibi aliquid incommodi vel etiam impedimenti accedere posse, sapienti consilio sapienter præsentiam illorum maluerunt anticipare. Confestim ad invicem secretorum suorum detegunt notitiam, et per ordinem exponunt interiorem cordis scientiam. Illi Romani pontificis legatio se quantocius manifestat in Gallias ad imperatorem iter velle arripere, quia cogebat illos non minima festinare necessitas sedis apostolicæ. Qua de re facti nostrates solliciti, fidelitatem proponunt simul et amicitias abbatis Hilduini, auctoritatem quoque insuper piissimi imperatoris Ludovici certis innotescunt indiciis, et translationem sanctorum præfatorum martyrum in Gallias luculenta ratione manifestant.

12. Sicque factum est ut quos prius querulos habuere derogatores, postmodum per omnem viam fidissimos reperirent suffragatores. Ita totum factum est, et sic per conjecturas mansionum, per pericula et anfractus Alpium, tandem ad Sanctum pervenerunt Mauricium. Ibi causa repausationis suæ diem cum nocte peragunt ad integrum. Enimvero mox illa sanctorum corpora vilibus loculis inclusa, holosericis linteis pretiosius et dignius involuta, feretri vehiculo decenter imponuntur, aureis peplis desuper obtecta. Inde cum laudibus et promoti, comitante Dei gratia, thesaurum desiderabilem palam et aperte cum adjutorio populi occurrentis undique usque ad diu præoptati ruris confinia deportavere.

13. Jam tunc temporis adventus sanctorum fama non minima longe lateque sese resperserat: et ideo velut ex umbilico terræ innumerabilis erumpebat populus circumquaque. Ipsa denique Augusta Suessorum a duobus fere millibus tota pene civitas eis obviam ruit, et sacras exuvias usque ad transitum fluminis Axonæ laudantes in jubilo vocis cum laudibus deduxere. Ex alia parte fluminis religiosa monachorum concio, ecclesiasticis redimita infulis, cum pluribus aderat fidelium turmis, quæ geminatis gaudiis tantis se gaudet frui patronis, et adesse præsentium martyrum spectaculis. Inde pariter incedentes, et diem variis luminibus augentes, cum thymiamateriis procedunt, et crucibus auro gemmisque pretiosis affabre distinctis ordinibus solemniter exsultantes, in hymnis et canticis spiritualibus invehunt in secretis basilicæ sancti Medardi penetralibus.

14. Anno Incarnationis Dominicæ 828, II Idus Julii, venerabilis abbas Hilduinus suscepit corpora sanctorum martyrum Tiburtii, Marcellini et Petri, Marii, Marthæ, Audifax et Abacuc, et apud sanctum Medardum in loco celebri honorifice collata penes venerabile corpus inclyti martyris Sebastiani deposita, cujus adventus et exceptionis corporis ille tertius annus tunc extitit temporis. Ibi specialiter usque in hodiernum diem ab omni populo cum omni veneratione coluntur, et debito religionis honore corporaliter habita servantur; et sicut gloriosiores faciunt milites vulnera pro imperatore suscepta, ita et ipse Deus rex martyrum Dominus noster Jesus Christus, suorum militum imperator gloriosus, pro confessione sui nominis prætexta martyrii purpureos in omnibus miraculorum signis et virtutibus efficit gloriosos. Sed quia per idem tempus pene ab ipsa ultima Tyle fiebat ad ipsum locum innumerabilis omnium concursus propter frequentiam sanitatum atque signorum, quæ indiscrete fiebant in præsentia ejusdem martyris Christi Sebastiani, singulariter ac proprie cuncta miraculorum insignia diebus in illis habita ad præfatos sanctos martyres quamvis nequeant cuncta referri, communia tamen credi salva fide possunt esse et dici. Vere et absque ambiguitate ulla propter hoc præcipue fuere communia; quoniam sicut apud Deum æquales creduntur meritis, ita non absurde putantur in patrantis miraculis communiter operari.

# ODILONIS MONACHI

## EPISTOLA AD HUCBALDUM MONACHUM S. AMANDI

(Apud Marten. Ampliss. Collect., tom. I, pag. 266.)

Priscæ gravitatis tenore conspicuo omnique probitatis genere permodesto domno Hucbaldo humanis divinisque studiis experientissimo Odilo peccator, vera et indissolubilis amicitiæ copula etiam quæ Christo glutino nectitur.

Hunc vestræ fidelissimæ paternitati, ex quo primum præoptabilem vestræ dilectionis gustum absque ullius prærogativa meriti prælibari promerui indeficientem in plenitudine charitatis inesse sine cunctatione non ambigo, et ut finetenus sic maneat totis viscerum præcordiis ambio et exposco. Misistis mihi libellum de Vita beati Lebuini amici Dei prudenter ornateque compositum, omnis philosophiæ partibus undique roboratum, quem quidem legi, et

nil quod in eo corrigeretur, sed quod discendo et imitando quisquam proveheretur, reperire potui. Magno, ut vere fateor, polletis ingenio, infinitam sermonis habetis suppellectilem, nil Latinius eloquentiæ vestræ, nil pulchrius, nil unquam legi dulcius. O felix Gallia, quæ tali ullustratur doctore! Miror cur mihi imperito nulliusque momenti ac meriti flores eloquentiæ vestræ miseritis discernendos. Non debuissetis me annorum numero æstimare, nec sapientiam canis, sed canes sapientiæ reputare, Salomone testante: *Cani hominis prudentia ejus.* Permutatis in me rerum ordinem, et quod ego a vobis exigere debueram, sicuti et A feci de virtutibus domni mei Sebastiani, vos quem pharum totius prudentiæ omnes mirantur Galliæ, meam quantillitatem non dedignati estis expetere. Sed ignisco dignationi vestræ. Nostis exaltari, nostis et humiliari. Et Scriptura præcipit: *quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Fecistis quidem hoc non necessitate, sed voluntate et ob genium nostri loci meoque amore. Obnixe deprecor uti mei sitis memor inter orandum.

Hucbaldo sopho sophia sit semper amica,
Hucbaldus sophus sophiæ semper amicus.
Exposco hoc Odilo peccator cernuus ego.

# ODILONIS MONACHI

## SERMONES TRES

(Bibliotheca Floriacensis, tom. II, pag. 136-153).

### SERMO DE SANCTO MEDARDO.

Operæ pretium est, fratres charissimi, ut in memoriam revocetur quo excellentiæ cultu et religionis provectu, locus beati Medardi per succedentia tempora effloruerit, et in servorum suorum hostes quanta interdum ultione ejus ira efferbuerit. Clotarius namque rex Francorum, benevolus erga obsequium et reverentiam sanctorum, quod ante mortem sanctissimo spoponderat viro, post delibationem corporis illius, efficaci in quantum licuit administravit studio. Collectis enim necessariis in sumptus, ad perficiendum quæ vel regifico luxu, vel promptissima quorumcunque fidelium oblatione exhibita sunt, nobile templum construere, mira B peritorum cœpit latomorum arte. Hoc itaque subtili fundatum artificio, luculenti satis superque provectus ingenio, ad unguem in brevis temporis spatio perduxisset, nisi communis eum mortis sentatia, heu proh dolor! rapuisset. Nam Turonis ad sanctum Martinum gratia pergens orationis, piis illum precibus ac muneribus placuit, circumquaque etiam posita monasteria præcordiali perlustrans voto, singulis prout visum est donaria distribuit, dictante Spiritu sancto. Regressus ergo in Gallias, venatum in Cotiæ saltu abierat; ibique valida febre correptus, corporis cœpit destitui viribus. Inde ad Compendium villam reductus, viamque humanæ carnis ingressus, regni reliquit habenas, qui suæ ditioni exteras quoque nationes C subjugaverat. Cujus corpus suorum officiis, funebri triumpho Suessionicæ illatum est civitati; et in eadem quam cœperat, necdum finierat basilica, condigna ante sanctum Dei tumulatum reverentia. Hujusmodi quippe habere debuit sepulturam, qui in eo stabilem suæ mentis defixerat anchoram; A quatenus ab illo nec morte posset dissolvi, quem in vita unico semper affectu habuit. Decessu autem illius lugubri, gravissimo omnis Gallia mœrore infremuit, et opus illud egregium, permutatione regalis sceptri, elanguit suspensum. Sed sicut malæ soboles, actiones malorum parentes imitantes, ad reatum eorum, paternæ existunt prævaricationis hæredes; ita boni filii, ex bonis procreati parentibus, ad laudem illorum, omnibus excrescunt virtutibus. Sigebertus ejusdem filius Clotarii, patri unanimi Francorum consensu in regnum successit; studiosus divinæ religionis fundator, sicut indefessus Christianæ professionis æmulator. Hic intimo cordis provocatus zelo, eodem quo et pater erga sanctum Dei amoris flagravit incendio, et opus quod illius morte fuerat interruptum, pietatis studio, prospere usque ad ipsum perduxit fastigium. Quod scilicet cœnobium, utrobique miranda sui habitudine conspicuum, interius ordine simul et religione cleri, decenter adornavit; exterius vero prædiorum suorum delegationibus, solemniter ampliavit, feliciter extulit, strenue provexit. Deinde fraternæ inhians neci, cum in Tornaco civitate Chilpericum obsidere, præparatis disponeret insidiis, versutia Fredegundis uxoris suæ regimini terminum imposuit, pariter et vitæ; gladium enim quem fratri intentaverat, in sua versa vice retorsit viscera; et inde protinus interiit, unde cæca mente ulterius insidiabatur sanguini. Hunc enim Teruennenses gemini tyrones, fraudulenter super se in regem elevare stimulantes, spiculis repente improvisum vibraverunt per latera, et invitam evomere ipsi pariter procumbentes compulerunt animam. Cujus corpus pretiosis vestibus involutum, Lambris est eum ingenti suorum mœrore perlatum, et postea in eadem quam mirifice construxerat basi-

ica, juxta paternum latus magna reconditum gloria. A Hæc est nempe illa sublimis regia, nobilitate sui præstans et operis subtilitate inclyta, quæ in suo solido tandiu perstitit statu, quousque paternam monarchiam Ludovicus suscepit Augustus. Quo vicem suam agente in sceptris, qui eadem aua interioris atrii claudebatur angustiis, ita est a fundamento diruta, ut lapis super lapidem, in tota illa nequaquam relinqueretur fabrica. Non idem gloriosus Cæsar, virtutifera beati Sebastiani martyris membra eidem jamdudum loco invexerat, et ideo divina virtus promptior ad medendum quibusque patebat debilibus. Propter concursum ergo insolitamque populi frequentiam, quæ quotidie ob innumera mirabilia meritis ejusdem exhibita martyris accrescebat, præfatus princeps B eamdem priorem funditus evertit domum, quod minime esset capax populorum, ad tantum spectaculum undique confluentium. Unde ex ipsis infinitæ oblationis expensis, aliud templum multo majoris adorsus est quantitatis, omnibus idoneum supervenientibus: cujus scilicet omnes cohibere posset ambitus. Quod cum omnium decus virtutum obtineret, totiusque schema dignitatis et gloriæ prætenderet: nulli exstitit inferius, dum universis elegantia sui esse claruit superius. Hæc, inquam, domus a Marcommannis olim exusta, ab illius maxima ex parte honorum decidit gradibus quibus constabat, et quasi ad posterorum dedecus, solum superstes relictus est immensus congestorum lapidum acervus. Hæc etiam istis ho- C dictenus superest temporibus, quæ tribus dimensa intervallis, vastam sui corporis quantitatem præfert omnibus. Testitudine videlicet eminens, longitudine vero atque latitudine plurimum excellens. Processu itaque temporis, cum jam idem locus foret insignis, post venerabilis viri Ansberti decessum, qui eidem præfuerat cœnobio, Warimbertus ejusdem loci primatum suæ tyrannidi rexit subactum. Defuncto autem Drausione Suessionicæ urbis pontifice, apud regem pecuniæ magnitudine, et amicorum obtinuit intercessione, ut et pontificatus dignitatem administraret, nec tamen aliquo modo pristini officium prioratus amitteret. Erat enim in curia frequens, et plurimum inter regis domesticos valens: unde tametsi difficulter, ta- D men suæ cupiditatis effectum obtinuit efficaciter. Utrisque ergo prælatus gregibus, astutam vapido servabat sub pectore vulpem, illos districtius æquitatis agens ratione, quibus in ovina prius subdole præfuerat veste. Nam cum hos a sæcularibus tutari debuisset impedimentis, sæcularibus sine cessatione provocabat irritamentis, continuas infligens querimonias, quas defendere justitiæ auctoritate debuisset, inflictas. Siquidem quæ illorum suppetebant victui diripiens, et in suos necessaria illis usus retorquens, instanter profligabat bona quæ veri sacerdotis clypeo virtutis oppugnat tutela. At illi quibus ingerebatur calumnia, illata damna et opprobria non æqua perferebant patientia, ignari quo pacto illi resisterent, cujus gravissimum

in miserrima subjectione jugum suscepissent. Igitur spatiosus regalis prædii fundus Matwallis qui *quasi Bona-vallis* interpretatur non ex Latina atque Britannica, cui finitimus est, lingua, sed ex ubertatis abundantia plenæque fertilitatis copia. Sicut enim territorio diffunditur, ita ampla marsupia debito complet censu, quia dum id latum extenditur cespitem, frequentem immensæ possessionis præfert cultorem. Hunc Sigibertus rex Francorum, spectabilis præcedentium pietate regum inter multa collata beneficia, perpetim sancto Medardo possidendum delegaverat. Cujus quia Cenomanico pago adjacet terminus, proculque dividitur a Suessionicis finibus, difficillimum videbatur esse officialibus, infinitos ad monasterium sumptus conducere. Ideo annuales ejus redditus per singulos certatim annos distrahebantur, eorumque pretia in diversa monachis distribuebantur. Nam salis et mellis species, et aliæ quæ facilius deduci possent inde emebantur utilitates, taliterque onusta plurima ad cœnobium plaustris devehebantur dolia. Hoc Warimbertus considerans, obvius captata opportunitate cum superbia ibat; et irreverens ac lubricus, onerata plaustra ad propria suis deducebat exsultantibus. Illi vero induebantur confusione, qui concessa superno munere privabantur possessione; et per acerrima improperia, profunda ab imo pectoris multoties trahebant suspiria. Factum est ergo quadam vice, dum exterioribus carnifex studeret curis inhiare, ut explorata fratres ejus absentia, hæc eadem venientia in suas audacter diverterent et reconderent apothecas. Quod ille audiens, factumque nimium ægre ferens, in iram continuo exarsit, et præsumptuosam eamdem temeritatem, condigna interminatus est sententia plecti. Turbati e contra fratres, ad orationum præsidia se contulerunt unanimes, et triduanum agentes jejunium, precibus ac lacrymis supernum constanter implorabant auxilium. Quo tempore nulla in choro vox audiebatur, sed constitutis tantum horis, psallentium labia movebantur, dum sub silentio ac lugubri, percurrerentur omnia: quæ decore Ecclesiæ excellenter devotio instituit Christiana. Sed hæc res in oculis tyranni, invidiæ, odii et discordiæ seminarium maxime exstitit, indeque doloris sumpsit supplementum, unde ei respirationis provenire debuisset incrementum. Quid multis immoror? Tandem in sedem rediit, ac si ultionem de prævaricatoribus pravæ exacturus consuetudinis, primoque surgens diluculo, cum valida manu ad locum venit, concitato spiritu pariter et animo. Deinde comitibus regiam pulsantibus, nemo, clausis diligenter januis, responsum dedit interius, quia per procacem episcopum, omnes in commune promissum sibi metuebant exitium. Ille vero accedens propius, easdem januas crebris pulsabat ictibus, portas simul collidens, et æreas fortiter valvas, iracundia plenus concutiens. Ad hæc ædit3uorum unus, minus provide arreptis templi clavibus, ei processit obvius. Itaque, reseratis ostiis, vir sanguineus cum spiritu introivit furoris. Nam mox sublata altius dextera, aperiens

tis capiti tam valide illisit ferulam, ut totus sanguine cruentatus, lividam faciem et fœdata ora ad ingens referret dedecus. Unde ut erat mœrens, imprecatus est ex animo, quod cœlestis protinus clementia evidenti declaravit judicio. Quoniam ille non tulit impune, quod in servum Dei nimis crudeli injectus est examinatione. Nam proterve pergens oratum, vix poplitem flexerat ante Sancta sanctorum, et ecce contigit divinitus quod cuncta illius interiora proruperunt per alvi secreta, et super pavimentum sunt effusa, qui sicut immunis pietate, procul dubio vacuus remansit et ventre, exitusque testimonium perhibuit, quod sacerdotis vita longe sacerdotii merito impar fuit. Cujus corpore extra templi limen ejecto, reliqua quoque spurcitia fidelium eliminata est obsequio, et ille locum sepulturæ in cœmeterio, quo dignus fuit, exhausti corporis habuit humatione. Hinc pastores animarum metuant, ne deterior eos aliquando pœna involvat, et cum discretione præesse discant subditis, ne forte subditi extra discretionem, effectu careant salutis. Cum enim homini adprime in vita utile sit, ut *ne quid nimis*, liquide claret quod disciplinam hac debent cautela moderari, ut timor nequitiam compescat, et amor justitiam exercendo provehat. Ita successus proficiet subjectorum, et profectus revera exagerabitur præsidentium, eruntque omnia in omnibus, quatenus æque omnipotens Deus honorificetur ab omnibus. Meminerint quoque rectores Ecclesiæ ne peccata populi assuescant concedere, et illorum rapiant substantiam, pro quibus ponere debent, si necessitas exigit, et animam. Pro ovibus etiam Christi, terrena omnino debet facultas distribui, ne dum sua illis auferantur, quibus corpora in divinæ servitutis tyrocinio vegetantur. Qui ergo pro commissis non dat terrenam substantiam, nec pro eisdem aliquando dabit animam suam, cum a primo minimo perveniatur ad extremum majus, et postremum majus nemo apprehendat, nisi prius primum minimum exerceat. Sacerdotes vero Dei verbo semper et opere oportet informari, quo etsi sit qui bona proferat, consequenter tamen non desit, qui imitari studeat. Sed qui aliena diripit, pastoris pro certo officium amittit, et inde reprobus, a recto veritatis tramite fit devius. Igitur nec subjectos subjectio conterat, nec prælatos excelsior locus extollat, sed isti humiliter vice filiorum pareant, illi vero loco patrum, temperanter quæ præcipienda sunt præcipiant. Si res prælati sese aliter habuerint cujuscunque, ille procul dubio Guarimbertus erit, qui in causis subditorum, animi motum, non dilectionis consideravit affectum. Enimvero de principalibus beati Medardi gestis, aliqua scriptoris compendiosa oratio perstrinxit, quæque in his et in illis potuit reperire, in unius congeriem quantitatis coacervare, moderata instituit brevitate. Nam præclara ipsius vita, angusta olim fuerat ratione inclusa, virtutumque ejusdem insignia, cum translatione corporis quadam propemodum infantia, vilibus exaravit schedulis. Cum ergo succincta

A esset Fortunati auctoritas et negligenter habita legentibus displiceret, potestas utroque ex præcepto obedientiæ opuscula una coire scriptoris et cohærere fecit harmonia. Justum quippe videbatur esse, ut suæ servitutis debitum persolveret saltem ex officio linguæ, quatenus beati viri præconia quodam glutine compacta, et honestate digesta, paulo prolixior dilucidiorque expediret sententia. Nec in aliquo illi voluit viro derogare, qui ejusdem Patris vitam, metro jamdudum et arctissima edidit oratione, sed quæ ille ac si in transitu tetigit, hæc iste dilatare calamo, operæ pretium duxit. Quæ vero perfectus orator in relatione præteriit, hæc iste novus relator posteris tradere ad notitiam procuravit, haud suis commentis extorta, verum-

B que veteribus antiquorum utcunque cartulis inserta. Rationi ergo videtur, fratres, congruere, ut tanti patroni merita dignis mecum studeatis laudibus efferre, qui cum habeat domum non manufactam, sed æternam in cœlis temporalem tamen aulam reliquis sublimiorem semper habuit in terris et uti suos ab invisibilium impetu hostium custodit, ita ab incursione visibilium sæpe suæ intercessionis ope defendit; eosque in cœlesti secum amplectitur tabernaculo, quibus pastoralem diligentiam in præsenti adhibet sæculo. Ipse namque familiam Dei, inter naufragia gubernat fluctuantis oceani, ne navim nostram procella tempestatis abripiat: aut in æternam prædam, pirata crudelis abrepat. Quam nimirum familiam, ab illo olim

C suscepit regendam, qui suis discipulis, ac per hoc fidelibus cunctis ait: *Quis putas est fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram* (*Matth.* XXIV, 45). Hinc Apostolus dicit: *Unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei* (*Rom.* XII, 3). Quod ergo *tritici mensuram* Christus nuncupat, ipsam *mensuram fidei* Paulus appellat, ut intelligatur, nihil aliud esse spiritale triticum, nisi Christianæ fidei venerabile sacramentum. Quapropter, fratres, ubi thesaurus noster est, ibi studeat et cor nostrum essse quatenus ad amorem supernæ sortis anhelemus: ad quam beatum patronum nostrum jam pervenisse confidimus. Itaque æternis admixtus civibus, divinam exoret clementiam

D pro nostris reatibus; illumque nobis faciat placabilem cujus sempiterna gloria per continuam fruitur visionem. Sed ad hæc agenda, suæ misericordiæ manum Unigenitus Dei inferat, cujus regnum et imperium solide subsistit et permanet, in sæcula sæculorum. Amen.

## II

## DE SS MEDARDO ET GILDARDO.

Sanctorum confessorum gloria, per condigna, dilectissimi fratres, exageranda præconia, illique in laudis promovendi sunt titulum, qui Christo semper confitendo, verum perhibuerunt testimonium. Cum enim minina de eo denuntiarent, maxima autem constanti animo prædicarent, in uno quidem angeli,

in altero vero digne nuncupari meruerunt archangeli. Et quia Apostulus ait: *Templum Dei sanctum, quod estis vos* (*I Cor.* III, 17). Cujus facti sunt templum, ipsius procul dubio ara et regula exstiterunt sacerdotium. Nam in illa regis æterni mensa, placationis immolantes et expiationis hostiam, per vota piæ confessionis, sæpe gratum Deo sacrificium humanæ obtulerunt reconciliationis. Unde et in munere virtutis vim obligationis potestatemque obtinuerunt solutionis, ut quod eorum sederet arbitrio, rarum per divinam auctoritatem esset in cœlo. Pro talibus ergo meritorum prærogativis, jure in titulum promovendi sunt laudis, quos pro sui nominis confessione, amoris intimi privilegio donavit ipse Rex justitiæ. Sed illi Dominum vere amant, quorum mentem delectatio prava ex consensu non superat, qui etiam eo ad amorem ejus incalescunt, quo cedere clandestinis imminentium tentationum subreptionibus nesciunt. Siquidem indissociabiliter accensi, cœlestibus merito inter cherubim et seraphim numeros deputantur, ibique sortem suæ accipiunt vocationis, ubi continuæ contemplationis studio, anchoram defigunt mentis. Cujus perfectionis culmen, dum beati confessores attingere deliberarent, studuerunt nil in hoc mundo appetere, verum solum conditoris sui desiderio ardenter inhiare. Terrenis quippe abrenuntiantes concupiscentiis, carnalibus omnimode semetipsos crucifixerunt lasciviis, quo sua membra hostiam offerrent viventem, sanctam Deoque per rationabile obsequium placentem (*Phil.* IV, 18). Et quia noluerunt huic sæculo conformari, sed constanter in novitate sensus sui institerunt informari, secundum interiorem ambulantes hominem (*Rom.* XII, 2), sanctis incitati sunt successibus de virtute in virtutem. Ad illum enim indesinenter anhelant, cui devotis mentibus usquequaque inhæserunt, quia pennas assumpserant tanquam columbæ, per quas volare ad cœlestia possent et requiescere. Dominum itaque vere amaverunt, cujus mandata et præcepta custodierunt, quatenus ab ejus divelli amore, nec in ipsa possent etiam cum effervesceret, tentationum inflictione. Cum autem Veritas dicat : *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris* (*Luc.* XII, 35). O quot sibi cruces consciverunt, qui in suo corpore luxuriæ fluxum edomare potuerunt! Sine ferro etenim, longum martyrium in suis pertulerunt membris, ut quod sanguinis non contulerat effusio, conferret etiam prolixa in attritione flagelli membrorum vexatio. Ac primum illis in tenacitate cibus et in.... erat potus, cum indicta parcimonia in utroque, veluti fine, Cerere et Libero, Venerem constare frigere. Pallida ora præ nimiis trahebant jejuniis, setiger habitus situm induxerat Ethyopicæ cutis, et in vigiliis constans erat animus, ne mens Deo devota vacabat ab orationibus. Præcinctos quoque lumbos habebant, carnis luxuriam cohibentes per continentiam, et lucernas ardentes tenebant in manibus suis, per bona opera, lucis exempla monstrantes proximis. Cumque nec ca- A stitas magna sine bono opere nec opus bonum sit aliquid sine castitate, utrumque tamen agebant per discretionem, ne appetitus laudis animi ad alia tendentis frangeret intentionem. Præcinctis igitur lumbis, lucernas ardentes tenebant in manibus suis, quatenus et munditia castitatis esset in corpore, et palam ipsum lumen veritatis clarescerel in operatione.

Inter hos sane magnæ venerationis viros, beatos Medardum et Gildardum esse novimus egregios, qui serpentinæ prudentiæ astutiam, et columbinæ simplicitatis piam æmulati sunt innocentiam. Horum unus premebat vitia, alter vero virtutum illibata servabat jura : et cautela utriusque fermentum malitiæ et nequitiæ solerter noverat ca- B vere. Per hoc in errantes invehebantur, sed per illud invectionis suæ habenas moderabantur; quia cum in ore sonaret correctio, nullatenus tamen in corde paterna dormitabat oratio. Nam dum censura suum teneret rigorem, levitas quoque cordis prætendebat mansuetudinem, et quod istius eraserat lima, illius per compassionis gratiam temperando curabat litura. Hinc ex judicio justæ examinationis, facti sunt evidenter throni sui conditoris, per quos et sancta Ecclesia regebatur, et plerumque de suis infirmis actibus, etiam electi judicabantur. Ergo quod unius exacuit vigor, hoc in eis moderati alterius non destitit tepor, dum columbæ simplicitatem astutia serpentis accenderet, et astutiam serpentis columbæ simplicitas C temperaret.

Subnixi vero voluntate bona, quibuscunque in tribulationis succurrebant angustia, et qualibet affectis calamitate opem suæ consolationis, inclyta adhibebant miseratione. Quod enim sibimet ipsis, hoc proculdubio imputabant aliis, nec præjudicabant in aliquo, qui omnibus omnia facti fuerant evidenti salutis judicio. Nam aliena damna, ac si propria conquerebantur fore incommoda, quibus detrimenta aliorum jam annuente Deo, multarum pepererant incrementa virtutum. Sed et renuebant inferre quod sibi inferri nullius cupiebant exactione, nec negabant alteri quod suæ consultum esse providebant, et proficuum utilitati. Cumque in Deo amicum et inimicum D diligerent, propter Deum, dilectione Dei vigebant ac proximi, ubi prophetarum plenitudo et totius summa legis consistit. Quo nimirum holocausto, nil unquam offertur locupletius Deo; quando per hoc quod illi immolat, bene semetipsam anima in ara cordis mactat. Itaque ex bonæ voluntatis studio, semper placere scrutatori cordium curaverunt altissimo ; cum de se humilia sentirent qui aliquando extra se fortia et sublimia egissent.

Quin vero sermo propheticus ait interea de talibus : *Qui sunt illi qui ut nubes volant, et quasi columbæ ad fenestras suas* (*Isa.* LX, 8). Beati quippe isti confessores, ore semper manuque cælibes, sacri verbi eloquio torrebant, signis per creba experimenta, virtutibusque coruscabant. Et quia eos se-

blimis vita sanctaque a terrenis contagiis prædicatio suspenderat, et nubes erant volantes, et ad supernarum etiam virtutum deificas congruebant distinctiones. Cumque malignos spiritus de obsessis corporibus fugerent, eosque virtute orationis et vi acceptæ potestatis expellerent, cœlestibus revera potestatibus assignari merebantur, et admitti crebris dæmonum expulsionibus. Qui bonis effecti meliores, ac per hoc electis fratribus principantes, inter numeros principatum ad æterni principatus sedem congruebant pariter et locum. Sed nec in felle amaritudinis, nec in obligatione reperti sunt iniquitatis; qui dum feliciter viverent Christo mortui erant per abrenuntiationem carnalium et huic mundo. Cumque terrena mente transcenderent, et ante se cordis eorum oculi semper intenderent, et eis subjecta foris serviebant, quatenus nunquam cordi obsisterent, transitoria quæ conspiciebant. Igitur ut nubes volantes erant, et quasi columbæ ad fenestras suas, qui caduca simplici considerantes oculo, nullius ad hæc movebantur aut trahebantur rapinæ desiderio.

Hi autem uno geminii ortu, paresque unius sanctitatis effulserunt provectu; et sicut eos ortus æquales, ita optimus vitæ cursus in bonitate formavit unanimes. Verumtamen in materno jam utero mundi, imparis vitæ legentur sorte distributi, utcunque allegoriæ subesset, uterque tamen qualitate meriti et gratia discreparet. Unus enim simplex fuit habitans in tabernaculis, et alter sæcularem militiam exercuit in armis ac per hoc iste electus, ille autem omnino apostata factus est et reprobus. Beatos vero Medardum et Gildardum unus quidem ortus effudit in mundum, sed quibus exordium una contulit nativitas, eadem in sanctitate et magnificentia applausit libertas. Nam sub unius horæ editos articulo, una in fide tenuit confessio; eosque virtus socios reddidit, quos natura in momento temporis geminos protulit. Dum ergo tales enituerunt, parentibus conformes se in bonis exhibuerunt actionibus. Et quos mundus coævos habuit, conscios pietatis opere sinus Ecclesiæ matris aluit.

Illud vero in his spectabile omnibusque constat sæculis memorabile, quod una consecrationis suæ gloriam, unaque pontificalem in prælatione fidelium adepti sunt cathedram. Sicut enim par carnalis editio, ita eis par spiritualis provenit consecratio, et in benedictione claruerunt pares, qui in cunctis justitiæ generibus, nullatenus claruerunt impares. Ambo quippe pari conditione sanctificati, ambo sunt æqua sorte consecrati et divino delibuti chrismate, qui animas suscepturi erant, sacrosancto defecandas baptismate. Ambos una hora veros Dei præsules; ambos una eademque dies egregios creavit pontifices, et vera statuit mundi lumina solari orbe lucidiora, et lunari lampade splendidiora. Unus quidem horum Noviomagensis episcopus, alter vero Rothomagensis subrogatus est archiepiscopus; sicque suffraganei vicem, ille autem ad sublimioris officii testimonium, metropolitani obtinuit sedem, A horum ductu ætherea panditur regia, horum verbo fidelibus cœlestis patet janua: *Tum per eos regnum cœlorum vim patitur* et violenti quotidie per pœnitentiæ remedia, *rapiunt illud* (*Matth.* XI, 12). Ad episcopatus itaque communiter promoti officium, communiter etiam sacri regiminis susceperunt locum, quatenus quos communiter una conjunxerat fides, communiter quoque in eodem regimine una eademque connecteret dies.

Ad augmentum nihilominus gloriæ accidit, quod audire diligenter vestra charitas velit. Beatos confessores indifferenter exemptos mundo, indifferenterque gloria et honore coronatos esse in cœlo. Hinc finito pariter cursus sui agone, pariter de cœnulenta mundi voragine, pariter de carnis ergastulo evulsi, pariterque laboris sui æterno B consolati sunt præmio. O quam pium spectaculum! O quam mirabile est in istis pietatis judicium! simul namque concepti et geniti, simulque sunt fidei primitiis nubiti, simul salutaris baptismatis sacramen um, simulque fortissimum divinæ militiæ sumpserunt tyrocinium. Simul apostolica benedictione insigniti, simulque sunt pontificalibus infulis redimiti, simul ad patrium emissi regimen, simulque subditis facti sunt speculum et specimen. Simul pastoralis officii peregerunt curam, simulque super Dominicam laboraverunt pecuni m, simul fideles exstiterunt in commisso, simulque geminatum lucrum de accepto retulerunt talento. Simul lethale mortis persolverunt debitum, simulque ad æternum pervenerunt regnum, C simul clarissimi exstiterunt victores, simulque ad æternam gloriam suscepti sunt triumphantes; simul igitur terrenis rebus eximii, simulque cœlestibus meruerunt inseri, simul quæque corruptibilia evaserunt, simulque incorruptibilia perennis vitæ gaudia subierunt.

Præterea Junctis geminatisque meritis, festivum instituerunt diem magnæ celebritatis, angelicis nimirum spiritibus semper venerandam, Christicolis itidem populis ubivis locorum præcordialiter recolendum. Omnes enim indesinenter debemus recolere, et incessanter ad mentis oculos revocare horum mens in quanto culmine steterit; quæ perfectum bonum perfecte reperiens, perfecte denique tenuerit. Quid enim est eo perfectius, cui nec D minus adjacet, nec majus, qui nec in quo minuatur novit, nec unquam quo crescat recipit, neque per initium nascitur, neque aliquo finitimi temporis termino angustatur? Deus quippe semper est habet, dum esse suum proprium possidet, sicut et ei essentialiter inest quod bonus, summus, ineffabilis, et incircumscriptus spiritus est. Hunc autem plene et perfecte habere, perfecte constat et sine fine vivere, quia ipse vita est omnium: vivus scilicet panis et æternus cibus angelorum. Ergo ad hunc beati confessores cum celebri perfectionis triumpho pervenientes, ingens gaudium super is intulerunt civibus; et solemnem lætitiam omnibus adhibuerunt eorum festa recolentibus. Inter hæc nos etiam oportet scire, ut maneat jugiter alta

repositum mente, quod a terra suscitavit inopes et de stercore divina clementia erexit pauperes (*Psal.* CXII, 7, 8). Pauperes quippe spiritu facti sunt, quatenus indeficientibus perpetim gazis ditarentur. Quoniam in eis illa exstitit paupertas, quam non facultatum indigentia, sed animorum commendat humilitas. Unde margaritæ quæ squalebant in sterquilinio, jam assumptæ positæque sunt in cœlestis regis ornamento. Jam inter supernos cives emicant, jam inter ignitos illos lapides æterni diadematis coruscant. Nam in terra prius corruptibiles, jam in cœlo angelorum existunt cohæredes, rapientesque de carne tropæum, intima Conditoris sui visione perfruuntur in perpetuum. Sed et exspoliatione sui corporis, immortale compendium mercati sunt regni cœlestis; et deposita terrena sarcina, induti sunt candida æternæ immortalitatis stola. Quorum caro dum resolvitur in pulverem, ad cœlestem anima invehitur requiem. Ubi in illis æternisque pascuis, de æternitatis gloria fulciantur cum omnibus sanctis. Itaque suos mersos in infimis, de lacu miseriæ eripiens, et de luto fœcis, a terra Dominus suscitat inopes, et de stercore divina clementia beatos eripit pauperes.

Cæterum ad ea quæ proposuimus, si spes nostras jam animosque excitemus, aspiciamus quo gressum fixerunt animi, quatenus passibus amoris mereamur vestigia imitari. Eloquar, an sileam? Prudentiæ subnixi robore, justitiæque hinc inde vallati munimine, prudenti cautela, sequenda tenuerunt omnia, et justo examine, versuta callidi hostis subegerunt argumenta. In suis vero temperati moribus, temperantiæ moderamentum totis assumpserunt viribus, fortesque in adversis et prosperis, contra cuncta adversantia, arripuerunt arma fortitudinis. Sed et humilitatis ima sectando, per vitæ vias constanti incesserunt animo. Et magna patientiæ præbendo exempla, in ipso veritatis tramite inflexibili perstiterunt constantia. Mansuetudinis denique virtute solidati, mansuete levissimum jugum portaverunt Christi, et in opere servaverunt modestiam, quam in corde habebant veluti cognatam et amicam. Unde necesse est, fratres charissimi, quo talibus muniamur armis fidei, per quæ beati isti confessores, amici Dei et clarissimi esse meruerunt triumphatores. Supplici voto tantos veneremur viros, omnifaria laude et honore dignissimos, quo per venerabilia eorum suffragia, paradisiacæ amœnitatis gaudia, in illa cœlestia obtineamus tripudia. Igitur aspiciamus quo gressum fixerunt animi, quatenus mereamur eorum vestigia sequi, præstante piissimi Redemptoris gratia. Amen.

## III.

### DE SANCTO MEDARDO.

Beatissimi Medardi antistitis vitam quæ per universum orbem virtutum propalatur insigniis, nequivimus silentio præterire; quamvis non valemus gestorum cuncta perstringere. Et quia solemnitatis ejus diem veneratione perspicuam, omnium popu-
A lorum catervas quotannis expetere, depositionis suæ commemoratio principalis invitat; crescat in universorum pectoribus, pro fidei ardore devotio, dum sanctorum suorum panditur magnitudo. Et si est in hoc rarus qui existat imitator operis, cunctos tamen faciat ejus intercessio potiores. Hujus ergo originem, propterea primum suggestio nostri sermonis insinuat, ut nullum forsitan desperationis obstaculo magis culpandus offendat; quoniam Dominum integro amore diligere non facit gentium divisa discretio. Sed unita fidei plenitudo, ne divina gratia quæ volentibus cunctis generalis ostenditur, specialis esse judicio fallente credatur.

Pater igitur hujus nomine Nectardus de forti Francorum genere, non fuit infimus libertate; ma-
B ter vero Romana, nomine Protagia, absolutis claruit servitute natalibus. Quæ Christi tabernaculis ut censemus pretio fecunda partu, plus profuit quam si, integritate servata, nequaquam se vinculis virilibus tradidisset. Quorum in Veromandensi territorio, et habitatio fuisse dignoscitur et origo.

In qua urbe cum adolescens ad scholam recurreret, casulam quam ei sua genitrix fecerat, per ipsum ad artificem componendam direxit; quam in itinere sanctus Medardus, cæco a se invento mox præbuit. Similiter quidquid ad escam accipere deberet, dum suorum parentum gregem pasceret, si pauperem vidisset, cibos egeno porrigebat, tamen ipse ferebat inopiam, diei ducens jejunia.

Nec est illud reticendum rei gestæ mysterium.
C Cum adhuc esset in scholis vir sanctus parvus et innocens, dixit ad Eleutherum quemdam puerilem comparem, quod publica in actione comitivam assumeret, et cum triginta annorum vitæ spatium caperet, ipsum dixit futurum summum Dei pontificem. Qui in Tornaco civitate, pastor est datus Ecclesiæ. Ita sanctus Medardus quod prædixit, quasi propheta, divino jam spiritu probavit. Deinde cum crebrius ad templorum oracula, fidei monita promulgando, discurreret, et teneros ætatis annos librans patientiæ moribus, propriæ voluntatis in arbitrio dum mundi illecebras vitando despiceret, officium sacerdotis excepit, pariter et animo conversus et habitu, morum charitate præcellens, confestim claruit apud urbis pontificem, conversatione præcipuus, apud cunctos
D mentis puritate sincerus. Nunquam se lætitiæ ubertate plus extulit, nunquam mœroris acerbitate turbavit; fuit semper tolerans in adversis, mitis in prosperis, cunctos sibi obedientiæ sedulitate præferens, egentibus larga miseratione succurrens, et ex omnibus calcato vitiorum fomite, augusti collis tramitem, sanctæ conversationis gressu surgente conscendens. Quidquid adversum est horruit, quidquid pretiosum elegit. Quid plura? Ut hospes cerneretur in sæculo, et jam possessor esset in cœlo. Tunc crescentibus singulis sacerdotii honoribus, interjecta discretione temporum, ecclesiastici moris tenorem percurrens; presbyteri officium electus excepit, et probatus obtinuit. Et ita se dein-

ceps sanctis cœpit publicare virtutibus, ut Christi merito putaretur alumnus. Contigit ergo ut autumni temporis fructus, mitescente botri succo, vindemiæ ubertas ostenderet, per quam latronis temeritas ejus gratiam publicaret. Intempesta igitur nocte, cum potius se humanis corporibus, curarum diversitate seclusa, silentii blandi soporis onus incumbit, vineam suam dominante cupidine fructus capiendi impulsus, latro expetiit, et irrupit. Tunc prædam gladio secante corripiens, ipse magis prædatus intra patentia septa constringitur: et quo defugere violentius voluit, nequaquam evadere potuit, in posterum suo crimine captivitatus. Gustum habere non meruit, et redeundi aditum ebrius non invenit. Nec amittere poterat quod præsumpserat, nec auferre fas habuit quod ambiebat. Sed cum inibi primo diluculo, rei præscius vineæ dominator occurreret, furem reperit, quem sua jam præda vinxerat, et uterque alium mutato jure servabat. Tunc usque adeo sancti ultio rei sæviit in crimen; ut uvas propria manu decerpens, augmentum illi magis profusa oblatione tribueret, et delictum objurgatione castigans, remeandi aditum indulgeret. Pari agitur meruit pœna percuti vel perdurante insidia coerceri, qui vasa ejus nocturna abreptione præveniens, distenta mella furatus fuerat. Custodem direptione callida fallere potuit, pecus quod repuerat temerarius non evasit Castrorum habitacula, sublatæ apes cum indignatione linquebant, ubique furem non casto ditantes opere, sed aculeorum sævitia persequentes, quousque latronis detecta confusio, sancto quod frauduerat reddidit et veniam prostratus invenit. Sed nec immerito pia sacerdotis indulgentia reum non damnabat, ex crimine, quem ipsa ultrix præda torquebat. Accidit etiam simile sub hac proditione mysterium, cum viator quidam juxta domum ejus agendis itineris copia præteriret: cupiens illius callida fraude juvencum furti scelere auferre, tintinnabulum collo præripuit, atque hiatum ipsius impressi graminis fraude condemnans, nullius contemplatione deprehensus abscessit. Et cum jam se censuit vel criminis evasisse periculum, vel sortitum compendia fuisse per furtum, obstaculo nulla serata ipsa dedit præda tinnitum, cupiens Domini. redire præsidio. Quæ quamlibet abditis penetralibus studio diligenti locata, vel ferrata claustrorum obseratione retrusa maneret; tinniente ambitu, scelus nullo modulante vulgabat, hiatum ingentem vomens, auctorem criminis querela geminare confudit. Tunc latro præteritis memorans confusa mente periclis, revexit domino territus quod abstulerat, quod etiam pietatis studio non servabat. Ita demum reddito jure naturæ, cœpit species inanimata celare, nec sonitu se nisi pulsa detegere. Sanctus igitur Medardus athleta Christi, absque reatu proprio, pro delicto confunditur alieno; atque ideo mercedem reo pro culpa tribuit ne inani ambitione tristior remearet.

ANNO DOMINI DCCCCXX.

# STEPHANUS

LEODIENSIS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA IN STEPHANUM.

(Gall. Christ.)

Stephanus, genere nobilis, et ut quibusdam placet, Salinensis seu Salmensis comitis filius, cujus sororem sibi matrimonio conjunxit comes Namurcensis, in scholis palatinis cum Radbodo Trajecti ad Rhenum, et Mancione Catalaunensi episcopus institutus est ex Reginone; fuit Metensis in juventute clericus, fuit et abbas Laubiensis teste Fulcuino Chronici Laub. c. 18, sed, vi sui episcopatus, cui unita fuerat abbatia per Arnulfum regem, ut patet ex diplomate Ludovici ejus filii, qui eam donationem confirmat huic Stephano V Kal. Febr. an. Christi Domini 909. Fuit et S. Michaelis ad Mosam abbas ex ejusdem loci chronographo, et ex charta commutationis de Harevilla et Saponeriis, factæ inter Anselmum filium quondam Teuterii comitis, et monachos S. Michaelis, « ubi præest domnus Stephanus episcopus et abbas et Halevincus prælatus, » id est præpositus seu decanus; cui chartæ uterque subscribit, anno 3, « regnante Hludowico filio Arnulfi, » qui annus anno Christi 902 respondet, quo anno Stephanus jam erat episcopus Leodiensis ex Mabillon. Antea « Stephanus venerabilis abbas » synodo Metensi anno 888 interfuit in ecclesia S Arnulfi. Ad eum quoque scripsit Fulco archiepiscopus Rhemensis, apud Flodoardum Histor. l. IV, c. 7. « Stephano cuidam abbati, qui ad episcopatum electus videbatur, tunc autem rejectus vel reprobatus, consolatorias dirigit litteras, amicitiam, quam ei promiserat asserens perpetuo se servaturum. » Utrum vero sæcularis aut regularis fuerit, incertum est: sæcularem fuisse innuunt Fulcuinus, Sigebertus in Viris illustribus, cap. 126; Ægidius, aliique rerum Leodiensium scriptores, eum non monachum, sed Metensis Ecclesiæ clericum seu canonicum nominant. A Sigeberto in Chron. « vir sanctitate et scientia clarus, » dicitur; vir litteratus » a Fulcuino, « et quantum ad canonicos religioni studens. »

Vitam et passionem S. Lamberti politiori stylo edidit et Hermanno Coloniensi archiepiscopo dicavit, simulque cantum de Trinitate. *Fecit et libellum quemdam*, addit Fulcuinus, *ex plurimis divinorum librorum flosculis* decerptum, in quo singularum in anno festivitatum opuscula, cum collectis et versibus utili commento congessit : in cujus libelli præfatione ostendit se..... Metis a puero educatum fuisse. Roberto « ejusdem sedis episcopo libellum legendum misit ad comprobandum. »

Episcopatus ipsius initia monasterii ad Sabim Normannorum furore diruti restauratione nobilitata sunt. Ejus tempore, inquit Fulcuinus, de Gestis abbatum Lobiens. « Ecclesia nostra dedicatur ab ipso, evocato ad id opus et conjuncto sibi Dodilone Cameracensi episcopo, quod in basibus columnarum, quis quam partem dedicaverit, inpromptu est cernere. » Anno 908, Aquisgrani degens Ludovicus rex, Stephani nostri supplicatione, collaborantibus Herimanno Agrippinensi archiepiscopo, clarissimisque aliis principibus, auctoritate sua, quæcunque ecclesiæ Leodiensi concesserat priorum imperatorum munificentia, confirmavit, Lobium videlicet, tecta et fossas; et ea pariter quæ ipse largitus fuerat Heribotheshemium nempe, atque Trajecti telonium et monetam. A « Datum xv Kal. Febr, anno Incar. 908, ind. 11, anno autem regni domini Ludovici VIII. » Diploma refert Chapeavillus, refert et aliud Caroli Simplicis anno, ut videtur, 915 quod silvam Testensem, quam sibi retinuerat Zuentiboldus, cum villam daret. Ecclesiæ Leodiensi concessit. « Datum VIII Kal. Sept., ind. 3, anno 23, regnante Carolo rege gloriosissimo, redintegrante XVIII. » Et quidem donum factum asserit rex interventu Stephani venerabilis Tungrorum episcopi nostræ consanguinitatis affinis dilectissimi. Obiit an. 920, XIV Kal. Jun., cum præfuisset annis octodecim. Sepultus est sub altari S. Trinitatis, in crypta scilicet sancti Lamberti, regnante Conrado Romanorum imperatore hujus nominis primo.

# VITA SANCTI LAMBERTI

## EPISCOPI TRAJECTI AD MOSAM ET MARTYRIS,

## AUCTORE *STEPHANO* EPISCOPO LEODIENSI.

(Apud Surium, Acta Sanctorum, 17 Sept., ex vetusto codice collato cum editione Chapeavilli.)

## PROLOGUS

1. Domino Patri HERIMANNO archipræsuli (493) STEPHANUS humilis Tungrorum episcopus (494). Cum quotidie aliorum explorari convertetur actio, ac, si quid reprehensibile infuerit, maculare non differt probrosa intentio, detergenda penitus definitur merito culpata contagio, per quam et blasphemantium jam cesset cachinnalis derisio. Nam a quibusdam nobiscum agentibus festum sancti Lantberti, qui litteraria videbantur sibimet scientia præditi, non minimum sumus despectuosis risum injuriis lacessiti, quando quidem priscorum haud quaquam cato eloquio edita legebantur apud nos præfati Patris vita et passio, atque nulla propria officiorum cantabatur modulatio. Abhinc sane frequenti fratum nostrorum precamine rogatus, sæpissimis vicibus exstiti coactus, ea omnia suscipere innovanda proprii impensione sensus, notamque hujusmodi infamiæ a nobis propellendam omnibus. Illis vero super hoc multimode argumentantibus, et agendum quamplurimorum similitudine stipulantibus animum revocans, restiti mente affectus, idque quod monerent, an bonum foret, procera hæsitatione intra memet sum questus.

2. Ecce tandem anguis syllogismicus per flexos globos late sinuatus, linguisque trifulcis squamea colla tumidus, lumina mei cordis infundendo mersus, hujusmodi dialecticæ nuntius nihi astitit fatus :

B Omne, inquit, bonum utile, et omne utile bonum: utile bonum; nullum malum; nullum malum utile bonum ; nullum bonum omne malum ; omne malum nullum bonum. Ergo Creatori in suis sanctis laude celebratum, celebranti creaturæ in suis studiis utile, bonum. Quodque meliorando optimum, nullum probatur existendo malum : e contra, quod absit, nam *sors omnia versat*, negligendo relictum, amborum esse nullum continet bonum. Tum equidem ei veracius credens, quæ vera a falsis jugi more solet esse secernens, aliquid monitæ utilitatis consequi ex eo malui gestiens, quam muti tenacitate silenti, laboris fructu carere negligens.

3. Hoc itaque deliberavi generis consilium magis eligendo pertractans. C

Invoco non Driades nymphas, nec clamito Naiades,
Carmina quæ prodant, versus et comata dedant,
Nec peto Mercurium, lingua, sermone superbum,
Qui pennata ferat citius discutere verba,
Sed verum Dominum, cunctorum supplico regem,
Omnia qui tribuit, nunquam dispendia sentit.
Famine cuncta juvat, nil prorsus jussa retardant,
Arce poli residet, terram, pontumque gubernat.
Quæque (495) sic penetrat, ceu pugno cuncta recludat,
Is Pater et Proles, nec non et Spiritus almus,
Subsistens trinus, sed substans creditur unus.

(493) Herimannus hic (apud Chapeavillum *Hermannus* legitur) fuit archiepiscopus Coloniensis.

(494) Stephanus fuit episcopus Leodiensis ; sed quia episcopalis cathedra Tungris primo collocata fuit, atque inde Trajectum, et e Trajecto denique Leodium, Trajectensis ac Lodiensis episcopi a primo sedis loco longo tempore etiam Tungrenses dicti fuerunt.

(495) Chapeavillus habet *omnia* : verum hujusmodi minutias, ne adnotata accumulem, inposterum præteribo.

... numerat nam subsistentia ternas,
Esse tamen proprium numerat substantia nullum,
Det pedibus lucere meis, det lumina cordis,
Auxilium misero dignetur dedere Verno [*al.* Vernæ].

4. Enimvero neque fastu superbiæ tumens, neque quemquam Patrum contemptu habens, quinimo prælibatæ utilitati parere libens, stylo præpollentioris ingenii eamdem acceleravi comens. Exinde musicæ artis ratione authentica subnectuntur cum antiphonis responsoria nova, in quibus ordini lectionum series respondet tonorum, quatenus sibi æquando extendi quitur numerus horum. Adhuc etiam animi visu exstat delectabil in tanti patroni immorari laude.

Cantica quapropter museo compta lepore (496)
Succinctim replicant, ac ejus gesta renarrant.
Quæ omnia, Pater, tuo sensui corrigenda committo,
Notitia (497) veri, quo nunquam fallere nosti,
Falsa sed ex viris prosternere cuncta moliris,
Quæ majora fide debent, quam sensus haberi.

Quocirca in soliditate tui pectoris jam requiescat meæ vacillatio mentis viritim defensa, siquidem meretur, pedo tuæ pastoralitatis; sin autem, secretim castigata [*al.* castiga] leni virga tuæ paternitatis.

# VITA SANCTI LAMBERTI.

## CAPUT PRIMUM.

*Nabiles sancti natales; præclara institutio; episcopatus Trajectensis, et ex eo depulsio.*

5. Igitur gloriosus martyr Lantbertus, et æterno Regi sacerdos dilectissimus, insigni ex prosapia Trajectensi vico exstitit oriundus. Hic denique puerulus apud parentes Christianissimos degens, et bonæ indolis esse incipiens, primævam statim suam ætatulam unda sacri baptismatis purificatam, Christo Domino consecravit, seque totum adhuc, prout novit et valuit, divinis voluntatibus mancipavit. Qua de re cœlesti gratia præeunte, ejus affines unanimiter decrevere, ut, quem a pueritiæ annis vita illustrabat sanctitatis, auctoritas erudiret litteralis, juvaretque perducens ad fastigium summæ perfectionis. Hujus itaque consilii lispositione reperta, imo eam Dei disponente clenentia, puer forma conspicuus, sensu docilissiius, peritissimis viris traditur educandus. Ecesiastica religione admodum insignitur, et cœstium mysteriorum igneo amore penetraliter lammatur, tantoque celerius liberalium fluenta ium epotavit, quanto ardentius in amore Dei im se olim transfudit: nec celantur ei quæque obscura geruntur, quoniam nulla ad diidum mora est, ubi Spiritus sanctus doctor it.

Instructus tandem divinis dogmatibus, et tim vigoratus monasticis sanctionibus (498), navit corde puer bonæ indolis regredi ad dogenitoris. Quod sagaci animo concepit, ad im actionis usque perduxit. Tunc benignus charissimum pignus excipiens amabiliter, intellexit spirituali mente non mediocriter eum transcendere annos pueritiæ.

Gaudebant ambo, Lantbertus honore paterno,
Et pater insignis Lantberti ex actibus almis.

Equidem puer strenuus, nitens totis viribus vir fieri perfectus, juxta Psalmographi vocem, ibat quotidie de virtute in virtutem (*Psal.* LXXXIII). præparans ad illa peragenda, quæ incommutabilis Dei providentia per ipsum ante tempora sæcularia fieri prædestinavit opera. Quamvis juvenis esset ætate, morum tamen grandævus probitate, jactantiam vitabat, pompam sæculi viriliter conculcabat: quidquid habere poterat, pauperibus erogabat (499), condens cœlo thesauros, ubi possideret eos, cum solutus feliciter transitoriis, vivere felicius inciperet mansuris.

7. Eodem tempore Agius, pontifex Theodardus, et clarissimus Christi martyr futurus, vir sacerdotali reverentia plenus, et coram divinis aspectibus sacerdos beatificandus, in memorato superius vico episcopalem administrabat dignitatem. Huic memorabilis adolescens Lantbertus nobilitate cluentissimus, forma corporis elegantissimus commendatur, in aula regia educandus, ut velut pretiosus lapis, multiplicibus potiretur argumentis, et competens fieret cœlestibus ornamentis. Tum sane columba Christi sine felle amaritudinis, Lantbertus, videlicet alumnus laudabilis, solerte adhærens magisterio præfati antistis, cœpit illum venerari sicut dominum, diligere quemadmodum patrem charissimum, et in cunctis actibus obsequi juxta edictum apostoli, ceu decebat servum Domini (*I Petr.* II.) Enimvero ex tanti Patris con-

(496) Apud Chapeavillum est: *Musæ decompta*

(497) Sic restitui ex laudata editione; nam in nostro perperam legitur *notitiam*. Melius codex noster in versu mox habet: *Falsa sed* ...: pro quibus ibidem est: *falsa sed ex uris.*

(498) De sanctionibus seu disciplinis monasticis nihil habet Godeschalcus (*in Vita ejusdem Lamberti*); verum Sigebertus et Nicolaus in Vitis dandis ipsum sub disciplina S. Landoaldi vitam monasticæ similem duxisse affirmant.

(499) Neque de hac in pauperes liberali misericordia meminit Godeschalcus.

sortio replebatur propensius gratia, ditabatur locupletius sapientia, augebatur quotidie meritorum affluentia. Quod isdem antistes tacito [tacite] contemplans, et subtili indagatione perscrutans, quantus qualisque foret intellexit, ideoque totum se in ejus amorem transvexit, utpote in dilectum hæredem et gratissimum successorem (500).

8. Adeptus siquidem magni sacerdotis amorem et edoctus admodum tenere monita Scripturarum implebat duplex charitatis præceptum, diligens tota mente Deum, amplectensque proximum integro amore, sicut semetipsum. Parvipendebat præsentia, veluti devoverat in pueritia (501), æstimans pro nihil omnia, præter quod erat æternæ salutis gratia. Cœlestibus animo inhiabat, sese in holocaustum illi mactabat qui ei singulare desiderium factus erat. Postquam vero ab impiis interfectus, palmam beatitudinis sanctus percepit Theodardus (502), fidelis Trajectensium caterva, pio pastore viduata, cœpit vehementer perquirere alium similem sanctitate, quem in ejus loco posset subrogare. Diu quæsitis, scrutatisque omnibus, sanctior nemo inventus Lantberto. Hunc itaque ditatum honoribus sanctimoniæ, illustratum commerciis parcimoniæ, Spiritus sancti præeunte clementia, plebs Trajectensium pariter congregata episcopum fieri elegit, et in loco magistri succedere acclamavit.

9. Regalis quoque celsitudo ac palatinorum procerum multitudo, ejus opinione cognita, illum in solio pontificali sine mora constituerunt sublimari. At vir mansuetus, omni bonitate refertus, et in humilitatis gradibus a Christo fundatus, indignum se mysteriis sacerdotalibus, multis denegavit prosecutionibus. Grandis, inquit, fratres mei, honor est pontificalis; sed grave pondus istius est honoris. Indignum me fore pronuntio; suscipere quod vultis, nequeo; vires mihi non suppetunt; sanctitatis opera non præsto assunt; vitæ innocentis regulam me tenere nequaquam cognosco: ideo gubernaculum ecclesiasticæ rectitudinis accipere diffido. Contra istiusmodi excusationis molimina Trajectensium caterva hujus responsionis intulit verba:

Prosapia polles, meritorum lumine fulges,
Moribus ornaris, pietate coruscus haberis,
Omnibus exceltis; ideo nos undique pasces.

10. Hinc vulgari more frementes, strepituque populari super eum irruentes, dixerunt simul omnes: Lantbertus civis noster, operum plenitudine celeber, oportet ut fiat episcopus noster; sic voluntas est Dei; sic principes statuunt regni. Illum omnis elegit clerus, universus acclamat populus. Sed vir humillimus cum pleniter adhuc his non acquiesceret petitionibus, altius commoti, et divina inspiratione accensi, a maximo usque ad minimum cuncti dixerunt ad illum: Non nos, Lantberte, diutius protrahas, sed pro certo scias, quia, velis, nolis, noster episcopus eris, et Trajectensium pastor vocaberis. Ita omni clero exclamante, et sic utroque sexu vociferante, clamor ad cœlum tollitur, et mens Lantberti tantis vocibus moderatur. Acquievit eorum petitionibus, suscipiens curam præsulatus, ne obedientiam desereret, quæ cæterarum virtutum comes esse assolet. Ita Dei dextera exaltatus, et episcoporum benedictione consecratus, in Trajectensis Ecclesiæ fascibus venerabilis Lantbertus pontifex est institutus.

11. Sortitus denique culmen religionis, perpetuæ studuit pietatis augere opera, qui pontificali auctus erat infula. Mactabat omni die holocaustum Domino, non ex alieno pecore, sed ex proprio corpore. Nec vacabat a missarum solemniis, celebrans memoriam salutiferæ passionis, offerensque Deo libamen, pro quibus redditurum se sciebat rationem. Erat plane lætissimus facie, serenissimus mente, alloquio dulcissimus, conversatione mansuetissimus, mortuus terrenis voluptatibus, vivens divinis spiritualibus. In domo quippe illius veritas erat ei gloria, in operibus ejus æquitas splendebat et justitia. Instabat prædicationibus assiduis, arguens delinquentes sermonibus veritatis. Increpabat desides correptionibus temperantissimis, obsecrans recte gradientes exhortationibus paternis. Exuberabat eleemosynis, coruscabat miraculis, quosque monebat doctrinis informabat exemplis.

Nec stylo scribi, nec fas est promere verbis,
Quæ bona vir strenuus, divino munere fretus,
Edocuit verbis, ostendit denique factis.

12. Sed quia minime poterat lucerna, candelabro cœlitus imposita, latitare sub modii umbra, cœpit inter suos præcipuus haberi, quem talibus indiciis Christus Dominus mundo disposuit manifestari. Interea longe lateque ejus sanctitatis diffusa opinio pervenit ad notitiam regis Childerici, qui eo tempore inter Francigenas sceptrum obtinebat regni (503) quod Lantbertus pastor Ecclesiæ Trajectensis in famulatu Creatoris supereminens haberetur mortalibus cunctis. Unde factum est, ut cum summo honore veneraretur a rege, primumque gradum vindicaret amicitiæ ejus, exstans princeps amabilis in regni palatio, et pontifex affabilis in regali consilio. Illius providentia optimatum dirigebantur gesta; ipsius prudentia reipublicæ tractabantur utilia. Magnificabilis rex et exercitus, qui tanti sacerdotis parebant jussionibus!

Quamvis multa Deo servirent, crimine victo,
Attamen hortator scelerum per corda malorum

(500) Sanctum Lambertum sub Theodardi disciplina plurimum profecisse, etiam tradit Godeschalcus in Vita.

(501) Nescio an hic stricte nominis votum, an propositum sancti pueri indicare voluerit.

(502) Probabilius anno 669, die 10 Septembris. S. Theodardi martyrium apud Nemetes in Germania anno Christi 669 probabilius contigisse videtur. Et ideo initium episcopatus sancti Lamberti circa finem anni 669 vel initium 670 fuisse verisimile est.

(503) Childericus II ejus nominis, tunc Austrasiæ regnum obtinebat.

udit virus, gaudens in pejus abire.
ine genus hominum, cœlos ne possit adire.

Quapropter commovit odia, excitavit jurgia, ıvit Ecclesiæ pacem, posuit firmamentum formidinem. Rabie crudelitatis adeo corda num accendit, ut non viderent cœlum, neque darentur Dei judiciorum. Hoc itaque veneno nembra diaboli graviter disperso, princeps interficitur, videlicet Childericus rex glo-s. Mox etenim invidiæ pondus et odium adver-Dei famulum commovit Lantbertum. Hinc li rabie magis ac magis grassante et invidia li nequiter exardescente, Lantbertus sacerdos ti inclytus debiti honoris privatur dignitati-ac de pontificali cathedra vir cœlestis ejicitur causa. Proh nefas! regalis interiit, subli-ı, pravorum prævaluit iniquitas, sacerdotalis sa est sanctitas, justitiæ profanata est æqui-

Heu! cogor scriptis depromere rem verita-Nunc suggestum Trajectensis Ecclesiæ latro mundus invasit inepte. Præsulatus nempe n ad sæculi miserrimus rapuit pompam, non rennis vitæ palmam. Etenim usurpavit episco-, invasit, dominium, animarum exstitit latro, siæ publicus prædo. Temeravit sacramenta nici corporis, commaculavit apicem canonicæ dinis, violavit sanctuarium, profanavit sa-tium, confudit religionem, immutavit ordi-perdidit innocentiam, captivavit naturam, atem debellavit, justitiam exhorruit, benedi-C im habere contempsit, maledictionem acqui-ion timuit, nullum facinus exsecravit, nullum ı intactum reliquit. Monstravit verbo et opere mentis intentione ad regimen introductus t Ecclesiæ. Plura referre pudet, quid doli iter egisset.

## CAPUT II.

***us in monasterium, et vita ibi septennio z: ejectio Pharamundi, sanctique in sedem m restitutio.***

At Lantbertus, Christi athleta, clementer ı cuncta, præsulatus liquit sceptrum, com-ans curam ovium ei qui lavit baptismate, ac uit sanguine. Cumque discederet vir mitis-ı, conviciorum injuriis addictus, et nunquam acundiam labefactus, omnis eum populus itabatur, omnis clerus lugebat, et eum prose-lo gementes, dicebant: Cui nos committis, r vigilantissime? Cui nos deseris, sacerdos issime? Quamobrem relinquis gregem de-a, et quare supplicem clerum? Quis nos ab is tuebitur hostis? Quis orabit Deum pro ? Quis pestilentias depellet? Invadent nos apaces, dilaniabunt nos ferocissimi hostes.

A Nemo erit qui abigat, nemo erit qui renuat. Tu stabilitas fortium, reparatio debilium, defensor in adversis, decus in prosperis, pauperum consalator, orphanorum adjutor, viduarum receptor. Te cuncti sequemur, tecum omnes moriemur. Si superbi te despiciunt, et filii Belial persequuntur, nos oves tuæ diligimus et veneramur.

16. It cœlo clamor fratrum, lacrymæque gementum.
Tunc Pater evectus, lacrymis ita fatur obortis:
Pro re pauca loquar:
Non pastor deerit vobis, non cura salutis.
Unum est, quod mando repetens, iterumque monebo:

O filii charissimi, et oves Pastoris summi, *Servite Domino in timore, et exsultate ei cum tremore* B (*Psal.* II). « Declinate a malo, et facite bonum (*Psal.* XXXVI); » aderit vobis fortissimus adjutor, qui est verus promissor, neque sinet perire, quos redemit sua passione Jesus Christus Dominus, qui est in sæcula benedictus. Post hæc sacras manus attollens, et oculos ad cœlum dirigens, benedixit clero et populo, consignans eos Christi signaculo. Quibus etiam dulciter omnibus exosculatis, ipse domnus cum paucis comitibus (504) quoddam monasterium petiit quod Stabulaus (505) olim vocabulum accepit. Ibi præsertim vir memorabilis, sequestratus a custodia Dominici gregis cum senatoribus cœli infra curiam terreni conversatus est paradisi.

17. Sub regulari disciplina illic monachorum vivebat caterva, quorum conversationem esse inter cœlestia plurimarum virtutum prodebant testimonia. Inter quos venit novissimus ordine, sed primus exstitit sanctitate; postremus numero, præcipuus exstitit devotionis studio. Hunc Patres monasterii ut charisssimum Patrem recolebant; illi fratres universi assurgebant, ceu domino et patri. Quem Deus gratia perfuderat, omnibus bonis amabilis erat. Interea in præfato commorans cœnobio, famulabatur totis nisibus Deo, sitiens illi placere, cui se templum spoponderat esse. Incumbebat creberrimis orationibus, tanto siquidem liberius, quanto a pastorali cura quantisper fuerat alienatus. Quantam humilitatem erga prælatos exhibuit, quantam benignitatem apud omnes tenuit, nullus verbo explicare, nullus calamo potest comprehendere. D Frugalitatem namque in eo laudari non est necesse, quam sic mirabiliter exercuit, ut ipsa macies corporis illum Domino comprobaret cunctis in odorem acceptum fore suavitatis.

18. Verum quid ad cumulum suæ perfectionis pietas voluit ostendere Omnipotentis, licet breviter commemorandum, præsente tamen sermone non est transeundum. Cujusdam ergo noctis silentio, dum simul cum fratribus quiesceret in dormitorio, clam de lecto voluit surgere, ut prolixis orationibus

(504) Duos tantum ejus seu discipulos seu famulosum ad monasterium Stabulense comitatos testatur Godeschalcus. Præterea quæ Stephanic de Trajectensium in sancti præsulis sui su, et hujus ad illos sermone refert, etsi a non abhorreant, ab ipso tamen Stephano aut itata aut amplificata, et pro suo ingenio ex-posita videntur.

(505) Stabuletum, vulgo Stavelo, hodieque celebre est ordinis S. Bernardi monasterium in Arduenna, a sancto Remaclo conditum, quem tunc etiam in vivis superfuisse ejus loci abbatem perperam credidit Nicolaus in Vita.

posset insistere attentius. Cumque suis alterum ex A cothurnis acciperet, alterum eorum a manu lapsum est, feriensque soli pavimentum, quieti fratrum incussit sonitum. At Pater cœnobii expergefactus, et hujus arcani ignarus, dixit : Cujus reprehensibili audacia hæc modo contigit, negligentia, nostrum morem expleat, crucem protinus adeat, et quod deliquit, diluat obedienter. Tunc Lanthertus, sacerdos patientissimus, spe firmissimus, et animo lætissimus jussionem prælati libentissime complevit, et ad crucem sicut ovis ad victimam properavit. Nil detulit secum ad immane frigus depellendum, nisi tantummodo unum, quo indutus erat, cilicium.

19. Et quidem nox illa vehementissimi algoris gelu fuit asperrima, ac nivali glacie frigidissima. Ardebat plane interius flamma paracleti Spiritus ; idcirco exterius frigoris contempsit cruciatus. Stante vero illic sanctæ Trinitatis hostia, et infatigabiliter sui Salvatoris exorante suffragia, cœlum, ut veraciter credimus, ejus mundissimis patuit precibus, et ad supernos usque pervenit auditus. Ergo cum illud Davidicum mente caneret, et ore proferret : « Quando veniam, et apparebo ante faciem tuam, Domine (*Psal.* XLI)? » actum est cœlitus, ut gallorum cantus audiretur solito citius. Surrexerunt itaque fratres devoti, ut vigilias celebrarent more solemni. Denique officio competenter peracto, exierunt omnes de sanctuario, gestientes domi ignem accendere, quo exuerentur validissimo frigore ; quem nimia aviditate ambientes, et ut opportunum erat, undique circumdantes, abbas, dum astantes inspexit, Lantbertum desse cognovit. Percunctatus alios, ubinam esset venerabilis sacerdos, responsum est a fratribus illis, quod ipse foret qui crucem adire judicatus fuisset.

20. Ad hæc abbas benignus in stuporem conversus, suspirans, imoque trahens a pectore vocem, inquit : Heu ! nimis infelix, quæ te dementia cepit ? Innocentem damnare nefas. Sacerdotem glacialibus pruinis destinare facinus est exsecrabile.

Sic mœrens dixit ; post hæc astantibus iufit : Ite, fratres, ite, rogo celeriter, poscite Patrem nostrum humiliter, et ad nos veniat festinanter. At illi cursim properantes, et quod jussum erat perferentes, repererunt mansuetissimum sacerdotem in frigore et nuditate mirabiliter Domino psallentem : Cor contritum et humiliatum, Deus, non spernas, sed benigne sacrificium nostræ servitutis accipias, ut ædificentur muri Jerusalem (*Psal.* L) » ad tui nominis gloriam et honorem, quod est benedictum in sæcula. Præterea cum constantissimus confessor Domini, et acceptabile sacrarium Spiritus sancti, ad sequentia psalterii intentionem cordis dirigeret sui, astiterunt missi fratres, pro reliquis veniam implorantes, et hoc ex præcepto abbatis nuntiantes.

21. Abbas, dulcissime pater obsecrat quo ad fratres quantotius abeas. Quorum verba non renuit, sed cum eis ad domum properavit, ubi monachorum turba indicibili caumate (506) erat coacta. Ipso domus intrante limina, et inenarrabiliter reflagrante ejus facie beatissima, abbas cum omni Christicolarum turba ad sancti Lantberti prostratus est vestigia. Quem actutum talibus allocuti sunt sermonibus : Ignosce nobis. Pater venerabilis, ignosce fratribus tuis, et ne reputes, suppliciter flagitamus, quod contra te sic insipienter egimus. Miserere precantibus, dans indulgentiam petentibus.

Ad quæ hæc responsum paucis ita reddidit heros: Ne, deprecor, charissimi, ne, deprecor, dicatis Domini, Surgite, obtestor, velocius, meis imo indul- B gete excessibus : nil adversum me deliquistis, quod valeam donare vobis. Quibus elevatis, et oppido anxiatis, lætus et hilaris Pater dixit amabilis : Quæso, Patres, ne turbemini diutius ; haud me terruit frigoris impetus. Affuit mihi Protector vitæ meæ, custodiens me in necessitatis tribulatione, et exaudiens sua larga miseratione. Propter quod illi gratias rependite, et ejus nomen benedicite.

22. Hinc pias manus cœlo intulit, fratrumque benedicens collegio dixit :

O Deus omnipotens, cœlestia lumine complens,
Qui cœlum, terras, pontum ditione gubernas,
Ut sint cuncta tuis in tempore subdita votis,
Hos, exposco, tuos benedic per sæcula servos
Protege ab insidiis, serva virtutibus almis, C
Donec te videant, et cœli regna prehendant,
Te tribuente, Deus, qui nunc et semper in ævum
In triplici virtute tui benedictus haberis.

Igitur omnibus respondentibus *Amen. Sic faciat Deus*, cognoverunt senes cum junioribus quod immodicis præmiorum muneribus sanctum sublimasset Lantbertum Dominus. Deinde officia charitatis illi cupientes impertiri, et post certamen intolerabile amantissimum Patrem volentes reficere balneum illi parare studuerunt, et vestibus nitidis eum circumdederunt. Sic fortissimus Christicola et patientissimus Dei athleta post obedientiam honoratus, post tropæum sublimatur, non. ut promeruit tolerantiæ sinceritas, sed, ut potuit mortalium possibilitas. Inter hujuscemodi D miraculorum insignia degebat Lantbertus Christi victima, extans quotidie saeerdos et hostia in odorem suavitatis accepta ; crucifixus huic mundo, vivens Redemptori suo ; dejectus a pestiferis hominibus, allectus a supernis civibus, pulsus ab episcopio, ascitus in æternitatis collegio ; fugatus a cura ovium, invitatus ad cœli palatium.

23. Interea infelix pervasor Ecclesiæ Trajectensis, Pharamundus videlicet filius iniquitatis, falso nuncupatus pastor ovium, appellandus merito angelus tenebrarum, suis exigentibus culpis, pluri-

(506) Vox Græca καυμα Latine *æstus* est : ideoque Stephanus, qui propter intensum frigus monachos ad hypocaustum congregatos indicare voluit, ea male usus fuisse dicendus est ; nisi locum illum vehementi igne æstuasse voluerit dicere. Chapeavillus habet *medicabili caumate*, atque ita sensus est integer.

n criminatus conviciis (507), expulsus est a A
icali cathedra, et ab eadem ejectus provin-
ѕptem quippe annis præfuit ibi solum no-
nulla tamen die actionis profuit opere. Dig-
idelibus in terra est persecutus, qui ma-
ı Deo erat contrarius. Dilaniatus autem gra-
›opulus, et clementer Dei miseratione libe-
cœperunt totis viribus, et multiplicibus ar-
atis statuere, qualiter pontificem egregium
rem modestum mererentur recipere Lant-
n. Illo tempore Pippinus monarchiam regni,
ıcipatum gerebat populi (508), vir armis
ıus, et divinæ religionis cultor præcipuus.
ı. Lantberti percunctata mansuetudine, et
ılum cognita sanctitate, misit legatos ad mo-
ium superius prælibatum (509), qui sanc- B
eposcerent Lantbertum, quatenus dignare-
nire ad regem, suique præsulatus recipere
atem.

Venientes illi, qui a rege fuerant missi, Lant-
n sacerdotem hujusmodi sunt allocuti : Te,
rex obsecrat, omnisque populus flagitat, ut
ıasterio exeas, gregem, quem dudum non
ı deliquisti (*al.*, dereliquisti), recipias, et
Domini, ut incœpisti, perficias.

ı senior (510) pro re lacrymis ita fatur obortis:
·, rexi, non ut decuit ; vixi, non ut debui :
re ulterius non sum idoneus, præesse am-
ıon concupisco, qui prodesse nulli valeo.

Subjunxere viri, dicentes hæc Seniori :

rorum nobilissime, te, sacerdotum sanctis- C
per charitatem Dei deprecamur, per amo-
roximi obtestamur, ut nobiscum venias, re-
ıque tuarum ovium dignanter recipias.

, ecce, gemens responsum hoc reddidit heros :

ıre, fratres, quod dicitis, non audeo ; regis
ım contemnere non debeo ; proximorum ne-
atibus subvenire cupio. Vobiscum ire non dif-
; quod jubetis incipiam : potens est Deus
ere, et ad finem certum usque perducere.

Hinc ergo beatissimus confessor Lantbertus,
commercium aggressus, multimoda exami-
ıe probatus, ad propriam sedem est reversus.
sul sacratissimus, ac inenarrabili patientia
ıimus, gregem suum recepit, magnifice pro- D
et indefense custodivit. Quanta, illo regre-
ı, exsultatio in universo efferbuerit populo,
quis peritissimorum potest comprehendere scripto ? Exsultabant cœlorum cives, individuæ Trinitati referentes immensas præconiorum laudes. Gaudebat omnis terra, jubilans Domino in lætitia. Plaudebant universi in excelsis, et dicebant non tantum voce excelsa, quantum mente devota : Agamus gratiarum actiones Domino ; *visitavit* : enim nos, Oriens ex alto (*Luc.* II) ; quoniam retribuit nobis Dominus pastorem nostrum Patrem et custodem nostri vigilantissimum.

Sic rex et populi, pariter dites et egeni,
Psallebant alacres : resonabant undique laudes.

Ita miles emeritus, vir permaxima tribulatione purgatus, digne ovium suarum, vocibus attollitur et in cathedra Trajectensium relocatur (511) decenter.

## CAPUT III.

*Sancti episcopales virtutes ; diœcesis ab eo lustrata : Taxandri ad Christum adducti ; martyrium : corporis translatio et sepultura prodigiis clara.*

26. Sublimatus namque iterum ad episcopale solium, tantis cœpit sanctitatibus coruscare, quantis Dei pontificem constat decuisse. In corde illius sinceritas et legis plenitudo ; in ore ipsius veritas, et lenitatis pulchritudo ; in consilio ejus vigor et sapientia : in actibus suis æquitas et abundantia ; in conversatione ipsius innocentia et castitas ; in habitu ejus gloria et honestas. Erat nimirum fide constantissimus, spe firmissimus, charitate integerrimus, insignitus, prudentia, præditus temperantia, fortitudine roboratus, justitia locupletatus, bonorum operum exhibitione singularis, doctrina et virtutibus admirabilis. Exornaverat illum pietas æterni Patris, sicut vitæ meritis, ita et prodigiorum miraculis (512). Personas potentium non respiciebat, sed potius ad morum elegantiam intendebat. Quem religiosius vivere sciebat, illum eminentius honorabat. Omnibus omnia factus erat, ut omnes lucrifaceret (*I Cor.* IX).

27. Intra domus septa nunquam ejus ornabantur sedilia (513), sed volvebat in memoria humili, quæ possessurus erat in vita perenni. Vestimentorum tegumenta non adeo induebat pretiosa : primus ei amictus saccus erat silicinus. Studebat corpus humiliare in terris, quatenus anima exaltari mereretur in cœlis. Lustrabat villas ac oppida, sibi a Christo commissa, sciens reperire homines, quos faceret æternæ hæreditatis consortes. His equidem sollicitu-

(507) Id est, accusationibus.

(508) Pippinus, cognomento *Heristallus*, qui signatur, nunquam rex aut monarcha Francı fuit, sed major-domus, primum Austrasiæ, le totius monarchiæ ; sic tamen, ut præter tiı nihil ipsi regiæ potestatis ipsi deesset ; unde ı a nonnullis appellatus est. Hic autem per pain monarchiam regni tenuisse, sed ut maımus administrasse, dicitur ; cum Austrasiæ mmodo majoratu palatii fungeretur, quando ıus Lantbertus in suam sedem restitutus fuit.

(509) *Stabuletum* scilicet, ubi inter monachos asticam vitam degebat.

(510) *Senior* apud medii ævi scriptores honoris titulus est, et *dominum* significat. Hic de sancto Lantberto dicitur.

(511) Hæc circa annum 681 vel 682 contigisse jam diximus.

(512) Quæ miracula S. Lantbertus episcopus patraverit, nullus veterum, quem quidem vidi, tradidit.

(513) Apud Mabillonium legitur : *Sed et in privato se nunquam ornabat.* Lectionem codicis nostri retinendam puto, et Godeschalcum allusisse ad sedile episcopale, quod dum munere suo fungeretur sanctus publice, de more episcoporum, exornatum habebat, privatim domui suæ vulgari utens.

dinibus serviens, et hanc justitiæ esuriens indeficienter habens, ingressus est Texandriam (514), paganorum erroribus deditam, et idolorum spurcitiis profanatam. Ergo cum inibi facundissimo sermone fidem catholicam cœpisset disserere, paganenses (id est ethnici) ejusdem provinciæ in unum convenere, volentes prædicatorem veritatis discerpere, et post contumeliarum ludibria ad ignominiosæ mortis destinare tormenta. Quos ira et sævitia frendentes, et diabolico spiritu bacchantes, confessor Domini Lantbertus intrepidus et fortis istiusmodi allocutus est verbis :

28. O viri fratres, quoniam estis sensus et rationis capaces, audite, quæso, patienter, et ea quæ dixero vobis, animis rationabiliter infigite vestris (515). Omnipotens Deus, Pater unigenitus, cujus ego sum servus, quique « solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem (*I Tim.* VI), » ipse unum de se genuit sine tempore Verbum, per quod fecit omnia ex nihilo, quæ sunt in hoc mundo (*Joan.* I). Quam sine initio nativitatem, et absque fine generationem admirari spirituali intellectu possimus, sed intueri visu corporali nequaquam valemus. Nec Pater anterior, nec Natus posterior est. Nam ex his duabus personis, sed una individua et incomprehensibili essentia, procedit Spiritus sanctus, Patri et Filio similis majestate, et consubstantialis indiscreta deitate. Hæc in personis Trinitas et in essentia una et coæqualis divinitas, postquam ex nihilo creavit universum orbem, compegit ex limo terræ primum hominem ; cui dormienti costam abstulit, et de ea mulierem formavit (*Gen.* XII), ut ex eorum immaculata sobole apostatarum sarcirentur angelorum ruinæ.

29. Quos in paradiso Deliciarum posuit, et ex omni ligno comedere jussit, tantumque a ligno Scientiæ boni et mali abstinere mandavit, ut per obedientiam, sine carnis morte, ad cœlestem angelorum patriam quandoque potuissent transire, si se astringerent charitatis vinculo per obedientiam Creatori suo. Sed proh dolor ! invidia serpentis, homo cupiditatum illectus est illecebris, sicque per hoc morti obnoxius a paradiso est ejectus.

Nec solus meritam præsumptor senserat iram, sed secum omnem generis sui traxit propaginem, et in mortiferi facinoris invexit acerbitatem. Hinc mundi princeps homines sibi subdidit omnes, donec is, qui egit (516), carnem de Virgine sumpsit, qua homines redimeret a reatu prævaricationis, quem pro infirmitate carnis malitia callidi seduxerat hostis. Quem vero ex Patre natum dixi sine tempore, ex intemerata genitrice, Maria videlicet semper Virgine, natus est in tempore, et ad electri similitudinem unus in utraque et ex utraque natura, et Deus permansit cum Patre, et ad redemptionem nostram homo mortalis factus est ex Virgine matre. Qui verus Deus et homo prodiens ex Virginis utero, mortalium more est circumcisus, et ab Joanne in Jordane baptizatus. Deinde discipulos elegit ; plurima virtutum signa peregit, et quod veraciter erat, mundo palam declaravit.

30. Ad ultimum suæ voluntatis potestate animam suam posuit in cruce, ut nos redimeret suo sanguine, quos diabolus a prima mundi origine astrictos tenebat captivitati suæ. Celebrato tandem passionis mysterio, destructo mortis imperio, vivens die surrexit tertio, reddens nobis privilegium naturæ, quod in primo perdidimus parente. Sicque quadraginta diebus suis discipulis manifestatus, eisdem ad ultimum recumbentibus apparuit, et in universum orbem ire mandavit, ut remissionem peccatorum prædicarent, et quod didicerant, cunctis gentibus annuntiarent. Ac demum illis cernentibus cœlos rediit, et victor mortis ad dexteram assedit Patris. Qui Spiritus sancti charismate refecti in cunctis finibus orbis sunt dispersi, et hanc fidem annuntiarunt omnibus, quam nos indubitanter credimus, et vobis in ejus nomine et pro ejus amore constanter prædicamus. Hæc et his similia beato Lantberto prosequente, et mirabiliter evangelizante, conversi sunt ad fidem catholicam, quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Tunc egregius doctor et facundissimus prædicator idola dejecit, populum baptismate sanxit, ecclesias construxit, sacerdotes ordinavit, totamque regionem illam Christo Domino consecravit, et in servitutem Dei in perpetuum delegavit.

31. Interea talibus instaret curis dum pastor herilis, dimicans bella victoriosissimi Regis, ut præliator invictus et fortis, triumphalem palmam martyrii merito compos in hoc modo contulit illi (517). Duo siquidem fratres nequissimi, Gallus videlicet ac Rioldus vocati, adversus beati famulos insurrexerunt Lantberti, affligentes illos dira calamitate et multiplici. Quos cum antistes patientissimus humillimis, ut resipiscerent, exoraret precibus, et sæpissimis argueret increpationibus, tanto pertinacius gregem Ecclesiæ dilaniabant, quanto patientius, ut oves Domini, eorum sævitiam perferebant. Quocirca pontificis clientes et cognati qui erant prasapia nobilissimi, afflictione subjectorum instigantur, et ut maleficos persequi debeant, eo ignorante, communi consilio deliberant. Nam supradictorum fratrum protervia crescente, et in malum perdurante, viros genere famosissimos, armis conspicuos, ab inchoato opere nequaquam (abundat *nequaquam*) pepigit animum revocare.

(514) Texandria, quam alii Thessandriam, Toxandriam scribunt, Belgii tractus est, cujus situs et limites sunt a Trajectensi oppido versus Septentrionem vix tribus milliaribus. Hinc Texandrorum apostoli nomen promeruit.

(515) Subdit hic prolixum sancti episcopi sermonem, quo Stephanus ipsum pro suo sensu doctrinam Christianam explicantem inducit.

(516) Id est, *qui fecit* seu *creavit homines.*

(517) Vitiosa est hæc periodus, quæ tamen scriptoris mentem satis exponit. Apud Chapeavillum legitur : *Palmam martyrii Christus Dominus hoc modo contulit.*

Quid plura? Illos bello obpetierunt, utro- A mortis piaculo indiderunt. Quibus ita inte- tis et in inferni barathrum demersis, Dodo t, eorum, qui multati fuerant, proximus affi- ereditatem infandi suscepit criminis. Perse- lis quippe successionem ad satiandam sui s immanitatem, non tamen ad suæ utilitatis it incolumitatem. Hic namque superbia tumi- onciliis habitis et armis rigidus (518) lethum ntistitis Lantberti ob consanguineorum ne- corde cœpit meditari, et ipsi opere insidiari. sibi socios copulans audacter iniquos et ad modum fortissimos, Leodium adierat, quo cæ- 519) his diebus forte manebat. Eadem nocte ex dignissimus corona martyrii subliman- elictis in domo soporatis sodalibus, adora- B n perrexit solitarius, quam diutissime produ- et infatigabiliter persolvens, ad lucis crepu- n usque protelavit totamque spem suam no commisit.

neus astrigeras jam sol migrabat ad arces,
inibus et roseis tenebras aurora fugabat,

Pater memorabilis domum repetiit, discipulos no excitavit, et ut matutinales hymnos secure ent, eisdem imperavit.

Quibus strenuo, et velut decebat, religiose letis, ipse Dominus jejuniis et orationibus imium fatigatus: qua de re famulis sugge- ius, ad lectum regredi est compulsus, quate- ssitudinem vexati corporis quantisper quiete aret soporis. Sed frustra ibi quærebat leva- C ubi nullam volebat habere mollitiem. Cor- tenim suum, quod per diem sine remissione abat, per noctem sine intermissione affige- lundatus nempe dudum sacro baptismate, natum sacerdotali consecratione, paracleti as purgabatur illustratione, candidus ad ul- a proprio cruore. Nondum vero obdormierat, licius quiescere exspectabat, cum unus (520) ulis domo foras exiit, et hostilem cuneum emi- enire conspexit. At ipse concitus intro rediit, id viderit, suis comitibus nuntiare non distu- nc omnes illi in stuporem formidinis subito domnum pontificem non fuerunt excitare Præstolati sunt diu silenter, donec appropin- nt adversarii venientes.

Sed neque transiliendum puto, quod qui- D m exercitum sequentibus a tergo omnipo- Dei ostendit celsitudo.

licam scriptis, clamabo vocibus altis,
tus ab integro sæculorum noscat ut ordo.

Viderunt plane signum mirabile instar crucis Dominicæ supra domum pontificis rutilare, quod præ splendore claritatis nec visu erat facile nec dictu affabile (effabile) ulli. Hoc utique Chistus Dominus ideo voluit ostentare mortalibus, ut per id liquido daretur intelligi illum veraciter redemptum sanguine Christi, atque crucifixum desideriis mundi. Cum autem Dodo ferocissimus, armis nequitiæ accinctus, junctis sibi nefandis complicibus, ad villam pervenisset superius nominatam, cœpit minister malitiæ arma concrepare, socios provocare, et sanctum Dei sacerdotem hac illacque bacchando perquirere. Hinc satellites, vesani lictoris jussis obsecundantes, effractis foribus, diruptisque sepibus, sicut inter oves lupi, cortem atrociter sunt ingressi.

35. Continuo Lantbertus, Dei agonitheta fortissimus, armorum congressione expergefactus (521), a lecto surrexit, ensem manu corripuit, et contra hostes dimicare deliberavit. Nec mora exstitit sententiam prioris animi mutavit, gladium in terram projiciens, et hæc corde dicens: « Eripe me de inimicis meis, Deus meus, et ab insurgentibus in me libera me: quoniam neque iniquitas mea, neque peccatum est, propter quod insurrexerunt adversum me fortes et iniqui. Ecce synagogæ potentium quærunt animam meam, quam deprecor ut suscipias in pace, qui es mirator et misericors, Domine (*Psal.* LVIII). » Hæc itaque cum lacrymis B. Lantberto implorante, impii apparitores procaciter fremebant, lanceasque parietibus infigebant, et domum penetrare tentabant. At duo nepotes ipsius, Petrus videlicet atque Audolecus, fortiter eis resistebant, qui domum intrare volebant. Quibus ita frementibus et viriliter agentibus vir inquit serenissimus: Si me, filii, hactenus veraciter dilexistis, nunc consilii mei obedite præceptis. Vestra Jesu peccata confitemini, et orate pro invicem, ut salvemini. Sic pastor sanctus dixit. Contra sic Audoletus respondit: Ignem, Pater charissime, ignem minantur mittere, quo domus hæc incendatur, et nos pariter exuramur.

36. Ad hæc vir venenerabilis dixit: Nolite timere, filii, flammas incendii: certe potens est dextera Dei eripere nos a periculo imminenti. Illos, ut timeo, sempiterna induet confusio: super nos, ut credo, Dei efflorebit sanctificatio. Attamen vos, qui rei fuistis in crimine (522), sententiam ultionis modo recipite, ne vos infernalis cruciet gehenna, sed expiatos perennis excipiat vita. Ita omnes

(518) Ita restitui ex Chapeavillo, cum in codice mendose legeretur: consiliis habitus et arigidus.

(519) Ita etiam habet Chapeavillus. Idem Ste- s de S. *Lantberto* agens denuo utitur, sic in- s. *Cathedra vir cælebs ejicitur*. Forte insi- sancti castitatem voluit denotare, vel allu- ad vocis *etymon*, de quo Festus apud Rober- Stephanum in thesauro ait: *Cælibem dictum mant, quod dignam cœlo vitam agat.*

(520) Baldoveus is erat, teste Godeschalco in Vita de B. Lantberto.

(521) Hic discrepat Stephanus a Godeschalco, qui in S. Lantbertum, non armorum strepitu, sed a Baldoveo famulo suo exitatum dicit; sed Godeschalci potior est auctoritas.

(522) Per crimen Godeschalcus apud Chapeavillum, Stephanus et Sigebertus agnoscunt, eos ad prædictam Galli et Rioldi cædem suo sanguine expiandam a S. Lantberto inductos fuisse.

informans, et sacerdotali potestate corroborans, a penetralibus jussit nepotes egredi, quo mererentur fieri holocaustum regis æterni. Cum intrepidi ostio erupissent cubiculi, extemplo cædentibus adversariis, martyrio digni divini conspectibus sunt immolati. Inde Pater egregius, et pontifex constantissimus, pavimento soli in modum crucis prosternitur, et misericordem Deum humillimis precibus deprecatur. Verum quid ejus felix anima tunc Deo fuerit locuta, quæ mortalis valet prodere lingua? Sed sine dubio talia petiit, qualia statim impetrare promeruit. Ingressi autem intrinsecus adversarii furentes, interfecerunt omnes in ore gladii, quoscunque repererunt ibi.

37. Denique unus ex crudelissimo agmine, inflammatus immanissimi furoris rabie, tectum desuper subiit, et beatum pontificem terræ prostratum inspexit: moxque diabolico spiritu exagitatus.

Percussit telo victurum in sæcula Christo.

Sic pretiosus Domini sacerdos Lantbertus, testis gloriosus, felici martyrio est consecratus, taliterque regnum cœlorum, quod diu desideravit, vivens et coronatus feliciter intravit. Jacuit quippe beati viri corpus exanime, perfusum sanguinis sui imbre; sed anima ab angelis in cœlum est evecta, et inter consortia supernorum civium collocata, ubi fruitur gaudens et exsultans societate apostolorum, glorificatione prophetarum, confessione martyrum, cohæreditate confessorum, integritate virginum, obtinetque palmam perennis gloriæ, et stolam jucunditatis æternæ. Corpus tandem sacrosanctum pauci, qui evasere internecionis periculum, navi velociter imposuerunt, et ad Trajectum usque delatum in ecclesia apostolorum Principis honorifice sepelierunt.

Exanimes artus nec liquit cœlica virtus,
Monstravit populis, quantæ fuerit bonitatis
Hic, feritate furens quem Dodo peremerat amens.

38. Nam dum conderetur tumulo, immensus odor affuit e cœlo, vincens omnia aromata suavitatis fragrantia. Nec defuit angelorum sublimitas ejus sarcophago, primorum dierum illum custodiens tempore, ostendensque sui carminis prosodia, quæ munerum præmia in cœlesti aula ejus possideret anima.

Ut subtilis erat dicti vox præsulis alma!
Illuc vicini multo admiramine ducti,
Sæpius accedunt, et quid sit, noscere quærunt,
Qui sint, quidque canant, vel quæ sint munera vocis,
Sed tunc interius proprios extendere visus
Dum cupiunt, ea vox tenui subducitur aura,
Ut solet audiri, cum vas contingitur æris,
Et sonus assurgens paulatim dicitur astris.
At docte dum se retrahunt ut longius essent,
Dulcibus auditu resonabat vocibus aer (523).

Convenit etiam omnis pene provincia, de absentia ejus lugentes ineffabili mœstitia, et ad cœlos alta usque emittentes suspiria. Complevit autem sacratissimus Lantbertus pontifex et martyr Christi gloriosissimus cursum sui agonis xv Kal Octobr, regnante Deo vivo et vero in Trinitatis plenitudine, et unitatis majestate, cui exstat laus et sanctorum jubilatio, necnon et perpes gratiarum actio, nunc et semper per immortalia sæculorum sæcula. Amen.

(523) Hisce indicat, ad S. Lamberti tumulum, ejusdem vocem inter cœleste melos auditam fuisse: cæterum versus illos, ut sæpe alios hausit ex poeta anonymo.

ANNO DOMINI DCCCCXXII.

# HERVÆUS
# RHEMENSIS ARCHIEPISCOPUS

## NOTITIA HISTORICA.

(Ex Gallia Christiana, tom. IX.)

Præsul ille, quem Flodoardus *Herivæum* vocat, « ex aula regis ad episcopatum assumptus est anno 900, vir genere nobilis, nepos videlicet ex sorore Hucbaldi comitis; qui juvenis quidem ad hunc provectus est honorem, exsequentibus et rite celebrantibus ejus ordinationem Riculfo Suessorum episcopo, Dodilone Cameracensi, Otgario Ambianensi, Mancione Catalaunensi, Rodulfo Laudunensi, Otfrido Silvanectensi, cæterisque diœcesaneis consensum præbentibus, et decretum hujus ordinationis corroborantibus. Qui mox huic adeo gradui sese exhibere studuit habilem, bonis omnibus præbens amabilem, ipsis etiam sensibus imitabilem: benignus amator existens pauperum, largus solator religiosorum, multumque misericors, recreator lugentium miserorum: ecclesiasticis apprime cantilenis eruditus ac psalmodia præcipuus, et hujus exercitatione limatus, animo vultuque jocundus, suavis atque mitissimus, omnique bonitate conspicuus, pater cleri, atque totius populi pius patronus; tardus ad irascendum, et velox ad

andum; amator ecclesiarum Dei, et fortissi- vilis sibi commissi cum Dei virtute defen- ecepit denique res diversas et villas Ecclesiæ intecessor suus per precarias sive præstarias is contulerat personis. Cui sedula intentione idi spiritualia, affluenter exuberabant tem- a quæ ipse honesta dispensabat prudentia. nens competentibus episcopium ministeriali- pse orationibus incessanter intentus. » Ipso nsecrationis suæ, qui fuit prid. Non. Jul. le- it in templo B. Mariæ Rhemensis excommu- hominum Balduini comitis Flandriæ, ob n Fulconis ab illis perpetratam. Anno 901, . Januar. retulit corpus sancti Remigii ab la cathedrali in suum monasterium, astanti- arolo rege, et Richardo Burgundiæ duce. git Flodoardus: « Hic pontifex castrum Mo- n reparatis muniit muris, et ecclesiam inibi m a novo restauravit, atque in honore san- i genitricis, ut olim fuerat, dedicavit, collo- bi sancti Victoris ossibus quæ haud procul fuerant castello reperta. Munitionem quoque Codiciacum tuto loco constituit atque firma- iam nihilominus munitionem apud Sparna- uper fluvium Maternam construxit. Ecclesias nonnullas quæ sub persecutione Normanno- irutæ fuerant restaurari fecit atque conse- . Sed et in Vosago, infra possessionem beati ii ecclesiam construxit, ac per assensum Ma- censis episcopi depositis inibi muneribus in sancti dedicavit. Rhemis quoque eccle- n honore S. Dionysii extra murum civitatis nicis urbis constructam consecravit, ubi et ra sanctorum B. Rigoberti episcopi et S. ulfi abbatis servanda deposuit. Cryptum e sub ipsa sede majoris ecclesiæ, quæ diu manserat oppleta, ubi B. Remigius secreto Deo fundere fertur assuevisse, mundatam ultam in honore ipsius sancti præsulis con- it. Multis quoque donariis Rhemensem ec- n perornavit, coronis argenteis atque lam- s tam aureis quam argenteis illuminavit. tiam vasis utriusque hujus pretiosi metalli, gemmeis locupletavit. Insuper et altare in chori sub honore Sanctæ Trinitatis edidit dicavit, et tabulis argento coopertis circum- Crucem quoque majorem auro cooperuit, mis cum sacrosanctis pigneribus decenter ivit. Ornamentis etiam holosericis quamplu- almam decoravit aulam. Mihi quoque et cæ- iam clericis canonicis, quam monachis et monialibus, omnibusque pro diversis eum ibus necessitatibus multa largitus est bc-

mannis, flagrante inter principes discordia, in Francia figentibus, Hervæus horum con- ni serio incumbendum duxit, quo gentis fero- hristi jugo mitigata rapinis et grassationibus imponeret. Exstat Joannis IX papæ rescri- d eumdem præsulem, quo respondens anno r 901 ipsius consultationi de Normannis nuper em conversis, ait mitius cum eis agendum esse, nec contra eos severitatem canonum esse extendendam, ne forte insueta onera portare recusantes ad pristinam impietatem relaberentur. Duas etiam Synodos celebravit anno 905 « cum coepiscopis suæ diœceseos in quibus de pace et religione sanctæ Dei Ecclesiæ, statuque regni Francorum salubriter competenterque tractavit. Ad petitionem quoque Vithonis, tum Rothomagensis episcopi, collecta ex diversis auctoritatibus SS. Patrum XXIII capitula qualiter ipsi Normanni tractari deberent, eidem archiepiscopo delegavit... » Anno 909, VI Kal. Jul. celebravit concilium apud Trosleium. Anno circiter 910, post mortem Anscherici Parisiensis episcopi, summus regis cancellarius effectus est. Tantum vero profecit in catechizandis Normannis, ut ii « post bellum quod Robertus comes contra eos Carnotenus gessit, fidem Christi apud Rothomagum tandem susceperint, concessis sibi maritimis quibusdam pagis cum Rothomagensi quam pene deleverant urbe, et aliis eidem subjectis. » Hungaris quoque regnum Lothariense deprædantibus, dum Carolus proceres Francorum in auxilium sibi contra gentem ipsam convocaverat, solus hic præsul ex omnibus regni hujus primatibus cum suis tantum in defensionem Ecclesiæ Dei regi occurrit anno 919, habens armatos secum, ceu fertur, mille quingenos. Anno 920, cum pene cuncti Francorum optimates apud urbem Suessionicam a rege suo Carolo desciscentes propter Haganonem consiliarum suum quem de mediocribus electum super omnes principes audiebat et honorabat, cum penitus reliquissent, hic pontifex fidelis et pius, atque robustus in periculis semper existens, regem intrepidus ab eodem loco suspiciens, ad metatum suum duxit; indeque secum ad urbem Rhemensem perduxit et per septem fere menses eum prosecutus atque comitatus est, donec illi comites suos eumdemque regno restituit.

Inde Erlebardum comitem pagi Castricensis anathemate percussit ob mala quæ episcopatui inferebat; castra quoque Altimontis et Marceriarum ab ipso Ecclesiæ Rhemensi surrepta recuperavit. Tunc synodo apud Trosleium præfuit ac suscripsit anno 921, præsente Carolo rege, in qua Erichardus comes excommunicatus post mortem absolvitur. Nec multo post a clientela Caroli, cui ad id tempus fidissimus atque acceptissimus fuerat, recessit, ut conjectat Mabilio noster, quod præceptum sibi anno præcedenti summi cancellarii officium Carolus Rogero Trevirensi archiepiscopo demandaverat. Tandem paucis diebus languore confectus exspiravit VI Non. Jul., anno 922, tertia die post consecrationem Roberti regis, quarta vero antequam vicesimum secundum sui episcopatus expleret annum; funeratus solemnibus exsequiis, quibus interfuere plures antistites qui die obitus Durocortorum advenerant. Andreas Quercetanus in Historica genealogica gentis Castellionæ, ubi, Hervæi elogium visitur, scribit fratrem fuisse Odonis Castellionei, in quo totius gentis illius stirpem posuit. De scriptis ejus lege Rivetem nostrum Hist.-litter. Franc. tom. VI, pag. 185.

# HERVÆI RHEMENSIS

## EPISTOLA AD WITONEM ARCHIEPISCOPUM ROTHOMAGENSEM.

*pœnitentia debet injungi non baptizatis gentilibus, et baptizatis, et rebaptizatis, et postea e paganico ecclesias devastantibus et Christianitatem delentibus.* ***Ex sententiis Patrum, et*** ***nibus****, et decret libus pontificum Romanorum.*

(*Province ecclesiastique de* ***Reims****,* tom. I.)

rendissimo ac dilectissimo fratri et coar- scopo WITONI, HERVÆUS Rhemorum archiepiscopus plurimam in omnium Salvatore salutem æternæque beatitudinis felicitatem.

Ut rogastis humilitatem nostram quærere divinis in oraculis qualiter consulendum vobis foret his qui rebaptizati sunt, et æque ut ante baptismum juxta paganismi morem, quemadmodum sues suum reversi ad volutabrum, et canes ad vomitum, ludicras voluptates nefando paganorum ritu exercuere, seu de illis qui nondum percipere baptismum meruerunt (524), prout quivimus satisfacere precatui vestro sategimus, quamtumve brevitas temporis sinit. Et ut unumquodque capitulum vobis facilius fieret ad reperiendum, capitulatim in hac schedula fecimus scriptum. Et quia « misericordia Domini plena est terra (*Psal.* XXXII), » cui et Ecclesia per apostrophem precabiliter dicit : « Misereris omnium, Domine, et nihil eorum odisti quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pænitentiam (*Sap.*, XI) ; » dignum duximus, mirabile et misericordissimum beati Joannis apostoli et evangelistæ factum, imo ipsius Domini opus piissium, et consuetissimum, sic vobis ponendo brevissime expromendum ; quemadmodum vobis notissimum, et in ecclesiastica Historia latius digestum.

1. *De S. Joanne evangelista.*

Cum ipse Ephesum rediens, lustraret vicinas et illustraret provincias, vidit juvenem quemdam animis acrem nimis, quem loci illius episcopo commendavit, qui et illi gratiam tradit baptismi. Deinde confidens gratiæ, qua fuerat communitus, eumdem juvenem remissius habere cœpit. Sed ille, immatura libertate potitus, corruptæ viæ tramitem incedit. Deinde a furtis mala quæque sensim incipiens, demum magister latronum in brevi effectus est, donec idem Joannes eumdem locum tempore elapso invisens, a præfato requisivit depositum suum episcopo. Et cum comperisset eumdem absentatum esse juvenem, ascenso citius equo, perquisivit eum ; ac perquisito, et fugitanti, dixit Apostolus : « Sta tantum, et crede mihi, quia Christus me misit. » At ille audiens, restitit. Jam deinde tremefactus flebat amarissime, et accedentis ad se senis genibus provolvitur, gemitibus et ulutatibus, quibus poterat, satisfaciens, et uberrimis lacrymarum suarum fontibus iterum baptizabatur, occultans solam dexteram suam. Apostolus vero jurisjurandi sacramento se eo impetraturum a Salvatore veniam pollicens, simulque genibus ejus provolutus, atque ipsam dexteram, ex cujus cædis conscientia torquebatur, tanquam jam per innocentiam purgatam deosculans, ad ecclesiam revocat, et indesinenter pro eo orationes profundens, et cum ipso pariter ducens crebra jejunia, indulgentiam a Deo quam ei pollicitus fuerat, expetebat. Nec prius abstitit, quam eum in omnibus emendatum, etiam ecclesiæ præficeret (*Euseb., Hist. eccl.*, lib. III, cap. 23).

II. *De S. Silvestro, et Constantino imperatore.*

Juvat hic et illud memorabile factum beati papæ Silvestri erga imperatorem Constantinum inserere, maxime propter jejunium hebdomadæ ab ipso ei indictum. « Sanctus, inquit, Silvester inter cætera ad eumdem dixit Cæsarem : « Exige a teipso « hac una hebdomada jejunium, et deposita purpura intra in cubiculum tuum, ibique induere « cilicio prostratus humo, et confitere te modo per « ignorantiam errorem passum, ut Christianis persecutionem indiceres : et ipsum Salvatorem corporum et animarum Jesum Christum, non solum loquendo, se et credendo prænuntia, et « pœnitere te multos sanctos Dei occidisse. » Et « paulo post. Jube per totam hebdomadam eleemosynam fieri, beneficia etiam postulantibus « exhibe, et idoneos qui hæc exsequantur constitue. » Et post aliquanta. « Imposuit sanctus Silvester manum suam super caput ejus (quin Augusti Constantini) benedicens eum ac faciens catechumenum. Tunc congregatis omnibus presbyteris, et diaconibus, cum universo clero, indixit jejunium omni ecclesiæ, dicens : Si Ninivitæ in prædicatione Jonæ per triduanum jejunium, iram Dei offensamque quam promiserat, his debita evaserunt, quanto magis nos in prædicatione Domini nostri Jesu Christi, persecutiones evademus. Lucramur animas, pacem Dei ecclesiis acquirimus, et idololatris finem imponimus. Hæc autem facimus jejuniis, orationibus, ut hæc a Deo impetremus. » Et cætera.

III. *Dicta B. Gregorii ad populum.*

Beatus quoque Gregorius in Evangelii homilia ad populum (*Homil.* 19 *et* 20, *in Evang.*). « Si Deo, inquit, vivere in pueritia et juventute noluistis, saltem ad ultimam ætatem resipiscite, et ad vitæ vias, cum jam laboraturi multum non estis, vel sero venite » Et paucis interpositis. « Plerumque tales ante remunerantur, quia prius ad regnum de corpore exeunt, quam hi qui jam in pueritia vocati esse videbantur. Annon ad undecimam venit latro ? Qui etsi non habuit per ætatem, habuit tamen sero per pœnam, qui Deum in cruce confessus est ; et pene cum voce sententiæ, spiritum exhalavit vitæ. A novissimo autem reddere denarium paterfamilias cœpit, quia ad paradisi requiem prius latronem, quam Petrum perduxit. » Item idem. « Regnum cœlorum rapi vult nostris fletibus, quod nostris meritis non debetur. Ab spei ergo certitudine nulla nos nostrorum malorum qualitas, nulla quantitas frangat. Præstat magnum veniæ fiduciam latro ille venerabilis, qui non inde venerabilis unde latro. Nam latro ex crudelitate, venerabilis ex confessione. Cogitate, rogo, cogitate quam sint incomprehensibilia in omnipotente Deo misericordiæ viscera. Latro iste cruentis manibus abstractus a fauce itineris, suspensus est in patibulo crucis. Ibi confessus est, ibi sanatus est, ibi audire meruit : « Hodie mecum eris in paradiso. » Et cætera.

(524) Vide epistolam Joannis papæ IX ad Hervæum de paganis conversis et gentilitio more degentibus.

IV. *Ejusdem ad Petrum episcopum.*

Qui rursus Petro episcopo Corsicæ scribens, ait (*lib.* VII. *epist.* 2) : « Fraternitas vestra sollicite studeat, opus quod cœpit, auxiliante Domino, ad perfectionem deducere ; et sive eos qui aliquando fideles fuerunt, sed ad cultum idolorum, negligentia aut necessitate faciente, reversi sunt, festinet cum indicta pœnitentia aliquantorum dierum ad fidem reducere, ut reatum suum plangere debeant, et tanto firmius teneant hoc ad quod adjuvante Domino revertuntur, quanto illud perfecte defleverint, unde discedunt ; sive eos qui necdum baptizati sunt, admonendo, rogando, de venturo judicio terrendo, rationem quoque reddendo quod ligna et lapides colere non debent. Festinet fraternitas tua omnipotenti Domino congregare, ut in B adventu ejus, cum districtus dies judicii venerit, in numero sanctorum possit tua sanctitas inveniri. Quodcunque enim utilius et sublimius acturus es, quam ut de animarum vivificatione, et collectione cogitans, et tuo Domino, qui tibi locum prædicandi dedit, immortale lucrum reportes ? » Et reliqua.

V. *Ejusdem ad Mellitum abbatem.*

Et alibi ad Mellitum abbatem (*lib.* IX, *epist.* 71) : « Quia gens Anglorum boves solent in sacrificio dæmonum multos occidere, debet etiam hac de re aliqua solemnitas immutari, ut die dedicationis, vel natalis sanctorum martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula sibi circa easdem ecclesias, quæ ex fanis commutatæ sunt, de ramis arborum faciant, et religiosis conviviis solemnita- C tem celebrent. Nec diabolo jam animalia immolent, sed ad laudem Dei in esu suo animalia occidant : et donatori omnium de satietate sua gratias referant, ut dum eis aliqua exterius gaudia referuntur, ad interiora gaudia consentire facilius valeant. Nam duris mentibus simul omnia abscidere, impossibile esse non dubium est. Quia enim qui summum locum ascendere nititur, gradibus vel passibus, non autem saltibus elevatur. Sic Israelitico populo in Egypto Dominus se quidem innotuit : sed tamen eis sacrificiorum usum, quem diabolo solebant exhibere, in cultum proprium reservavit, ut eis in suo sacrificio animalia immolare præciperet : quatenus cor mutantes, aliud de sacrificio omitterent, aliud retinerent ; ut etsi ipsa D essent animalia quæ offerre consueverant, vero tamen Deo hæc et non idolis immolantes, jam sacrificia ipsa non essent. »

VI. *Ambrosius episcopus.*

His non dissimilia de pœnitentum mitissima susceptione S. Ambrosius annectit in libro qui inscriptus est Pœnitentiæ (*cap.* 1). « Qui studet humanæ infirmitatis emendare vitia, ipsam infirmitatem suis dedet sustinere, et quoquomodo pensare humeris, non abjicere. Nam pastor ille evangelicus lassam ovem vexisse legitur, non abjecisse. Et Salomon ait : « Noli justus esse nimium (*Eccli.* XVII). » Debet enim justitiam temperare moderatio. Nam quemadmodum se tibi curandum præbeat, quem fastidio habeas, qui contemptui se, non A compassioni medico suo putet futurum ? Ideo Dominus Jesus compassus nobis est, ut ad se revocaret, non deterreret, mitis venit, venit humilis, denique ait : « Venite ad me, omnes qui laboratis, et ego reficiam vos (*Matth.* XI). » Reficit ergo Dominus Jesus, non excludit, neque abjicit, meritoque tales discipulos elegit, qui Dominicæ voluntatis interpretes plebem Dei colligerent, non repudiarent. Unde liquet eos inter Christi discipulos non esse habendos, qui dura pro mitibus, superba pro humilibus sequenda opinantur. Et cum ipsi quærant Domini misericordiam, aliis eamdem denegant, ut sunt doctores Novatianorum, qui mundos se appellant. Quid his superbius ? cum Scriptura dicat quia : « Nemo mundus a peccato, nec unius diei infans (*Job.* XIV) ; » et David clamat : « A delicto meo munda me (*Psal.* L). » Et post pauca : « Nemo potest bene agere pœnitentiam, nisi qui speravit indulgentiam. »

VII. *Augustinus.*

Beatus docet breviter Augustinus qualiter eis qui præsunt de quibuscunque hominibus pravis agendum sit, dicens (PROSPER, lib. *Sentent. S. August.*) : « Non est desperandum de malis, sed pro ipsis ut boni fiant studiosis supplicandum, quia numerus sanctorum de numero semper auctus est impiorum. »

VIII. *De S. Remigio episcopo.*

Legitur et ad locum in libro Vitæ beati Remigii Francorum apostoli (HINCMAR. *Vita S. Remig.*) inter cætera quibus refertur conversio Ludovici regis et populi ejus. « Ille (quin sanctus Remigius) gaudio magno repletus ; regem et populum, qualiter diabolo et operibus ac pompis ejus abrenuntiare, et in Deum credere deberent, apertis et brevibus verbis instruxit : et quia dies sancti Paschæ imminebat, jejunium secundum Christianorum consuetudinem eis indixit. »

IX. *De S. Vedasto episcopo.*

Hinc et in beati pontificis Vedasti Vita invenitur, quomodo in via sub præsentia ejusdem regis et populi, vir Dei Vedastus cæcum illuminaverit, et quemadmodum idem rex ad baptismum venerit, et in Rhemensi civitate virum Dei Vedastum sancto commendaverit Remigio. « Rex, inquiens, a viro Dei evangelicis apprime imbutus doctrinis, et hinc præsenti miraculo in fide firmiter confortatus, nil moratus in via, nil dubitans in fide, sed magna alacritate animi, magna festinatione itineris, sanctissimum pontificem Remigium videre properavit, ut illius sacratissimo ministerio, Spiritu sancto operante, in remissionem peccatorum, et spem vitæ æternæ, catholici baptismatis vivo ablueretur fonte : cum quo aliquantis moratus diebus, ut ecclesiasticis satisfaceret sanctionibus, et pœnitentiæ, secundum apostolicum præceptum, prius ablueretur lacrymis, dicente B. Petro principe apostolorum : « Pœnitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini nostri Jesu (*Act.* II) ; » et sic in nomine sanctæ

Trinitatis cœlestis mysterii baptisma susciperet (525). »

X. *Ex Vita S. Basilii, de quodam apostata.*

De quodam apostata reperitur in miraculis B. Basilii Cæsariensis episcopi, qui scripto negavit Christum, et diabolo in testimonium negationis suæ tradidit seipsum. « Cui idem vir mirabilis Basilius inter cætera dixit : Vis reverti ad Dominum Deum nostrum? Ad quem puer : Utique volo, sed non valeo. Dicit ei : Quare ? respondit puer : Scripto abnegavi Christum, et professus sum diabolo. Dicit ei sanctus Basilius : Non sit tibi curæ : benignus est enim Deus noster, et recipiet te pœnitentem. Compatitur enim malitiis nostris. » Et quibusdam interpositis, « Dicit ad puerum idem sanctus : Credis salvari ? Qui ait : Credo, domine, B adjuva incredulitatem meam. Et continuo apprehendens manum ejus, faciens Christi signum in ipso, et orans, reclusit eum in loco interioris sacri periboli ; et dans ei regulam, collaborabat ei per tres dies. » Et post aliquanta : « Quadragesimo die ipse sanctus ad eum rediit, et dicit ei : Quomodo habes, frater? Respondens, dicit ad eum : Bene habeo, sancte Dei. Vidi enim te hodie in visu pugnantem pro me, et vincentem diabolum. Et iterum mane facto, vocavit sacrum clerum, et monasteria, et omnem Christo amabilem populum, et dixit eis : Filioli mei dilectissimi, omnes gratias agatis Domino : ecce enim ovem perditam debet pastor bonus in humeris reportare, et offerre ecclesiæ. Quapropter debitum est, et nos vigiliam C facere nocte, ac postulare ejus benignitatem, ut non vincat corruptor animarum etiam in hoc facto. Et alacriter populo coaggerato per omnem noctem postulaverunt Deum cum bono pastore cum lacrymis, clamantes pro eo, *Kirie, eleison ;* et mature cum omni multitudine populi accepit sanctus puerum, et tenens dexteram manum ejus, ducebat illum in sanctam ecclesiam Dei cum palmis et hymnis. Et ecce diabolus oculis omnium fascinans in tristem vitam cum omni perniciosa virtute advenit, et invisibiliter apprehendens puerum, conabatur rapere eum de manu sancti ; et cœpit clamare puer : Sancte Dei, adjuva me. Et rursus conversus sanctus ad diabolum, dixit : Improbissime, et animarum corruptor, pater tenebrarum et perditionis, non sufficit tibi tua perditio, qua te, D et eos qui sub te sunt, affecisti, nisi etiam et Dei mei tentes plasma ? » Et perpaucis interpositis, « Sanctus Dei ait ad diabolum : Increpat te Dominus. diabole. Qui respondens dixit ad eum : Basili, præjudicas me, non abii ego ad eum, sed ipse venit ad me. Abnegavit Christum, et professus est mihi. Et ecce manuscriptum habeo, et in die judicii ad communem judicem eum duco. Sanctus Dei dixit : Benedictus Dominus Deus meus. Non deflectet populus iste manus de altitudine cœli, donec reddas manuscriptum. Et convertens se dixit populo : Erigite manus A vestras in cœlum, clamantes cum lacrymis, *Christe, Kyrie eleison.* Et stante populo in horam multam extensas habente manus in cœlum, ecce manuscripta pueri per aerem delata, et ab omnibus visa venit : et imposita est manibus memorabilis nostri patris et pastoris. Suscipiens autem eam, et gratias agens Deo, gavisus factus est valde, et coram omni populo dixit ad puerum : Cognoscis litterulas has, frater? Qui ait ad eum : Etiam sancte Dei, manuscripta mea est. Et disrumpens manuscriptum sanctus Basilius, perduxit eum ad ecclesiam ; et dignum fecit sancto ministerio, et communione mysteriorum, et munerum Christi. »

XI. *De sancto Laurentio.*

Inter alia scriptum habetur in passione B. Laurentii archilevitæ, et martyris Christi. « Erat homo in carcerali custodia multo jam tempore gentilis, qui plorando amissis oculis cæcus factus fuerat, dixit ad eum B. Laurentius : Si credis in Filium Dei Dominum Jesum Christum, baptizare, et illuminabit te. Et continuo post ipsius confessionem baptizato, aperti sunt oculi ejus, et cœpit clamare dicens : Benedictus Dominus Deus æternus, qui me illuminavit per B. Laurentium, quia semper fui cæcus et modo video. Post hæc et beatum Hippolytum more solito catechizavit, et, accepta aqua, benedixit et baptizavit illum. Deinde simili modo militem baptizavit Romanum, qui et baptizatus, mox martyrio coronatus est. »

XII. *De Sancto Sebastiano.*

Scriptum est in passione sancti Sebastiani ad locum. « Cum omnes qui ad decipiendos sanctos (quin Marcum et Marcellinum) venerant, unanimiter crederent Christum : Nicostratus cum conjuge sua urgebat dicens : Non capiam cibum, neque potum, nisi mysterium mihi Christianæ religionis fuerit traditum. Cui sanctus Sebastianus dixit : Muta dignitatem tuam, et incipe esse Christi magis primiscrinius, quam præfecti. Audi itaque consilium meum, et omnes quos carcer inclusit quos vincula tenent, quos ergastula conficiunt, in unum redige. Quod cum feceris, antistitem sacrosanctæ legis adhibeam, ut cum omnibus qui credere voluerint mysterii suscipias sacramentum. Si enim diabolus Christo sanctos ejus auferre conatus est, et con..tur : quanto magis nos pietatis argumento, hos quos diabolus injuste lucratus est, curare debemus, et suo restituere Creatori ? Et Nicostratus ad hæc respondit, dicens : Quomodo iniquis et criminosis possunt sancta committi? Sanctus Sebastianus ait : Salvator noster pro peccatoribus suam nobis dignatus est exhibere præsentiam, et ostendit mysterium, per duoq omnia peccata et crimina omnia hominibus auferantur, et omnes virtutes Domini conferantur. Et post multa. Sanctus Sebastianus abiit ad Polycarpum sanctum presbyterum, ubi erat causa persecutionis occultus, et narravit ei omnia quæ gesta sunt. Quibus auditis

(525) Vide Surium, *Acta S. Vedasti.*

Polycarpus gratias egit Deo et una cum eo venit ad domum Nicostrati : et videns turbas credentium, salutans eos cum omni gaudio, ait : Beati vos omnes qui audistis vocem Domini nostri Jesu Christi, dicentis : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos requiescere faciam. Tollite, jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve (*Matth.* xi). » Vos itaque, fratres nostri, quos baptismatis unda diluit, et consecrando Deo omnipotenti charissimos filios fecit, pro hoc quod a proposito suo sancto revocare conati estis beatissimos milites Christi, opus erat vobis pœnitentia, ut per ipsam ad indulgentiam veniretis. Nunc autem qua ad tantam gloriam accessistis, ut etiam ad passionem a qua dolenter alios revocare voluistis, ad ipsam desideretis gratanter velle currere et libenter : vetus hoc Christi artificium est. Nam ipsum quem vas electionis suæ esse dignatus est, et voluit magistrum gentium dare, qui non solum fidelium animos a pietatis proposito revocabat, sed etiam nolentes a Christo discedere lapidibus obruebat : hunc nobis ipse Dominus apostolum condonavit, tribuitque nobis ex Saulo Paulum, ex apostata fecit apostolum, et dedit Ecclesiæ ex persecutore rectorem : amator passionis factus est, qui persecutionis auctor exstiterat; et qui alienis afflictionibus prius gratulabatur, in suis postmodum persecutionibus lætabatur. Ipse qui tunc in apostolo suo virtutem istam exercuit, ipse nunc de ipso inferorum conclavi, ex ipsis draconum faucibus, animarum vestrarum captivitatem eripuit : et vobis nunc a tenebris ad lucem remeantibus æternæ vitæ januas patefecit. Quia ergo omnes dæmones, qui sunt tenebrarum filii, contristantur; et omnes sancti angeli, qui sunt filii luminis, gratulantur, accedat uniusquisque, et det nomen suum, ut hodierno die usque ad vesperum perducente jejunio, festivum baptismatis sacramentum opportunum tempus inveniat. Et iterum. Omnis familia quæ erat in domo Nicostrati, animæ xxxiii promiscui sexus et ætatis : dehinc omnes qui vincti, ac de carceris squalore adducti, animæ xvi, omnes isti xlix a sancto Polycarpo presbytero baptizati, et a sancto Sebastiano suscepti sunt. »

XIII. *Verba domni Bedæ* (*in Joan. cap.* iii)

« Juxta salutiferam, et firmissimam fidei catholicæ doctrinam, in toto terrarum orbe unanimiter ac fideliter ab omnibus observandam : quod de carnali, hoc etiam de spiritali est generatione sentiendum : nequaquam videlicet eam, postquam semel expleta fuerit, posse repeti. Sive enim hæreticus, sive chismaticus, sive facinorosus, quisque in confessione sanctæ Trinitatis baptizat : non valet ille qui ita baptizatus est, a bonis catholicis rebaptizari, ne confessio, vel exhibitio tanti nominis videatur annullari. »

XIV. *Leo papa.*

De his quibus dubium est utrum baptismum perceperint, necesse est ut renascantur, ex decretis papæ Leonis (*epist. ad Rustic.*). « Si nulla exstant inter propinquos aut seculares indicia, nulla inter clericos aut vicinos, quibus hi, de quibus quæritur, baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur, ne manifeste pereant, in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit, ut videatur iteratum. Qui autem possunt meminisse quod ad ecclesiam veniebant cum parentibus suis, possunt recordare, an quod ab eorum parentibus dabatur, acceperint. Sed si hoc etiam ab eorum memoria alienum est, conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur : quia non temeritas intervenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis. »

XV. *Item Leo.*

Captivis cibos immolatitios necessitate comedentibus pænitentia concedenda ex decretis ejusdem papæ Leonis (*epist. ad Nicet.*). « De his Christianis, qui inter eos a quibus fuerant captivati, immolatitiis cibis asseruntur esse polluti : consultationi charitatis tuæ hoc etiam respondendum esse credimus, ut pœnitentiæ satisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensanda est. Et, sive hoc terror extorserit, sive fames suaserit, non dubitetur abolendum : cum hujusmodi cibus pro metu, aut indigentia, non pro religionis veneratione sit sumptus.»

XVI. *Ex concilio Nicæno*

De laicis qui Deum negaverunt, et de his qui abrenuntiaverunt,, et iterum ad sæculum sunt reversi, ex concilio Nicæno (*conc. Nic.*, can. 11) : « De his qui præter necessitatem prævaricati sunt, aut propter ablationem facultatum, aut propter periculum, vel aliquit hujusmodi quod factum est sub tyrannide Licinii : placuit synodo, quamvis humanitate probentur indigni, tamen eis benevolentiam commodari. Quicunque ergo veracem pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur, et sex annis omni se contritione dejiciant, duobus autem annis sive oblatione populo in oratione communicent. »

XVII. *Ex concilio Carthaginensi.*

(*Conc. Carthag.*, *an.* 348, can. 1.) « Gratus episcopus dixit : Si vobis placet, consideremus primum titulum rebaptizationis. Unde sanctitatem vestram portulo, ut mentis vestræ placita producatis, ad descendentem in aquam, et interrogatum in Trinitate secundum Evangelii fidem et apostolorum doctrinam, et confessum bonam conscientiam in Deum de resurrectione Jesu Christi : si liceat iterum interrogari in eadem fide et in aquam iterum tingi. Universi episcopi dixerunt : Absit, absit : illicitas esse sancimus rebaptizationes, et satis est alienum a sincera fide et catholica disciplina. »

XVIII. *Ex concilio Ancyrano.*

(*Conc. Ancyr.*, can. 1.) De his qui timore, ritus gentilium peregerunt. « Quotquot ascenderunt tem-

pla cum veste lugubri, et recumbentes inter alios manducaverunt, flentes ; si compleverint pœnitentiam triennii tempus, sine oblatione suscipiantur ad communionem, id est, ut ipsi oblationem non offerant. Si autem perducti ad templa non manducaverunt, biennium maneant in pœnitentia : tertio vero anno communicent, sed sine oblatione, ut dictum est : ut quarto jam anno perfectionem suam percipiant. Episcopum autem hinc habere licentiam oportet, ut pro his peccata singulorum consideret, et prout viderit conversationem, normam regulamque conversionis attribuat : id est, ut humanius agens, secundum vitæ modum tempus alicui breviare, aut etiam prolixius quod correctioni necessarium viderit addere. Discutiatur autem omnium horum et præcedens vita, et posterior. Et ita circa eos sacerdotalis humanitas moderetur. »

XIX. *Ex eodem.*

(*Ibid.*, can. 6.) De his qui frequenter idolis immolaverunt, ex concilio Ancyrano : « De his qui festis diebus paganorum, in remotis eorum locis conviviis interfuerunt, et suas nihilominus epulas ibidem portaverunt, atque comederunt : placuit ut post biennii pœnitentiam suscipiantur : ita tamen, utrum aut cum oblatione recipiendi sint, an ad solam communionem admitti debeant, unusquisque episcoporum examinet vitam eorum, et præterita ac præsentia habita consideratione perpendat. »

XX. *Ex eodem*

(*Ibid.*, can. 7.) De his qui coacti idolis immolaverunt, ex eodem concilio : « Hi qui secundo, aut tertio sacrificaverunt vi coacti, quatuor annis sese ad pœnitentiam submittant : duobus autem aliis sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi communionis.

XXI. *Leo papa.*

De his qui convivio gentilium, et escis immolatitiis usi sunt, et decretis papæ Leonis (*epis. ad Rustic.*). « Si convivio solo gentilium, et escis immolatitiis usi sunt, possunt jejuniis et manus impositione purgari, ut deinceps ab idolothytis abstinentes, sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem idola adoraverunt, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos nisi per pœnitentiam publicam non oportet admitti. »

XXII. *Item Leo papa.*

Quod hi qui ad iterationem baptismi, vel vi, vel timore coacti, animas inclinarunt, pœnitentiæ sint sublevandi remedio. Leo papa ad Rusticum Narbonensem episcopum : « Hi de quibus dilectio tua nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum, vel metu coacti, vel errore traducti sunt, et nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea est constituenda moderatio, qua in societatem nostram non nisi per pœnitentiæ remedium, et per impositionem episcopalis manus communionis recipiant unitatem. Tempora pœnitudinis solita moderatione, tuo constituenda judicio, prout conversorum animos inspexeris esse devotos, pariter

A etiam habentes ætatis senilis intuitum, et periculorum quorumque, aut ægritudinum respicientes necessitates. In quibus si quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc pænitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subveniri. »

XXIII. *Ex Actibus apostolorum.*

Legitur in Actibus apostolorum quod quidam descendentes de Judæa docerent fratres oportere circumcidi, et servare legem Moysi. Apostoli tamen, et seniores cum omni Ecclesia jusserint, nihil oneris ultra imponentes eis, ut abstinerent se ab immolatis simulacrorum, et sanguine et suffocatis, et fornicatione (*Act.* xv).

XXIV. *Ex concilio Africano.*

B Ut cum Donatistis, qui ab omnibus catholicis sicut ab universo terrarum orbe erant damnati, lenius ageretur, ex concilio Africano (*conc. Afric. an.* 401, can. 3). « Pertractatis, et consideratis omnibus quæ utilitati Ecclesiæ convenire videbantur, annuente atque administrante Spiritu Dei, elegimus cum memoratis hominibus, quamvis de Dominici corporis unitate, inquieta dissensione præcisis, leniter et pacifice agere : ut, quantum in nobis est, omnibus, qui eorum communione, et societate irretiti sunt, per universas provincias africanas penitus innotescat, quam miserabili errore devincti sunt. Nisi forte, sicut dicit Apostolus, nobis in mansuetudine corripientibus diversa sentientes, det illis Deus pœnitentiam C ad cognoscendam veritatem. et resipiscant de diaboli laqueis captivati ab ipso in ipsius voluntatem. »

XXV. *Ex Cœlestino papa.*

Quod nulli sit ultima pœnitentia deneganda, ex epistola papæ Cœlestini ad episcopos Galliarum (*epist.* 2). « Agnovimus pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subveniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, et periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se ille expediri desiderat, et liberari. Quid hoc, rogo, aliud est, D quam morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere ? cum Deus ad subveniendum paratissimus, invitans ad pœnitentiam, sic promittat. Peccator, inquit, quacunque die conversus fuerit, peccata ejus non reputabuntur. Et iterum : Nolo mortem peccatoris, sed tantum ut convertatur, et vivat. Salutem ergo homini adimit, quisquis ei mortis tempore pœnitentiam denegavit : et desperavit de clementia Dei, qui eum ad subveniendum morienti, succurrere vel in momento posse, non credidit. Perdidisset et latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœnitentia non juvisset. Cum esse in pœna pœnituit, et per unius sermonis confessionem, habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad

Deum conversio in ultimis positorum, mente potius æstimanda quam tempore, propheta hoc taliter asserente : Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris. Cum ergo Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum illi se obliget judici, cui occulta omnia noverit revelari. »

XXVI. *Ex Pœnitentiali Bedæ.*

In libello qui supercriptus est Pœnitentialis Bedæ presbyteri venerabilis (*De remed. peccat., præfat.*) : « Solerte admonemus doctum quemque sacerdotem Christi, ut in universis, quæ hic adnotata repererit, sexum, ætatem, conditionem, statum,
A personam, ipsumque cor pænitentis curiose discernat : et secundum hæc quid sibi visum fuerit singula quæque judicet. Quibusdam namque a cibis abstinendo aliis eleemosynas dando, nonnullis flectendo sæpius genua, huic in cruce stando, aut aliud aliquid hujusmodi quod ad purgationem peccatorum pertineat faciendo : plurimis universa hæc agenda sunt. Necesse est errata corrigere, quæ universa in examine discreti debent pendere judicis. »

Semper in Christo felici successu præpolleat, et omnibus in bonis vigeat, reverenda et percolenda germanitas vestra, memor nostri in orationibus suis, et universæ Ecclesiæ.

# CONCILIUM RHEMENSE

## PRÆSIDE HERVÆO

*In quo anathema dictum in eos qui Fulconem archiepiscopum occiderant, pridie Nonas Julii, anno Christi* 900

(Apud Labb. Concil. tom. IX, col. 481.)

Anno 900 Dominicæ incarnationis, pridie Nonas Julii, primo scilicet die quando ordinatus est Hervæus in archiepiscopatu Rhemensi episcopus, lecta est excommunicatio hæc quæ sequitur, in ecclesia sanctæ Mariæ Rhemis, præsentibus episcopis infrascriptis.

Hervæus nomine non merito Rhemorum archiepiscopus ac plebis Dei famulus Vito Rothomagensium archiepiscopus, Riculfus Suessionum episcopus, Hetlo Noviomagensium episcopus, Dodilo Cameracensum episcopus, Herinandus Morinensium episcopus, Otgarius Ambianensium episcopus, Honoratus Belvacensium episcopus, Mancio Catalaunensium episcopus, Rodulfus Laudunensium episcopus, Otfridus Silvanectensium episcopus, Angelrannus Meldensium episcopus.

Notum sit omnibus ubique sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, tam clericis quam laicis, quod nos et commissa nobis omnibus Ecclesia nimia perturbatur tristitia, pro inaudita re post persecutionem temporis apostolorum, eorumque successorum, de occisione nimirum patris et pastoris nostri Fulconis ab impiis impie perpetrata, qui pro regni utilitate et totius sanctæ Ecclesiæ statu pro viribus die noctuque desudans, ac seipsum pro defensione omnium ecclesiarum in hoc regno consistentium muro protectionis opponens (res enim earum a Balduino comite filio Balduini ac Judith, contra omnem legem divinam et humanam pervadebantur), ideo ab ipsius Balduini hominibus Vineemaro, Evarardo et Rotfeldo [Ratfrido] cæterisque eorum complicibus intersectus credelissime occubuit. De cujus morte totius Ecclesiæ ordo atque processio merito constristatur, et lamenta compas-
B sionis ex intimis cordium suspiriis emittit. Quia igitur tale scelus nostris in temporibus perpetrare non timuerunt, quod antea nisi forte a paganis in Ecclesia non auditum, qui non est actum : in nomine Domini, et in virtute sancti Spiritus, necnon auctoritate episcopis per beatum Petrum principem apostolorum divinitus collata, ipsos a sanctæ matris Ecclesiæ gremio segregamus, ac perpetuæ maledictioni anathemate eos condemnamus, ut eorum aliquando per hominem non fiat recuperatio, nec ulla inter Christianos conversatio. Sintque maledicti in civitate, maledicti in agro, maledictum horreum eorum, et maledictæ reliquiæ eorum, maledictus fructus ventris eorum, et fructus terræ illorum, armenta boum suorum, et
C greges ovium suarum. Maledicti sint ingredientes et egredientes, sintque in domo maledicti, in agro profugi. Intestina in sesessu fundant sicut perfidus et infelix Arius ; veniantque super illos omnes illæ maledictiones quas Dominus per Moysen in populum divinæ legis prævaricatorem se esse intentavit. Sintque anathema maranatha, et pereant in secundo adventu Domini. Insuper quidquid maledictionis sacri canones, et apostolicorum virorum decreta decernunt super homicidis et sacrilegis. Nam illos sacrilegorum nomine notamus, qui in hunc Christum Domini manus mittere ausi sunt. Omne super illos, ac perpetuum interitum, per justissimam divinæ animadversionis sententiam, congeratur. Nullus ergo eis Christianus vel
D Ave dicat. Nullus presbyter missas aliquando coram celebrare, nec si infirmati fuerint, confessiones eoram recipere, vel sacrosanctam communionem eis, nisi resipuerint, etiam in ipso

fine vitæ suæ præsumat unquam dare : sed sepul- A tura asini sepeliantur, et in sterquilinium super faciem terræ sint, ut sint in exemplum opprobrii et maledictionis præsentibus generationibus et futuris. Et sicut hæ lucernæ de nostris projectæ manibus hodie exstinguuntur, sic eorum lucerna in æternum exstinguatur.

---

# APPENDIX AD HERVÆUM RHEMENSEM.

## ACTA CONCILII TROSLEIANI (526).

*Apud Trosleium in pago Suessonico ab Hervæo Rhemensi archiepiscopo ejusque suffraganeis celebratum die* VI *Kalendas Julias, anno Christi* 909, *Sergii papæ III anno* II, *Caroli Simplicis regis* XVII.

(Apud Labb., Concil. tom. IX, col. 520.)

### TITULI CAPITULORUM.

I. *De honore et cultu ecclesiarum Dei.*
II. *De statu regni, et fidelitate regis.*
III. *De regulari statu jam pene collapso.*
IV. *De sacrilegis, et eorum damnatione.*
V. *De vexatione, et inhonoratione sacerdotum.*
VI. *De dotibus et decimis ecclesiarum, et de censu pro eis non exigendo.*
VII. *De rapinis.*
VIII. *De raptis, et occultis nuptiis, et incestis.*
IX. *De accessu, et frequentatione, ac cohabitatione presbyterorum et clericorum cum feminis.*
X. *De fugiendo luxuriam.*
XI. *De perjuriis cohibendis.*
XII. *De discordantibus, iracundis et litigiosis.*
XIII. *De homicidis et mendacibus.*
XIV. *De non diripiendis ecclesiæ rebus defuncto episcopo.*
XV. *Epilogus ad episcopos, et generaliter ad omnes.*

### PRÆFATIO.

Sanctum et Deo auctore, celebratum generaliter et sine ulla exceptione Nicænum præcipit concilium (*can.* 5) ut, omnibus simul episcopis provinciæ congregatis, discutiantur quæstiones necessariæ, et quod regulariter omnibus placuerit in commune, hoc omnes tam metropolitani quam cæteri sequantur episcopi. Simili modo et Antiochenum concilium (*can.* 9 et 14), si quæ sunt agenda, peragere jubet provinciaes episcopos sui consilio metropolitani et me tropolitanum consilio coepiscoporum provincialium, sicut est ibidem designatum. Et hoc non solum in causis quorumlibet fieri præcipit, sed etsi forte inter ipsos, inquit, episcopos quæstio de quolibet negotio orta fuerit, primas provinciæ judices episcopos dare debebit. Leges quoque Romanæ, et beatus papa Gregorius, multoties horum judicio cognita veritate, contentiones inter ecclesiasticos viros, vel quoslibet cum ecclesiasticis personis, salubrem demonstrat finem accipere debere : ita tamen ut in omnibus quid antiqua habeat auctoritas requiratur. Unde, anno Dominicæ Incarnationis 909, indictione 12, VI Kalendas mensis Julii, convenerunt venerabiles Patres B ac doctores Ecclesiæ, Hervæus, videlicet sanctæ metropolis Rhemorum archiepiscopus, totius plebis Dei famulus, et coepiscopi Rhemensis diœceseos, quorum nomina subter tenentur ascripta, in pago Suessonico, in loco Trosleio, de statu sanctæ Ecclesiæ, ac totius regni utilitate tractaturi : et facta solemniter salutatione, omnibusque, ut mos est, ordine residentibus, archiepiscopus sic exorsus est.

### ALLOCUTIO HERVÆI ARCHIEPISCOPI.

Quoniam per aliquot annos, partim infestatione paganorum, partim etiam gravissimis regni perturbationibus, ac quorumdam falsorum Christianorum infestationibus præpediti, juxta decreta canonum nequivimus congregari, nunc quia, annuente Domino, nobis congregandi facultas juxta decreta canonum data est, cum Dei gratia convenientibus nobis in unum, cooperante eo in cujus congregamur nomine, et qui habitare facit unanimes in C domo, primo nobis et ante omnia necessarium est servare « unitatem spiritus in vinculo pacis (*Eph.* IV), » ut unum sentiamus, et unum in Christo omnes dicamus, et secundum salutaria dicta martyris Cypriani servetur a nobis charitas animi, honor collegii, vinculum fidei, concordia sacerdotii, et ut, attendentes regulares constitutiones Patrum nostrorum, a metropolis suæ quisque regulari consuetudine non abducatur. Et quia, secundum definitionem canonicam, perfecta debet haberi synodus, in qua cum suis est suffraganeis metropolitanus, expedit atque condecet ut quidquid boni, præveniente gratia, a qua est « omne datum optimum, et omne donum perfectum (*Jac.* I), » mente concipere et ore proferre valuerimus eadem subsequente, sine qua nihil boni implere possumus, ad finem usque perfectum opere perducere satagamus. Oportet igitur ut quamprimum, Christianæ religioni jam labanti, jamque velut in præcipiti vergenti, ac D « mundo in maligno posito (*I Joan.* V,) » vestro consilio et auctoritate episcopali succurratis. Videtis quam sit evidens furor Domini et manus ejus ad feriendum extenta. Ecce enim quotannis, ex quo terram nostram ex parte ægra sterilitate damnatam aspicimus, quibus cladibus populus quotidie intereat

(526) Trosleium vici nunc etiam nomen est paucis millibus distantis ab Augusta Suessorum. Ubi et alia dienceps hoc sæculo habita concilia, quæ Flodoardus in Chronico identidem commemorat. Hujus enim an meminerit, quia partem illam Chronici mutilam habemus, incertum est. Videntur etiam hoc concilium ignorasse canonum collectores Burchardus, Ivo, Gratianus, et posteri, ita de illo silent omnes : nisi quod nostra memoria primus ejus testimoniis in epitome sua usus est Antonius Augustinus.

JAC. SIRM.

videmus. Depopulatæ urbes, destructa vel incensa monasteria, agri in solitudinem sunt redacti, ita ut vere possimus dicere quia « pervenit gladius usque ad animam (*Jer.* IV). » Usque ad animam denique gladius pervenit, cum justo Dei judicio amissis exterioribus bonis, et exhausto flagellis atque afflictionibus corpore, ipsa virtus animæ lassata deficere videtur, et quasi nihil vitale in illa reservatur. Non hæc certe casu aliquo, aut e subita temporum vel elementorum mutatione contingunt, quia scriptum est: Nihil in terra sine causa fit, et de humo non egreditur dolor (*Job.* V). » De humo quippe dolor non egreditur, quia, ut beatus Gregorius dicit (l. V *Moralium*, c. 6), « nequaquam pœna de ea nascitur creatura quæ percutit, sed de ea quæ peccando vim percussionis extorsit. Ecce enim cernimus, quod ad correptionem nostram exspectatus imber arente terra frequenter suspenditur, caliginosus aer inardescente sole siccatur, mare procellis intumescentibus sævit, et alios ad transmeandum susceptos intercipit, aliis desideratum iter erecta in cumulum unda contradicit: terra non solum germine fecunditatis imminuitur, sed etiam semina accepta consumit. In quibus nimirum cunctis patenter aspicitur hoc, quod quidam sapiens de Domino testatur dicens: « Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos (*Sap.* V). » De humo dolor non egreditur, quia elementum insensibile non ex sua natura, sed pro meritis hominum et affligendum peccatores excitatur. Et propheta de Domino dicit: « Si erit malum in civitate quod Dominus non fecit (*Amos* III): » et ipse Dominus de se per Isaiam dicit: « Ego Dominus faciens pacem, et creans malum (*Isa.* XLVII), » hoc est otium et bellum. Hic enim malum non pro boni contrario, sed medium quoddam, id est afflictionem significat, quæ utique a Domino fit, quia eo permittente peccanti populo subterducitur, ut qui in pace Deum sequi noluerunt saltem percussionibus attriti metuant et convertantur, juxta quod scriptum est: « Sola vexatio intellectum dabit auditui (*Isa.* XXVIII). » Nostris potius, et totius populi, quem regere debuimus, peccatis ista fiunt, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput, et delicta nostra creverunt usque ad cœlos. Fornicatio et adulterium, sacrilegium et homicidium inundarunt, et sanguis sanguinem tetigit. Sanguis quippe sanguinem tangit, cum peccator malis suis gravius aliquod malum adjungit, nec ullum pravis actibus terminum indicit, sed juxta Apostolum in pejus quotidie proficit. Et pene est ut cum propheta Isaia ingemiscamus, dicentes ad Dominum: « Quare, Domine, errare nos fecisti de viis tuis? indurasti cor nostrum ne timeremus te? facti sumus in principio, cum non dominareris nostri, neque invocaretur nomen tuum super nos (*Isa* 63). » Cum enim Deus peccatores homines qui non solum peccant, sed etiam perseverare in peccatis eligunt, cum, inquam, tales justo judicio deserit, eosque post pravitatem mali sui cordis abire permittit, quasi ipse eos errare facit, quos nequaquam misericorditer, ut convertantur, occulta inspiratione præveniens tangit. Et sicut primi homines nulla lege, nullo saltem timore prohibebantur male agere; sed libere ventri et delectationibus oculorum ac cæteris vitiis serviebant, ita nunc posthabito humanarum vel divinarum legum timore, contemptis edictis episcopalibus unusquisque quod vult agit, potentior viribus infirmiorem opprimit, et sunt homines sicut pisces maris, qui ab invicem passim devorantur, ac calcata iniquitate abundat ac convalescit iniquitas. Hinc est quod videmus per totum mundum rapinas pauperum, deprædationes rerum ecclesiasticarum. Hinc sunt assidue lacrymæ, pupillorum luctus, ita ut jam clamor talium, sicut Sodomorum, ascendat ad cœlum, et fiat quod per Psalmistam, voce Domini dicitur: « Propter miseriam inopum, et gemitum pauperum, nunc exsurgam, dicit Dominus (*Psal.* XI). » Omnis pene ordo, omnisque status Ecclesiæ confusus ac temeratus est. Denique, ne nobis parcere videamur qui aliorum errata corrigere debemus, episcopi dicimur, sed episcopale officium non implemus. Ministerium prædicationis relinquimus; eos qui nobis commissi sunt videmus Deum deserere et in pravis actibus jacere, et tacemus, nec eis manum correctionis tendimus, sed, etsi aliquando quædam dicere cœperimus quæ carnalibus eorum animis valeant displicere, dicunt de nobis quod in Evangelio Dominus de sedentibus in Moysi cathedra dixit: « Alligant onera gravia et importabilia, et imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere (*Matth.* XXIII). » Sicque fit ut, nobis tacentibus, grex Domini pereat, et per abrupta vitiorum præceps actus luporum immanium morsibus pateat; dumque deest qui eos vitæ vias ingredi doceat, libere per devia gradiuntur erroris, et impletur in eis quod per prophetam dicitur: « Zelus apprehendit populum ineruditum, » et alibi: « Idcirco, inquit, captivus abiit populus meus, quia non habuit scientiam (*Isa* V). » Pensemus qui unquam per ministerium linguæ nostræ de perverso opere conversi pœnitentiam egerunt; quis luxuriam nostra prædicatione deseruit, quis avaritiam, quis superbiam declinavit? Nobis ergo, qui nomine censemur episcopi, maxima et prope importabilis incumbit sarcina pastoralis officii, dum instat reddenda ratio negotii nobis commissi cum exactione lucri, et, dum jam jamque adventus imminet illius in majestate terribili, ubi omnes cum gregibus suis venient pastores in conspectum Pastoris æterni, augmentum de grege, lucrum de negotio, manipulos de segete allaturi; quid sumus acturi, hic pastores vocati, illic sine ovibus venientes, quæ valeant præsentari, hic ab eo accepto talento ad negotium missi, illic ad Dominum nostrum post negotium redeuntes vacui, hic directi in missem operarii, illic absque manipulis vacuis manibus præsentati? Pensemus ergo, necesse est, quam in illo tanto examine rationem sumus reddituri, ne coram omni frequentia exercitus angelici coramque copiosa electorum multitudine, quod absit, reddamur æternaliter confusi. Ergo considerantes et expavescentes imminens nobis multorum perditione periculum, congregati simul in nomine Dei omnipotentis, per unicum Filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum, in virtute sancti Spiritus consulamus nobis, et commisso nobis gregi, ac de statu sanctæ Ecclesiæ et regni, ac fidelitate regis nostri, sed et statu monasteriorum, quorum antiquitus statutus ordo et religio pene deletur, de rapinis quoque et sacrilegiis, necnon de raptis et perjuriis, cæterisque flagitiis, sententiam secundum decreta sacrorum canonum et decretorum episcopalium proferamus. Et talia facientes, aut episcopali ministerio, aut pastorali exhortatione provocemus ad pœnitentiam et emendationem, aut impœnitentes, et corrigi nolentes, gladio verbi Dei bis acuto eorum corpora et animas concidamus, et æterno illos anathemate, hoc est alienatione a Christo et Ecclesia, tam in præsenti quam in futuro plectamus: nisi vel modo resipiscant a laqueis diaboli, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem, et convertantur ad Dominum vivum et verum per aliquam correctionem et, prout possibilitas tulerit, congruam emendationem.

## CAPITULUM I.

Igitur decrevimus ut cultus atque honor ecclesiarum Dei in omnibus et ab omnibus religiose custodiatur, et digna reverentia immunitatibus earum ac ministris exhibeatur. Sed et regem ac principes condecet, ut privilegio ex antiquo ecclesiis Dei concessa roborent et stabiliter observari jubeant, et quemadmodum ab antecedentibus regibus honoratæ, vel rebus ampliatæ, seu ditatæ fuerunt, ita de cætero sub omni integritate, salva æquitatis ratione permaneant. Sacerdotes quoque

et servi vel ancillæ Dei vigorem ecclesiasticum obtineant, eisque regalis potestas et illustrium virorum strenuitas, seu reipublicæ administratores, ut suum ministerium digne exsequi valeant in omnibus rationabiliter et juste concurrant. Si enim rex, et sæculi potestates, Dei Ecclesiæ honorem servaverint, per hoc honor et potestas illorum augebitur, roborabitur et stabilietur, et victoriæ illis de cœlo ministrabuntur, et tam ipsi quam successores eorum propter eos, in gloria et dignitate Deo propitio perdurabunt. Sin aliter egerint, et Deum contempserint, contemnet illos Deus, et despicabiles ac miseros reddet, et de solio regni exsufflabit, projicienturque sicut pulvis a facie terræ, juxta quod in libro Regum legimus de Achao et cæteris regibus legis Dei transgressoribus, et sicut ad Heli principem gentis Hebræorum loquitur Dominus: « Quicunque, inquit, glorificaverit me, glorificabo eum : qui autem contemnunt me erunt ignobiles (*I Reg.* II).»

CAPITULUM II.

Et quoniam a nobis ratio exigitur omnium, et principum et subjectorum, ab eo qui sine acceptione judicat personarum, et pro ipsis regibus Regi regum sumus reddituri rationem, sermo exhortationis ad vestram, domine rex, nobis habendus est excellentiam. In quo facto pontificalem sic exerimus auctoritatem ut non obliviscamur regiam a Deo constitutam esse sublimitatem, dicente Apostolo: « Subjecti estcte regi, quasi præcellenti (*I Petr.* II).» Sicut enim regalis potestas sacerdotali religioni se devote submittit, sic et sacerdotalis auctoritas cum omni pietatis officio se regali dignitati subdere debet, sicut sanctus ostendit papa Gelasius ad Anastasium scribens imperatorem (*epist.* 10) : « Duo sint, inquit, quibus principaliter mundus hic regitur : auctoritas sacra pontificum, et regalis potestas ; in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus in divino reddituri sunt examine rationem,» etc. Ergo, quia et rex pro æterna vita indiget pontificibus, et pontifices pro temporalium rerum cursu regali indigent dispositione, a rege obediendum est pontificibus, recta, sancta et justa suadentibus, et vicissim a pontificibus obediendum est regi pietatis cultui religione, jure et solatio servienti. Hortamur igitur vestram, domine rex, excellentiam, pietati et probitati, sacris, veracibus et bonis insistere moribus, ut ex eorum invenlaris numero, de quibus canitur in psalmo (*Psal.* CI) : « In conveniendo populos in unum, et reges ut serviant Domino : » et ut noveris quomodo ut homo, quomodo ut rex servire debeas Deo. Sic namque beatus ait Augustinus (*epist.* 50) : « Rex, quia homo est, servit Deo vivendo fideliter; quia rex est, servit leges justa præcipientes et contraria prohibentes, convenienti rigore sanciendo ; » et reliqua, quæ latius in epistola ad Bonifacium exsequitur. Oportet ergo ut rex primo interpretetur nomen suum, et id quod dicitur nomine satagat esse. Rex quippe a *regendo* vocatur. Debet itaque rex primo vitam suam æquo moderamine regere et, ut quidam sapiens ait, refrenare libidinem, spernere voluptates, iracundiam tenere, ac cæteras animi pestes a se repellere. Tunc vere rex dici et alios digne poterit regere, cum ipse improbissimis dominis, dedecori aut turpitudini, parere desierit. Post hæc, de pace populi, et quiete ac securitate totius regni convenit eum sollicitum esse Sit bonis amabilis, malis terribilis : sit relevator oppressorum, consolator pauperum, viduarum et pupillorum defensor. Illud implere satagat quod Salomon de bono rege dicit : « Rex, qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo (*Prov.* XX). » Tanta quippe debet esse rex præditus virtutis et justitiæ auctoritate, ut injustum vel malum aliquid molientes solo intuitu formidolosæ majestatis dissipet, ne ad meditatum facinus progredi audeant. Denique quomodo rex secundum beneplacitum voluntatis Dei et juste et fideliter vivere debeat, pauca ex sanctorum Patrum collecta sententiis, vestræ, ut dignum est, prospicientes saluti, vobis cognoscenda et facienda proponimus. Ut quid rex dictus sit et qualis esse debeat, Isidorus in libro Sententiarum scribit : « Rex, inquit, a recte agendo vocatur. Si enim pie, et juste, et misericorditer regit, merito rex appellatur; si his caruerit, non rex, sed tyrannus est.» Et quamvis antiquitus omnes reges tyranni vocati sint, postea pie, juste et misericorditer regentibus regis nomen inditum est, impie vero, injuste crudeliterque principantibus, non regis, sed tyrannicum aptatum est nomen. Unde et beatus Gregorius ait (lib. II *Mor.* c. 9) : « Viros sanctos proinde reges vocari in sacris eloquiis didicimus, eo quod recte agant, sensusque proprios bene regant, et motus resistentes sibi rationabili discretione componant.» Recte igitur illi reges vocantur qui tam semetipsos quam subjectos bene regendo pacificare noverunt. Regale vero ministerium specialiter est populum Dei gubernare et regere cum æquitate et justitia, et ut pacem et concordiam habeat studere. Ipse enim debet primo defensor esse Ecclesiarum et servorum Dei, viduarum, orphanorum, cæterorumque pauperum, necnon et omnium indigentium. Ipsius enim terror et studium hujuscemodi, inquantum possibile est, esse debet, primo, ut nulla injustitia fiat, deinde, si evenerit, ut nullo modo eam subsistere permittat, nec spem delitescendi, nec audaciam male agendi cuiquam relinquat, sed sciant omnes, quoniam si ad ipsius notitiam pervenerit quidpiam mali quod admiserint, nequaquam incorreptum aut inultum remanebit, sed juxta facti qualitatem erit et modus justæ correctionis. Unde oportet ut ipse, qui judex est judicum, causam pauperum ad se ingredi faciat et diligenter inquirat, ne forte illi, qui ab eo constituti sunt et vicem ejus agere debent in populo, injuste aut negligenter pauperes oppressiones pati permittant. Scire autem et unumquemque cujuslibet ordinis oportet; quia si de otioso sermone Deo rationem redditurus est, multo magis de ministerio sibi divinitus commisso. Sed et formam illam sapientis regis, quam in se Job vir justus ostendit, studeat imitari. Ait enim : « Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. Auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi, quod liberassem pauperem vociferantem et pupillum cui non esset adjutor. Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum. Justitia indutus sum, et vestivi me sicut vestimento et diademate judicio meo. Oculus fui cæco et pes claudo, pater eram pauperum, et causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebam prædam (*Job.* XXIX).» Hæc illo agente, implebitur in eo quod Salomon ait: « Misericordia et veritas custodient regem, et firmabitur justitia thronus ejus (*Prov.* XX).» Sicque justorum et electorum regum imitator effectus, fiet etiam in cœlesti regno particeps gloriæ et consors immortalium præmiorum. Attendant reges quid Sapientia dicat : « Diligite justitiam, qui judicatis terram (*Sap.* I).» Item ibidem : « Audite, reges, et intelligite ; discite, judices finium terræ ; præbete aures, vos qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum. Quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri ejus, non recte judicastis, neque custodistis legem justitiæ, neque secundum voluntatem ejus ambulastis, horrende et cito apparebit vobis Dominus, quoniam judicium durissimum his qui præsunt fiet. Exiguo enim concedetur misericordia, potentes autem potenter tor-

atiuntur. Non enim subtrahet personam cu-1 Dominus, nec reverebitur cujusquam ma-iem, quoniam pusillum et magnum ipse æqualiter pro omnibus cura est illi (*Sap.* stunt et alia multa sanctarum Scriptura-imonia regio nomini et officio convenientia, is pauca ex dictis almi martyris Cypriani de-De *abusionibus sæculi*, cap. 9), quantas ad-is injustitia regis regno inferat, et quantum ejus regno proficiat demonstrabunt. Cum scripsisset qualiter rex conversari deberet, it : « Qui vero regnum secundum hanc le-n dispensat, multas nimirum adversitates tolerat. Idcirco enim sæpe pax populorum r et offendicula etiam de regno suscitantur, aque fructus imminuitur, et servitia populo-pediuntur. Multi et varii dolores prosperita-ii inficiunt, charorum et liberorum mortes 1 conferunt, hostium incursus provincias vastant, bestiæ armentorum et pecorum ilacerant, tempestates aeris et hemisphæria terrarum et maris ministeria prohibent, et lo fulminum ictus segetes et arborum flo-ampinos exurunt. » Itemque dicit. « Ecce 1 justitia sæculo valet, intuentibus perspi-et. Pax populorum est tutamentum pa-munitas plebis, munimentum gentis, cura um, gaudium hominum, temperies aeris, s maris, terræ fecunditas, solatium paupe-reditas filiorum, et sibimetipsis spes futuræ inis. Attamen sciat rex quod, sicut in thro-num primus constitutus est, sic et in pœnis, iam non fecerit, primatum habiturus est. amque, quoscunque peccatores sub se ha-ra se in illa futura pœna habebit. » Cum to ac tali asserente viro, qui cum aposto-dicere poterat : « An experimentum quæ-qui in me loquitur Christus (*II Cor.* XII) ? » is justitia, tanta et sibi et regno utilitatis commoda, e contrario vero mali regis , tanta et sibi et regno inferat damna, obis, rex venerande, in cunctis vestris ac-endum est cautela ! Oramus igitur ut hæc iure suscipiatis, et monitis placeat vobis : salubribus, quatenus vestris bene, et per um juste modificatis moribus, hac vobis a decenter administratione peracta, ab temporale vobis dedit regnum accipere ini æternum. Sed et nobis et omnibus, egno vestro consistimus, oportet ut jus-titatem vobis conservemus, et honorificen-iam exhibeamus, et de utilitate regni ali-erenti, secundum scire et posse, verum et silium suggeramus.

CAPITULUM III.

onasteriorum vero non statu, sed lapsu, ere vel agere debeamus jam pene am-. Dum enim, mole criminum exigente, io a domo Domini incipiente, quædam a succensa vel destructa, quædam rebus et ad nihilum prope sint redacta, si tamen iam adhuc videntur superesse vestigia, eis regularis formæ servantur instituta. mque monachorum, seu canonicorum, . sanctimonialium, propriis et sibi jure ntibus carent rectoribus, et dum, contra Ecclesiæ auctoritatem , prælatis utuntur s, in eis degentes, partim indigentia, par-levolentia, maximeque inhabilium sibi orum faciente inconvenientia, moribus vi-ompositis, et qui sanctitati religionique cœ-nti esse debuerant, sui velut propositi im-s, terrenis negotiis vacant. Quidam etiam, ite cogente, monasteriorum septa dere-,,etvolentes nolentesque sæcularibus junc-laria exercent, cum e contra dicat A-: « Nemo millitans Deo implicat se ne-secularibus (*II Tim.* II). « Ergo quia non vulgo distare videntur vitæ merito, sed

A etiam propter infima quæ sectantur opera, despectionis expositi sunt ludibrio, cum propheta cogimur Jeremia nostræ civitatis, sanctæ videlicet Ecclesiæ, flere dispendia et voce proclamare. publica : « Quomodo obscuratum est aurum ? mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum (*Thren.* IV.) » Quod ita exponit papa Gregorius : Aurum obscuratum est cum sacerdotum et spiritualium vita, quondam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infimas ostenditur reproba. Color optimus est mutatus, quia ille sanctitatis habitus per terrena et abjecta opera ad ignominiam despectionis venit. Lapides vero sanctuarii, quos nunquam necesse erat foris conspici, eos nimirum figurant qui nunquam in extraneis debent actionibus videri. Sed dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum, dum hi qui per vitam et orationem semper intus esse debuerant, per vitam reprobam foris vacant, B et dum in sancto habitu constituti exteriora sunt quæ exhibent, quasi sanctuarii lapides foris jacent, etc. Quomodo igitur aurum sine aurifice in pristinum et optimum non potest reformari colorem, sic et monastica vita sine regularis abbatis providentia ad pristinum atque optimum vivendi nequit reformari ordinem. Regalis ergo potestas, quæ a recte agendo et ordinando vocatur, consideret quomodo recto hæc judicio, secundum voluntatem ejus cui de omnibus judiciis et dispositionibus suis rationem redditurus est, et secundum sacrorum canonum sanctiones atque secundum priscorum regum constitutiones dispenset. Prohibent quippe sacri canones ne aliquis laicus de religione præsumat. Itemque et canonum præcipiunt instituta, simulque eorum pedisequa regum capitularia, sicut in libro primo Capitulorum imperialium continetur, capitulo vicesimo octavo « Ut clerici et monachi, si inter se negotium aliquod C habuerint, a suo episcopo judicentur, et non a sæcularibus. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. » Item (*cap* 31 : « Ut laicis, quamvis religiosis, nulla sit de rebus Ecclesiæ disponendi facultas. » Item : « Ut loca, quæ semel Deo dicata sunt, aut monasteria sunt, maneant perpetuo monasteria, nec possent ultra fieri sæcularium habitacula. » Nunc autem in monasteriis Deo dicatis monachorum, canonicorum, et sanctimonialium, abbates laici, cum suis uxoribus, filiis, et filiabus, cum militibus morantur et canibus. Legitur quoque in Capitularibus (*Addit.* I, c. 1), ut abbates monachorum regulam per singula verba discutientes pleniter legant, et intelligentes, Domino opitulante, efficaciter cum monachis suis implere studeant. Et quomodo discutiet ? quomodo leget ? quomodo intelliget ? Si forsitan oblatus fuerit hujusmodi codex, respondebit illud Isaianum : « Nescio litteras (*Isa.* XXIX). » Et cum monachorum abbati regula sancti et sancto Spiritu pleni beatissimi Patris Benedicti : In doctrina, inquit, sua abbas illam super apostolicam formam debet servare, in qua dicit : « Argue, obsecra, increpa (*II Tim.* IV.) » Quomodo Apostolum ignorans, regula instituta, vel ipsam abecedariam lineam penitus nesciens, spiritualem discretionis modum tenebit ? Et quid plura ? in ipso ingressu lectionis sanctæ regulæ legitur de eligendo abbate, et qualis debeat esse. In capitulari vero Magni Caroli, libro primo capite octogesimo primo ita scribitur (*cap.* 86) : « Monachorum causam qualiter ex parte disposuerimus, et quomodo ex seipsis sibi eligendi abbates licentiam dederimus, et qualiter, Deo opitulante, quieti vivere propositumque indefessi custodire valerent, ordinaverimus, in alia schedula diligenter adnotari fecimus. » Item in concilio Turonis habito, postquam de canonicis clericis civitatum, qui in episcopiis conversantur, dispositum est, sequitur (*concil. Tur.* III, *can.* 24) : « Simili modo et abbates monasteriorum in quibus canonica vita

antiquitus fuit, vel nunc esse videtur, sollicite A suis prævideant canonicis, ut habeant claustra et dormitoria, victum et vestimenta, etc. Sint, inquit, abbates sibi subditis bene vivendo duces et prævii, viamque demonstrent, qua recte gradiendo ad meliorem vitam pervenire valeant. » Itemque de monasteriis monachorum, post pauca quæ præmissa sunt, sequitur : « Bonum videtur, ut ad pristinum revertantur statum, et abbates eorumdem in eorum habitu et vita, sicut ipsa regula præcipit, incedere ac vivere studeant. » et reliqua. Prohibetur denique ut laicus causa manducandi ac bibendi in refectorium non ducatur. Et quomodo eorum abbas erit cum quibus nec edendi licentiam habebit ? Item in libro secundo Capitularium, capitulo quadragesimo (42) : « Monasteriis sane duellaribus tales præferri debent feminæ, et abbatissæ creari, quæ et se et subditum gregem cum magna religione et sanctitate custodire noverint, et his, quibus præsunt, prodesse non desinant : B sed et se, et illas ita observent, utpote vasa sancta in ministerium Domini præparata. Talem enim se debet subditis exhibere in veste, et in omni convictu, ut eis ad cœlestia regna pergentibus ducatum præbeat ; sciat etiam se pro his, quas in regimine accepit, in conspectu Domini rationem reddituram. » Hæc ita post primam sanctorum Patrum, duce sancto Spiritu, ordinationem, ac deinde post canonicam de his auctoritatem, a prioribus imperatoribus et regibus decreta et custodita fuerunt. Et quousque privilegia sunt servata status ecclesiastici, profecit in augmentum sui conservatus a Deo status regni. At postquam hæc cœperunt parvidendi, labefactatus de die in diem, et jam pene in nihilum redactus est ille qui quondam florebat vigebatque status hujus regni, et ita inolevit malum, quod a transactis retro cœperat annis, ut jam principalis potestas putet sibi licere secus quam auctoritas divina se habeat, in C causas ecclesiasticas prosilire, et duce sancto Spiritu statutum a Patribus Ecclesiæ ordinem pervertere. Quod quidem nostrume est admonere, et, si ad præsens per omnia nequit emendari, satagere deinceps cum domino rege ejusque fidelibus debemus quousque et bona illius intentio, ut credimus, et nostra nobis, et illi, omnique regno necessaria devotio ad perfectionis cumulum, Deo cooperante, valeat pervenire. Etenim nequaquam de istis audemus silere, ne de nobis illud propheticum dicatur : « Canes muti, non valentes latrare (*Isa.* LVI). » Itemque : « Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel (*Ezech.* XIII). » Respectum siquidem timoris Dei habentibus auditu lugubre, dictu nefas, actu dignoscitur horribile, quando contra omnem paratum, et totius Christianæ religionis auctoritatem et consuetudinem, in monasteriis regularibus laici in medio sacerdotum et cæterorum religiosorum, ut D Domini ac magistri residentes, velut abbates de illorum vita et conversatione ac regula sibi penitus ignota perverso ordine dijudicant. Quæ pro certo abominatio illa est, quam Dominus in Evangelio præsignat dicens : « Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco ubi non debet, qui legit intelligat (*Matth.* XXIV). » Ista namque vere est abominatio desolationis, non tantum subditorum, vel eorum qui illis ad suam ipsorum perniciem videntur principari, verum regis, et totius regni, omniumque qui tam detestabili favent ordinationi. Censemus igitur, ut status monasteriorum inviolatus, juxta antiquam regulæ traditionem, et canonum constituta, servetur, ut abbates sint religiosæ personæ, et quæ regularem noverint disciplinam. Monachi vero, vel sanctimoniales, juxta suam professionem, sobrie, et pie ac simpliciter vivant, ac pro regum salute, ac regni pace et Ecclesiæ tranquillitate supplicent, non sæcularibus curis vel negotiis occupentur, non pompas mundiales requirant, non ecclesiastica jura inquietent, sed juxta proprietatem sui vocabuli quiete otium amplectantur. Auditur enim, quod spreta humilitate et abjectione monastica, ornamentis, et his etiam quæ bonis laicis indecentia et turpia sunt operam impendant ; et nequaquam contenti communibus rebus, propriis, et lucris turpibus inserviant quod vitium, tanquam pessimum cancer, ne ultra proserpat, radicitus avellendum est, et abbatum atque episcoporum vigili cura recidendum. Sane ne ulla monachis evagandi, vel de talibus præsumendi quippiam detur occasio, provideant abbates, vel præpositi monasteriorum, ut secundum quod temporis vel loci fert possibilitas, omnia illis in victualibus et vestibus necessaria, sicut regula præcepit, opportune ministrentur.

## CAPITULUM IV.

Contra sacrilegos quoque justum est ut canonica censura procedat. Et primo dicendum quid sit sacrilegium. Sacrilegium est sacræ legis violatio. Quod, cum per multa specierum dividatur crimina, et sit sacrilegium schismatis, unde beatus Pater ait Augustinus : « Apertissimum sacrilegium eminet schismatis, si nulla fuit causa separationis. » Fit etiam sacrilegium blasphemi sermonis, et cujusque contra sacram legem usurpatæ actionis specialius tamen nunc a nobis illud sacrilegium denotatur, quod a prædonibus de rebus ecclesiæ agitur. Est enim hoc sacrilegium, res ecclesiæ sacratas auferre, possessiones ad jus ecclesiæ pertinentes, vel aliquid ecclesiæ consecratum vel donatum tollere, invadere, fraudare, vel rapere. Hoc namque agentes vere sacrilegi sunt et homicidæ de quibus et sanctus Anacletus dicit (*epist.* I) : « Qui abstulerit aliquid patri vel matri, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit : mater nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias et Ecclesiæ rapit, aufert vel fraudat, homicida est. » Item dicetur : Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit ; qui autem pecuniam vel res ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit, et ut sacrilegus judicandus est. Et sanctus papa Urbanus ; (*ep. unica*) : « Res, inquit, et facultates Ecclesiæ oblationes appellantur, quia Domino offeruntur, et sunt vota fidelium, et pretia peccatorum, atque patrimonia pauperum : si quis illas rapuerit, damnationis Ananiæ et Saphiræ particeps erit, et oportet hujusmodi tradere Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini (*I Cor.* V). » Et ut in brevi denotentur isti, secundum quod de eis Scriptura dicit, et ad rem de qua agitur pertinens esse videtur : omnes contra legem facientes, resque ecclesiæ quascumque diripientes, vel ecclesias sacerdotesque contra divinas sanctiones vexantes, sacrilegi atque indubitanter infames sacrilegi vocantur. Et heu, proh dolor ! quanti scientes, quanti quia scire nolunt, vel quid sit sacrilegium scire se dissimulant, ideo nescientes in hoc pessimum facinus proruerunt, et quotidie proruunt ! Et quia hoc anathema in medio est populi Christiani, non est Deus cum eis, nec possunt stare contra inimicos suos paganos, sed fugiunt. Rogo attendat unusquisque, si propter sacrilegium quod amisit Achan filius Charmi, non potuit Israel stare ante hostes suos, eosque fugit, Domino interminante : « Non ero vobiscum, donec conteratis eum qui hujus sceleris reus est (*Jos.* VII) : » si ergo uno peccante, in omnem populum deseviit furor Dei donec ille cum omni domo sua deleretur, quid putamus de nobis fiet, qui nostro tempore tot sacrilegia fieri, tot sacrilegos impune mala agere videmus, nec solum nihil metuere, sed et in suis impietatibus exultare ? Cogitandum, ne forte propter hæc et hujusmodi sit ira Dei in nos justissime superducta et clam cum rogatur Deus non exaudit. Opposuit enim sibi nubem, ne transeat oratio. Et sicut Josue dictum est : « Quid clamas ad me ? » ita etiam nobis orantibus dicitur, Non vos exaudiam, donec au-

feratur ex vobis sacrilegium, et tollatur de medio vestrum qui hoc pollutus est scelere. Nos tamen cum beato Josue non cessemus ad eum clamare, ipsosque sacrilegos monere, ut per confessionem, et emendationem reatus sui, dent gloriam Deo: et quoniam, ut sanctus ait Job, « dedit eis locum Deus pœnitentiæ (*Job* XXIV), » videant ipsi ne abutantur eo in superbia. Ideo denique tales divina dispensatio in iniquitate tolerat, ut ab iniquitate compescat: sed si accepta pœnitentiæ tempora devertunt ad culpam, et secundum duritiam suam et cor impœnitens thesaurizant sibi iram in die iræ, districtus in ultimis Judex impensa argumenta misericordiæ convertet ad pœnam, atque ex prærogata clementia judicis crescet eis cumulus maledictionis. Nequaquam igitur blandiantur sibi, quod adhuc sustentati longanimitate Dei, inter bonos impune videntur immorari. Considerent Judam, non apostolum, sed apostatam, sibi consimilem, furem sacrilegum: audiant quid de eo beatus Pater dicat Augustinus (*in Joann., tract.* L): « Ecce inter sanctos est Judas, ecce fur est Judas, et ne contemnas, fur et sacrilegus, non qualiscunque fur; fur loculorum, sed Dominicorum; loculorum, sed sacrorum. » Itemque: « Non sic judicatur furtum rei privatæ quomodo publicæ: quanto vehementius judicandus est sacrilegus fur, qui ausus fuit non undecunque tollere, sed de ecclesia tollere; qui aliquid de ecclesia aufert, vel furatur, Judæ perdito comparatur. Talis erat iste Judas, et tamen cum sanctis discipulis Christi intrabat, exibat, et ad ipsam cœnam Dominicam pariter accessit. » Hæc verba sancti Augustini. Propter quosdam vero qui se nescire dissimulant in quibus rebus tantum scelus admittant, breviter commemorandum credimus, quod omnia quæ Domino offeruntur, procul dubio et consecrantur, et non solum sacrificia quæ a sacerdotibus super altare Domino consecrantur oblationes fidelium dicuntur, sed quidquid ei a fidelibus offertur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, vel quodlibet artificium, vestimentum, quodcunque mobile vel immobile de his rebus, quæ supplementum sanctæ Dei Ecclesiæ ejusque ministris, atque ornatum præstare possunt, indubitanter Domino consecratur, et quicunque ab Ecclesia aliquid ex his quocunque modo alienaverit, abstulerit, invaserit, vastaverit, minoraverit, sive diripuerit, quia Christus et ejus Ecclesia una est persona, et quæcunque ecclesiæ sunt Christi sunt, procul dubio sacrilegium committit. Quapropter in libro Capitularium secundo, capitulo quadringentesimo vicesimo septimo (*lib.* VI, c. 321) ita sancitur: « Omnibus nos ipsos corrigentes, posterisque nostris exemplum dantes, generaliter interdicimus ut nullus laicus homo, vel imperator, vel rex, aut episcopus, aut aliquis præfectorum, vel comitum sæculari potestate fultus, sibi per violentiam rapiat, aut a nobis competere, vel quocunque modo invadere præsumat monasterium, aut prædia; vel quascunque res, vel aliquin de monasterio abbatis aut abbatissæ, et incipiat ipse vice abbatis regere et habere sub se monachos, et pecuniam possidere, quæ fuit Christi sanguine comparata. Talem hominem antiqui Patres nominabant raptorem et sacrilegum; et homicidam pauperum, et lupum diaboli intrantem in ovile Christi, et maxime anathematis vinculo damnandum ante tribunal Christi. De talibus memores estote scripturæ sancti apostoli Pauli ad Timotheum dicentis: « Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo qui præstat omnia (*I Tim.* VI). » Tales, si Ecclesiæ correctionem non recipiunt, ethnicis et publicanis sunt similes, quibus nec vivis nec mortuis communicat Ecclesia Dei. Talibus qui et sic et ibi reperiuntur cum tuba Dei clangamus, ne tacentes damnemur, ut simul cum eis pereamus. Si autem in tantum horribilis est Deo ille qui impie agit, certe

A separatus est talis a Deo, et anathemati juste subjicitur. Anathema enim nihil aliud significat, nisi a Deo separationem, sicut in Veteri et Novo Testamento judicium de anathemate significat. Et nullus sacrilegus regnum Dei possidebit, nisi per puram probatamque et publicam pœnitentiam, et sanctæ Ecclesiæ, ejus præcipue, quam læsit, satisfactionem, atque per manus impositionem episcoporum, et reconciliationem. Et ut noverit se a regno Dei, et a consortio sanctorum qui jam cum Christo regnant et in æternum cum eo regnabunt, in futuro alienandum, a præsenti quoque Ecclesia, quæ et ipsa regnum Dei est, et a societate fidelium ejus in Deo alienatur. Ut quisquis ille est, pro certo hoc sciat, quia, tali, nisi per satisfactionem condignam, nec vivo nec mortuo Ecclesia non communicat: sed sicut in libro beati Job dicitur: « Sepelietur in interitu » id est in pœna perpetua deprimetur, « tollet eum ventus urens (*Job* XXVII), » id est malignos
B spiritus, qui viventem accendit ad sacrilegii scelera, morientem trahit ad tormenta, et quoniam juxta illud Jeremiæ, « Olla succensa fuit, et facies ejus a facie aquilonis (*Jerem.* I), » id est cor fervens æstu prædandi, et diabolicæ suggestionis flatu inflammatum habuit, ipso urente vento, id est diabolo, raptus cum eo, in olla æternæ combustionis ardebit. Ergo et nos congregati cum Spiritu sancto, sicut Jeremias peccatorem populum quadruplici planxit alphabeto, sic et nos sacrilegos Dei et Ecclesiæ contemptores percutiamus quadruplici anathematis maledicto. Sit eis clausa porta cœli, aperta janua inferni, cum nullo Christiano partem habeant omnino vel societatem, sed et de reliquiis ciborum illorum nihil detur pauperibus, quin potius projiciatur canibus, donec per dignam et humilem pœnitentiam, et congruam emendationem lætificent Ecclesiam; quam per sacrilegia et nefanda scelera exacerbaverunt. Sed quia sunt
C quidam, qui temporalem potius mortem quam æternam timeant, recenseamus quid sæculi leges de talibus præcipiant. In libro suprascripto capitulo quadringentesimo trigesimo primo jubetur ut capitali pœna multentur qui sacrilegia, adulteria, prædationes, aut devastationes exercuerint, et omnes res eorum, tam mobiles, quam immobiles, fisco regis socientur, vel ecclesiæ, cujus res vastaverint, alienaverint, aut abstulerint, tradantur. Hæc de sacrilegis prædonibus ecclesiarum.

## CAPITULUM V.

Nulli fidelium dubium est, quod Ecclesia Dei in pontificibus et sacerdotibus reliquis, quibus populus Domini commissus esse dignoscitur, constet, et eis sicuti domus quibusdam suis innitatur columnis. Sed quorumdam pravorum hominum mentibus ac moribus, qui se in domo ecclesiæ nomine potius quam recta conversatione, videri appetunt, tantæ stoliditatis inest amentia, ut non intelligant quia status ecclesiæ ita sacerdotibus, quod absit, aliqua impulsione nutantibus infirmatur, sicuti excussis columnis domus totius fabricæ ruinam minatur, et idcirco non solum suis casus periculum non metuunt, sed eosdem Dei sacerdotes vexantes; seipsos, ut pariter cum ruentibus corruant, præcipitant, impellunt. Nec attendunt, imo nec reverentur, quoniam qui eis injuriam vel contumeliam irrogant, Domino Deo nostro Jesu Christo, cujus vices agunt, injuriosi et contumeliosi existunt, et quia omnes qui Ecclesias sacerdotesque contra divinas sanctiones vexant sacrilegi habentur, atque indubitanter infames sacrilegi vocantur. Et ne quis dicat, alia nos ex nostro fingere corde, audiat sanctas sanctorum sententias de talibus ita se habentes. Clemens ab ipso sanctissimo ore Petri apostoli edoctus de omnibus, in secunda ad Jacobum fratrem Domini epistola, de his qui in Patres peccant sic dicit (*epist.* I): « Qualis condemnatio, et qualis imminet maledictio eis qui in Patres peccant, divina nos docet Scriptura. Si enim

Cham filius Noe, cum vidisset nudum patrem suum, quoniam non cooperuit patris corporalem nuditatem, sed egressus nuntiavit eam fratribus suis, et illi vestimento eam cooperuerunt, ipse quidem Cham, et illi qui ex eo nati sunt, sub maledictione facti sunt, qui autem cooperuerunt magnam benedictionem meruerunt : multo magis isti majore et ampliore condemnatione digni sunt, qui Patribus obviare, aut contra eos insurgere nituntur ; quoniam qui iis resistit Deo resistit, et qui eis injuriam vel contumeliam facit, Deo, cujus legatione funguntur, facit. » Item in tertia epistola, idem Clemens de honore episcoporum : « Si igitur vobis episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, aut subdiaconi, et reliqui clerici cuncti, omnesque principes, tam majoris ordinis quam inferioris, atque reliqui populi, tribus et linguæ non obtemperaverint, non solum infames, sed extorres a regno Dei, et consortio fidelium, ac a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrum est eos instruere ; eorum vero est, vobis obedire ut Deo, cujus legatione fungimini, dicente Domino : « Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit ; et : Qui vos recipit me recipit, et qui me recipit, recipit eum qui me misit (*Luc* x). « Nihil enim injustius, vel inhonestius quam filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus, seu discipulos magistris inobedientes vel protervos existere. Novimus enim primum hominem per inobedientiam cecidisse. Idcirco omnes hoc vitium summopere cavere monemus, et quia « Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (*I Petr.* v). » Dominus noster mittentes nos vice sua in loco apostolorum ad prædicandum, præcipit nobis docere omnes, omnesque nobis fideliter obedientes ut ipsi, existere. » Item ex decretis Anacleti papæ (*epist.* 2), quod episcopi a Deo sint judicandi, non ab humanis aut pravis hominibus : « Liquet quod summi sacerdotes, id est episcopi a Deo sint judicandi, non ab humanis aut pravæ vitæ hominibus lacerandi, sed potius ab omnibus fidelibus portandi, ipso Domino exemplum dante, quando per seipsum, et non per alium, « vendentes et ementes ejecit de templo, et mensas nummulariorum et cathedras vendentium proprio evertit flagello, et ejecit de templo (*Math.* xxi). » Et sicut alibi ait : « Deus stetit in synagoga deorum in medio autem deos dijudicat (*Psal.* 81). » Et alibi : « Ego dixi, Dii estis, et filii Excelsi omnes (*ibid.*). » Nullus enim, ut reor, invenitur inter nos, qui velit suum servum ab alio quam a se judicari. Quod si præsumptum fuerit, aut multa ipse indignatione irascitur, aut potius ultionem quærit super eum. Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet Deus deorum, et Dominus dominantium, qui ultionem suorum promisit non differre servorum ? Unde et ipse per Prophetam loquitur dicens : « Deus ultionum Dominus, Deus ultionem libere egit, » et reliqua (*Psal.* xciii). Et Apostolus inquit : « Tu quis es, qui judicas servum alienum ? suo enim Domino stabit, aut cadet (*Rom.* xiv). » Et ipse : « Nolite judicare invicem, sed judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum (*ibid.*). » Et Dominus per prophetam inquit : « Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei (*Zach.* ii). » Nam si aliquis nunc in malum oculos alicujus principis incipit tractare, manifeste reus majestatis indicatur, et infamis efficitur, aut potius capitali sententiæ subjacet. Hæc, fratres, valde cavenda sunt, et quod homines nolunt sibi fieri, Deo deorum non debent inferre, ne forte irascatur Dominus et faciat vindictam eorum etiam in eos qui non peccaverunt ; quia perit sæpissime justus pro impio. » Item in eodem decreto, ut nullus facile accusare audeat episcopum : « Apostoli, successoresque apostolorum, considerantes statuerunt ne facile commoverentur, aut lacerarentur, vel accusarentur columnæ sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ apostoli, et successores eorum non immerito dicuntur : sed si quis adversus eos A vel ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos concurrat charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti, ea sanent quæ sananda sunt, et charitative emendent quæ juste emenda cognoverint. Si autem aliqui eos, priusquam hæc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur, et minime absolvantur, antequam per satisfactionem, ut jam dictum est, condignam egerint pœnitentiam, quoniam injuria eorum ad Christum pertinet, cujus legatione funguntur. Nec hoc mirum : quia si quisque nostrum cuidam suorum legationem injungeret, et a quoquam impediretur, aut ab aliquo subditorum suorum despiceretur, mox indignatus irasceretur, aut talia prout posset vindicaret, et ad injuriam et contumeliam sui hoc factum reputaret, et talionem, si in præsentia non posset, futuris temporibus redderet. Nam si in hominum causa hæc fiunt, quid putatis Deus faciet de suis, qui nec capillum capitis eorum perire B dixerit ? Unde et Dominus per Nahum loquitur prophetam dicens : « Deus æmulator, et ulciscens Dominus : ulciscens Dominus, et habens furorem : ulciscens Dominus in hostes suos, et irascens ipse inimicis suis (*Nah.* i). » Ex decretis Evaristi papæ, de honore episcoporum (*epist.* 2) : « Episcopum oportet opportune et importune, atque sine intermissione Ecclesiam suam docere, eamque prudenter, regere et amare, ut a vitiis se abstineat, et salutem consequi possit æternam : et illam cum tanta reverentia ejus doctrinam debet suscipere, eumque amare et diligere, ut legatum Dei, et præconem veritatis, quia testante Veritate : « Quæcunque ligaveritis super terram erunt ligata et in cœlo, et quæcunque solveritis super terram erunt soluta et in cœlo (*Matth.* xvi). » Nimis timenda est, fratres, hæc sententia, et prævidendum vobis, ne offendatis eos qui tantam a Domino habent potestatem. Et ideo potius obediendi, diligendi et summopere sunt venerandi, non de- C trahendi, vel lacerandi, vel ejiciendi, sed portandi et amandi, ipso dicente Domino : « Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit (*Luc.* x). » Ideo vobis et omnibus fidelibus scribimus, fratres, ut ab his vos caveatis, et posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis, quoniam injuria episcoporum ad Christum pertinet, cujus vice funguntur. » Ex decretis Alexandri papæ, de non vexandis sacerdotibus (*epist.* i) : « Pervenit ad conscientiam apostolicæ sedis, quod nonnulli sint tam stolidi, qui Dominica præcepta, et apostolorum, eorumque successorum statuta minime observent, et eos quibus Dominus ait : « Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei (*Zach.* ii) ; » non solum tangere minime dubitant, sed etiam persequi non formidant. Et licet nos persequantur, quin nec nos sine illis, nec illos sine nobis persequi possunt, quoniam illius sumus discipuli « qui animas pro fratribus præcepi, ponere (*I Joan.* iii), » tamen eorum peri- D cula et perditiones non sumus ausi celare, ne prophetica, quod absit, damnemur sententia, quæ ait : « Si annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, animam tuam liberasti : si autem non nuntiaveris ei, sanguinem ejus de manu tua requiram (*Ezech.* iii). » Qui ergo sacrilega persuasione persequuntur et lacerare nituntur episcopos, vel eos qui recte Domino sacrificant, indubitanter Dominum persequuntur et dilaniant, cujus vice funguntur. Unde Dominus ait per Joel prophetiam : « Nunquid ultionem vos reddetis mihi ? et si ulciscimini vos contra me, cito reddam vobis vicissitudinem super caput vestrum (*Joel.* iii). » Has considerantes pietates, et pericula vitantes animarum, una cum omnibus Dei sacerdotibus, qui nobiscum in hanc sacram convenerunt urbem, et cum omnibus hujus capitis membris, sicut a beatis apostolis, ac reliquis sanctis Patribus, ac successoribus eorum accepimus, statuentes decernimus, omnes qui sanctos Patres persequuntur, aut amo-

vere vel vel dilacerare manifeste nituntur, infames esse, et alienos a liminibus Ecclesiæ usque ad satisfactionem fieri : quia sic odit Deus eos qui adversus Patres armantur, ut Patrum invasores vel destructores, qui ideo infames efficiuntur, quia Patres persequuntur.» Item cujus supra : « Nulli, fratres, dubium est, quia boni a malis semper persequuntur et tribulantur. Propter quod nos oportet humiliari sub potenti manu, ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam « sicut leo rugiens circuit quærens quem devoret (*I Petr.* v), » sic diabolus non cessat circuire et quærere quos ex fidelibus perdat, et maxime eos, quos ardentiores in servitio Salvatoris eique familiares invenerit. Familiares dico, quos sibi sacrari, et in ordine apostolorum constitui coluit. Ipsi enim pro populo interpellant, et peccata populi comedunt, quia suis precibus et oblationibus ea delent atque consumunt, qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus eorum pro quibus clamant exaudiuntur.« Multum enim, ut ait Jacobus apostolus, valet deprecatio justi assidua (*Jac.* v).» Qui autem vos persequitur, ipsum cujus legatione fungimini persequitur, quia sicut ipse Filius Dei mediator fuit Dei et hominum, ita et vos ejus vice in Ecclesia estis constituti, ut inter Deum et homines legatione fungamini. Si quis autem legationem vestram impedit, non unius, sed multorum profectum avertit, et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est, et bonorum societate arcendus, et quia Dei causam impedit, et statum conturbat Ecclesiæ : ideoque ab ejus liminibus arceatur. Ab omnibus quoque talis est cavendus, et non in communione fidelium usque ad satisfactionem recipiendus. Est enim statutum olim, ut qui statum conturbat Ecclesiæ, ab ejus liminibus arceatur, nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit.» Ex decretis Telesphori papæ, de episcopis non arguendis, aut accusandis (*epist.* 1) : « Justum est omnes in universo orbe doctores legis ea quæ legis sunt sapere, et non sacerdotes Domini labiis suis, aut quibuslibet machinationibus maculare. Dum enim ipsos disponunt, aut cupiunt maculare, potius seipsos maculant et vulnerant. Dei ergo ordinationem accusat qui sacerdotes accusat, vel damnare cupit, a quibus se omnes fideles cavere debent, quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus rei sunt.» Ex decretis Pontiani papæ, de honore episcoporum, et quod ipsi non sint infestandi, sed venerandi (*epist.* 1). « Sacerdotes non sunt infestandi, sed honorandi. In eis quoque Dominus honoratur, cujus legatione funguntur. Hi ergo, si forte ceciderint, a fidelibus sunt sublevandi atque portandi. Accusandi autem non sunt ab infamibus aut sceleratis, vel inimicis, aut alterius sectæ vel religionis hominibus. Sed si peccaverint, a reliquis arguantur sacerdotibus et a summis pontificibus constringantur, et non a sæcularibus, aut malæ vitæ hominibus arguantur, vel arceantur.» Hæc scilicet sunt apostolorum decreta, imo ipsius Christi dicta, quibus si quis obviare aut contradicere tentaverit, non se Christianum, sed Antichristum comprobaverit. Ergo, si sacerdotes Dei non sunt infestandi, non contristandi, non accusandi, non a sæcularibus arguendi, non reprehendendi, non damnandi, non arcendi, non quibuslibet machinationibus maculandi vel dilacerandi, aut detrahendi, non aliqua injuria aut contumelia afficiendi, quin minus persequendi, excæcandi aut interficiendi. Nam de injuria vel dehonoratione sacerdotum, in jam dicto capitulari libro VI, capite 91 (98), ita scriptum habetur : « Si quis episcopo aliquam injuriam, aut injustam dehonorationem fecerit, de vita componat ; et omnia quæ habere visus fuerit, ecclesiæ, cui episcopus præesse dignoscitur, integerrime socientur, et nobis in triplo bannus noster, id est solidi LX, persolvantur, aut ipse in servitio fisci nostri serviturus semper societur, usque se redimat in triplo juxta virgildum suum, si potuerit. Sancta vero Ecclesia in sacerdotibus constat. Idcirco magna pœna plectendi sunt qui episcopis vel reliquis sacerdotibus injuriam vel contumeliam fecerint. Nam detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cujus vice legatione in Ecclesia funguntur.» Item ex eodem libro, capite 297 (304) : « Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit ut in ecclesias, earumque res irruens, sacerdotibus et ministris, vel ipsi cultui, locoque aliquid importet injuriæ, vel inferat ad divini cultus injuriam, in convictos, sive concessos reos capitali sententia noverit judicandum. Nec exspectetur, ut episcopus injuriæ propriæ ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi soli gloriam dereliquit. Sitque cunctis non solum liberum, sed etiam laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris injurias, velut publicum crimen persequi ac de talibus reis ultionem mereri.» De his qui clerum injuriaverint. ex capitulari Caroli imperatoris (*lib.* v, *c.* 121) :« Quicumque judex, aut sæcularis adversus presbyterum, aut diaconum, aut de junioribus, absque audientia episcopi, vel archidiaconi, vel archipresbyteri, injuriam inferre præsumpserit, anathema ab omni Christianorum consortio habeatur.»

CAPITULUM VI.

Et quoniam sunt aliqui tantæ cupiditatis face succensi, ut non solum sibi a Deo concessis non bene utantur, verum inconcessa ac si licita ambiant, et ex his quæ divinis sunt tradita et oblata cultibus, et secundum legem Domini, sancta sanctorum sunt Domino, et ad jus pertinent sacerdotum, exactiones, census ab ipsis sacerdotibus sibi exquirant, et xeniis, ac pastis, vel paraveredis, seu caballorum saginationibus presbyteros affligant, cum ex eis, quæ seu pro dote, seu quacunque fidelium devotione, unicuique tradita sunt ecclesiæ, non aliud quodlibet servitium, nisi spiritale exigere debeant; necessarium nobis videtur, hujuscemodi præsumptiones, quia contra canonicam fiunt auctoritatem, modis omnibus cohibere. Ab antiquo denique tempore a sanctis Patribus, et a nostris est majoribus constitutum, ut sicut habet episcopus in sua ordinatione omnem generaliter parochiam, cum omnibus rusticanis parochiis, quas per tricenium inconcusse possedit : ita et unusquisque presbyter in sua ordinatione ac dispositionis cura habeat parochiam suam cum dote, et decimis ecclesiæ, videlicet cum sui episcopi consilio ac dispositione, secundum regulas antiquitus et divinitus constitutas, sicut olim ante incarnationem Christi a sancto Spiritu per prophetam prædictum, et post ejus ascensionem in cœlos, eodem sancto Spiritu per sanctos Dei homines decretum fuisse demonstrat sanctus Basilius, exponens versum psalmi : « Convallem tabernaculorum dimetiar (*Psal.* LIX).» « Convallis, inquit, tabernaculorum dimetietur, hoc est universus orbis terrarum, qui vallis tabernaculorum pro habitaculis corporum dictus est, hic velut quadam sorte divisus atque dimensus per singula loca Ecclesiarum Dei parochiis et incolatibus dividitur, » etc. Hinc iterum scriptum est : « Distribuite domos ejus (*Psal.* XLVII), » videlicet universalis Ecclesiæ, per custodiarum parochias prædicando, « ut enarretis in progenie altera, » et reliqua ; quia vero facultatum et dotum ad ecclesias pertinentium dispositio secundum canonum antiquam constitutionem, ad episcoporum solummodo ordinationem, et ad presbyterorum dispositionem pertineat, Toletanum manifestat concilium, dicens (*Conc. Tolet.* III, c. 19) : « Multi, contra canonum constituta, sic ecclesias, quas ædificaverint, postulant consecrari, ut dotem, quam eisdem ecclesiis contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum, et in præteritum displicet, et in futuro prohibetur, sed omnia, juxta constitutionem antiquam, ad episcopi ordinationem et potestatem pertineant.» Quod si quæritur, quæ dicat omnia, procul dubio, decimas, primitias fructuum, et oblationes eorum et ea quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis, atque

pecuniis, seu quibuslibet rebus, quæcunque fideles obtulerint. Quæ omnia sub immunitate a tributis fiscalibus, et omni dominorum exactione libera, sub potestate et dispositione, ut diximus, episcoporum, ac regimine et dispensatione presbyterorum manere debent inconcussa. Hoc et dominus imperator Ludovicus de manso ad ecclesiam dato, et cæteris ad eam pertinentibus, in suo capitulari ita constituit (*lib.* I, *cap.* 61) : « Sancitum est, inquit, ut unicuique ecclesiæ unus mansus integer absque servitio aliquo attribuatur, et presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis, vel hortis juxta ecclesiam positis, neque de præscripto manso, aliquod servitium faciant præter ecclesiasticum, et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus suis debitum servitium impendant. » At contra quidem præsumunt distringere, et injuriare, vel etiam expellere presbyteros de ecclesiis sibi commissis, vel exspoliare decimis, aut possessionibus, non timentes tot sanctorum contemnere statuta Patrum, cum dicat Carthaginense concilium (*conc. Carthah.* I, can. 14) : « Si quis statuta supergressus corruperit, vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communione ; si clericus, honore privetur. » Et in sæpe fato Capitularium lib. VII, capite 139 (154) : « Ut nullus judex, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum, aut juniorem ecclesiæ sine conscientia pontificis per se distringat, aut condemnare præsumat : quod si fecerit, ab ecclesia, cui injuriam fecit quam irrogare dignoscitur, tandiu sit sequestratus donec reatum suum cognoscat et emendet. » Item in eodem lib. cap. 165, « sancitum est ut sine auctoritate, vel consensu episcoporum, presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur, nec expellantur, et si quis deinceps hoc facere tentaverit, synodali sententia districte feriatur. » Et in lib. II, cap. 47 (36), ut ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec ulla possessione priventur. Hæc autem deducentes ad medium, nequaquam seniorum ab eis tollimus dominium, quasi ipsi nomen senioratus in rebus ibi a Deo concessis habere non debeant, aut non possint, sed potius ecclesiæ episcoporum esse debeant, designamus denique gubernationem episcopi, non nobis vindicamus potestatem Domini. Et quia mitis et humilis Magistri discipuli sumus, presbyteris nostris humilitatis exempla et monita dare debemus, videlicet ut eis, in quorum ditione suæ consistunt ecclesiæ, congruum honorem et obsequium impendant debitum, id est, spiritale atque ecclesiasticum, et hoc sine ullo typho, vel contentione aut rebellione. Salvo namque ministerii sui jure, debent se gratiosos exhibere senioribus et parochianis suis, de quorum oblatione vivunt, et cum debita humilitate spiritalia eis obsequia ministrare, quæ gratis quidem agere deberent, etiamsi nihil temporalis subsidii ab eis perciperent. Sciant igitur presbyteri secundum Apostolum omnibus sua reddere debita, « cui honorem, honorem; cui timorem, timorem. » Ut eis aptetur quod subjungitur : « Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis (*Rom.* XIII). » Sed quoniam sunt nonnulli, qui ignorantes, imo contemnentes Dei justitiam, suæ quærunt tenacitatis statuere injustitiam, ausuque sacrilego subripiunt atque defraudant Deo debitam decimarum partem, ad suam ipsorum perniciem dicentes non se debere decimas dare de militia, de negotio, de artificio, de lanarum tonsione, et de cæteris quibuscunque sibi a Deo largitis commerciis, audiant, non nostra, sed per sacras Scripturas Dei de talibus mandata, et sancta sanctorum Patrum exempla, atque cognoscant nos nequaquam, ut illi aiunt, nunc exigere nova, sed potius repetere Dei legibus instituta, et antiquorum Patrum devotione largita. Et primo omnium attendant, quia solius Dei causa oblationes ei decimas suas sacerdotibus [*f. deest* ut] ipsi Deo dare debeant : et quia eas dando fideliter, nihil Deo, A qui bonorum nostrorum a se nobis collatorum non indiget, conferunt, sed ei sua reddunt; et pro parvis in præsenti, maxima et sibi in futurum profutura acquirunt. Scribitur in Levitico : « Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, et illi sanctificantur (*Levit.* XXVII). » Item in eodem : « Omnes decimæ boum et ovium, et omne quod transit sub virga, in numerum decimum quodcunque venerit, sacrificatum erit Domino. Non mutabis illud bonum malo, neque malum bono (*Levit.* XXXII). » In Deuteronomio : « In loco quem elegerit Dominus Deus vester, ut si nomen ejus in eo, illuc omnia quæ præcipio conferetis, holocausta et hostias, ac decimas, et primitias manuum vestrarum, et quidquid præcipuum est in muneribus quæ vovistis Domino (*Deut.* XII). » Item in eodem : « Decimam partem separabis de cunctis frugibus tuis, quæ nascuntur in terra per annos singulos : decimam frumenti, et vini, et olei, B et primogenita de armentis, et ovibus tuis, ut discas timere Dominum Deum tuum (*Deut.* XIV). » In libro Numeri : « Omnem medullam olei, ac vini, et frumenti, et quidquid offerunt primitiarum Domino, » id est Aaron, « dedi, universæ frugum primitiæ, quas gignit humus, et Domino deportantur, cedent in usus tuos. Omne quod ex voto reddiderint filii Israel, tuum erit (*Num.* XVIII). » Item in eodem : « Filiis Levi dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo serviunt mihi in tabernaculum fœderis (*Ibid.*). » Ecce audistis, cujus sint, et cui sacrificentur, et cui dari, scilicet Deo, decimæ debeant. Sed et quæ sibi dari præcipiat : scilicet non tantum omnes omnium quæ nascuntur in terra decimas, sed etiam universas frugum quas gignit humus primitias, necnon et decimas boum, ovium, et omnium armentorum, cum primogenitis eorum, manuum quoque vestrarum decimas, ac primitias, insuper et vota, atque mune- C ra, quæ omnia vobis offerre præcipit ad locum templi sui, ut cedant in usus sacerdotum pro ministerio quo serviunt in tabernaculo Domini. Fortassis vero, dicet aliquis : Non sum agricola, non habeo unde possim dare decimas fructuum terrenorum, vel etiam armentorum. Audiat quicunque est ille, miles sit, negotiator sit, artifex sit : Ingenium, quo pasceris, Dei est, et ideo inde ei dare debes decimas. Nam de militia, audi quid in libro dicatur Genesis de Abraham patriarcha, postquam reversus est a cæde Chodorlahomor, et regum cui cum eo erant. » Cum benedixisset eum Melchisedech sacerdos Dei altissimi, dicit Scriptura, quia dedit ei Abraham decimas ex omnibus (*Gen.* XIV). » Item in eodem libro legitur, quod beatus Jacob pergens in Mesopotanniam Syriæ ad Laban, cui pro mercede viginti servivit annis, sic locutus sit : « Si Dominus, » inquit, « fuerit mecum in via per quam ambulo, et custodierit me, D et dederit mihi panem ad vescendum, et vestem ad induendum, reversusque fuero prospere in domum patris mei, erit mihi Deus in Deum, et lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumque quæ dederis mihi decimas offeram tibi (*Gen.* XXVIII). » De sancto quoque Tobia legitur, quia pergebat ad Jerusalem ad templum Domini, et ibi adorabat Daminum Israel, omnia primitiva sua et decimas fideliter offerens (*Tob.* I). Ecce habes quæ imiteris sanctorum Patrum exempla, qui de omnibus quæ habebant Deo decimas fideliter offerebant. Et quid hoc de laudabilibus proponimus patriarchis, cum audiamus dicentem in Evangelio a Deo reprobatum pro tumore jactantiæ Pharisæum : « Decimas do omnium quæ possideo (*Luc.* XVIII). » et ipsum Deum improperantem Scribis et Pharisæis quod « prætereuntes mandata Dei decimarent etiam anethum et ciminum, et omne olus ? (*Matt.* XXIII.) » Saltem pudeat nos Christianos, aut nolle aut non posse in hac imitari parte Pharisæos, cum audiamus ipsum sic comminantem nobis Christum : « Nisi abunda-

justitia vestra plusquam Scribarum et Pha- A
rum, non intrabitis in regnum cœlorum
*h.* v). » Et tamen hi decimas dabant omnium
possidebant. Sed forte, adhuc inquies, pluri-
numeratis, nondum de tonsione lanarum
od divinum nominatim protulisse præceptum.
e tibi posset sufficere quod dicitur, « ex om-
? » Sed quia, quod dictu pudori est, ex hac
decimatione quidam causantur, audiant
num, dicentem in Deuteronomio : « Hoc erit
ium sacerdotum a populo, et ab his qui offe-
victimas, sive bovem, sive ovem immolave-
sacerdoti dabunt armum et ventriculum, pri-
s frumenti, vini, et olei, et lanarum partem
ium tonsione. Ipsum enim elegit Dominus
tuus de cunctis tribubus ejus, ut stet et mi-
t nomini Domini (*Deut.* xviii). » Adhuc autem
od est amplius, hoc nescientibus innotesci-
scientibus ad memoriam reducimus, et ut ad
verbis beati papæ Gregorii utamur, non tan- B
decimas rerum, sed etiam dare Deo debemus
nas dierum, quod fideles quique annuatim
nt agere tempore Quadragesimæ. Et ne quid
tur prætermissum in exsolvendis Deo decima-
vel primitiarum debitis, noverint cuncti quid
lex statuat de cibis. Scriptum est in Deute-
mio : « Cum veneritis in terram quad dabo
, et comederitis de panibus regionis illius,
abitis primitias Domino de cibis vestris. Sicut
eis primitias separabitis, ita et de pulmentis
is primitiva Domino (*Num.* xv). » Et ne hæc
a Deo largitori omnium bonorum offerenda,
otius ex debito reddenda, quis quolibet modo,
camus subtrahere audeat, vel fraudare, quin
differre, audiat Deum sibi in Exodo dicentem :
imas tuas, et primitias non tardabis offerre
(*Exod.* xxii). » Si igitur prævaricatio legis
ardius dare, quanto pejus est hæc non de-
? Ergo si secundum Domini imperium vobis C
epta devota adimplere statueritis, promissa
rophetam Malachiam ab eo præmia vos per-
e gaudebitis : « Inferte, inquit, omnem deci-
in horreum meum, et sit cibus in domo mea,
obate me super hoc, dicit Dominus, si non
ero vobis cataractas cœli, et effudero vobis
dictionem usque ad abundantiam, et incre-
pro vobis devorantem, et non corrumpet
um terræ vestræ, nec erit sterilis vinea in agro,
Dominus exercituum, et beatos vos dicent
s gentes (*Malach.* iii). » Et iterum Scriptura
: « Honora Dominum de tua substantia, et de
itiis frugum tuarum, ut impleantur horrea tua
ento, et vino torcularia redundabunt (*Prov.*
» En vides, quomodo tibi magis quam Deo
proficiunt decimæ, quando eas citissime cen-
cato recipis fœnore. Item dicit Scriptura. « Da-
singuli redemptionem animarum suarum,
n erunt in eis morbi, neque casus (*Exod.* xxx). » D
et cum abundantia fructuum, corporis etiam
equeris sanitatem. Addimus adhuc, quia di-
adimplendo præcepta, cœlestia promereris
nia, et violando illa infernalia tibi, utpote
aricator, acquiris tormenta, nisi Deo et Ec-
æ pœnitentia et emendatione satisfeceris con-
. Etenim quia denegamus Deo primitias rerum,
co justo ejus judicio in notris pervertimur pri-
s, ipsique revocamur ad decimam, cum dene-
novem, vix partem recipimus decimam. Ideo
que messis nostra, pluviarum benedictione
racta, jejuna deficit, vindemiam aut grando
utit, aut pruina decoquit, et quia ex debito
mus dare Deo, ejusque sacerdoti, ex non de-
damus pagano et impio militi. His igitur dili-
er perspectis, monente Scriptura, Deum devote
remus in dandis omnium quæ possidemus
m primitiis et decimis, ut ab ipso percipere
eamur et necessaria boni commoda tempora-
et æternæ præmia felicitatis.

## CAPITULUM VII.

Nunc de his agendum est, qui rapinis diverso modo dediti, innocentibus insidias, vel damna, et mortes inferunt, domosque suas hujusmodi spoliis implent, qui comedunt panem impietatis, et vinum iniquitatis bibunt; quorum pedes incessanter ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem, vel ablata omni substantia fame interficiant innocentem : et dum vel alieno sanguini insidiantur, vel fraude sibi vivendum æstimant, ut Salomon dicit, « ipsi contra sanguinem suum insidiantur, et moliuntur fraudes contra animas suas (*Prov.* i). » Contra sanguinem quippe suum faciunt, quia quasi fuerit judex qui judicium in eos justum exerat, temporali morte plectuntur, contra animas autem suas, quia æterna perditione damnabuntur, et qui ob philargyriam rapinis innocentum et cædibus invigilant, semet hoc agentes perdunt, quos Dominus per Isaiam prophetam increpat, dicens : « Vos depasti estis vineam meam, id est, populum Christianum : rapina pauperum in domo vestra (*Isa.* iii), » in domo scilicet mansionis, et in domo corporis, dum ex ea non tantum vosmetipsos usque ad crapulam, sed et thesauros vestros repletis. Sed quid talibus immineat per eumdem prophetam Dominus non tacet. « Væ, inquit, impio in malum, retributio enim manuum fiet ei (*Ibid.*). » Itemque : « Væ qui conjungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis, etc. (*Isa.* v). » Horum, quod dictu dolendum est, numerus, quique adeo rapinæ amorem imbiberunt, quasi licitum sit et pulchrum vivere rapto, nec considerant miseri et miserandi homines, quot millia hominum innocentum perimant quotidie, non gladio, quod esset utique levius, sed durissima atque atrocissima famis morte. Et possunt miseri tot homicidiorum rei esse vel una hora securi ? Et certe esurienti non dare panem damnabile est, ipso Domino in extremo judicio dicturo : « Esurivi, et non dedistis mihi manducare, etc. (*Matth.* xxv), » quibus subjunxit : « Ite, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus (*Ibid.*). » Hinc ergo colligendum, qua damnatione plectendi sint, qui aliena diripiunt, si tali animadversione feriuntur, qui sua indiscrete et immisericorditer tenuerunt. Quam multiplex autem sit rapina, et quod modis agatur, Job breviter enumerat, inquiens : « Alii terminos transtulerunt, diripuerunt greges, asinum pupillorum abegerunt abstulerunt pro pignore bovem viduæ, subverterunt pauperum viam, oppresserunt pariter mansuetos terræ, agrum non suum demetunt, et vineam ejus, quem vi oppresserunt, vindemiant, nudos dimittunt homines, vestimenta tollentes quibus non est operimentum in frigore, vim fecerunt deprædantes pupillos, et vulgum pauperum spoliaverunt. Nudis et incedentibus absque vestitu, et esurientibus tulerunt spicas. De civitatibus fecerunt viros gemere, et anima vulneratorum clamabit, et Dominus inultum abire non patietur (*Job* xxiv). » De talibus per prophetam dicitur : « Væ ei qui multiplicat non sua usquequo, et aggravat contra se densum lutum (*Habac.* ii). » Densum lutum contra se aggravare est, terrena lucra cum peccati pondere cumulare. Et in Evangelio Dominus ait : « Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur (*Matth.* xvi) ? » id est, quid prodest homini, si totum quod extra se est congregat, si id quod ipse est damnat ? Illa enim quæ rapiunt in hoc sæculo dimittunt; sed secum ad judicium causas rapinæ et suam damnationem ferunt. Audiant raptores quid de eis vas electionis Paulus, qui ad tertium cœlum raptus est, dixit : « Neque rapaces, inquit, regnum Dei possidebunt (*I Cor.* vi). » Non ergo raptor, non prædo pauperum, regnum Dei possidebit, nisi perfectam egerit pænitentiam, et injuste sublata reddiderit. Sunt enim quidam qui pœnitere quidem vo-

lunt, sed rapta reddere nolunt, pessimum certe hominum genus, cui pœnitendi medicina omnino non prodest Si enim res rapta, cum reddi possit, non redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur. Hi enim, ut dicit sanctus Augustinus (*epist.* 54, *ad Macedonium*), scelus cupiunt sibi relaxari, et illud propter quod scelus admissum est, possidere. Non ergo remittetur rapinæ peccatum, nisi restituatur ablatum, sed cum restitui potest; plerumque enim qui aufert amittit, sive alios patiendo malos, sive ipse male vivendo, nec habet unde restituat. Sciat ergo unusquisque raptor, non sibi dimitti rapinæ peccatum, nisi cum potest id quod rapuit restituat. Nam et Zachæus publicanus, qui Dominum hospitio susceperat, in vitam sanctam repente mutatus, dixit : « Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum (*Luc.* XIX). » Sic ergo unusquisque raptor agat, restituat primum quod injuste abstulit, si veram pœnitentiam B agere, et veram Dei misericordiam obtinere cupit. Si autem non habet unde reddat, non possumus ei dicere : Redde quod abstulisti. Quamvis, etsi aliquos sustinet cruciatus, dum existimatur habere quod reddat nulla est iniquitas, quia etsi non est unde reddat ablatam pecuniam, merito tamen, dum eam per molestias corporales reddere compellitur, peccati quo male ablata est pœnas luit. Ergo quia absque respectu timoris Dei innumerabiles rapinæ et deprædationes in isto regno olim factæ sunt, et hactenus fiunt, et in oculis et in auribus Domini exercituum sunt, idcirco nunc vastitatem patimur, et sterilitatem, quam Dominus quondam Israelitico populo comminabatur, dicens : « Nisi domus desertæ fuerint grandes, pulchræ absque habitatore, decem jugera vinearum facient langunculam unam, etc. (*Isa.* V). » Et quoniam judicio justo Dei, exigente pœna nostri peccati, in tantam devenimus amentiam, ut nec eam C qua verberamur sentiamus, aut scire velimus correptionem, jure duplicem experimur captivitatem scilicet barbaricam, et, quod est gravius, dæmonicam ; sicut Dominus testatur per Isaiam prophetam : « Propterea, inquit, ductus est captivus populus meus, qui non habuit scientiam (*Ibid.*) : » scientiam utique divinum judicium, vel suam correptionem intelligendi, vel benefaciendi. Et iterum : « Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino (*Ibid.*) : » scilicet ut insiatiabili ingluvie devoret in perpetuum puniendos. « Et descendent fortes terræ, et populus, et sublimes gloriosique ejus ad eum (*Ibid.*). » Expergiscantur ergo tandem aliquando ad tantam tonitrui magnitudinem : audiant Dominum per eumdem prophetam terribiliter comminantem : « Omnis, inquit, violenta prædatio cum tumultu, et vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, et cibus ignis (*Isa.* IX). » D Omnis enim violenta iniquorum prædatio, et tumultus, ac turbæ, quibus pauperes quosque sibique inferiores oppresserunt, et sanguinem sanguini miscuerunt, erit in combustionem gehennæ, et cibus ignis æterni. Itemque per Psalmistam loquitur : « Propter miseriam inopum, et gemitum pauperum, nunc exsurgam, dicit Dominus. (*Psal.* II), » id est jam jamque in proximo vindictam exercebo. Et iterum Isaias propheta dicit : « Non despiciet Dominus preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, et exclamatio ejus super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt usque ad cœlum, et Dominus exauditor non delectabitur in illis (*Eccli.* XXXV). » Verum quia hæc impietas non jam tantum in extraneos, sed in sua, ut ita dicamus, sævit viscera, et unusquisque carnem brachii sui vorat, timendum est ne talibus illud Apostoli contingat : « Videte, inquit, ne dum invicem mordetis et comeditis, ab invicem consummamini (*Galat.* V). » *Qui enim seipsum comedit*, cito deficit. Nam cui dicit Psalmista : « Tibi, Domine, derelictus est pauper, pupillo tu eris adjutor (*Psal.* X). Ipse eripiet inopem de manu fortium ejus, egenum et pauperem a diripientibus (*Psal.* XXXIV). » Sane statuta Ecclesiæ antiquæ præcipiunt, eorum qui pauperes opprimunt dona a sacerdotibus esse refutanda (*concil. Carthag.* IV, cap. 94,) et merito, cum sint apud Dominum abominabilia, testante super hoc Scriptura : « Qui offert, inquit, sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris (*Eccles.* 34). » De ditibus quoque, et potentibus, qui pauperes opprimunt, in libro VI, Capitularium capitulo 418 (31), sic continetur : « Ut judices, aut potentes, qui pauperes opprimunt, si admoniti a pontifice suo se non emendaverint, excommunicentur. » Et ipsi quidem, nisi condignam de talibus gesserint pœnitentiam, sicut beatus testatur Paulus de rapacibus, « regnum Dei non possidebunt (*I Cor.* VI). » Cæterum regalis potestas tales punire debet secundum antiquorum regum sanctiones de his prolatas qui infra regnum rapinam fecerint (lib. VI *Capitul.*, cap. 288), vel apud quam scelus agnoscitur, et pars rapinæ inventa fuerit, sive de eis qui diripienda indicare reperiuntur. Inter quæ de eo qui facultatem deprædationis dederit, vel si quis factam diviserit, præcipitur libro VI, Capitularium capite 384 (289) ut vivus comburatur. Itemque capitale supplicium excipiat qui violentiam commisisse dignoscitur.

## CAPITULUM VIII.

Est præterea quædam exsecrabilis species rapinæ, vel potius sacrilegii. quam ex ipso actu rustici raptum vocant, quod quantum sit malum, et non tantum divina, sed humana quoque auctoritate damnatum paucis monstrabimus verbis ad cautelam omnium Christianorum nobis commissorum. Ac primo de puellis raptis, ac necdum desponsatis, quid sacri canones præcipiant, retexere duximus necessarium. In concilio Chalcedonensi ubi sexcenti triginta Patres adfuerunt, capite 27, ita habetur : « Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes, et conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, si quidem clerici sunt, decidant gradu proprio; si vero laici, anathematizentur. » Quibus verbis aperte datur intelligi, qualiter hujus mali auctores damnandi sint, quando participes et conniventes tanto anathemate feriuntur : et quod juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi jure vindicare nullatenus possunt. De desponsatis vero puellis, et ab aliis raptis, ita in concilio Ancyrano capite 10, legitur : « Desponsatas puellas. et post ab aliis raptas, placuit erui, et eis reddi quibus ante fuerant desponsatæ, etiam si eis a raptoribus vis illata constiterit. » Proinde statutum est a sancto conventu, ut raptor publica pœnitentia mulctetur, raptæ vero, si sponsus eam recipere noluerit, et ipsa ejusdem criminis consentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Quod si et illa consensit, simili sententiæ subjaceat. Quod si post hæc ei se jungere præsumpserit, utrique anathematizentur Quid autem lex imperatorum de hujuscemodi raptoribus jubeat, in libro V, capite 239 scire volens reperiet. Item in libro VII, capite 247, de raptoribus viduarum vel virginum ita decernitur : « Sancitum est, ut raptores viduarum vel virginum ab Ecclesiæ communione pellantur. » Item, de his qui rapiunt feminas, ut eas non habeant uxores, et quid de raptis agendum sit, ex eodem libro, capite 395. « Placuit, ut hi qui rapiunt feminas, vel furantur, aut seducunt, ut eas nullatenus habeant uxores, quamvis eis posmodum conveniat, et eas dotaverint, vel nuptialiter cum consensu parentum suorum acceperint. Si quis autem uxorem habere voluerit, canonice et legaliter eam accipiat et non rapiat. Qui vero eam rapuerit, vel furatus fuerit, aut seduxerit; nunquam eam uxorem habeat, sed propinquis suis eam legibus reddat, et in triplo bannum Domi-

nicum componat, insuper canonice publicam pœnitentiam gerat, ad quod omnes una voce clamaverunt, dicentes : Ista omnes tenere firmiter volumus, et in perpetuum ab omnibus conservari optamus. » Ergo decernimus et nos, secundum constitutionem antiquam, ut nullus occultas nuptias, aut raptum faciat, vel quam propinquus habuit ducat uxorem, sed dotatam, et a parentibus traditam, per benedictionem sacerdotum accipiat, qui vult uxorem, sicut in libro supradicto capite 179 (127) monetur his verbis : « Sancitum est, ut publicæ nuptiæ ab his qui nubere cupiunt fiant, quia sæpe in nuptiis clam factis gravia peccata, tam in sponsis aliorum quam in propinquis sive adulterinis conjugiis, et, quod pejus est dicere, consanguineis, accrescunt vel accumulantur. Ex his autem procreari solent cæci, claudi, gibbi, et lippi, sive alii turpibus maculis aspersi, et hoc ne deinceps fiat omnibus cavendum est. Sed prius conveniendus est sacerdos, in cujus parochia nuptiæ fierit debent, in ecclesia coram omni populo, et ibi inquirere una cum populo ipse sacerdos debet, si ejus propinqua sit, an non, aut alterius uxor, vel sponsa, vel adultera. Et si licita et honesta pariter omnia invenerint, tunc per consilium et benedictionem sacerdotis, et consultu aliorum hominum bonorum, eam sponsare et legitime dotare debet. Scribit namque de legitimo matrimonio beatus Augustinus ita : Talis esse debet quæ uxor habenda est, ut secundum legem sit casta in virginitate, et dotata legitime, et a parentibur tradita sponso, et a paranymphis accipienda, et ita secundum legem, et Evangelium publicis nuptiis honestata, in conjugio licite sumenda, et omnibus diebus vitæ suæ, nisi ex consensu et causa vacandi Deo, nunquam propter hominem separanda, et si fornicata fuerit, et vir ejus voluerit, dimittenda, sed illa vivente, altera non ducenda, quia « adulteri regnum Dei non possidebunt (*I Cor.* VI) : » et pœnitentia illi accipienda. Nolite vos, viri, habere uxores, quarum priores mariti vivunt, adulterina enim sunt ista conjugia. Et hoc, ut diximus, omnino providendum est, ne ejus sit propinqua, quia scriptum est : « Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, ut revelet turpitudinem ejus (*Levit.* XVIII). » Similiter scriptum est : « Cum uxore proximi tui non coibis, nec seminis ejus commistione macularberis (*Ibib.*). » Et in decretalibus papæ Gregorii legitur (GREG. II *in synodo Romana* I) : Si quis diaconam, aut monacham aut commatrem spiritualem, aut fratris uxorem, aut neptem, aut novercam, aut nurum suam, aut consobrinam, aut de propria cognatione, vel quam cognatus habuit duxerit uxorem anathema sit : et responderunt omnes tertio, Anathema sit. Item : Si quis viduam rapuerit, vel furatus fuerit uxorem, vel consentientes ei, anathema sit. Et si quis virginem, nisi desponsaverit eam, rapuerit vel furatus fuerit, consentientes ei, anathema sit : et responderunt omnes tertio, Anathema sit. Et alibi in canonibus præceptum est, ut nemo usque ad afffinitatis lineam, et propinquitatem sui sanguinis connubia ducat, neque virginibus, sine benedictione sacerdotis, quis nubere præsumat, oppido enim ista cavenda sunt ne fiant. Sed postquam ista omnia probata fuerint, et nihil impedierit, tunc si virgo fuerit, cum benedictione sacerdotis sicut in sacramentario continetur, et cum consilio multorum bonorum hominum, publice et non occulte ducenda est uxor, ut boni ab his filii Domino miserante procreentur, et non tales sicut superius dictum est. Item in libro VI, capitulo 419 (306). Si quis non æquo gradu, sed incestuoso ordine, cum iis personis, quibus a divinis regulis prohibitum est, se conjunxerit, usquequo post [*dele* post] pœnitentiam sequestrationes testentur, utrique communione priventur, et neque in palatio habere militiam, neque in foro agendarum causarum licentiam habebunt.

A Nam si se quoquo modo prædicto incesto conjunxerint, episcopi, seu presbyteri, in quorum diœcesi vel pago actum fuerit regi vel judicibus scelus perpetratum denuntient, ut cum ipsis denuntiatum fuerit, ab eorem communione aut cohabitatione sequestrentur. Res autem eorum ad primos parentes, usque ad sequestrationem perveniant, sub ea conditione, ut antequam segregentur, per nullum ingenium, neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam, ad proprias perveniant facultates, nisi præfatum scelus sequestrationis separatione, et pœnitentia fateantur. Item ex libro legum Theodosii III, capite 12 (*Codex Theod.* lib. III, tit. 12). Quod incesti non sint legitimi hæredes, sed infamia sint notatæ utræque personæ. Quapropter iterum iterumque auctoritate ecclesiastica interdicimus, ut deinceps, sicut canones ecclesiastici prohibent, nullus Deo devotam virginem, nullus sub religionis habitu C consistentem, sive viduitatis continentiam professam, vel sui proximam generis, aut etiam de cujus admistione incestiva notam possit subire infamiæ, illicito connubio, aut vi, aut consensu accipiat conjugem : quia nec verum poterit esse conjugium, quod a meliori proposito deducitur ad deterius, et sub falsi nominis culpa, incestiva pollutione et fornicationis immunditia perpetratur. Hoc vero nefas si agere cujuslibet gentis amodo homines sexus utriusque tentaverint, ab invicem omnimodis separati exsilio perpetuo relegentur. Item in libro VI, capite 412 (309). Scire vos convenit, quia blasphemiam Deo irrogat, qui cum Deo sacrata, vel cum velata femina se commaculat. Item capite 413 (310). Si clericus cum velata femina, vel cum Deo sacrata se maculaverit, proprio honore privetur. Item capite 414 (311). Sciendum est omnibus, quod Deo sacratarum feminarum corpora per votum propriæ sponsionis, et verba sacerdotis Deo consecrata, templa esse Scripturarum testimoniis comprobantur : et ideo violatores earum sacrilegi, ac juxta Apostolum filii perditionis esse noscuntur (*I Cor.* III).

## CAPITULUM IX.

Sane quoniam hæc pestis non tantum populares quoslibet, sive superioris, sive inferioris ordinis, occupat homines, verum, quod non sine nostro pudore, et cum maximo fatemur dolore, ecclesiasticas commaculat dignitates : in tantum ut ipsi quoque sacerdotes, qui ab aliis debuerant hujus putredinem morbi resecare, computrescant in stercore luxuriæ : nec sua solum ignominiosa contenti perditione, bonorum etiam sacerdotum vitam sua lædant infami opinione, dum a sæcularibus dicitur : Tales sunt sacerdotes ecclesiæ : et sic dantes aliis offensionem vituperant ministerium sanctum, insuper et canonica sanctorum statuta vio- D lant Patrum, quibus interdicitur cum feminis accessus et frequentatio ac cohabitatio clericorum : cogimur et priorum quædam commemorare decreta Patrum, et contra nova recrudescentium semper genera morborum, nova quærere experimenta medicamentorum. Unde nunc ea retexemus, quæ de talibus a bonæ memoriæ prædecessore nostro Hincmaro præsule in conventu presbyterorum in metropoli civitate Rhemorum habito, dicto et scripto prolata sunt anno ab incarnatione Domini 852, hoc modo (HINCMARUS *ad presbyteros*, cap. 12. *Hinc usque ad cap. X Hincmarus*) : De accessu autem frequentatione ac cohabitatione clericorum cum feminis, unde secundum sacros canones in omnibus synodis specialiter interdicimus, firmiter et expresse atque sollicite a nobis et a comministris nostris est inquirendum. Sicut enim his qui Domini in carne adventum præcesserunt, et his qui subsequuntur, pro temporum ratione sunt sacramenta disparia : ad religionem tamen unius ejusdemque fidei et salutis recurrentia, et, ut scriptum est, « pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia

(*Dan.* XII), » per incrementa temporum, tam per seipsum, quam et per angelos in Veteri Testamento in Novo autem similiter per se, et per doctores catholicos ac magistros Ecclesiæ, qui et attestante propheta angeli nominantur (*Malach.* II), aucta est sublimitas et multiplicatio præceptorum, Per se quidem Dominus in paradiso Adæ, et post diluvium Noe mandata, et Abrahæ de circumcisione dedit præceptum, legem autem per angelos Moysi mediatori inter se et populum, ut ostendit aspostolus. In novo autem Testamento incarnatus per se, dicens : « Audistis quia dictum est : Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros (*Matth.* V) ; » et : « Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum (*Ibidem*) ; » et : « Dictum est antiquis : Qui occiderit, reus erit judicio (*Ibidem*), » etc. ; et per sanctos suos, de quibus dictum est : « Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis (*Matth.* X). » Per incrementa temporum virtutem castitatis excrescere, maxime autem apud ministros Ecclesiæ docuit, decernens hoc modo per mysticam Nicænam synodum (*can.* 3) : « Interdixit per omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas quæ suspiciones effugiunt. » Et inde lex a Christianis imperatoribus est promulgata hoc modo (*Codex Theod. de episc. eccl. et cler. l.* XLIV) : « Quicunque clericatus utuntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur : matrum, sororum, vel filiarum sibi solatia intra domum suam noverint tantum esse concessa. » Sed quia sub ocasione istarum personarum aliæ mulieres subintroduci cœperunt, sancti Africani canones decreverunt (*concilium Afric.* can. III), ut nec ipsi episcopi, aut presbyteri, soli habeant accessum ad viduas, vel vigines, vel ab quascunque femi as : sed ubi aut clerici præsentes sint, aut graves aliqui Christiani. Unde, sicut beatus Gregorius ad ministros Ecclesiæ Romanæ scripsit (*lib.* VII, *indict.* 2, *epist.* 39), beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit, dicens : Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Et ex hoc dicit sanctus Gregorius ; « Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio. Nam inhonestæ [incautæ] præsumptionis est, quod fortis pavet, minus viladum non timere. Sapienter enim illicita subtrahit [superat], qui didicerit etiam non uti concessis. » Et quoniam tunc temporis, novella adhuc fide, de legitime conjugatis, atque a conjugio ad continentiam conversis, clerici liebant, unde et Apostolus, si de conjugatis agendum erat, unius uxoris virum ad summum sacerdotium præcipit eligi (*I Tim.* III ; *Tit.* I) : hinc Christiani imperatores legem decreverunt, dicentes (*Novella Justini* 123, c. 29) : « Presbyteris, et diaconis, et subdiaconis, et aliis in clero scriptis, non habentibus uxores, secundum regulas divinas interdicimus et nos, mulierem habere in sua domo excepta matre, et filia, et sorore, et aliis personis, quæ omnem querelam effugiunt. Si quis autem adversus istam observationem mulierem in sua domo habuerit, quæ potest suspicionem inferre turpitudinis, et ille a conclericis suis audierit quod cum tali muliere non debeat habitare, et noluerit eam sua domo repellere, vel accusatore emergente probatus fuerit inhoneste cum tali muliere versari, tunc episcopus secundum ecclesiasticos canones, clero eum repellat, curiæ civitatis, cujus clericus est, tradendum. » Et, ut sanctus Innocentius, et prædecessor ejus Siricius scribunt (INNOCENT. *epist.* 2, *ad Victricium*), si priscis temporibus sacerdotes Dei de templo anno vicis suæ non discedebant, *sicut de Zacharia legimus*, nec domum suam omnino *tangebant*, quibus utique propter sobolis suc-

A cessionem uxoris usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, et præter ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere : quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam servare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si Paulus etiam laicis scribit, dicens : « Abstinete ad tempus, ut vacetis orationi (*I Cor.* VII) : » multo magis sacerdotes quibus orandi et sacrificandi jugc officium est, semper debebunt ab ejusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit a carnali concupiscentia, quo pudore vel sacrificare forsitan usurpabit ? aut qua conscientia, quove merito exaudiri se credit, cum dictum sit : « Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum ? (*Tit.* I). » Et ne quis dicat, Si habito cum mulieribus, sufficit mihi conscientia mea dicente Apostolo : « Gloria

B mea hæc, testimonium conscientæ nostræ (*II Cor.* I) : » attendat quod item idem dicit Apostolus, per quem, ut ipse fatetur, veraciter loquitur Christus : Providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus (*Rom.* XII). » Quoniam, Augustino docente, sanctorum, quibus Dominus dicit, « Sancti estote, » conversatio non solum sancta, sed debet esse et cauta : ne forte cum mala non sit per lasciviam, sit mala per negligentiam. Et item Apostolus præcipit : « Ut sine offensione omnibus simus (*I Cor.* X) : nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum (*II Cor.* VI). » Et : « Ne pereat in nostra conscientia frater, propter quem Christus mortuus est. Sic » inquiens, « peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis (*I Cor.* VIII). » Et ideo repleti Spiritu sancto statuerunt sancti patres nostri, ut ministri altaris mulieribus non cohabiteut, neque subin-

C troducant secum mulieres : ne vel concupiscentia urant, vel consensu pessimo polluant, et ne vel mala suspicione infirmorum conscientias maculent. Proinde de concubitu presbyterorum cum feminis, per parochianos, vel vicinos cujuscumque presbyteri, inquirere non laboramus. Abolita est quippe vetus hæresis, quæ Cynica, id est canina, propter impudicitiam fuerat appellata, dicens concubitum esse naturalem, et ob id agendum sine verecundia. publice, cum legamus primos homines post pecatum inobedientiæ sensisse concupiscentiam in membris genitalibus, et a mutuis conspectibus contexisse. Nam licet humanæ mentis cæcitas in operatione turpitudini, divinis et angelicis atque sanctorum qui in cœlis sunt occulis abscondi non possit : tamen etiam quilibet rusticanus concumbens, et cum propria conjuge, prout potest plurimorum divitat aspectus : quanto magis presbyter, si sensum hominis

D habet, malum agens curabit abscondere, propter quod patefactum scit se non solum ecclesiasticum gradum amittere, sed et sua quælibet in sæculo perdere ? Non igitur de hoc inverecunde quærimus, quod et Apostolus non nudo, sed velato nomine, loquens apud legitime conjugatos, statuit appellare, dicens : « Iterum revertimini in id ipsum (*I Cor.* VII). » Et : « Ne quis circunveniat in negotio fratrem suum (*I Thess.* IV). » Tantummodo autem de accessu et frequentatione, ac cohabitatione presbyterorum contra canonicum interdictum cum feminis, per tales homines inquiremus, sicut sancti Africani canones jubent (*Conc. Afric.*, can. 96, 98), id est, quos publicæ leges ad accusationem, vel ad testimonium recipiunt, sive in mallo, sive in audientia. Qui testes, exemplum Danielis, et sicut leges præcipiunt, examinabuntur. Et si quiscunque presbyter, non solum in nostra parochia, sed in nostra diœcesi, confessus, vel legali ac regulari judicio fuerit convictus de cohabitatione, vel frequentatione, sive accessu cum feminis contra canones, dicente Apostolo : Si quis non

lierit verbo nostro, sive per verbum, sive per tolam,hunc notate,et nolite commisceri cum eo 'hes. III) : » modis omnibus, secundum decreta i Greg rii, sine gradus sui restitutione depone- juxta Capitulum magni Leonis papæ quo dicit 4, episcopis per Campaniam) : « Hæc itaque ad- itio nostra denuntiat,quod si quis fratrum con- læc co stituta venire tentaverit, et prohibita t ausus admittere a suo se noverit officio sub- endum, nec communionis nostræ futurum esse ortem,qui socius esse noluit disciplinæ.Ne quid sit, quod prætermissum a nobis forte credatur, ia decretalia constituta tam beatæ recordationis centii, quam omnium decessorum nostrorum, de ecclesiasticis ordinibus et canonum pro- gata sunt disciplinis, ita a vestra dilectione cu- ri debere mandamus, ut, si quis in illa com- rit, veniam deinceps sibi noverit denegari » iam et beatus Augustinus suo archiepiscopo bundantio presbytero suæ parochiæ ita scrip- *pist.* 216) : « Qui cum non ambularet vias ser- m Dei, non bonam famam habere cœpit. Qua conterritus, non tamen temere aliqu d credens, plane sollicitior factus, operam dedi, si quo- o possem ad aliqua malæ conversationis ejus pervenire indicia. Ac primo comperi eum niam cujusdam rusticani de vico apud se nendato intervertisse, ita ut nullam inde pos- probabilem rationem reddere. Deinde convi- atque confessus est, cum secum nullum de a haberet, apud quamdam malæ famæ mu- n prandisse et cœnasse, et in vicinia, et in m domo mansisse. Nam quæ negavit Deo di- : quæ occultare permissus non est judicavi.» terea, sicut Gregorius decrevit, per idoneos, emisimus, testes, sacramento inquiretur de famæ presbytero : et qui proinde jurabunt, nodo jurent : De hoc quod me interrogatis de presbytero quid inde sciam, me sciente nec lacium tibi dicam, nec veritatem reticebo, sic eus adjuvet, et isti sancti Dei. Post istud sa- entum, interrogari debet hoc modo : Sancti nes præcipiunt ut presbyter talem accessum quentationem ac cohabitationem cum femi- on habeat, unde mala suspicio, et inconve- sacerdoti fama possit exire. Propterea dic si vidisti, aut pro certo scis, talem accessum equentiam aut cohabitationem habere femi- um isto presbytero, unde mala suspicio esse t, et mala fama possit exire, illo sacramento modo jurasti, ut veritatem inde non reticeas, ndacium inde non dicas. Exceptis accusato- , septem sint testes idonei, qui inde verita- per sacramentum dicant, ex quibus sex ju- et septimus, si conditio vel qualitas personæ ittit, ad judicium exeat quod illi sex veritatem per sacramentum dixerunt : quia multi jam hensi apud nos habentur, quoniam pretio icti se perjuraverunt. Et si hoc modo pre- r convictus fuerit de inconvenienti cohabita- cum feminis, deponetur, sicut Zozimus papa vit, dicens (*epit. ad Hesychium*, cap. 2) : t quisquis hoc postposita Patrum et aposto- Sedis auctoritate, neglexerit, a nobis distri- vindicandum, ut loci sui minime dubitet sibi constare rationem, si hoc putat post tot pro- ones impune posse tentari. Contumeliæ enim ) fit, quidquid interdictum toties usurpatur.» e est statutum, quod et in Evangelio est con- tum, ut in ore duorum vel trium testium mne verbum (*Matth* XVIII) : et Apostolus heo præcipit (*I Tim.* V), in cujus persona, o dicit, omnium Christi sacerdotum nume- rudivit, ut accusatio adversus presbyterum ecipiatur, nisi sub duobus vel tribus testi- Et sacrum Nicænum concilium, neophytum pum a duobus vel tribus testibus redargu- clero abstinere præcipit (*Can.* II). Sed quia storia Susannæ (*Dan.* XIII) duos testes, qui

A idonei videbantur ; et in historia Nabutæ (*III Reg.* XXI), verum et in historia passionis Domini (*Matth.* XXVI), duos testes dixisse falsum testimonium legimus : quoniam Christus Dei virtus et Dei sapientia dicit : « Per me conditores legum justa decernunt (*Prov.* IX), » etc., et sanctus Gregorius frequenter in epistolis suis causam ministrorum ecclesiasticorum legaliter et regulariter præcipit definiri : et sanctus Augustinus exponens sententiam Apostoli (*In libro de pœnitent.*), « Si quis frater nominatur fornicator (*II Cor.* V), etc., dicit : Noluit Apostolus hominem ab homine judicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario usurpato judicio, sed potius ex lege Dei, secundum ordinem Ecclesiæ, sive ultro confessum, sive accusatum,atque convictum : eam nominationem volens intelligi, quæ fit in quemquam, cum sententia ordine judiciario, atque cum integritate profertur. Nam si nominatio sola sufficit, multi damnandi sunt innocentes : quia sæpe falso in B quoquam crimen nominatur. In accusatione presbyterorum, de numero testium idoneorum auctoritatem legum sequendam vidimus, ut septem scilicet testes idonei, ut supra diximus, requirantur : et, si ratio vel causa coegerit,quatuordecim vel viginti et unus testes quærantur, ut veritas patefacta monstretur. (HINCMARUS, *ibid.*, c. 23). Si autem mala fama ex verisimilitudine per parochiam de presbytero exierit, et accusatores atque testes legales defuerint, ne infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, et ne vituperetur ministerium nostrum, neque securiores presbyteri existentes licentius in peccatum labantur, secundum decretum Gregorii junioris (*epist.* 9) sit jusjurandum in medio, et habeat malæ famæ presbyter in sacramento purgationis suæ eum testem, quem habebit et judicem. (HINCMARUS, *ibid.*, cap. 24.) Et quoniam legimus in epistolis beati Gregorii sæpe infamatum sacerdotem in purgatione suæ famæ tantum C jusjurandum præbuisse, et legalis atque apostolica et canonica auctoritas, trium testium testimonium recipit ad condemnationem, non ab re videtur si recipiatur ad purgationem. In historia quoque sacra, et in epistola beati Gregorii, legimus beatum Petrum apostolorum primum, cum a fidelibus reprehensus fuit, cur ad gentes intrasset, humili eos ratione placasse, atque in causa reprehensionis suæ etiam testes adhibuisse, dicens : « Venerunt autem mecum, et sex fratres isti (*Act.* II), » et Carthaginenses canones decernunt (*Conc. Carthag.*, cap. 20), ut si presbyteri vel diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex viciais locis proprius episcopus legitimo numero collegarum, id est una secum in presbyteri nomine sex, in diaconi tres, ipsorum causam discutiant. Auctoritati convenire dicimus, ut si presbyter infamatus fuerit, et accusatores vel testes idonei defuerint, secundum qualitatem ac quantitatem causæ atque personæ, et utilitatem ac sanctionem cordium infirmorum, aut sin- D gulis, aut cum aliis duobus testibus, aut cum aliis sex testibus, seipsum sacramento a mala opinione purget. Et non est contrarium decretum Gregorii junioris, si plures testes ad purgationem infamati presbyterii requirantur : quia scribens idem pontifex ad Bonifacium Moguntinum episcopum per Denualdum presbyterum dicit, ut si probari idoneis testibus presbyter infamatus nequiverit, sit jusjurandum in medio : et non definivit, utrum ipse solus an cum aliis juret. (HINCMARUS, *ibid.*, cap. 25.) Et quoniam, ut scriptum est (*Job.* IV), et in angelis reperta est nequitia ; et teste Malachia propheta (*Malach.* II), atque evangelista Joanne (*Apoc.* I), sacerdotes angeli appellantur ; et experti sumus quosdam ad invicem conspirasse, ut se mutuo in sua purgatione adjuvarent, sed revera nocerent, sicut et presbyteri pleni iniqua cogitatione adversus Susannam conspiraverunt (*Dan.* XV) : non incongruum videtur, ut cum credibili misso episcopi, presbyteri, qui in purgatione infamati sacerdotis, et una cum eo, ad jusju-

randum se optulerint, talem examinationem per advocatum infamati presbyteri recipiant, ut in sacramento se Deo non perdant, sicut quosdam hincjam revictos comperimus. (HINCMARUS, *ibid.*, cap. 26.) Quia vero, ut sanctus Augustinus dicit, nova morborum genera nova quærere cogunt experimenta: hæc, præfatis auctoribus instructi, non præjudicantes, si quæ sunt, sanius intelligentium sententiis, hoc modo agenda vidimus, quatenus et presbyteros a luxuriæ præcipitio revocare, et toties repetitam canonum prohibitionem a prævaricatoribus quoquo modo possimus evindicare, et nos de dissoluta correptione non judicemur, sicut Heli sacerdos damnatus est, quia filios suos segnius ac levius quam debuerat corripuerat, et ipse et filii ejus perierunt (*I Reg.* II). Quia, ut Leo dicit (*epist.* 3, *ad Januar.*), «inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam.» Et sanctus Gregorius dicit: «Qui non corrigit resecanda, committit.» Et item Leo scribens ad Juanuarium episcopum, singulis nobis dicit: «Non autem dubitet dilectio tua, nos si, quod non arbitramur, neglecta fuerint quæ pro custodia canonum. et pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos.» Quia, ut Hilarus papa dicit: Non minus in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones, quam in ipsius Domini injuriam prosilitur. Qualiter autem his agendum sit, qui per contemptum in sanctarum traditionum sanctiones delinquunt, vel in ipsius Domini injuriam prosiliunt, sanctus Leo ad Rusticum episcopum decernit hujusmodi inquiens: «Lapsis ad promerendam misericordiam Dei privata est expetenda secessio, ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa. A qua discretionis regula Spiritu sancto promulgata non licet nobis quacunque pietate indebita declinare: quia etsi debetur compassio proximis, rectitudo tamen debetur vitiis.» Unde sancta Scriptura simplicitati rectitudinem semper conjungit, quia simplicitas sine rectitudine fatuitas est. Simplicitas igitur erga vitia, sicut catholici doctores dicunt, dissoluta et stulta est; et rectitudo erga proximos, sine pietatis simplicitate, austera existit et dura.»

## CAPITULUM X.

Omni fidelium ordini denuntiamus, cavendos esse summopere libidinis æstus, Domino per Evangelium præcipiente: «Sint lumbi vestri præcincti (*Luc.* XII).» Denique cum oporteat nos contra reliqua vitia omni virtute resistere, contra libidinem non tam expedit repugnare quam fugere. Unde et apostolus Paulus præcipit dicens: «Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat (*I Cor.* VI);» et iterum: «Fornicatores et adulteros judicabit Deus (*Hebr.* XIII);» et cum ibidem dicat Apostolus: «Templum Dei sanctum est, quod estis vos (*I Cor.* III): itemque: «Empti estis pretio magno, glorificate et portate Deum in corpore vestro (*I Cor.* VI):» absit ut brevi oblectatione miseræ carnis tollentes membra Christi, faciamus ea membra meretricis. Luxuria nempe carnis, cum Deo sit odibilis, ideo bonis omnibus est notabilis, quoniam statim per seipsam est turpis. Cujus prima tela sunt oculorum, secunda verborum; sed qui non rapitur oculis, potest resistere verbis, et qui delectationem refrenat libidinosæ suggestionis, non transit ad consensum libidinis. Convalescit vero luxuria epulis, exardescit saturitate nimia ventris, perfodit animam stimulo ebrietatis. Inter delicias namque pudicitia servatur difficile. Denique saturitas cibi et potus mentem ad lusum, carnem movet ad luxum. Nec ideo tanquam sint deliciæ potentum, minor debet esse cautela pauperum: quoniam et in serico, et in pannis, exercet libido jus suæ potestatis: nec timet purpuram regum, nec spernit squalorem mendicantium. Hæc, cum vitam animæ perimat, et cor auferat, cæcitatem quoque menti ingerit, ipsum etiam corpus cito debilitat, fractumque in miseram celeriter senectutem præcipitat, et nisi solius Dei miserantis pietas manum benignissimæ extendens clementiæ, jacentem sublevet, et antequam mors veniat, resipiscere faciat, in infernum hominem mergit, et in pœnas tartari pertrahit. Væ denique illi, qui tunc habuerit terminum luxuriæ quando et vitæ. Idcirco nobis necessarium omnimodis est obtemperare salubri consilio Scripturæ monentis: «Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere (*Eccli.* XVIII);» et iterum: «Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, et immunditiam, et concupiscentiam malam (*Colos.* III),» etc. Hoc omni gradui, omni ordini, et utrique obstestamur sexui, putridam prorsus fugere luxuriam, et succinctis lumbis castitatis tenere virtutem: scientes pro certo verissimam esse vocem apostolicam, quæ inter cætera terribiliter clamat: «Neque fornicarii, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt (*I Cor.* VI).»

## CAPITULUM XI.

Inter cætera quoque admonitionis nostræ officia videtur nobis illud satis necessarium esse, quatenus nefanda cohibeantur perjuria, non solum quæ alicujus factionis fiunt commento, vel fallendi aliosque decipiendi studio, sed et ea quæ ex ipsa prava consuetudine jam veluti inolita pene per singula admittuntur verba ab eis quibus æque falsa constat jurare ut vera. Cum, si forte propter eos, qui pigri sunt ad credendum, neque moventur ad fidem verbi, qui et in hoc graviter delinquunt, quod sibi loquentes jurare cogunt, necesse fuerit proferre jusjurandum, hos comites habere debeat jusjurandum, veritatem, judicium, et justitiam, dicente Domino per prophetam Jeremiam: «Et jurabis, vivit Dominus, in veritate, et in judicio, et in justitia (*Jer.* IV).» Si enim ista defuerint, nequaquam erit juramentum, sed perjurium. Et vetus quidem lex jurare concessit, pejerare prohibuit: «Non assumes, inquit, nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra (*Exod.* X).» Quo mandato altius intellecto, dum sciamus nobis præcipi, ne Christum Dei Patris Filium existimemus esse creaturam, dicentes eum simplicem hominem, et honore divinitatis privantes: ad simplicem tamen sensum, ille nomen Dei sui in vanum assumit, qui in qualibet frivola re, et in dolo jurans proximo suo, aliquando in causa non necessaria, vel in verbo otioso, nomen sanctum ejus in tali vanitate assumere non pavescit. In Novo autem Testamento ipse Dominus dicit: «Audistis, quia dictum est antiquis: Non perjurabis. Ego autem dico vobis, non jurare omnino (*Matth.* V),» etc. Ergo evangelica veritas non recipit juramentum, cum omnis sermo fidelis pro jurejurando sit Sunt quoque multi qui assidue faciunt jurare, sed et non timent perjurare per Deum et omnes sanctos: quidam per corpora sanctorum, per animam vel suam, vel matris aut patris, aut alicujus chari sui, parvipendentes suæ ipsius animæ, suorumque salutem: quidam per totum jurant mundum, contemnentes illud Dominicum præceptum: «Nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram (*Ibidem*),» etc.; qui enim jurat in cœlo, jurat in throno Dei, et in eo qui sedet super eum. Qui vult ergo cavere crimen perjurii, non teneat usum jurandi, dicente Scriptura: «Jurationi non assuescat os tuum (*Eccli.* XXIX);» et item: «Vir multum jurans replebitur iniquitate, et non discedet a domo illius plaga (*Ibid.*).» Inde Isidorus episcopus dicit (*lib.* II *Sentent.*, cap. 31): «Sicut mentiri non potest qui non loquitur, sic perjurare non poterit, qui jurare non appetit. Num-

quam ergo juret, qui peccare timet.» Quid vero de his dicendum est, qui, ut alios fallant, mentiuntur, vel quacunque verborum arte se potius quam alium decipiendo perjurant. Dominus namque,qui testis est conscientiæ, ita hoc accipit, sicut ille cui juratur intelligit. Unde sanctus Augustinus ait : Perjuri non sunt, qui verbis non servatis, illud quod ·b eis, cum jurarent, exspectatum est, impleverunt: et perjuri sunt, qui etiam servatis verbis, exspectationem eorum quibus juratum est decipiunt. Hi miseri heu quantis rei tenentur criminibus, prævaricatores totius sacræ legis veteris et novæ proditi, quia loquuntur mendacium, quia assumunt nomen Dei sui in vanum, quia proximum dolo capiunt, insuper et perjurant. Tales, nisi condignam egerint pœnitentiam adhuc in vivis corporibus mortuas gestare videntur miseras animas. Qua de re» Christianis quoque regibus de sacramentis leviter non jurandis ita statutum est libro v, capite 349 (197): « Volumus ut sacramenta cito non fiant : sed unusquisque judex prius causam veraciter cognoscat, ut cum veritas latere non possit, ne facile ad sacramentum veniant.» Item de perjuriis cavendis, ex lib. v, cap. 276 : « Præcipimus, ut perjuria caveantur, nec admittantur testes ad sacramentum antequam discutiantur.» Et infra : « Si quis convictus fuerit perjurii, perdat manum, aut redimat.» Itaque cum propter cavendum perjurium necesse sit, si forte contigerit servare jusjurandum : illud tamen volumus omnibus esse notum, quoddam juramentum nullo modo a Christianis observandum : videlicet quo malum aliquod incaute, vel etiam scienter, jurando promittitur, velut si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur; aut, si quis, ne ad pacem redeat, vel ut aliquod flagitium committat, se sacramento constrinxerit. Tolerabilius est denique, non implere sacramentum, quam in illud quod male spopondit permanere, vel quod decrevit perficere flagitium. Et ne forte quis dicat aut perjurium a nobis suaderi, aut hoc nullum vel parvum esse putetur ; quid de talibus Herdense statuat concilium capite 74 commemoretur : « Qui sacramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno a communione corporis et sanguinis Domini segregetur, reatum suum eleemosynis et fletibus, et quantis potuerit jejuniis absolvat. Ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.»

## CAPITULUM XII.

Quia vero de discordantibus, iracundis, et litigiosis sermo nobis est, hæc quoque vitia quantum sint animæ nociva, quantumque omnibus Christianis cavenda, paucis demonstrare verbis necessarium duximus, Dominus in Evangelio ait : « Væ mundo a scandalis ; necessse est enim, ut veniant scandala : verumtamen væ homini per quem scandalum venit (*Matth.* XVIII).» Cum enim necesse sit, ut beatus dicit Hieronymus, in isto mundo fieri scandala, et unusquisque suo vitio scandalis pateat : væ tamen ei homini, qui quod necesse est ut in mundo fiat, vitio suo facit ut per se fiat. Hinc Salomon : « Homo perversus suscitat lites, et verbosus separat principes (*Prov.* XVI).» Item : « Semper jurgia quærit malus : angelus autem crudelis mittitur contra eum (*Prov.* XVII). » Angelus crudelis immundus est spiritus, qui a Domino contra peccantes et jurgia quærentes mittitur, ut eos, vel in præsenti affligat, vel etiam post mortem ad interitum rapiat. Item Salomon : «Vir iracundus provocat rixas : qui autem patiens est, mitigat suscitatas (*Prov.* XV).» Item : « Qui meditatur discordias, diligit rixas (*Prov* XVII).» Cum talibus certe Deus non est : quoniam attestante Paulo apostolo : « Non est Deus dissensionis, sed pacis (*I Cor.* XIV).» In pace autem vocavit, nos Deus. Hinc suavis doctor Ecclesiæ Gregorius : Deus in unitate est, et illi ejus merentur gratiam habere, A qui se ab invicem per sectarum scandala non dividunt. Et Dominus in Evangelio : « Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade, prius reconciliare fratri tuo (*Matth.* V).» Unde supradictus doctor ostendens quam gravis sit culpa discordiæ, dicit : Munus a Deo non accipitur, nisi ante discordia ab animo pellatur. De iracundis quoque Dominus dicit : « Omnis qui irascitur fratri suo reus erit judicio (*Ibidem*).» Hinc Jacobus : « Ira viri justitiam Dei non operatur (*Jac.* I) ; » et Paulus apostolus nos admonet, dicens : « Sol non occidat super iracundiam vestram (*Ephes.* IV) ; » et Salomon : « Nec velox sis ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit (*Eccl.* VII).» Item : « Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? (*Prov.* XVIII.) » Itemque : « Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor : et impetum concitati ferre quis poterit (*Prov.* XVII) ? » B Ergo cohibenda est iracundia, pellenda discordia, refrenanda est rixa, ut non solum nostro vitio non provocemus quemquam, sed ut provocati, et graviter læsi, juxta Pauli vocem, simus cum patientia supportantes invicem, et donantes nobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam. Sicut Deus in Christo donavit nobis, ita et nos dimittamus invicem quod debetur nobis, ut dimittatur quod debetur a nobis (*Coloss.* III). Tale quippe pactum cum Deo facimus in oratione, dicendo : « Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (*Luc.* II).» Unde summopere cavendum est omnibus nobis. Qui enim non dimittit ei qui sibi facit injuriam, hoc petendo non pro se facit orationem, sed superinducit maledictionem : et frustra sibi Deum propitium fieri quærit, qui placari proximo negligit. Et quia tales ab eo qui pax est separati sunt, jure et ab Ecclesia separantur, nisi C inimicitias deposuerint, decernente concilio Agathensi hoc modo capite 31 (3) : Placuit etiam, ut sicut plerumque fit, quicunque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, et ad pacem revocari diutina intentione nequiverint, a civitatis primitus sacerdotibus redarguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de Ecclesiæ cœtu justissima excommunicatione pellantur. Et in concilio Carthaginensi (IV) statutum est capite 93 ; Oblationes discidentium fratrum neque in gazophylacio recipiantur. Quorum igitur obligatio in præsentis Ecclesiæ non recipitur sacrario, horum procul dubio animæ a cœlestis sacrarii, scilicet regni Dei, repelluntur consortio.

## CAPITULUM XIII.

Ideo tantopere compescendam monemus discordiam, et iram cum litigio, quia ex eis odibilem Deo et ejus dilectoribus scimus procreari sobolem, ne- D fandum scilicet homicidium : quod crimen, quam grave sit, et quanta illud committentur infausta, omnibus sanum sapientibus patet. Cujus miseram originem idcirco altius repetere, et cunctis libet propalare. ut, dum omnes mortiferam ejus cognoverint esse radicem, aut nullo modo, si fieri potest, eam contingant, aut si forte, ut assolet, se ingesserit, mox primo attactu ejus amarissimum virus a labiis, antequam inficiantur, submoveant. Igitur cum protoplasti, qui ea naturæ qualitate creati fuerant, ut immortalitatis ac mortis capaces essent, post primæ prævaricationis reatum, non mori propria voluntate perdito, et posse mori jam non sponte retento, vel, ut ita dicamus, non posse non mori sibi acquisito, ita fuissent morte multati, ut etiam quidquid ex eorum stirpe esset exortum, eadem teneretur pœna obnoxium, et quod illis propter peccatum successit pœnaliter, in ex eis nascentibus sequeretur naturaliter : non tamen hic serpentina antiqui hostis quievit invidia, sed quæ vetito se infuderat pomo, ut dulcesceret faucibus parentum, in sequentem transfusa

propaginem, ad intima transiit præcordia filiorum. Et licet ipsa agente mors taliter intraverit in orbem terrarum, parum tamen fecisse visa est, si jam mortales pateretur debitæ mortis exspectare terminum. Unde, quod dictu lugubre est, in tantum se dilatando, et primæ conditionis innocentiam persequendo effudit, ut nec illi, qui primi in terra editi sunt, germani fratres pacem inter se et concordiam habere possent, sed cum adhuc soli cum parentibus totius orbis domini existerint, alter alterum invidendo occiderit, et præoccupato sibi debiti finis articulo, ante supremas maturæ metas vitæ, eum in terram suam redire coegerit. Cumque Deus illum sub maledicto redactum septupla pro tanto facinore ultione damnasset, ut et ipse usque ad septimam generationem fratricidii et invidiæ suæ vagus profugusque pœnas lueret, et progenies ejus in septima similiter generatione maledictioni subjaceret: cumque demum secundum homicidam Lamech, ut addito jam interdicti et maledictione multati sceleris crimine, sic addita multiplici vindicta, septuagies septies juxta interpretationem sui nominis percussisset : non sic quidem semel corruptus sensus,et avito infecta veneno humani cordis cogitatio, quæ ipso dicente Domino, in malum prona sunt ab adolescentia sua (*Genes.* XIII), timore saltem pœnali ab impietate cœpta potuit refrenari : sed quo magis humani generis crevit propago, eo amplius non solum crudelium homicidiorum, sed et omnium scelerum concrevit magnitudo, ab invidia diaboli sumpto principio, dum illum imitantur qui sunt ex parte ejus. Quapropter quod divino nequaquam cohibebatur timore, necessario legis, et veteris, et novæ, et ecclesiasticæ, et sæcularis, prohiberi, et post prohibita perpetratum jure puniri, debuit animadversione. Ideo de insanis homicidiorum patratoribus quid sancitum sit antiquitus ex parte retexamus. In Decalogo legis veteris Dominus per Moysem præcipit : « Non occides (*Exod.* XX).» Item : « Qui percusserit hominem, et occiderit, morte moriatur (*Exod.* XXI).» In Evangelio vero Dominus per seipsum dicit : « Audistis quia dictum est antiquis, Non occides, qui autem occiderit reus erit judicio (*Matth.* V).» Ubi dum ira penitus tollitur, quis homicidii locus relinquitur ? Dum enim jubemur verberanti alteram præbere maxillam, inimicos quoque diligere, ac pro persequentibus orare omnis non dicam homicidii, sed et ejus, ex qua nascitur, iræ videlicet occasio aufertur. Qui vero, et quales, cujusque filii sint, et cujus opera faciant homicidæ, Dominus loquens ad Judæos manifestat, cum dicit : « Quæritis me interficere, qui sermo non capit in vobis (*Joan.* VIII).» Ac si diceret, Non capit cor vestrum, quia non recipitur a corde vestro. Si enim caperetur, caperet : caperet autem ad salutem, non ad perniciem. Item : « Vos quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis (*Ibidem*).» Qualia denique sunt, quæ apud patrem suum viderunt, in consequentibus aperit, cum quis sit ille illorum pater patenter ostendit : ille videlicet quem imitati, non a quo sunt creati. Item : « Vos facitis opera patris vestri (*Ibidem*).» Cumque illi, sicut et adhuc quidam miseri, nomine Christiani, opere vero diabolici, gloriarentur de paternitate unius Dei, dicentes : « Nos inquit, ex fornicatione non sumus nati : unum patrem habemus Deum (*Ibidem*) : « audierunt : « Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me (*Ibidem*).» Ac si diceret, Dicitis Deum patrem,agnoscite me vel fratrem.Utinam audiamus hoc nos Christiani, quod audire noluerunt Judæi : ut si vere volumus de gratia, paternitatis cœlestis Patris gloriari, et adoptivi ejus esse filii, diligamus ex toto corde fratrem nostrum Dominum Jesum Christum, verum et proprium Filium Dei : diligamus et proximos nostros, secundum ejus imperium, sicut nosmetipsos : cognoscamus vocem loquelæ ejus, sicut propriæ oves ipsius : ne exprobret nobis quod dixit Judæis :

A « Quare, inquit, loquelam meam non cognoscitis ? quia non potestis audire sermonem (*Ibidem*); » et hoc unde ? « Vos, inquit, ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri facere vultis (*Ibidem*).» Et quasi interrogaretur, quæ sunt illius desideria : « Ille, ait, homicida erat ab initio, et in veritate non stetit.» « Homicida, inquit, erat ab initio, » utique in primo homine. Ex illo ille homicida, ex quo fieri potuit homicidium ; invidit enim primo homini, et occidit hominem. Ergo qui illum imitando talia faciunt, vel facere desiderant, ejus utique filii sunt : et cum tali patre, nisi cito resipuerint, hæreditabunt pœna ignis æterni, qui paratus et illi, et angelis ejus, et filiis ejus. Et quia se locus impræsentiarum obtulit, ut de mendacibus quid loquamur, audiamus ipsum Dominum ostendentem nobis quis pater mendacii et mendacium hominum habeatur. Cum enim dixisset de diabolo : « Ille homicida erat ab initio, » addidit unde : « Et

B in veritate, inquit, non stetit, quia veritas non est in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, qui mendax est, et pater ejus, » id est pater mendacii sui quod ipse genuit, quia a nemine illud audivit. Nam quisquis homo ab alio mendacium accipit, et dicit, mendax est, sed pater ejus non est. Mendaces igitur apud patrem suum diabolum vident et audiunt quod loquitur, id est mendacium, quod ex se natum idcirco docet proferri ore hominum, ut eorum animas per ipsum prolatum interficiat mendacium, attestante nimirum Scriptura : « Os quod mentitur, occidit animam (*Sap.* I), sed omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ignis ardentis sulphure. Propter quod omnes admonet apostolus Paulus : « Nolite, inquit, mentiri invicem (*Coloss.* III). » Itemque : « Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo (*Ephes.* IV).» Et Salomo : « Abominatio Domino est lingua

C mendacii : qui autem fideliter agunt placent ei (*Prov.* XII.» Etiterum : « Liberat animas testis fidelis : profert mendacia versipellis (*Prov.* XIV).» Item : « Qui quod novit loquitur, judex justitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus (*Prov.* XII).» Hinc Jesus filius Sirach : « Noli, inquit, velle mentiri omne mendacium (*Eccli.* VII). » Cum enim ut beatus pater Augustinus dicit, octo sint genera mendacii, nullo eorum a perfectis viris mentiendum est. Unde Isidorus : Summopere cavendum est omne mendacium, et item : Omne genus mendacii summopere fuge. Omne enim quod a veritate discordat, iniquitas est. Esto in verbo verax, neminem mentiendo fallas, non aliud loquaris, et aliud facias ; non aliud dicas, et aliud in animo teneas. Et in epistola Callisti papæ : Nihil mali vult qui fidelis est. Si quis fidelis est, videat ne falso loquatur, aut cuiquam insidias ponat. Dicit psalmus : « Perdes omnes qui loquuntur mendacium

D (*Psal.* V).» Si quæritis, quare ? quia veritati, quæ Christus est, contrarium est. Pertinet namque ad id quod non est, non ad id quod est. Si enim hoc dicitur quod est, verum dicitur : si autem hoc dicitur quod non est, mendacium est Ideo, inquit, « Perdes eos qui loquuntur mendacium : » quia recedentes ab eo quod est, ad id quod non est declinaverunt. Licet quidam hoc non de omni mendacio, sed de hæreticis tantum intelligi velint. Nos autem fugientes a patre mendacii, curramus ad patrem veritatis et loquamur veritatem ex corde et ore cum proximis nostris, ut mereamur invenire participes veritatis æternæ, et Patri coæternæ, cum eo regnantes in sæcula. Sed revertamur ad homicidas, qui unum cum mendacibus dicuntur habere patrem, id est diabolum. Attendant quid Dominus post diluvium famulo suo Noe dixerit : « Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu hominis : de manu viri, et fratris ejus, requiram animam ejus. Quicunque effuderit humanum sanguinem, sanguis ejus fundetur pro eo : ad imaginem quippe Dei factus est homo (*Gen.* IX). »

Quia sententia cum sub interminatione prohibeatur homicidium, tamen ne quis insipientium putet animam hominis in sanguine constitutam, quae immortalis est, et quae ideo sic appellatur, quasi anæma, id est a sanguine longe discreta, noverit sanguinem animarum typice intelligendum ipsum vitale, quo vegetantur, et sustentantur, et vivunt homines in carne per animam. Non enim sanguis hominis ad substantiam animæ creditur pertinere, quamvis alibi legislator dicere videatur: « Anima omnis carnis in sanguine est (*Levit.* XVII). » Quod non ideo dictum est, ut hoc sit anima, quæ est proprie spiritualis substantia : sed quod per sanguinem anima, ut diximus, typice significetur, per rem scilicet visibilem res invisibilis, sicut et illud : « Petram autem erat Christus (*I Cor.* X) : » non quia hoc erat, sed quia hoc significabat. Quo sensu et illud intelligendum est, quod sequitur : Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur et sanguis illius (*Gen.* X). » Multi denique effuderunt sanguinem, et sanguis eorum effusus non est. Perimuntur etiam plurimi veneno, vel suspendio, vel quolibet alio modo, et sanguis eorum non effunditur. Ergo cum ille qui occidit, sanguinem non effuderit, quomodo ejus sanguinem Dominus effusurus est? nisi quia, ut diximus, sanguis hominis ipsum vitale ejus, quo subsistit, debet intelligi : quod qui effuderit, id est qui aliquo genere mortis hominem occiderit, fundetur sanguis illius, hoc est vitalis portio ejus : quoniam sicut illi, quem occidit, temporalem vitam, sic sibinet ipsi peccando vitam abstulit æternam. Anima enim quæ peccaverit, ipsa morietur. Cui simile est illud quod Petro dicitur : « Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt (*Matth.* XXVI. » Ac si diceretur, omnes qui injuste occidunt hominem, eadem occisione ipsi in anima pereunt. Et quia ad imaginem suam Deus hominem fecit, in eo quod huic manere ad æternitatem voluit : idcirco, animas hominum ab his, a quibus de corporibus fugantur, requirit. Audiant igitur dolosi et falsi testes Psalmistam dicentem : « Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus (*Psalm.* V). » Item : « Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos (*Psalm.* LIV), » et quia tales abominatur Dominus, abominatur etiam illos et Ecclesia. Under taliter de eis in concilio Agathensi capite tricesimo quinto statutum est : « Itaque censuimus homicidas et falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint; » et in concilio Ancyrano capite vicesimo primo : « Qui voluntario homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem se jugiter submittant, perfectionem vero circa vitæ exitum consequentur. » De is autem qui homicidium non sponte committunt, in eodem concilio capite vicesimo secundo, sic dicitur : « De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcepit, secunda vero quinquennii tempus explere. » Et de homicidis maleficis, in concilio Eliberitano capite sexto : Si quis maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in finem impertiendam esse illi communionem. Igitur cum hoc scelus homicidiorum inter nostros jam crebrius actitatur, et non solum quorumlibet Christianorum, sed ipsorum etiam Christi ministrorum, insuper et summorum sacerdotum temerarie sanguis effunditur, et Dei timor, sacræque legis veteris et novæ observatio, ac sacerdotalis reverentia, canonum quoque statuta conculcantur, atque omnis ordo ecclesiasticus a talibus passim confunditur, et ludibrio habetur, et repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum : quid nobis agendum est cum religio sancta annullatur, dum fas et jus confunditur? Restat solummodo cum Psalmista proclamare ad Dominum, et dicere : « Exsurge, Deus, judica causam tuam : memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente

A sunt tota die (*Psalm.* XLIII). » Verumtamen quos divinus non restringit, saltem humanus timor coerceat. Proponantur eis edicta imperatorum. In libro capitularium VI, capite 90, ita censetur : « Qui occiderit monachum, aut clericum, arma relinquat, et Deo in monasterio serviat cunctis diebus vitæ suæ, nunquam ad sæculum reversurus, et septem annos publicam pœnitentiam gerat. » Ex eodem libro capite vicesimo octavo (97) : « Si qui sacerdotem, vel levitam, aut monachum interfecerit, vel delibitaverit juxta statuta priorum capitulorum, quæ legi Salicæ sunt addita, componat et insuper bannum nostrum, id est LX solidos, nobis persolvat, et arma relinquat, atque in monasterio diebus vitæ suæ sub ardua pœnitentia Deo serviat, nunquam postmodum sæculo vel sæcularibus militaturus, neque uxori copulaturus. « Item in libro VII, cap. 225 (18) : « De homicidis ita jussimus observari, ut quicunque ausu temerario alium sine causa occiderit, vitæ
B periculo feriatur, et pretio se redimere nunquam valeat. Et si convenerit ut ad compositionem quisque descendat, nullus de parentibus aut amicis eum quidquam adjuvet; quod si fecerit, suum wirgildum omnino componat. » Cum ergo de istis tam districtum proferatur judicium quid censebitur de nece episcoporum? Quod fortassis hic ideo videtur omissum, quia post sopitam persecutionis Christianorum, quæ a paganis exercebatur, sævitiam, vel si fuit rarissimum, vel nullum tam immane facinus inter Christianos est perpetratum; et idcirco quomodo pœniteri aut puniri debeat, hac non est lege diffinitum. Hoc tantum inter cætera Capitularium scripta, libro V, caq. 261, reperitur, quod qui episcopum occiderit, nongentis solidis culpabilis judicetur. Sane quomodo in talibus vindicandum sit, quia non hominis vindica quæritur, sed Dei, ne quantum ad humanum spectat intuitum, tantum facinus remanere videatur inultum, et super eos, qui Dei vin-
C dices esse debuerant, dum suas gravius, Dei vero vel levius, vel nullatenus ulciscuntur injurias, justum ejus superducatur judicium, videat rex ut recta de talibus judicando nomen suum factis adimpleat. Videant duces ejus et comites, qui gladium Dei portant ad vindictam malefactorum, de quibus ait Apostolus : « Principes non sunt timori boni operis, sed mali : vis autem non timere potestatem? bonum fac, et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malefeceris, time : non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit (*Rom.* XIII). » Et sibimetipsis, suisque prospiciant subditis, juxta exemplum Moysi famuli Dei, qui in Dei vindictam sibi conjunxit, armavit, et animavit filios Levi, et cum esset mitissimus, in quosdam idololatras puniendo eos velut deszeviit, præcipiens suis : « Ponat vir gladium super femur suum (*Exod.* XXXII). » Et rursus : « Ite et redite de porta usque ad portam
D et occidat unusquisque fratrem, et amicum, et proximum suum : » ne in omnem populum ira Dei desæviret. Si enim ipse rex videlicet, atque sui, quibus hoc agendum negotium instat, Dei judicium quoquo modo dissimulaverint, ipsi viderint. Stat namque firma Pauli sententia apostoli, in quo ipsa Veritas Christus loquebatur, qua dicitur : « Revelatur ira Dei de cœlo super omnem impietatem et injustitiam hominum, eorumque qui veritatem Dei in injustitia detinent (*Rom.* I). » et post pauca : « Qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, » id est, intelligere noluerunt, « quoniam qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. » Et iterum : « Scimus quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt (*Rom.* II). » Nos vero talibus, si forte tandem aliquando vel in ultimis suis resipuerint, tamque gravium admissorum veniam corde tenus postulaverint, ne videamur eam, quæ claudi non potest, januam pietatis Dei obstruere velle, et de ejus misericordia aliquos, quod absit, desperare, imo, ut ita dicatur,

mortuis mortem addere, nequaquam pœnitentiam denegari dicimus: cum Deum misericordem ad subveniendum miseris, ad benignitatis ejus portum confugientibus, parratissimum credamus, invitantem omnes ad pœnitentiam, atque per prophetam clamantem: « Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (*Ezech.* XXXIII). » Quibus tamen pœnitentiæ modos et tempora juxta qualitatem peccati dicimus decernenda, sicut taxatur in concilio Africano capite decimo. « Pœnitentibus, inquit, secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. » Item in eodem concilio capite 74: « Ut sacerdos pœnitentiam imploranti, absque personæ acceptione, pœnitentiæ leges injungat. » Nos quidem de istis quod nostrum erat egimus. Denique secundum sententiam beati apostoli Pauli (*I Cor.* V), ut tollerentur de medio Christianorum qui hoc egerunt, jam judicavimus qui sic operati sunt, in nomine Domini nostri Jesu Christi congregati nobis et ejus spiritu cum virtute Domini nostri Jesu Christi tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi, si tamen pœnitentiam agere voluerint. Si enim idem Apostolus se egisse testatur de his qui circa fidem naufragaverunt, id est in fide male vivendo erraverunt, scribens ad Timotheum: « Ex quibus est, inquit, Hymenæus, et Alexander, quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare (*I Tim.* V). » Si vero ut inceperunt in sua perseveraverint malitia, et divitias bonitatis Dei, et patientiæ, et longanimitatis contempserint, secundum duritiam suam, et impœnitens cor thesaurizantes sibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus: quoniam a nobis modo non traduntur Satanæ in interitum carnis ut spiritu salventur, sed ipsi potius seipsos ex toto tradiderunt Satanæ, ut cum ipso in die Domini nostri Jesu Christi, pereant: nos quoque, cum omni Ecclesia Christi, quia nec debemus, nec possumus, eis nec vivis nec mortuis communicabimus. Insuper et secundum potestatem nobis in beato Petro et in cæteris collatam apostolis, quibus dictum est: « Quæcunque alligaveritis super terram, erunt ligata et in cœlis (*Matth.* XVIII), » illius anathematis vinculo eos adhuc innodabimus, ut juxta Pauli vocem, quia non amant Dominum nostrum Jesum Christum (*I Cor.* XVI), quinimo oderunt, et persequuntur, et illum qui nomen ejus cum sacra unctione gestabat, vicesque illius agebat, Christum Domini interfecerunt, sit quisque eorum, qui hoc nefandissimum scelus opere perpetravit, et quicunque eis quoquo modo favendo et communicando consentit, anathema maranatha, id est condemnatus, donec dominus redeat, vel perditio, sive, ut dictum est, condemnatus in die judicii, quando Dominus veniet. Gratia autem et misericordia Domini nostri Jesu Christi sit nobiscum, et cum omni Ecclesia ejus. Amen.

## CAPITULUM XIV.

Quanquam superius de sacrilegis inter nos sermo sit habitus, ubi ex parte ostendimus, quam grave sit illud facinus, et qua pœna jure plectatur sacrilegus: tamen quia inter nostrates hic pessimus inolevit mos, ut defuncto ecclesiæ episcopo, mox a quibuscunque potentioribus pervadantur res ecclesiasticæ, quasi episcopi fuerint propriæ, cum etiam si ejus essent, contra omne jus id fieret: hoc tam immane sacrilegii facinus, et jam sæpius factum scientes dolemus, et ne ulterius a qualibet præsumatur, auctoritate Dei, et sanctorum ejus, qui cum illo regnant in cœlo, nostro etiam episcopali ministerio, quibus Dominus licet indignis potestatem dedit in suis apostolis, dicens: « Quodcunque alligaveritis super terram, erit ligatum et in cœlis: et quodcunque solveritis super terram, erit solutum et in cœlis (*Matth.* XVIII), » interdicimus. Unde inter exteras de hac re canonum constitutiones, in con-

A cilio Valentino cap. 2, ita scribitur: « Hoc etiam placuit, ut episcopo ab hoc sæculo jubente Domino accersito, clerici ab omni omnino supellectili, vel quæcunque sunt in domo ecclesiæ, vel episcopi, in libris, in speciebus, utensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re rapaces manus abstineant, et nihil latronum more diripiant. Qui nisi canonum auctoritate cohibiti fuerint, omnia quæ pervaserint, metropolitani vel omnium comprovincialium sacerdotum districtione coacti, in pristinum statum redintegrare cogantur: ut nihil antistiti, vel dispensatori futuro necessariorum sub hac justa constitutione depereat. Quod ut confidentius justitia manente servetur, secundum Regensis synodi constituta (*cap.* 5), episcopo e corpore recedente, vicinior illi accedat episcopus, qui ex more exsequiis celebratis, statim ecclesiæ illius curam districtissime gerat, ne quid ante ordinatione pontificis futuri, remanentium clericorum
B subversioni vel direptioni jam liceat. Ita ut de repertis omnibus inspectio certior, descriptione fidelissima, si fierit potest, intra octavas defuncti, sub diligentia præsentis, episcopi peragatur: dehinc ad metropolitani notitiam habita ordinate descriptio deferatur, ut ejus electione talis persona ordinandæ domui ecclesiasticæ procuretur, quæ vel consueta clericis stipendia dispenset, et creditarum sibi rerum, si forsitan tarditas in episcopo ordinando successerit, metropolitani congrius temporibus reddere possit rationem: ut sub hac salubri constitutione clerici stipendiis suis omnino contenti, labores non diripiant episcopi decedentis, et in vacuam ecclesiæ domum futurus pontifex non sine dolore succedat: sed magis de prædecessoris sui dimisso possit et ipse gaudere, et aliis ministrare. » Item cap. 3: « Simili quoque modo parentibus et propinquis decedentis episcopi, si intestatus obierit, denuntietur, ut sine metropolitani vel comprovin-
C cialium sacerdotum conscientia, nihil de rebus defuncti occupare pertentent: ne forte hæreditariis rebus etiam aliqua ad ecclesiam pertinentia vel permista usurpent: sed usque ad ordinationem futuri exspectent antistitis, aut certe, si longum fuerit, ad metropolitani, ut dictum est, admonitionem recurrant. Si quis autem immemor divini timoris, contra hæc sancta synodica clericus quisque vel laicus venire improba mente tentaverit, et communione et consortio privetur Ecclesiæ: quia durum est ut ad illam conveniat, quam exspoliare non metuit: nisi forte spiritu meliori correptus, dum a præsumptione cessaverit; recuperat indulgentiam. Si autem rationabiliter modesteque unusquisque repetit quod sibi jure debetur, ei absque aliqua animadversione a metropolitano, vel cui injunxerit, aut res aut ratio non negetur. Hos etiam omnes canones constringunt, qui tam in præteritum, quam in futurum, res ecclesiæ vel episcopi
D usurpantes diripuerint. » Item cap. 4: « Illud etiam provido consilio decernentes, ut quia sæpe sanctorum antistitum, per absentiam commendatoris episcopi, exsequiæ differuntur, ita ut veneranda pontificis membra, dum tardius funerantur, injuriæ omnino subjaceant, episcopus, qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet invitatus occurrere, infirmum magis, et adhuc in corpore positum, admonitus visitare non differat, ut aut de revelatione sacerdotis amplius gaudeat, aut certe de ordinatione domus suæ fratrem admoneat, eisque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem a sæculo, post oblatum in ejus commendatione sacrificium Deo, mox sepulturæ tradat diligentissime, et superius constituta canonice non differat adimplere. Si autem, ut fieri solet, antistes obitu repentino discesserit, et collimitanei sacerdotes de longinquo minime adesse potuerint uno die tantum cum sua nocte examinatum corpusculum sacerdotis maneat, nec sine fratrum ac religiosorum frequentia, vel psallentium excubatione, servatum a presbyteris cum omni diligentia in loculo conditum seorsim, non

n humetur, sed honorifice commendetur, do- sine mora invitato undecunque pontifice, ab ut condecet, solemniter tumuletur : ut et in- ı tollatur occasio, et mos antiquus in sepelien- acerdotibus observetur, » In decreto quoque dali Toletana urbe gesto (*Conc. Tolet.* vii, can. c legitur : « Ea quæ competunt honestati con- t sæpe quorumdam desidia non impleri. ide quia notum e t quæ dignitas in exsequiis entis episcopi ex canonibus conservetur, tra- ıi moris antiqui hoc tantum adjicimus, ut si sacerdotum, secundum statuta Valentini con- ad humana decidentis episcopi membra ve- commonitus, pigra voluntate distulerit, ap- ntibus clericis obeuntis episcopi apud syno- , sive apud metropolitanum episcopum, tem- anni unius nec faciendi missam, nec com- icandi habeat omnino licentiam. Presbyteri n, sive cæteri clerici, quibus major honoris ; apud eamdem ecclesiam fuerit, cujus sacer- ›bierit, si sollicitudine pro exequiis aut jam ui, aut continuo antistitis morituri, ad com- ›ndum tardi inveniantur, aut per quamcun- nolestiam animi id negligere comprobentur: s anni spatio ad pœnitentiam in monasteriis tentur. » Ergo cum de exequiis episcopi de- ›tis talis habeatur patrum constitutio, non ab men ducimus, et nunc omnibus notum fieri, ›nus nullus audeat tantum scelus perpetrare legii, et quod nefas est, legesque prohibent i specialiter homini fieri, hoc nemo præsu- sanctæ matri ecclesiæ ullo modo facere. Et iam in quibusdam opportunitas locorum se ;, ut ad obitum, vel exsequias alicujus ex no- luo vel tres episcopi convenire possint, et æ amabili in Christo fraternitati ita placitum dignoscitur : decet ut sancta charitas se os- ıt in mortuorum funeribus, quæ in vivorum ıvit pectoribus. Sane quia innotuit nobis san- edes apostolica, adhuc errores blasphemias- ;ujusdam vigere Photii in partibus orientis in tum sanctum, quod non a Filio, nisi a Patre m procedat blasphemantis, hortamur vestram ›nitatem una mecum, ut secundum admoni- m Domini Romanæ Sedis, singuli nostrum, ›ectis Patrum catholicorum sententiis, de di- Scripturæ pharetris acutas proferamus sagit- ›otentis, ad confodiendam belluam monstri ıcentis, et ad conterendum caput nequissimi ›ntis.

## CAPITULUM. XV.

ita prælibatis nunc omnes generaliter allo- ıur, qui juste et pie volunt vivere in commu- ı sanctæ Ecclesiæ catholicæ, quæ est unum ıs Christi, cui unus est Dominus, una fides, ı baptisma. Quæ cum generaliter ab ipso suo ɜ Christo super petram, id est, super confes- m Petri sit ædificata : manifestum tamen est, ınem Italiam, Gallias et Hispaniam, nullum uisse ecclesias, nisi eos quos venerabilis Pe- aut ejus successores constituerunt sacerdotes. ıoniam Ecclesia in nostris quoque partibus, ;tum est, super hanc petræ soliditatem non m fundata, sed ab eo ejusque est successori- tiam edocta, cum Dei gratia, ipsius beati Pe- ffragantibus meritis, firmitatem fidei, quam › percepit, hactenus inconcussam servare it, nullaque perfidorum consortia recepit. At quia multi fide tantum Christiani sunt, opere a Christiana doctrina dissentiunt, et attes- Jacobo apostolo didicimus fidem non solum ım, sed etiam esse mortuam sine operibus; nim : « Quid proderit, fratres mei, si fidem dicat se habere, opera autem non habet? uid poterit fides salvare eum? (*Jac.* ii). » Et s Hieronymus. Quid proderit, si impie agens ı voce invocas, quem operibus negas? San- [uoque papa Gregorius : Quid prodest, si Re- A demptori nostro per fidem jungamur, si ab eo moribus disjungamur? Itaque ille vere credit, qui exercet opere quod credit. Magnopere satagendum est, ut qui fideles esse dicuntur, si cum fideli Abraham benedici cupiunt, qui non tantum ex fide, sed ex operibus justificari meruit, beate vivere studeant. Ille enim, ut sanctus ait Hironymus, beatus est qui et recte credendo bene vivit, et bene vivendo fidem rectam custodit. Sed heu, proh dolor! nostris nostrorum comministrorum, et qui jam discesserunt, et qui adhuc supersunt, tam incuria quam inscientia, perditi vitiis multi, et pene innumerabiles adhuc inveniuntur in plebe ecclesiastica, cujuscunque sexus et ætatis pariter et conditionis, qui ad usque sua tempora senectutis necdum, ut debuerant, percepere fidei notitiam simplicis, usque adeo ut nec ipsius symboli verba salutaris, nec saltem supplicationem Dominicæ noverint orationis. Hi vero tales, etsi aliquid vi B deantur habere bonæ conversationis, quomodo sine fidei fundamento ædificium construent boni operis? Et ad hæc quid excusationis prætendere possumus, dum tales a corpore exeuntes non ad vitam, quam non noverunt, sed ad mortem rapiuntur æternam, quam evadere sine fide, ex qua justus vivere creditur, minime potuerunt? Nos ergo, ut beatus ait Gregorius, pereunte populo auctores mortis existimus, cum duces esse ad vitam debuimus. Ex nostro enim peccato populi turba prostrata est, quia faciente nostra negligentia ad vitam erudita non est. Quam terribilem nimis, imminentemque nobis et ipsis damnationem, et per nos, et per secundi ordinis consacerdotes, omnimodis evadere conemur, erudientes assidue commissos nobis, et fidei verbis, et bonorum operum exemplis : ut in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, ut non vituperetur ministerium nostrum, ne de nobis dicatur : « Sacer- C dotes ignoraverunt scientiam. » Et item : Sacerdotes non dixerunt, ubi est Dominus, et tenentes legem nescierunt me (*Jerem.* ii). » Et ne illam incurramus offensam, quam Heli sacerdos incurrisse dignoscitur eo quod filios suos indigne agentes non digne corripuit (*I Reg.* iv).

Generaliter omnibus. Ego primo omnium collocet sibi unusquisque Christianus, qui aliter Christianus vere dici et esse non potest, fundamentum Christianæ religionis, id est fidem catholicam, ut credat in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum et verum Deum, trinum in personis, unum in substantia. Credat nihilominus, quod sola persona filii pro salute nostra carnem assumpsit, in qua passus est, et resurrexit, et in cœlos ascendit, cum qua etiam ad judicium venturus est. Credat et in Spiritum sanctum, et quod in baptismate per eum tribuatur omnium remissio peccatorum : et quod ejus dono in Ecclesia Christi per pœniten- D tiam et per sacerdotale ministerium, incunctanter peccatorum datur indulgentia. Credat quoque veraciter in vera carne futuram in adventu Christi resurrectionem omnium. Hoc veræ fidei fundamentum bonis necesse est exornetur operibus : quia sicut sine fide impossibile est placere Deo, ita et fides perfecta esse non valet, nisi per dilectionem operetur : insuper si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Exornetur ergo sancta fides, ut vera et fructuosa sit, spe, charitate, humilitate, castitate, continentia, sobrietate, unanimitate, concordia, justitia, misericordia innocentia, et simplicitate, et cæteris his similibus quæ in dilectione Dei consistunt, et proximi. Videat unusquisque ne ejus decorem diversis commaculet flagitiis. Inter quæ maxime hæc cavenda pervidemus et quanto occultiora, tanto periculosiora esse pro certo scimus. Superbiam scilicet, quæ et de angelo diabolum facere, et de cœlo novit præcipitare. Invidiam a diabolo inventam ad dejiciendum de paradiso hominem, et ad mortem in orbem terrarum introducendam. Odium et discordiam, prædictorum criminum sequa-

ces, sed non minus perniciosos, quia matrem omnium virtutum charitatem expellunt, et illa fugata, omnia simul, si qua fuerint, bona opera pervertunt. Hæc igitur principaliter a fidelium cordibus sunt exstirpanda, et cum his, ea quæ superius partim denotando perstrinximus, penitus abominanda. Similiter et illa quæ quasi naturaliter in usu habentur, sicut sunt ebrietates, comessationes, contentiones, detractiones et inimicitiæ, et his similia, quæ juxta Apostolum homines a regno Dei excludunt: « Quoniam, inquit, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur (*Gal.* v). » Simili modo et illa cohibenda omnimodis, quæ contra jus humanæ societatis, sicut sunt furta, et jam superius dictæ exsecrabiles rapinæ, calumniæ, oppressiones, invasiones, quæ prius reddenda, postea sunt pœnitentiæ remedio corrigenda. Inhibemus quoque modis omnibus cum ingenti protestatione pessimam lucri rabiem, usurarum scilicet adinventionem, quam non minus clerici sectantur quam laici, Dominici immemores præcepti, quo dicitur: « Pecuniam tuam non dabis ad usuram. » Et iterum: « Non accipies a fratre tuo usuram, nec amplius quam dedisti (*Levit.* xxv). » Extant et alia diversorum criminum mala, quæ improbat et condemnat lex divina, pro quibus populus vastitate et gladio, fame et pestilentia atteritur, et Ecclesiæ status infirmatur, regnumque periclitatur: ut sunt nefandissimæ cum masculis aut pecoribus pollutiones pro quibus dulcis et benignus Deus noster ad amaritudinem iracundiæ tanto gravius provocatur, quanto contra naturam fieri comprobantur: et ut sunt illa quæ ex paganorum ritu adhuc super esse videntur: silicet magica, sortes, phylacteria, veneficia, divinationes somniorum conjectationes: quæ omnia puniri jubet lex divina, quia manifestissime in talibus servitus est diabolica. De quibus in concilio Ancyrano titulo 23, ita scriptum est: Qui divinationes expetunt, et morem gentilium subsequuntur, aut in domos suas hujuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malifica, aut expiandi causa, sub regula quinquennii jaceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos. Similiter unusquisque Christianus caveat et ab his quæ videntur quidem levia, sed contra divina sunt mandata, a scurrilitate et stultiloquio, a fabulis otiosis, turpibusque et obscenis sermoniciationibus. Hæc nempe plurimi non solum in domibus et conviviis suis loquuntur, et libenter audiunt; sed etiam, ad provocandum Deum ad iracundiam, in basilicis illi et sanctis ejus consecratis, absque respectu timoris alicujus irreverenter his vacare non desistunt. Servetur sane cultus honor et reverentia Dominici diei et sanctarum solemnitatum. Jejunium quoque tam indictum quam etiam quatuor temporum. Cessent mendacia periculosa et noxia, quæ assiduæ nimis fiunt, juramenta, maledicta, turpia necnon cantica et cætera his similia, quæ longum quidem est enumerare, sed pernecessarium cito corrigere. Considerantes igitur nos omnium operum et sermonum, insuper et cogitationum, reddituros esse rationem ei qui venturus est in majestate terribili reddere unicuique secundum quod gessit, sive bonum, sive malum, et peccata, sive parva, sive magna, non posse impunita esse: ad flagella quoque, quæ pro eisdem jam nunc juste, gravia quidem, sed minora quam meremur, patimur, non insensibiles, non incorrigibiles, non murmurantes, manum ejus ad feriendum extentam, quam ne percuteret anticipare neglexinus, dum adhuc paterna pietate sicut filii verberamur, saltem ne usque ad internecionem, ne usque ad animam feriat, mitigare celeri conversione et condigna satisfactione curramus: ne sicut mali servi, et in præsenti districta animadversione feriamur, et ad severiora in futuro supplicia pertrahamur. Dum adhuc vacat, dum adhuc qui offensus peccata nostra propter pœnitentiam dissimulat, et ut ab ejus severitate ad illius bonitatem revertamur, blandimentis et minis clamat: non obduremus corda nostra, sicut hactenus patres nostri et nos egimus. Peccavimus enim cum patribus nostris, injuste egimus, iniquitatem fecimus. Jam nunc ergo reversi ad conscientias nostras, et mala quæ gessimus dijudicantes, pura et vera confessione confiteamur Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericodia ejus. Procidamus et ploremus ante Dominum, qui fecit nos, quia ipse est Dominus noster, quia benignus et misericors est, præstabilis super malitia, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Si igitur ex toto corde conversi ad Deum, veram pœnitentiam fructusque pœnitentiæ dignos fecerimus, crebris et sanctis instantes jejuniis, vigiliis castis, illique bene complacitis, et orationibus falso lacrymarum imbre perfusis, cum eleemosynis justis, cæterisque misericordiæ et charitatis operibus, atque profiteamur nos ad pristina impietatum nostrarum scelera nunquam redituros, juvante ejus gratia, sine quo nihil possumus: si in istis perseveraverimus, satisfacientes Deo et Ecclesiæ de præteritis peccatis per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, et per contriti cordis sacrificium: cito ejus, qui cor contritum et humiliatum non spernit, et qui proprium est misereri semper et parcere, misericordiam consequemur. Cito dicimus, quia apud benignum Deum non tam valet mensura temporis quam doloris. Ipse enim per prophetam loquitur, dicens: « Cum conversus ingemueris, salvus eris. » Itemque: « Impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua (*Ezech.* xxxiii). » Cum ergo tanta sit benignitas Domini Dei nostri non negligamus, non differamus, non tardemus converti ad ipsum, sed sicut nos hortatur sanctus Paulus apostolus, « adeamus eum fiducia ad thronum gratiæ ejus, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno (*Hebr.* iv), » per Jesum Christum Dominum nostrum, cui est cum coæterno Patre et Spiritus sancto virtus et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Subscriptiones episcoporum.

Herveus Rhemensis archiepiscopus his edictis annuens subscripsit.
Wito Rothomagensium episcopus subscripsit.
Rodulfus Laudunensis præsul subscripsit.
Erluinus Beluacensium epicopus subscripsit.
Raubettus Noviomagorum episcopus subscripsit.
Letoldus Catalaunicus episcopopus subscripsit.
Abbo Suessorum episcopus subscripsit.
Stephanus Cameracensis episcopus subscripsit.
Hucbertus Meldensis ecclesiæ episcopus subscripsit.
Otfridus Silvanectensis episcopus subscripsit.
Stephanus Morinorum episcopus subscripsit.
Otgarius Ambianensis epicopus subscripsit.

# CONCILIUM APUD TROSLEIUM

ANNI 921

*In quo Erlebaldus ab Hervæo comes excommunicatus, post mortem est absolutus.*

(Apud Labb., Concil. tom. IX, col. 579).

De hac synodo causisque, ob quas Erlebaldo inflicta fuerat excommunicatio, scribit in hæc verba Fladoardus libro iv Historiæ, cap 16: « Excommunicaverat, inquit, Hervæus præsul Erlebaldum comi-

tem Castricensis pagi, propter Rhemensis episcopii terram quam pervaserat, ibique munitionem quamdam super Onosam construxerat, indeque frequentia ecclesiasticæ familiæ mala ingerebat Insuper et castrum Altmontem furtim irruperat. Sed cum nec ita cessaret a malis quæ cœperat, pergit archiepiscopus cum suis ad capiendam munitionem quam ille construxerat, Maceriasque nominabat : quam per quatuor pene hebdomadas obsidens, defendente tandem Erlebaldo, cepit, et dispositis inibi custodiis Rhemis rediit. At Erlebaldus profectus ad regem, qui tunc morabatur A in pago Warmacensi contra Henricum principem Transrhenensem, ibidem ab hostibus regis sibi supervenientibus interemptus est. Quem tamen postmodum in synodo quam apud Trosleium idem domnus archiepiscopus cum diœcesanis suis habuit, intercedente rege et obnixe flagitante, a vinculo excommunicationis absolvit. » Flodoardus idem in Chronico : « Anno, inquit, 921, synodus apud Trosleium habita, cui præsedit Hervæus archiepiscopus, præsente quoque Carolo rege, cujus obtentu Erlebaldus ibi Castricensis absolvitur. » Hæc ibi hoc anno, cætera exposuerat anno præcedenti.

ANNO DOMINI DCCCXXIII.

# WALTERIUS

SENONENSIS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA IN WALTERIUM.

(Ex Gallia Christiana, tom. XII, pag. 223.)

Walterii Aurelianensis episcopi nepos Walterius, B canonicus majoris ecclesiæ, scientia et nobilitate clarissimus, successit Evrardo mense Martio, ordinatus IV Non. Aprilis 887. Herifredum Antissiodorensem episcopum consecravit in Nigello cœnobio parochiæ Trecensis 29 Augusti, et in sede ejus collocavit 8 Septemb. ejusdem anni. In sequenti cum Francis, Burgundis et Aquitanis convenit de eligendo Francorum rege Odone filio Roberti Fortis et Adelaidis, quem unxit mense Januario 888. In synodo Magduni ad Ligerim habita anno 891, Walterio hortante, sancitum ut nullus deinceps ordinaretur vel constitueretur pater seu rector monasterii S. Petri, nisi quem monachi sua dispositione et libitu voluntatis ex seips s elegerint. Recentiorum vero sunt temporum constitutiones Walterio ascriptæ, in quibus prioratus conventuales canonici regulares, moniales nigræ, vocabula insolita erant sæculo nono. In placito regio apud Vermeriam an. 892 cum aliis judicibus pagi Atoariensis cellam C Alfa monasterio Adremarensi adversus Agnium monachum adjudicavit. Circa id tempus cum Fulcone Rhemensi archiepiscopo quædam placita pro causa Hildegardis abbatisse suæ diœcesanæ, constituit, quæ cum exsequi non potuisset Walterius, ea quantocius exsecutioni demandari præcepit Fulco, Walterium rogans ut ad condictum eidemque prædictam abbatissam sistere se curaret ; sin minus ipse pro sua auctoritate, quod hactenus ob suam in eumdem Walterium charitatem facere distulerat, id perfecturus esset. Anno 896 Senonæ obsidione cinctæ sunt et captæ a Richardo Burgundiæ duce contra Walterium archiepiscopum et Garnerium comitem, testibus Odoranno et Flodoardo, Walterius autem præsul propter contentiones quasdam quas inter se habebant nono ordinationis suæ anno, VI Idus Junii a Richardo captus est et positus in custodia novem mensibus, vivente adhuc Odone rege ; post novem autem menses reversus est de custodia Senonas cum pace VIII Kal. Martii, datis sub titulo sacramenti obsidibus Richardo duci, inquit Clarius. Hic autem exinde Senonensis urbis dominium tenuit, cui defuncto successit Rodulfus filius ejus, quem electum regem unxit Walterius in monasterio S. Medardi Suessionensis III Idus Julii 923, eodemque defunctus est anno XIII Kal. Decemb., et sepultus in basilica sancti Petri, in capella sanctæ Petronillæ.

# WALTERII STATUTA.

(Apud Labb. Concil., tom., col. 577).

I.

Statuimus, ut abbates et priores conventuales, qui nec venerint [*videtur deesse* ad synodum], nec se excusaverint, prætendendo canonicum impedimentum, per octo dies ab ingressu ecclesiæ suspendantur, et pœna, quantum ad hoc conciliis statuta est, sub comminatione majoris pœna, si aliis annis supra his culpabiles inveniantur [*videtur deesse*, multentur].

II.

Propter scandala gravia quæ ex monialium conD versatione proveniunt, statuimus de monialibus nigris, ne aliquem dispositum [*forte* aliquod depositum] recipiant in domibus suis ab aliquibus personis, nisi de licentia episcopi sui : maxime arcas clericorum, vel laicorum, custodiæ causa minime permittant apud se deponi.

III.

Item communiter omnes in refectorio comedant et in dormitorio dormiant, nisi ex causa justa et necessaria, de licentia speciali abbatissæ aliter fieri permittatur.

IV.

Item cameræ monialium omnes destruantur, nisi aliqua quæ in susceptione episcopi necessario retineatur, vel ad infirmariam faciendam, vel alia de causa, quæ episcopo justa et necessaria videatur.

V.

Item quod moniales nullatenus exire permittantur, vel extra pernoctare, nisi ex magna causa, et raro : et abbatissis injungatur, ne aliter egredi permittantur : et si aliquando abbatissa ex causa justa alicui permittat, eidem injungat, quod sine mora revertatur.

VI.

Ostia suspecta et superflua obstruantur. Circa hoc autem episcopi diligentiam adhibeant, et curam per se et per ministros suos ; et vitas et conversationes ipsarum restringant : ut per eorum diligentiam scandala, quæ in præsenti de vita earum proveniunt, sopiantur.

VII.

Statuimus, ut omnes judices, tam ordinarii quam delegati, temperent se et refrenent a generalibus excommunicationibus ; nec in generali participantes excommunicent, nisi valde gravis et enormis excessus contingat.

VIII.

Moneantur capitula sæcularium personarum, maxime cathedralia, ut ipsi conveniant, et ordinent, et tractent, quod in ecclesiis suis die et nocte, per se et per clericos ecclesiarum, divinum servitium assidue, competenter, secundum numerum institutorum, et facultatem ecclesiarum celebretur, et circa servitium divinum diligentiam et curam adhibeant efficacem, ita quod modus habendi se in ecclesia, tam in choro quam extra, evidenter et sufficienter, ubi emendatione opus erit, emendetur infra annum.

IX.

Moneantur etiam canonici et clerici sæculares, quod ipsi, in habitu suo et aliis, præcepta tradita in generali concilio fideliter et obedienter observent.

X.

Statuimus, ut in locis sive prioratibus, ubi conventualis congregatio solet esse, si facultates illius ecclesiæ suppetant, conventus ibidem restauretur.

XI.

Item quod in domibus sive locis, ubi solebant esse prioratus, si facultates locorum sufficient, monachi vel canonici regulares ad divinum servitium ibidem celebrandum reducantur.

XII.

Monemus abbates et priores conventuales, quod tot servitores in abbatiis et prioratibus sibi subditis instituant, si ad hoc sufficiant facultates locorum, quot ibi deservire solent : et ne pensionem sive censum ab eisdem exigant, quem non solent exigere ab antiquo, nisi forte alicui ex juxta causa ab episcopo suo permittatur.

XIII.

Statuimus quod clerici ribaldi, maxime qui vulgo dicuntur de familia Goliæ, per episcopos archidiaconos, officiales, et decanos Christianitatis, tonderi præcipiantur, vel etiam radi, ita, quod eis non remaneat tonsura clericalis : ita tamen quod sine periculo et scandalo ista fiant.

XIV.

Item antiquum statutum concilii provincialis rursus renovantes præcipimus, quod quando aliqua terra, propter delictum domini terræ vel ballivorum, supposita fuit interdicto, nullatenus relaxetur, donec ad arbitrium et moderamen relaxantis, presbyteris parochialibus de damnis et de perditis interdicti occasione illatis plane fuerit satisfactum, vel de satisfaciendo cantum.

ANNO DOMINI DCCCCXXIII.

# RADBODUS DOLENSIS.

## RADBODI

## EPISTOLA AD ADELSTANUM REGEM.

(Warthon., Anglia Sacra, tom. II, in S. Adhelmo.)

Summæ et individuæ Trinitatis honore omniumque sanctorum præcellentissima intercessione glorioso et munifico regi ADELSTANO Samsonis summi pontificis ego RADBODUS præpositus istius sæculi gloriam et æternam beatitudinem.

Benignitatis ac sublimitatis vestræ piissimæ et in omnibus hujus temporis regibus terrenis famosa laude præcellentissimæ, rex Adelstane optime, noverit pietas manente adhuc stabilitate nostræ regionis, quod pater vester Edgvardus per litteras se commen-

davit consortio fraternitatis sancti Samsonis summi confessoris ac Joviniani archiepiscopi senioris ac consobrini mei ac clericorum ejus, unde usque hodie indefessas regi Christo pro ejus anima et pro salute vestra fundimus preces, et die noctuque videntes super nos magnam misericordiam apparere vestram, in psalmis et missis orationibusque nostris, quasi provolutus ego et duodecim canonici mei genibus vestris fuissemus, promittimus Deum clementem orare pro vobis. Et modo reliquias, quas amni terrena substantia vobis scimus esse chariores, transmitto vobis, id est, ossa sancti Senatoris et sancti Paterni, atque sancti Soubilionis ejusdem sancti Paterni magistri, qui similiter, uno die eademque hora cum supradicto Paterno migravit ad Christum. Isti certissime duo sancti cum sancto Paterno dextra lævaque jacuerunt in sepulcro, atque illorum solemnitates sicut et Paterni IX Kalend. Octobris celebrantur. Igitur, rex gloriose, sanctæ exaltator Ecclesiæ, gentilitatis humiliator pravæ, regni tui speculum, totius bonitatis exemplum, dissipator hostium, pater clericorum, adjutor egentium, amator omnium sanctorum, invocator angelorum, deprecamur atque humiliter imploramus qui in exsultatu [ejulatu] atque captivitate nostris meritis atque peccatis in Francia commoramur; ut non nostri obliviscatur vestræ felicissimæ largitatis magna misericordia, et nunc a modo quæ mihi dignemini commendari sine ulla mora potestis impetrare.

---

ANNO DOMINI DCCCCXXIII.

# ABBO

# SANGERMANENSIS MONACHUS.

## ABBONIS

## DE BELLO PARISIACO

## LIBRI TRES.

(Apud Pertzium, Monumenta Germani-historica, tom II, pag. 776.)

### MONITUM PRÆVIUM.

Abbo, patria Neustrasius, presbyter(527-28) et monachus sancti Germani a Pratis Parisiensis, sub Carolo et Odone regibus claruit. Scripsit sermones quinque a Dacherio tomo IX Spicilegii vulgatos, et, quod jam edituri sumus, carmen de bellis urbis Parisiacæ contra Normannos, quibus ipse non solum spectatur, sed qui præliatores medias inter flammas elevata cruce excitaret, interfuit (529). Non igitur ut poeta canere, sed historiam obsidionis et miracula a S. Germano perpetrata versibus tradere conatus est (530). Librum usque ad annum 896 continuatum Gozlino monacho, et Aimoino alii S. Germani monacho, Miraculorum S. Germani prosa editorum auctori, inscripsit. Addidit ei, ut ipse fatetur, Trinitatis causa — librum tertium de clericis, hic prima vice edendum, et antiquis haud æque ac recentioribus despectum. Inveni enim Londini in codice Harleiano n. 3271 non modo exemplum ejus præfatione auctum, sed et interpretationem Anglosaxonicam sæculo XI in membrana conscriptam, cujus specimen subjicio (531).

Opus stylo contorto et subinde valde obscuro conscriptum, multis in locis explicatione egebat. Cujus rei conscius auctor (532) glossas adjecit, quæ et ad textum intelligendum et ad mores ejus ævi perspiciendos multum conducunt: qua ratione ductus et multo majorem earum partem hucusque ineditam et voces singulas margini a poeta ascriptas retinendas duxi. Quis enim historiæ ejus temporis intelligendæ capax voces ut lib. II, *v.* 466, HYRONIA omitteret?

Primam librorum I et II editionem ope codicis unici Pithœus in SS. coætaneis XII instituit. Quam repetierunt Chesnius in SS. Franc. T. II, p. 499,

(527-28) Necrologium S. Germani apud Bouq. Depositio ejus VII Idus Martii.

(529) Præfatio. Lib. I, 25, 26, 593-597; II, 300-302.

(530) Præfatio.

(531) 3271. Harlei. mb, sec. XI fol. 114: « Incipit liber Abbonis Anglice interpretatus. O clerice, eala du cleric. ne dempseris. ne wana du. umquam . aefre . dipticas . wexbreda . lateri . fram sidan, fugeas (*corr.* fugias). forfleoh. fore. wesan. corcula . ealdor . labentis . slidendes . ludi . plegan . ne letetur . ✝ ne blissige . te . fedus . fraete. sandapila . baer . neque toparchia . ne helle ealdor, » etc. Fol. 117: « Incipit prologus nobilis, disertissimi didascali Abbonis. Comperias lector, » etc. 117: « Explicit prologus Abbonis. Incipit liber ejusdem doctoris. Clerice dipticas lateri ne dempseris umquam, » etc. — 119. « Qua pariter tecum teneam tu clerice pascas. »

(532) Præfatio.

et in SS. Normanniçis pag. 35, Jacobus Brealius ad calcem Aimoini Paris. 1603, in fol., pag. 400; Joannes de Bouchet in Originibus primæ et secundæ stirpis regum Francorum, Paris. 1642 fol. Ultimus Bouquetus in SS. Franc., tom. VIII, pag. 1 sqq. editionem Pithœanam iterum expressit, licet ipse plurima verba certissime depravata conqueratur, quæ deficientibus codicibus manuscriptis emendari ac sanari non possint. Asservabatur tamen unicus isque authenticus Abbonis codex in bibliotheca monasterii S. Germani a Pratis, cujus congregationis membrum ipsum Bouquetum fuisse novimus, indeque postea in bibliothecam regiam Parisiensem illatus est. Cum igitur novæ editioni accingerer, ante omnia codicis illius in fata A inquirere eumque iterum accuratissime evolvere proposui; et favente ». cl. Guerard mox voti compos factus sum. Siquidem ipse Pithœus librum bibliothecæ S. Germani obtulerat, ibique numero olim 535, postea 1633 signatus fuit. Est membranaceus in 4° minori, sæculo nono exeunte exaratus, atque 43 foliis constat, quorum quodlibet bis 18 versus exhibere solet.

Opera igitur nostra in eo præcipue versata est, ut textu ad instar codicis accuratissime expresso, omnes alicujus momenti glossas proferremus. et liber tertius, antea omissus, reliquis adderetur. Distinctiones in codice fere nunquam obvias introduximus, atque adnotationes textui illustrando necessarias, perpaucas tamen, addendas censuimus.

---

# SCEDULA

### SINGULARIS CERNUI [1836] ABBONIS DILECTO FRATRI GOZLINO

Cunctorum Dei plasmatum [1836*] extimus et conlevita indignus Abbo, sincære [1837] omnemque terrigenam [1838] superantis [1839] igne dilectionis amplexando fratri Gozlino, quicquid in Christo utriusque vitæ manet jocunditatis.

Tuæ admodum mihimet acceptissimæ germanitatis affectio sibimet dudum destinari crebro poposcit, ut bellorum Parisiacæ polis, præcellentissimi quoque principis ab examine [1840] regni hucusque Odonis, nostro genitum labore codicellum didicit, tam contigui [1841] studiosa ingenioli quam fraterni insuper non immemor flagri [1842]. Eandem itaque ob gratiam faustissime noveris germane, tibi hancce dirigi pagellam, cum tam rara ne umquam penes me frustretur petitio [1843], tum solamine omnium apud lectorem amicissimi, ut cara finetenus vice illam mittentis fungatur; quin etiam a deviis [1844] prudenti dextera [1845] relevetur. Numquam enim otio [1846] reficiendi ob scolarum pluralitatem cujus commoditati ubique locorum vacaverim. Verum qui [1847] primum fuerit prolata, constat adhuc sequens pagina membranis semel [1848] tantum mutatis, post quoque, ceu quopiam Fœbo, tuo sagaci lustretur arbitrio. Denique hujus æliminata [1849] directionis causa, æquum autumatur depromi geminas [1850] etiam opusculi inchoationis. Quarum siquidem prima fuerit causa exercitationis. Tunc etenim adhuc litteratoriæ [1851] tyrunculus disciplinæ, Maronis proscindebam [1852] æglogas. Altera vero [1853] mansuri aliarum tutoribus urbium exempli. Cæterum tam tuæ quam reliquorum quidem lectorum almæ charitati non istud metricæ conplecti volumen [1854], quod vates taxer [1855], no- B tum fore molior [1856]. Nullatenus quippe hic [1857], quæ penes summos repperiuntur figmenta [1858] poetas. Atqui Faunos ferasve nusquam tripudio carminis in ludum more Sileni [1859] conglomeraverim, neu rigidas motare cacumina quercus coægerim, tum vero silvæ avesque menia quoque nunquam nostris sunt comitata vestigiis præ dulcedine cantionis; nec quovis modulamine Orco aliisve manibus animas tartarea æripuerim caligine ritu Orphei. Plane etiam si quando affuerit velle, nusquam tamen his actibus favit possæ. Ergo nec positor [1859'] quidem [1860] nuncupor, nec figmenta hic habentur; sed nostræ facultatis adsint præsidia. Porro triadi nostros credidi biblos [1861] visu et auditu modo [1862] decusatos [1863]. Quorum duo qui- C dem tam præliis Parisiacæ urbis, Odonis quoque regis, quam profecto almi ac heroys [1864] præsertim mei Germani, ejusdem sedis olim egregii præsulis, effulgent miraculis, alias tamen quibuslibet inauditis. Qui autem supplet trinitatem tercius, horumce ignarus constat. Nam cleronomos [1865], tametsi angustum [1866] maneat situm, decentissime ornat, tum scolasticis ambientibus glosas suis in commentis obnixe complacet; allegoria vero aliquantisper cui ejus indago libuerit, renitet. Cum per semet quoniam mutis [1867] inhæret verbis, propriam manu linguas [1868] superjeci. Pedes autem in omnibus opusculi versibus adeo delegerim, quo per rarissimos forte ignorantia potiusve oblivione liquerim clodos; qui tamen periergia [1869] quæso D industriaque legentis debitæ virtuti restituantur. Pentimimeris nempe seu cum cata triton trocheon eptimimeris rata [1870] similitudine [1871] per omnia [1872]

## GLOSSÆ ET NOTÆ.

1836 humilis *glossa*. 1836* formarum *glossa*. 1837 pure *glossa*. 1838 scilicet dilectionem *glossa*. 1839 transcendentis *gl*. 1840 origine *gl*. 1841 propinqui. *gl*. 1842 amoris *gl*. 1843 peticio *corr*. petitio. 1844 mendatiis *gl*. 1845 tua *gl*. 1846 ucio *corr*. otio. 1847 quomodo *gl*. 1848 simel *corr*. semel. 1849 exposita *gl*. 1850 causas *gl*. 1851 gramaticæ *gl*. 1852 prima vice legebam *gl*. 1853 sc. causa inchoacionis *gl*. 1854 sc. ideo *gl*. 1855 nominer *gl*. 1856 mollior *corr*. molior. 1857 in isto opusculo *gl*. 1858 figmentum *corr*. figmenta. 1859 silene *corr*. sileni. 1859' poeta *gl*. 1860 quidæm *corr*. quidem. 1861 bilos *corr*. *Glossa*: libros. 1862 tantum *gl*. 1863 ornatos *gl*. 1864 domini *gl*. 1865 clericos *gl*. 1866 strictum sit *gl*. 1867 obscuris *gl*. 1868 glosas *gl*. 1869 solertia *gl*. 1870 accepta *gl*. 1871 exemplo *gl*. 1872 aliorum metrorum *gl*.

currunt cesura, quanquam bucolice ptomen perpauca. Communibus præterea bannitæ [1873] modis cum dieresi [1874] et æpisinaliffa [1875] non dense [1876] usus extiti. Igitur largiente divino munere, suggessit hæcine mihi facultas. Quid plura ? Catalecticus cunctus existit versus. Tum multa prorsus alia lectori seria [1877] parebunt indita. Nec tamen putetur hoc ob aliud factum, nisi materiam vel a tua, dulcissime frater, prudentia, hauriendam, seu cujuspiam [1878] alterius diserti [1879], cum ad manus venerit metrici. Dactilici quidem versiculi trimetri præpositi causam enucleant [1880] sui, sed minime exauditi. Verum quod haud apud magistrum, saltem mereantur nancisci penes germanum.

Gaudia quod radii Febo, tibi sint et honores,
Cum fine in finem, clam quoque fine Deo.

EXPLICIT EPISTOLA.

---

## VERSICULI AD MAGISTRUM DACTILICI.

O pedagogo sacer meritis
Aymoide piis radians
Digneque sidereo decore :
Perrogitat matites [1981] liniens
Ore pedes digitosque tuos,
Cernuus Abbo tuus jugiter
Sume botros, tibi quos tua fert
Vitis [1883] adhuc virides ; rubeant
Imbre tuo radiisque tuis,
Continuo seris atque fodis [1883]
Tu, celebrande, putas et eam
Nuncque cupis, niteat pluviis
Alterius, jubare alterius ?
Dulce cui iribuas rogo mel.
Nam tibi palmes et uva manet.
Floruit has mihi Parisius
Nobilis urbs, veneranda nimis,
Bella precans sua ferre tibi.
Agnita cujus ut orbe vago
Sapiat [1884] ethera palma volans,
Doxaque regnet ubique micans,
Ore tuo gradiente super.

---

# INCIPIT

## LIBER PRIMUS BELLORUM PARISIACÆ URBIS.

**Dic** alacris salvata Deo Lutecia summo,
**Sic** dudum vocitata, geris modo nomen ab urbe
**Isia,** Danaum latæ media regionis,
**Quæ** portu fulget cunctis venerabiliori ;
**Hanc** Argiva sitis celebrat peravara gazarum,
**Quod** nothum species metaplasmi modo nomen
**O collega** tibi, Lutecia, pingit honeste
**Nomine,** Parisiusque novo taxaris ab orbe,
**Isiæ** quasi paris merito pollet tibi consors ;
**Nam** medio Sequanæ recubans, culti quoque regni
**Franceginum,** temet statuis per celsa [1885] canendo;
**Sum** polis, ut regina micans omnes super urbes !
**Quæ statione** [1886] nites cunctis [1887] venerabiliori.
**Quisque** cupiscit opes Francorum, te veneratur,
**Insula** te gaudet, fluvius sua fert tibi giro
**Brachia,** complexo muros, mulcentia circum
**Dextra** tui pontes habitant tentoria limfæ
**Levaque** claudentes [1888]; horum hinc inde tutrices
**Cis urbem** speculare falas [1889] citra [1890] quoque flumen.
**Dic igitur** præpulchra polis, quod Daneo [1891] munus
**Libavit** tib.met soboles Plutonis amica,
Tempore quo præsul Domini et dulcissimus heros
Gozlinus temet pastorque benignus alebat.
Hec, inquit [1892], miror, narrare potest aliquisne ?
Nonne tuis idem vidisti oculis ? Refer ergo !
Vidi [1893] equidem, jussisque tuis parebo libenter.
Hæc tibi nempe litaverunt libamina sævi :
Septies aerias centum præter juniores
Quamplures numero naves numerante carentes,
Extat eas moris vulgo barcas resonare [1894];
Quis adeo fartus Sequanæ gurges fuit altus
Usque duas modicumque super leugas fugiendo,
Ut mirareris, fluvius cui se daret antro,
Nil parens : abies quoniam velaverat illum
Ac quercus ulmique simul, madidæ sed et alni [1895]
(*An.* 885). Urbem quo tetigere quidem Titane [1896] secundo,
Egregii Sigefredus adit pastoris ad aulam,
Solo rex verbo [1897], sociis tamen imperitabat,
Vertice flexo ad pontificem sic inchoat ore :
« O Gozine, tibi gregibusque tuis miserere,
Ne pereas, nostris faveas dictis, rogitamus ;
Indulge siquidem, tantum transire quæamus

**Vers 42.**

### GLOSSÆ ET NOTÆ.

[1873] sillabe. [1874] dississione *gl.* [1875] conjunctione *gl.* [1876] fregenter *gl.* [1877] utilia *gl.* [1878] scil. prudentia *gl.* [1879] disserti *corr.* diserti. [1880] aperiunt *gl.* [1881] discipulus *gl.* [1882] discipulus *gl.* [1883] deces atque corrigis *gl.* [1884] repleat *gl.* [1885] per sublimia *gl.* [1886] de portu *gl.* [1887] portibus *gl.* [1888] scilicet pontes *gl.* [1889] turres *gl.* [1890] ultra *gl.* [1891] i. e. Danorum, Nortmannorum. [1892] scilicet civitas *gl.* [1893] Vox poetæ. [1894] nominare *gl.* [1895] ex istis enim arboribus erant naves compositæ *gl.* [1896] die *gl.* [1897] nam carebat regno, ideo solo verbo erat rex *gl.*

Hanc urbem; tangemus eam nunquam; sed honores A
Conservare tuos conemur, Odonis et omnes. »
Hic consul [1898] venerabatur, rex atque futurus,
Urbis erat tutor, regni venturus et altor.
Hæc contra Domini præsul fidissima jecit:
« Urbs mendata fuit Karolo nobis basileo [1899],
Imperio cujus regitur totus prope kosmus [1900]
Post Dominum, regem dominatoremque potentum,
Excidium per eam regnum non quod paciatur.
Sed quod salvetur per eam sedeatque serenum.
Ut nobis, si [1901] forte tibi commissa fuissent
Menia, quodque peregisses justum tibi narras,
Quid fore sancires ? Rigemfredus : Caput, infit,
Ensis honore meum, canibus demum quoque di- [gnum.
Toxica, ni tamen his precibus cedas, tibi tela B
Nostra ministrabunt castella die veniente,
Decendente [1902] famis pestem, hoc peragentque [quotannis. »
Hæc ait, atque dehinc abiit, sociosque coegit.
Sic caput Aurora rapuit perdente duellum.
Nempe ruunt omnes ratibus turri [1903] properantes,
Quam feriunt fundis acriter complentque sagittis.
Urbs resonat, cives trepidant, pontesque vacillant;
Concurrunt omnes turrique juvamen adaugent.
Hic comites Odo fraterque comes Ragenarius ; illic
Pontificisque nepos Ebolus [1904] fortissimus abba.
Hic modicum præsul jaculo palpatus [1905] acuto,
Hic ejus juvenis miles simili [1906] Fredericus
Est ictus gladio ; miles periit, seniorque
Convaluit, sese medicante Dei medicina. C
Hic vitæ multis extrema dedere, sed acres
Pluribus infigunt plagas, tandemque recedunt,
Exanimes Danos secum multos referentes ;
Jam occidui medium vergebat ad ultima Tile [1907]
Climatis australis quoque Apollo secutus Olim- [pho [1908].
Nil prorsus species turris renitens erat adhuc
Perfectæ, fundamentis tantum bene structis
Ac modicum ductis sursum factisque fenestris
Gaudebat ; belli sed eadem nocte peracti
Altius hæc circumductis crevit tabulatis :
Dignea sesquplæ siquidem superadditur arci.
Sol igitur Danique simul turrim resalutant ;
Prælia devotis [1909] jaciunt immania valde ;
Pila volant hinc inde, caditque per aera sanguis, D
Commiscentur eis fundæ laceræque balistæ,
Nil terras interque polos aliud volitabat.
Vers 131

At turris nocturna gemit dardis terebrata —
Nox fuit ejus enim genetrix, cecini quoque supra—
Urbs pavitat, cives strepitant, et classica [1910] cla- [mant
Absque mora tremulæ cunctos succurrere turri.
Christicolæ pugnant belloque resistere curant.
Belligeros inter cunctos gemini radiabant
Plus aliis fortes, alter comes, alter et abba
Alter Odo victor, bellis invictus ab ullis,
Confortando fatigatis vires revocabat,
Lustrabat jugiter speculam perimens inimicos;
Qui vero cupiunt murum succidere musclis [1911],
Addit eis oleum ceramque picemque ministrans,
Mixta simul liquefacta forco ferventia valde,
Quæ Danis cervice comas uruntque trahuntque.
Occiduunt autem quosdam, quosdamque suadent
Amnis adire vada. Hoc una nostri resonabant :
Ambusti Sequanæ ad pelagos concurrite, vobis
Quo reparent alias reddendo jubas mage comptas!
Fortis Odo innumeros tutudit. Sed quis fuit alter?
Alter Ebolus huic socius fuit æquiperansque ;
Septenos una potuit terebrare sagitta,
Quos ludens alios jussit præbere quoquinæ [1912].
Hisce [1913] prior [1914] mediusve fuit circumve nec [ullus ;
Fortiter est alii spreta [1915] nece belligerabant ;
Verum stilla quid est simplex ad caumata mille ?
Pigeminum [1916] fidos [1917] raro quamvis vegeta- [bat [1918].
M que [1919] truces posthac [1920] chile [1921] ξ— se- [ranta [1922] chile [1923] id extat [1924] —
Hice recenter eunt vicibus turrrim, juge [1925] fœdi [1926]
Ingeminant bellum ; clamor fremitusque fit altus.
Ingentesque replent voces hinc inde ruentes
Æthera, saxa fremunt parmas quatientia pictas,
Scuta gemunt, galeæ strident trajecta sagittis.
Huc [1927] præda redeunt equites, certamina stipant,
Incolumes adeunt speculam saturique ciborum,
Anteque Durcones [1928] multi repetunt morientes,
Quam lapides jaciant illamque [1929] gravent lapi- [dando.
Dulce quibus flamen [1930] Danæ [1931] spirantibus aiunt,
Quæque suo lacerans crines lacrimansque marito:
« Unde venis ? fornace [1932] fugis ? scio, nate diabli,
Hanc nullus poterit vestri superare triumphus ?
Non tibi nunc cererem vel apros bacchumque litavi ?
Tamque cito quare repedas ad tegmina stratus ?
Hæc iterum gestisne tibi poni ? redeuntne.

## GLOSSÆ ET NOTÆ.

[1898] i. e. comes. [1899] i. e. rege. [1900] i. e mundus. [1901] i. e. si tibi, ut jam nobis, mœnia commissa fuissent, et peregisses quod nunc tibi gratum esse dicis (scil. tradidisses ea). [1902] XX scil. *die*. [1903] hodie porta Parisiorum seu Magnum Castelletum. Boro. [1904] Gozlini ex sorore nepos. Boro. [1905] est vulneratus *gl*. [1906] scilicet cum *gl*. [1907] i. e. Thule. [1908] i. e. Olympo. [1909] fidelibus *gl*. i. e. Christianis. [1910] cornua *gl*. [1911] ferris. musculus est quo muri perfodiuntur. hinc quasi murusculus dicitur, fit autem similis, cuniculo *gl*. [1912] i. e. coquinæ. [1913] scil. duobus *gl*. [1914] scil. in pugna *gl*. [1915] spræta *corr*. spreta. [1916] P. græcum si fuerit geminatum CC significat. quia simplex C. Tot enim Christiani erant intro *gl*. [1917] fideles *gl*. [1918] sustinebat. confortabat *gl*. [1919] M similiter Græcum XL significat. Chile mille. tot enim erant Normanni id est XL milia *gl*. [1920] deinde *gl*. [1921] I *gl*. i. e. mille. [1922] XL *gl*. [1923] I *gl*. [1924] est *gl*. [1925] continuum *gl*. [1926] turpes *gl* [1927] ad hunc locum de *gl*. [1928] naves *gl*. [1929] speculam *gl*. [1930] animam *gl*. [1931] Danorum mulieres. cf. Taciti Germaniam capp. 7, 8. [1932] turrim vocabant furnum *gl*.

Elluo, sic alii? similem mereantur honorem! »
Clibanus ob humile quantum [1932] speculæ [1933] sinuatus [1934]
Sæve per ora duit [1935] quamvis ignobile nomen.
Ima dehinc ardent ejus disscindere scisci [1936]:
En inmane foramen hians, majus quoque dictu!
Apparent penitus proceres jam nomine citi,
Cristatosque [1937] vident cunctos, quibus atque videntur,
Conspiciuntque viritim omnes non introeuntes.
Horro enim vetuit, quod non audacia sumpsit.
Orbita [1938] mox a turre teres jaculatur in illos,
Bis ternis [1939] arcens animas direxit Averno,
Perque pedes tracti numerum complent morientum.
Tum foribus posuere larem [1940], Vulcania [1941] cura;
Hinc multare viros rentes [1942] et perdere turrim.
Fit rogus horribilis, fumusque teterrimus inde
Nubila militibus miscet, succedit et umbris
Scilicet arcs [1943] picels, hora veluti diuturna,
Nam tulit hæc minime sufferre diu sibi notos,
Sed nostri Dominus miserescens vertere jussit
In sortem cæcam populi nebulam generantis.
Fortius ille furens Mavors regnare sategit [1944].
Signifer en geminus concurrit ab urbe benigna [1945]
Lancea bina gerens speculam conscendit, amictum
Auribus immodicis croceum formido Danorum;
Tunc centena quium [1946] pepulit cum sanguine vitam
Centeno catapulta [1947] nimis de corpore pernix,
Hospiciumque comas [1948] ducti lintresque revisunt.
Lemmius hic moritur claudus, magno superante
Neptuno, humectant latices incendia fusi.
Pestiferæ gentis miles percussus acerbo.
Rotbertus felix jaculo spiravit ibidem,
Atque Deo pauci vulgo periere juvante.
Erubuere tamen posthac veluti lupus audax
Nil rapiens prædæ, repetitque quidem nemus altum,
Subtilemque nimis secum retulere fugellam.
Tercentum exanimos flentes Charone receptos
Nox comitans [1949], turris studuit vulnus medicari.
Hæc duo bella sui residens in limite [1950] currus
Ante November adest, gelidus supplere [1951] Decembri,
Solibus [1952] is caudam [1953] ternis quam cæderet [1954] anni.
Sole suos fulvo radios fundente sub ethre.
Sorte [1955] Dionisii lustrant [1956] equidem recubantes
Vers 216.
Macharii [1957] Sequanæ ripas, et castra beatum
Germanum circa teretem [1958] compouere vallis
Commixto lapidum cumulo glebisque laborant
Post montes et agros, saltus [1959], camposque patentes
Ac villas equites [1960] peragrant peditesque cruenti,
Infantes, pueros, juvenes, canamque senectam,
Atque patres natosque necant, necnon genetrices:
Conjugis ante oculos cædem tribuere marito,
Conjugis ante oculos strages gustat mulierem,
Ante patrum faciem soboles necnon genitricum!
Efficitur servus liber, liber quoque servus,
Vernaque [1961] fit dominus, contra dominus quoque verna.
Vinitor agricolæquæ simul cum vitibus omnes
Ac tellure ferunt crudeles mortis habenas.
Francia jam dominisque dolet famulisque relicta,
Heroe [1962] gaudebat nullo, lacrimisque rigatur.
Nulla domus stabilis vivo regitur dominante.
A tellus opulenta gazis nudatur opimus,
Sanguivomis, laceris, atris, ædacibus [1963] æquo [1964]
Vulneribus, prædis, necibus, flammis, laniatu,
Prosternunt, spoliant, perimunt, urunt, populantur
Dira cohors, funesta falanx, cetusque severus.
Posse favebut eis actutum, velle quod ipsum.
Omnia se visum gestabant ante cruentum.
Valles [1965] diffugiunt humiles, tumidi [1966] prius Alpes,
Arma, simul diamant [1967] lucos cum corde fugaci.
Nemo patet, fugiunt omnes, heu! nemo resistit.
Sic decus a regni pro posse tulere venusti,
Sic celebris specimen [1967] cimbis portant regionis!
Terribiles inter acies tamen adstitit acta
Parisius ridens media inperterrita tale.
Ergo bis octonis [1969] faciut mirabile [1970] visu,
Monstra rotis ignara, modi [1971] compacta triadi,
Roboris [1972] ingentis, super argete [1973] quodque [1974] cubante
Domate sublimi cooperto. Nam capiebant
Claustra sinus archana [1975] uteri penetralia ventris [1976]
Sexaginta viros, ut adest rumor, galeatos.
Unius obtinuere modum formæ satis amplæ
Completis autem geminis, ternum peragendo [1977]
Mittitur arte [1978] fala [1979] vexare [1980] falarica [1981] binos
Artifices [1982] nervis jaculata uno quoque plectro.
Sic nobis lœtum [1983] primi meruere paratum;
Mox monade [1984] necata obiit sævissima dias [1985]

## GLOSSÆ ET NOTÆ.

[1932*] quantitatem *gl.* [1933] turris *gl.* [1934] curvus pandis *gl.* [1985] dedit *gl.* [1936] i. e. sciri, scire. [1937] galeatos *gl.* [1938] rota *gl.* [1939] *sic.* [1940] ignem *gl.* [1941] qui scilicet est *gl.* [1842] sperantes *gl.* [1943] *sic.* [1944] studuit *gl* [1945] Parisio *gl.* [1946] pro quorum *gl.* [1947] sagitta *gl.* [1948] scil, per *gl.* [1949] sequens *gl*: [1950] fine *gl.* [1951] complere *gl.* [1952] diebus *gl.* [1958] finem *gl.* [1954] daret *gl.* [1955] in parte *gl.* [1956] scil. gentiles *gl.* [1957] sancti *gl.* [1958] S. Germain d'Auxerre, figura rotunda Bouq. [1959] silvas. *gl.* [1960] Normann. *gl.* [1961] famulus *gl.* [1962] Domino *gl.* [1963] consumentibus *gl.* [1964] equali... *gl.* [1965] pauperes valde fugiunt *gl.* [1966] superbi homines *gl.* [1967] valde amant *gl.* [1968] ornamentum *gl.* [1969] carri XVI rotis LX hominum capaces *gl.* [1970] opus *gl.* [1971] mensuræ conjuncta trinitati *gl.* [1972] quercus *gl.* [1973] *i. e.* ariete. [1974] unumquodque *gl.* [1975] scil. illius arietis *gl.* [1976] sc. arietis *gl.* [1977] i. e. dum tertium perageretur *gl*, [1978] per artem *gl.* [1979] turri *gl.* [1980] allidere *gl.* [1981] balista *gl* [1982] magistros *gl.* [1983] i. e. lethum. [1984] unitate percussionis *gl.* [1985] dualitas Norm. *gl.*

Mille struunt etiam celsis tentoria rebus
Tergoribus collo demptis tergoque juvencum.
Bis binos tressisve [1986] viros clipeare [1987] vale- [bant [1988],
Quæ [1989] pluteos [1990] calamus vocitat cratesve [1991] [latinus.
Nox nullam recipit requiem nullumque soporem;
Veloces acuunt, reparant, cuduntque sagittas,
Expediunt clipeos, veteresque novi efficiuntur.
Cumque senis Fœbi fulgor jam scandit in almas
Quadrigas agilis, noctemque repellit opacam,
Atque suos oriens oculos demittit in urbem,
En proles Satane subito castris furibundæ
Erumpunt, trepidis nimium telis oneratæ;
Ad turrim properant tenues ut apes sua regna
Distentis adeunt humeris casiaque thimoque
Arboreisque simul vel ameni floribus agri:
Haud secus infelix populus contendit ad arcem
Pressis fornicibus [1992] humeris ferroque tremente.
Ensibus arva tegunt, Sequanam clipeis, et in urbem
Plumbea mille volant fusa densissime mala
Atque serunt pontes validis speculas catapultis.
Mars hinc inde furit surgens, regnatque superbus;
Totius ecclesiæ cumvexa [1993] boando metalla [1994]
Flebilibus vacuas supplent clamoribus auras.
Arcs nutat, cives trepidant, ingensque tubarum
Vox resonat, cunctosque pavor cum turribus intrat.
Hic proceros multi fortesque viri renitebant;
Antistes Gozlinus erat primas super omnes.
Huic erat Ebolusque nepos Mavortius abba;
Hic Rothbertus, Oddo, Ragenarius, Utto, Erilangus;
Hi comites cuncti, sed nobilior fuit Odo,
Qui totidem Danos perimit, quotspicula [1995] mittit.
Dimicat infelix populus pungnatque benignus.
Tres armavit atrox cuneos, quibus obtulit arci
Majorem, picto [1996] ponti [1997] geminosque [1998] pa- [rone [1999],
Hanc [2000] sat opinati superare, hunc [2001] si potuis- [sent.
Hæc bellum patitur, multo majora set ille;
Hæc depicta gemit vario sub vulnere rubra,
Ille virum luget vires obitusque fluentes.
Sanguine nulla via urbis adest intacta virorum,
Prospiciens turrisque nichil sub se nisi picta.
Scuta videt, tellus ab eis obtecta latebat.
Inde super cernens lapides conspexit acerbos,
Ac diras, ut apes dense, tranare catejas [2002].
[Juppiter aspiciens dardos prospexit acutos] [2003]
Inter sese aliud turrimque nichil metit æther.
Vox inmensa, metus major, strepitusque fit altus.
Hi bellant, isti pungnant, resonantibus armis
Prælia Normanni exacuunt crudelia sane.
Nullus habet terræ totidem qui vivere natus [2004]
Vers 316.

A Indutos gladiis pedites spectaret in unum,
Et tanta miraretur testudine picta.
Hac sibi confecere polum vitam nutrientem [2005],
Quem nullum superare caput cupiebat eorum,
Ast infra capiunt tetre necis arma frequenter.
Mille dabant pungnam pariter stantes in agone,
Mille simul, turrim quoniam contingere cuncti
Haud una poterant, turmis certare studebant.
Arcs speculans, nudis quoniam chelis [2006] inimicus
Ingeminut populus certamen et ore patenti,
Erectas taxos [2007] arcos convertit in uncos [2008];
Unius hinc jaculum transmittitur os in apertum.
Quem subito conans alius clipeare [2009] migrantem,
Nempe cibum gustat primus quem repserat [2010] ore,
Adveniens autem numerum qui clauderet almum [2011]
B Hos nitens geminos auferre latenter, et ipse
Perculsus faretra, turri veniam quoque poscit.
Sub clipeo illos alii conduntque trahuntque,
Unde furore nimis pingues bellum renovarunt.
Scuta cient planctus, saxis ferientibus, ipsa,
Sanguineasque vomunt voces galeæ subeuntes
Æthera, crudeli lorica mucrone foratur.
Respiciensque suas et quos fundaverat artus
Omnipotens fabricas modicum Danis superari,
Exhibuit nostris vires animosque valentes,
Inpertitus eis sensus equidem tremebundos.
Tum pereunt miseri, pluresque vehuntur ad altos
Ponentes animas torquentibus arma faselos [2012].
Jam Titan celeres missos præmittere curat
Ocæano, pompare thoros otium [2013] quibus addat.
C Torvaque plebs quæ jam cecini tentoria turri
Texta tulit silvis flenti, cæsisque juvencis,
Quis noctem quidam bello quidamque sopore
Præteriere, quibus circumtrivere [2014] meatus,
Pennivolas acies [2015] vibrari [2016] felle madentes,
Militibus noctu eximiam cernentibus [2017] arcem.
Mane quidem flagrante novant certamina plenis
Arma trucum terris fixa testudine giro.
Certabant plures alii fossata studere,
Quæ circa resident illam [2018], sulcosque replere;
Hinc glebas specubus frondesque dabant nemo- [rosas,
Atque suo segetes etiam fetu viduatas,
Prata simul, virgulta quoque, et vites sine gemmis,
Hincque senes tauros pulchrosque boves vitulosque,
D Postremumque necant elegos, heu! quos retine- [bant
Captivos, sulcisque cavis hæc cuncta ferebant,
Idque die tota stantes agitant in agone.
Hocce pius cernens præsul, clara lacrimando
Voce vocat domini Salvatorisque parentem:
Alma redemptoris genetrix mundique salutis,
Stella maris fulgens cunctis præclarior astris,

GLOSSÆ ET NOTÆ.

1986 tres *gl.* 1987 contegere *gl.* 1988 tentoria *gl.* 1989 tentoria *gl.* 1990 plutei sunt grates coreo crudo intextæ quæ hosti objiciuntur *gl.* 1991 coriatas *gl.* 1992 arcubus *gl.* 1993 curva *gl.* 1994 campanæ Boro. 1995 sagittas *gl.* 1996 cum picto *gl.* 1997 scil. obtulit *gl.* 1998 cuneos *gl.* 1999 navigio *gl.* 2000 turrim *gl.* pontem *gl.* 2001 dardos *gl.* 2002 *versus postea exponctus.* 2003 filius *gl.* 2004 Nullus terræ filius habet vivere (*i, e.* vivit) qui — 2005 i. e. protegentem. 2006 brachiis *gl.* 2007 inos *gl.* 2008 id est arcos non tensos tetendit *gl.* 2009 contegere *gl.* 2010 traxerat *gl.* 2011 trinitatem *gl.* 2012 naves *gl.* 2013 requiem *gl.* 2014 composuerunt *gl.* 2015 sagittas *gl.* 2016 ad vibrandas *gl.* 2017 custodientibus *gl.* 2018 turrim *gl.*

Cæde tuas præcibus clemens aures rogitantis;
Si tibi me libeat missas umquam celebrare,
Impius atque ferox sævus crudelis et atrox,
Captivos perimens, laqueo necis inretiatur!
Arce repente volans telum deferre sategit
Antistes Gozlinus, huic [2019] quod flendo precatur,
Qui vinctos vinctus mortis dimisit habenis,
Atque miser sociis tendit clipeumque pedemque.
Os solvit, virtute ruit, sulcosque replevit
Mensurans terram, spirans animam male natam,
Captivos juxta tritos gladio nimis ejus.
Urbs in honore micat celsæ sacrata Mariæ,
Auxilio cujus fruimur vita modo tuti;
Hinc indicibiles illi, si forte valemus,
Reddamus grates, placidas reboemus et odas,
Vox excelsa tonet, laudesque sonet quia dignum:
Pulchra parens salve Domini, regina polorum,
Nostra nites altrix, orbis constas dominatrix;
Quæ sævis manibus Danum gladioque minace
Solvere Luteciæ plebem dignata fuisti,
Luteciæque satis poteras conferre salutem,
Quæ lubrico Salvatorem cosmo genuisti.
Cælicoli cætus, virtutes ac dominatus,
Primatusque, potestatesque, thronique polorum,
O genetrix sobolis summi regis celebranda
Te gaudent, recolunt, laudant, venerantur, adorant,
O felix uteri thalamo quæ claudere mater,
Quem cœli nequeunt, tellus, vastum mare, quisti;
Atque tuum delecta patrem nobis peperisti.
Luna micans solem multo plus te renitentem
Fudisti terris, et eas quo plena manebas
Inradiando, genus nostri lapsum reparasti.
Ergo cui, regina poli, componere quibo?
Sanctior es cunctis, sexu felicior omni.
Cultorum miserere tui jam nata potentis;
Gloria, laus et honor, radiansque decus tibi semper;
Sit benedicta Dei mater sceptris in Iesu.

(*Hic ad oram codicis legitur* DIÆRESIS.)

Fœbus abit, noctisque redit caligo serenæ,
Excubiisque nequam [2020] turris sæpitur opimis [2021].
Aurora girante polos, girantur et arces;
Mortiferis siquidem telis quatientibus illas,
Arrietes conflant [2022], unumque locant ab eoo
In turrim, contemplatur septentrio celsa
In portas alium; tenuit contra latus ejus
Oc que sidens ternum. Magno cum pondere nostri
Tigna parant, quorum calibis dens summa peragrat
Machina quo citius Danum quisset terebrari;
Conficiunt longis æque lignis geminatis
Mangana quæ proprio vulgi libitu vocitantur,
Saxa quibus jaciunt ingentia, seo jaculando
Allidunt humiles scænas [2023] gentis truculentæ.
Sepe quidem cerebrum cervice trahunt elegorum,

Vers 420.

A Vah! multosque terunt Danos, plures quoque peltas [2024].
Immunis [2025] clipens fractu nullus fuit hictus [2026],
Quem [2027] talis tetigit, non ullus morte misellus [2028].
Ast infelices foveas supplere falanges
Nequiquam tendunt, potuere replere nec ullam.
Nitebantur enim arietibus pessumdare turrim;
Quos quoniam nequeunt æquis deducere campis,
Corripiunt ternas rabidi kimbas [2029] satis alta
Frondivagis equidem silvis gravidare flagrantes,
Postremum Vulcanus eis imponitur ardens.
Flammivomas oriens dimittit eas pedetemptim,
Anguinisque [2030] trahebentur ripas secus ipsæ
Ad pontem, seu conspicuam conburere turrim.
Silva vomit flammas, arent latices pelagique,
B Terra gemit, virides herbæ moriuntur ab igni;
Lemnius atque potens Neptuno stat pede trito [2031],
Regna polli furvus penetrat, nubesque peragrat.
Hinc tellus et ager, limfæ cæligue cremantur;
Urbs luget, speculæque timent, et menia deflent;
Heu, quam magna oculis manant lacrimosa beatis
Flumina! Dant pulchri juvenes, sed et alba senectus,
Merentes gemitus, matresque jubas laniando
Terga dabant siccæ, crinesque per arva revolvunt —
Hæ colafis nudata suis jam pectora tundunt.
At secuere genas aliæ lacrimis madefactas!
Tum trepidant cives, cunctique vocant celebrandum
Germanum: *Miserere tuis, Germane, misellis!* —
Parisius præsul fuerat sanctissimus olim,
Inlustrabat eam cujus venerabile corpus —
C Menia Germani nomen recinunt, et in omni
Exclamat miles specula primique virorum:
*O famulis, Germane, tuis succurrere disce!*
Littora seu liquidi laticis [2032] pelagus ciet [2033] altum,
Sidereosque thronos quibus emicat, ut jubar almus
Verberat innumerus, echo comitante, boatus;
Germanum respondet et urbs vocitantibus ipsum.
Concurrunt matres pariter juvenesque puellæ
Ad Sancti tumulum, suffragia poscere grata.
Infelix et ob hoc populus subiit nimis alta
Gaudia, subsannans cives Dominique catervam.
Scuta dabant alapis reprobo risu saturatis,
Argutoque tument horum distenta boatu
Guttura, et, urbanis plangentibus, aera magno
Implentur sonitu, clamore minus nihil amplo,
D Vox auditur in excelsis, et luctus in æthris!
At Deus omnipotens omnis fabricæ reparator
Orbis, adest præcibus Sancti rogitatus, et ipse
O Germane, venis humili succurrere plebi
Auxilio, lapidumque salire struem super altam
Flammivomas puppes, pontem ne lederet ulla,
Ipse coegisti; pontem sustentat is agger.
Continuo Domini populus descendit ad ignes,

GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2019] Normanno *gl.* [2020] Normannorum *gl.* [2021] copiosis *gl.* [2022] movent *gl.* [2023] lobias *gl.* [2024] seu. ta *gl.* [2025] inlesus *gl.* [2026] percussio *gl.* [2027] clipeum *gl.* [2028] scil. fuit immunis *gl.* [2029] naves *gl.* [2030] funibus *gl.* [2031] contrito *gl.* [2032] i. e. Sequanæ. [2033] vocat *gl.*

Quos mergens in aquas, naves cepit sibi victor;
Hincque Dei sumpsit felix gaudere caterva,
Unde prius dixit gemitus magnosque dolores.
Sic nostris geritur, bellumque diesque recedit,
Noxque falam gurdis[2033*] mandat custodibus ipsam.
Sole suas nondum clarans subeunte quadrigas,
Sub luce reveunt crates sua ad oppida furtim,
Arrietes, carcamusas vulgo resonatos,
Dimisere duos; pallos vetuit removere;
Quos nostri capiunt gaudenter depeculantes.
Rexque Danos retulit Sigenfredus super omnes,
Quem turris metuit proprios sibi vellere ocellos [2034].
Sicque, juvante Deo, durus Mavors requievit.

(*Ad oram cod.*, EPISINALIFFA).

Januarii [2035] suprema dies statuit triduana,
Hæc finire sequens studuit certamina mensis.
Tercia lux hujus fuerat belli, recolendæ
Sancta genetricis tunc purificatio Christi,
Quæ nostre tribuit plebi gaudere triumpho.
(*An.* 886.) Præterea conscendit equos avibus otiores
Infortuna cohors, repentes partes orientis,
Francia quas nondum populatas tristis alebat.
Cuncta prius dimisa [2036] necans, magalia [2037] poscit
Quæ Rotberto aderant Faretrato agnomine claro;
Cujus erat miles tantum obsequio modo solus,
Una domus retinebat eos. Miles seniori:
Normannos contemplor, ait, cursim venientes!
Rotbertusque suum cupiens admittere [2038] scutum,
Nil vidit, quoniam populus suus abstulit illud,
Quem Danicos jussit cuneos idem speculari.
Ense forum nudo petiit tamen obvius illis,
E quibus occidit geminos, et tertius ipse
Incubuit morti, nullo sibi subveniente.
Unde nepos ejus nimium tristans Adalælmus
Consulis [2039] intererat populo, cui talia dixit:
Eia viri fortes, clipeos sumatis et arma,
Ulciscique meum raptim properemus avunculum!
Hæc, inquit, villam petiit, congressus acerbis
Ilicet hos vicitque trucidavitque nefandos;
Normanno villam victor moriente replevit.
Nil reliqui, prohibente fuga, retulere paroni [2040]
Hæc eadem Rotbertus erat nitens operari.
Post æquor [2041] residens almi niveam [2042] secus [aulam
Scandere Germani temptant crebrius vocitati,
Ejus qua speciem constat lucere sepulchri.
Hic jacuit suimet jugiter venerabile corpus,
Nobiliusque monasterium cunctis fuit illud,
Nustria quæ refovere sinu discebat in amplo.
Vers 513.

A Hinc propriis fuerit famulis gestatus in urbem
Ipse [2043] Danos, quicumque dabant vestigia prato,
Militibus speculam cernentibus [2044] urbis in ejus
Rure sitam, fugiente mora tradit capiendos.
Ecclesiam cujus [2045] penetrans lacerare fenestras
Ictibus arboreis unus vitreas lanionum,
Continuo amenti rabie confunditur atrox
Curribus Eumenidum piceis artatus [2046] ab almo [[2047],
Morsque sequens miserum perdit, pietate remota,
Hisque fatigatus causis inferna petivit.
Mi Germane sacer, cura ne spiritus olim
Illa meus subeat, cujus miracula canto.
Hæc et quo supplere queam, faveos, precor, alme;
Summa patris summi, natique, rogato [2048], colum- [ba [2049]
B Ore meo sedeat, mentem repleat, pie domne,
Actibus atque sacris virtutum floribus ornet,
Expulsis sestrice [2050] sacra [2051] vitiis procul atris.
Torriculi scandens alius sublime cacumen,
Mutat iter per quod subiit, gressu quoque volvit
Ardua præcelsi nimium per culmina templi;
Ossa cui frægere sacri fastigia tecti,
Germani meritis urgentibus. Hoc super urbis
Pergama [2052] stans venturus [2053] Odo rex prodidit [omni
Stipanti semet plebi, digito manifestans.
Ipse Danum semet retulit vidisse cadentem.
Tercius adveniens oculos direxit in amplum
Mausoleum Sancti, nolens quos liquit ibidem.
C Quod subiens quartus, superis est demptus ab auris,
Obticuitque sub occidua mox sorte sopitus.
Fortunate tui quintus, Germane, parentis
Accelerat reserare thorum; primo sed adempto
Percutit hinc saxo proprium pectus, patientem
A cathedra cogens animam decedere pestis,
Quæ nolens baratri tetigit cænacula tetri.
Inlustrem sobolis sanctæ servat genitorem
Dextera, lexa sacram prolis retinet genetricem;
Est Eleutherius pater, est Eusebia mater.
Proh dolor! en medius cecidit pons nocte silenti,
Obsitus alluviis tumida bachantibus [2054] ira.
Nam sparsim Sequana circumfundit sua regna,
Exuviisque [2055] suis obtexerat æquora campum.
Australis gestabat eum [2056] vertex, sed et arcem
Quæ tellure manet Sancti fundata boati [2057].
D Urbis inherebant [2058] dextris, alter [2059] sed et altri [[2060].
Mane quidem surgente Dani surgunt simul acres,
Atque rates subeunt, armis onerant clipeisque,

GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2033*] ineptis, stultis *gl.* [2034] portas *gl.* [2035] Januari *pronuntiandum, ex glossa marginali.* [2036] dimisa *codex.* [2037] casas *gl.* [2038] recipere *gl.* [2039] comitis *gl.* [2040] navigio *gl.* [2041] pratum *gl.* [2042] pulchram *gl.* [2043] Sanctus *gl.* [2044] custodientibus *gl.* [2045] Sancti *gl.* [2046] conjunctus *gl.* [2047] sancto Germano *gl.* [2048] postula *gl.* [2049] Spiritus sanctus *gl.* [2050] *vox obscura: videtur esse feminum (propter* sacra [columba]) *vocis hic tertiam divinitatis partem, id est Spiritum sanctum, exprimentis.* [2051] columba *gl.* [2052] menia *gl.* [2053] futurus rex *gl.* [2054] discurrentibus *gl.* [2055] aquis. [2056] pontem *gl.* [2057] *ita distincte codex; fortasse i. q.* invocati Sancti. *Pith. legendum conjicit* beati. [2058] pons et turris *gl.* [2059] pons *gl.* [2060] turri *gl.*

Transque natant Sequanam, turrim cinguntque [misellam.
Multa dabant illi densis certamina telis.
Urbs tremuit, lituique [2061] boant, lacrimisque ri- [gantur.
Mœnia, rusque gemit totum, pelagusque remugit.
Aera circumunt lapides et spicula mixtim :
Exclamant nostri, clamantque Dani simul omnes ;
Terra tremit, nostri lugent, lætantur et illi.
Dumque volunt, cives nequeunt succurrere turri
Atque viris bello deferre juvamen anhelis,
Quos valide numero bellantes sub duodeno
Rumfea vel formido Danum non terruit umquam.
Difficile est dictu bellum, set nomina [2062] subsunt :
Ermemfredus, Eriveus, Erilandus, Odaucer,
Ervic, Arnoldus, Solius, Gozbertus, Uvido,
Ardradus, pariterque Eimardus, Gozsuinusque.
Seque neci plures [2063] sociarunt ex inimicis.
Hi [2064] quoniam nequeunt animis curvarier atris,
Æstibus accingunt carpentum arentibus arcis
Ante fores gurdi [2065] miserandæ gramine plenum ;
Fulmineisque velut Fœbo sub cura procellis
Nox vacua celi specie [2066] confunditur alta,
Fas [2067] nulli arridente suum contemnere doma [2068]
Haud secus occuluit fumus speculam catapultis
Inmersis aliquantisper fervore [2069] tonante.
Quisque [2070] rogi proprios flatus ne clade perirent
Accipitres loris permisit abire solutis :
Quem [2071] dum jam cupiunt omnes extinguere, [desunt
Vasa quibus possent latices haurire fluentes.
Namque Danum formidabant ausum fore nullum
Æquora jam Confessoris contingere gressu,
Pansa prius propter meritis miracula Sancti.
Haud [2072] modicam retinent solum nisi quippe la- [genam.
Quæ claram jaciendo focos Sequanam super altos,
Servantum fugit digitis dilapsa sub illos [2073] ;
Vulcano periit claudo Neptunus inermis.
Larque [2074] super turrim saliit, contrivit et omnem.
Robora congeminant gemitus oppressa sub igni,
Plus bello dominante rogo. Dimittitur illa
Militibus, pontis subeunt extrema relicta.
Prelia constituunt [2075] illic nova sevaque sævis,
Donec ad alta caput flexit Phœbus vada ponti.
Pila dabat rupesque simul celeresque cateias.
Plebs inimica Deo, pransura Plutonis in urna [2076] ;
Sed quia conflictus talis [2077] superare nequibat [2078]
Militibus clamare : *Fidem* cepit, sed inamen,
Ad nostram properare, viri, nolite timere !
Pro dolor ! alloquiis sese credunt male finctis,
Sperantes præcio redimi potuisse sub amplo ;
Vers 612.

A Non alias vere caperentur luce sub illa,
Heu, nudi gladium subeunt gentis truculentæ,
Et celo mittunt animas livore [2079] fluente ;
Martyrii palman sumunt caramque coronam.
Mox reliquis [2080] ut visus adest [2081] gentilibus Erveus,
Rex, quoniam facie splendens formaque venus- [tus [2082].
Creditur, atque sui donis grassante [2083] luetur ;
Protenus [2084] intuitu fuso cernendo [2085] sodales
Dilectos plecti [2086], tamquam leo sanguine viso
Ipse furit, conansque manus vitare tenentum,
Undique vi voluit semet ceu nexus, ut arma
Sumeret, ulcisci [2087] proprios socialeque vulnus ;
Obtentuque carens ipso, sic insuperata
Limphantes [2088] potuit qua voce tonavit in aures :
B Cedite me tensa cervice, pecunia prorsus
Nulla meam tractet vitam, morientibus istis !
Vivere quid sinitis ? Frustratur vestra cupido !
Quæ lux haud ejus, micuit sed crastina flatu.
Quæ voces, quæ lingua, quod os, ædicere possunt
Bella tot his prato egregii commissa relati [2089] ?
Quotque necaverunt Normannos hic ? quot et ubi
Duxerunt secum vivos ! Jam nullus eorum
Tunc audebat agrum Sancti conscendere latum.
Quorum, præ terrore, virum certamina promo,
Corpora crudeles Sequanæ tradunt sine vita,
Laus eorum [2090] jugiter nomenque per ora virorum,
Insignesque simul mortes et bella volabunt,
Sol radiis donec noctis pompare tenebras [2091],
Luna diem, stellæ pariter conponere discant.
C Prosternuntque dehic speculam de morte dolentem
Custodum. Cecidit telo quatiente Danorum.
Signifer ; hic artus misit flatumque Charoni.
Nemo meis super hoc dictis insurgere bello
Decertet ; siquidem nemo nil verius ullus
Expediet, quoniam propriis obtutibus hausi ;
Sic etiam nobis retulit, qui interfuit ipse
Atque natando truces gladios evadere quivit.
Tum Sequanam saliunt, Ligerumque petunt pa- [triamque.
Has inter geminas peragrant prædam capientes,
Quam regio ipsa meo pandet jussu dominante.
Iterea sperans Ebolus, fortissimus abba,
Gentiles quod in hac issent cuncti, prope solus
Arce ruit [2092], dardumque ferens castella petivit
D Illorum, hastamque vibrans projecit in ipsa ;
Non sonipes retulit nobis hunc, ne tulit illuc.
Confestim socium nixus munimine, sæva
Castra petit, murosque ferit ; quo Lemnius adsit
Ipse jubet ; pugnant nostri, constantius illi ;
Argutus [2093] nimium fremitus jam fumat ab illis,
Exiliuntque foras, vulgusque fugant sine factu,
Extiterant plures quoniam nobis ; tamen illis

GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2061] cornua *gl.* [2062] bellantium *gl.* [2063] quia XXX occiderunt *gl.* [2064] XII. *gl.* [2065] stulti Normanni *gl.* [2066] pulchritudine *gl.* [2067] licito *gl.* [2068] domum. [2069] ignis *gl.* [2070] ex XII. *gl.* [2071] rogum *gl.* [2072] scil. ideo *gl.* [2073] focos *gl.* [2074] ignis *gl.* [2075] XII, *gl.* [2076] olla *gl.* [2077] duodecim qui erant in turre *gl.* [2078] scil. XII. *gl.* [2079] sanguine *gl.* [2080] i. e. paribus *gl.* [2081] a *gl.* [2082] scil. erat *gl.* [2083] prædone *gl.* [2084] longe *gl.* [2085] dum cerneret *gl.* [2086] decollari *gl.* [2087] ad ulciscendum *gl.* [2088] dementes *gl.* [2089] ab his *gl.* Germani *glossa sæculi* XVI. [2090] i. e. quorum. [2091] discat *gl.* [2092] saltu cecidit *gl.* [2093] sonorus *gl.*

Obvius hic Ebolus, sociique simul, stetit heros.
Haud illum fuerant audentes tangere ferro ;
Quingentis etiamsi tunc subnixus adesset
Qualis et ipse fuit, castris sese daret ultro,
Ast animas propria de sede repelleret omnes ;
At quia militibus caruit, sic ludere cessat.
Nustria, nobilior cunctos [2094] regionibus orbis,
Quæ vaste fueras procerum genetrix dominantum,
Ne pigeat capta turri producere, quæso,
Quot vel quas hausere [2095] Dani palmas tibi, necno
Ubera quot pecorum mulsere tuum peragrando
Distentum variis tractum gazis tamen olim [2096]
(*Ad oram cod.* Vox Nustriæ.)
Mi soboles [2097], aliquis censere potest ? Etiamsi
Affuerint cunctæ volucres, erumpere voces
Tot nequeunt, hominum quot equum pecudumque [boumque
Sublegere [2098] mihi natos natasque suumque ;
Flumina balatu agnorum, mea graminæ læta
Prata sonant [2099] denso mugitu tempe juvencum,
Gervorumque nemus rauco clamore remugit,
Grunnitusque mei silvas scindebat aprorum.
Hæc mihi subduxere truces, si noscis et audis !
Hæc oculis equidem petii, sistens super urbis
Mœnia, nec visu claudebantur neque ritmo [2100] ;
At quoniam cingi nequeunt pratis nec ab agris,
Efficitur bostar Germani antistitis aula,
Vers 661.

A Completur tauris, succulis [2101], simisque capellis.
Longa trahunt illic suspiria tumque dehiscunt [2102],
Corpora flant dulces ventos [2103] cruciante dolore.
Adveniunt stabulatores [2104], ea ferre quoquinæ
Nitentes, cum jam maneant epulæ innumeratis
Vermibus, ecclesia quorum fetore repleta ;
Exportant [2105], Sequanæ referunt [2106], non nempe [quoquinæ,
Ecclesiamque piant bovibus, nec cæditur ultra.
(*Ad oram cod.* Vox Nustriæ.)
Legisti prædas, etiam cognosce trophea !
Restitit [2107] oppidaque quæque capi supræma voluntas;
Obfuit at, Domino tribuente, infirma potestas [2108].
Carnoteno [2109] innumeros conflictus applicuerunt
Allofili, verum liquere cadavera mille
B Hic quingenta simul, rubeo populante duello.
Una dies istum voluit sic ludere ludum,
His ducibus, Godefredo, nec non et Odone ;
Belligeri fuerant Uddonis consulis ambo.
Idem Odo præterea opposuit se sæpius illis,
Et vicit jugiter victor. Heu, liquerat illum
Dextra manus bello quondam, cujus loca cinxit
Ferrea, pene vigore nichil infirmior ipsa !
Nec satius quicquam sortiti apud hi Cinomannos,
Haud equidem reliquæ cesserunt suavius urbes.
Jam quia Apollo [2110] rogat, calamus requiem me- [reatur,

# TERMINATUR PRIMUS,
# ORDITUR SECUNDUS BELLORUM PARISIACÆ POLIS CODICELLUS.

Surgito Musa celer, lampas accendit eoa [2111]
Climata, luciferam propera prævertere plantam.
Saxonia vir Ainricus forticque potensque
Venit in auxilium Gozlini, presulis urbis,
At tribuit victus illi lætumque cruentis
Heu paucis, auxit vitam nostris, tulit amplam
His predam. Sub nocte igitur quadam penetravit
Castra Danum, multos et equos ille sibi cepit.
Agmen Ainrico cedente nimis lanionum,
Efficitur celsus nimium clamor fremitusque ;
Deserit unde quies nostros, et menia [2112] vallant.
Immodicas voces flavere Dani morientes,
Immenso resonant cives clangore, paventes
Ut solitum paterentur ab his ex more laborem.
Sic et Ainricus postremum castra reliquit,
Culpa tamen, fugiente mora, defertur ad arcem.
Pila ministrabant acidas [2113] referendo salutes.
Janua militibus reserantur, comminus acre.
Urgetur bellum, clipei labuntur et enses.
Vita meos adamat dextros oditque sinistros,
Vers 40.

C Infestos adamat mors, vita gubernat amicos.
Inde sopor repetit cives miserosque fugella.
Rege Sigemfedo [2114] simul ast Odone loquente,
Protenus [2115] a specula currentes agmine multo,
Ducere forte truces secum conantur Odonem ;
Qui primum feriendo, falsa fossata volatu
Transsiliit propero, clipeum gestansque cateiam [2116].
More suo functus bello versus stetit heros,
Exiliere viri domino suffragia dantes,
Nobilibusque stupent ejus super artibus omnes.
Conspiciens Sigemfredus nostros in agone
Esse feros, inquit sociis. Hanc linquite sedem,
Hic non stare diu nostrum manet [2117], hinc sed abire!
Ergo suas ut Ainricus secessit ad aulas,
Germani teretis contemnunt litora sancti,
D Æquivocique legunt, cujus factis bene vescor,
Circumeunt castris æquor [2118], seo et undique vallo
Clauditur a dominusque meus, quasi carcere latro,
Ipse nichil peccans ; murus circumdedit ejus
Ecclesiam nostro celsam cogente reatu.

## GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2094] *ita codex.* [2095] traxerunt *gl.* [2096] fuit plenum divitiis *gl.* [2097] Nustrigena enim fuit hic metricus *gl.* [2098] furati sunt *gl.* [2099] sonabant *gl.* [2100] numero *gl.* [2101] vitulis *gl.* [2102] ora aperiunt *gl.* [2103] spiritus *gl.* [2104] Norman *gl.* [2105] extra ecclesiam *gl,* [2106] illa animalia. [2107] superfuit *gl.* [2108] *hic versus deest in editis.* [2109] *Chartres.* [2110] sol. *gl.* [2111] orientalia *gl.* [2112] ubis *gl.* [2113] acres *gl.* [2114] *ita codex.* [2115] procul *gl.* [2116] dardum *gl.* [2117] est *gl.* [2118] pratum *gl.*

Denique rex dictus denas capiens argenti
Sex libras nitidi nobis causa redeundi,
Normannis sese cunctis comitantibus, optat
Mel dulcis fluvii limfis conferre marinis,
Qualiter osque freti caudam Sequanæ rapit albam
Equoreumque caput pennis quatitur Sequanimis
Ostentare [2119]; sed his [2120] autem nolentibus, infit;
Eia Dani, muros urbis lustrare potentes;
Pergama circumquaque viri vestite valentes,
Et scapulas arcu validisque honerate sagittis!
Quisque ferat lapides, sed et undique tela ministret!
Hoc etiam bellum conabor et ipse videre!
Quo sermone quiescenti, surgunt simul omnes,
In-que-sulas penetrant, urbis sedes quibus [2121] extat,
Menia circumeunt trucibus gladiis honerati [2122].
Degressique [2123] foras nostri circumdare turres,
Occidunt reges geminos pluresque aliorum,
Fallacesque fugam diamant [2124] verique triumphum.
Amnis in auxilium nobis Sequanæ fuit altus,
Quos [2125] sorbens penitus mersit, transmisit Averno.
Sigemfredus ovans, ridens morientibus inquit:
Nunc vallate viri pinnas, urbem capitote,
Mensurate metris ædes, quas hic habitetis?
Inde suis: Abeamus, ait tempus venit ecce,
Quo gratum fuerit nobis istinc abiisse!
Mox hilaris Sequanam liquit pro munere sumpto.
Sic alii facerent, eadem [2126] si tunc meruissent.
Quis sentire potest, patula quod subditur aure?
Terra gemat, pontusque, polum, latus quoque mun-
[dus:
Gozlinus, Domini præsul, mitissimus heros,
Astra petit Domino migrans, rutilans velut ipsa [2127],
Nostra manens turris, clipeus, nec non bis-acuta
Rumphea [2128], fortis et arcus erat, fortisque sagitta!
Heu! cunctis oculos fontes terebrant lacrimarum,
Atque pavore dolor contritis viscera scindit.
Tempestate sub hac Hugo princeps obit abba,
Evrardo Senones viduantur præsule docto;
Gaudia tunc hostes adipiscuntur sua læti.
Qui [2129] vigiles madidæ per opaca silentia noctis
Germanum nitida clarum vidisse figura
Se perhibent, mœtasque [2130] sui lustrasse locelli,
Lumine gestantem rutilanti sepe laternam,
Quo sancti redolent artus forsan tumulati.
Instabant ejus festæ solemnia lucis;
Objurgantur et hi castellanis, quia sacra
Non celebrant, alto inde ruunt cum mente cachinno.
Mergitibus [2131] plaustrum per rura movent gravi-
[datum,
Cuspide terga boum verso nimium stimulantes.
Protinus his propriæ claudis sine crimine causæ
Connectunt alios, pluresque dehinc aliosque;
Certabant elegi [2132] scapulis cornuque invenci,
Jamque lavant proprias rubeo de sanguine costas,

A Nonque valent axem terris disjungere fixum,
Attonitique stupent domni miracula nostri.
Solvuntur tauri, stimulusque ferox requievit.
Dux segetis recidiva rotas spoliis vacuavit,
Atque suis clodum revocavit motibus axem.
Effugiens horum [2133] quidam jussus jugulari,
Templa subintroiit Sancti, tenuit quoque bustum
[[2134],
Pellitur inde miser profuga pietate necandus;
Væ miseris! multant elegum, multantur et ipsi;
Quod munus dederant socio, simili pietate
Germani meritis nactum [2135] cuncti meruerunt,
Cælitus afflicti nimium pro talibus ausis.
Unde sacerdotes statuere, locum venerantes,
Qui missas cursusque [2136] sacros illis celebrassent.
B Tunc omnes [2137] cuiquam prohibent hinc tollore
[quicquam;
Quod violans unus, proprio deferre cubili
Ecclesiæ tegmen studuit; sub quo manifeste
Effigies [2138] ejus repetita fuit puerilem,
Scilicet eventu nulli similante minuta,
Nota quibus fuerat pridem, nec noscitur ullo
Oppido, miror urbi venæ nervique laterent,
Ossaque fugerunt pariter fugiente medulla,
Viscera speluncæ tenuis foveam petiere.
Major habebatur magnis — mirabile factum —
Is qui nuncque minor pueris moriens patet esse,
Vitaque [2139] cum gemitu fugit indignata sub um-
[bras!
Visus adest cuidam Domini sanctissimus idem.
C Pectore carpenti requiem per nubila noctis
Marcelli sanctis precibus necnon Clodoaldi
Accipiens liquidam manibus benedicere limpham,
Unde rigans urbem, graditur per menta circum;
Huicque viro proprium promsit nomen, sed et urbi
Spem spondens, faciem liquit se conspicientem.
Nobilis hac et in urbe fuit vir carne liquescens,
Deficiens etiam flatu metuebat obire,
Castellumque capi Normannis tempore in ipso.
Attulit huic cives somnus se linquere velle,
Urbs armis quoniam cunctis deserta manebat;
Clericus inde venustatis miræ astitit illi
Ore loquens placido, rutilans vultuque sereno:
Quid metuis? surgens tremulos deponere timores,
Oblitaque fuga quamplures cerne paratos
D Ad bellum! Surgens alacer, muros videt omnes
Vallatos cuneis juvenum galeis oneratum.
Voxque tonat: Tutoribus his defenditur hæc urbs;
Ast ego sum Germanus, ait, hujus quoque præsul.
Confortare, nihil formidabis, quoniam nunc
Faucibus haud sceleratorum grassabitur hæc urbs!
Affatur sanctus, redamatque virum caro flatus;
Affatur felix, fugitque virum mala pestis;
Alloquitur Sanctus, lecto surrexit egrotus;

Vers 143.

GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2119] optat *gl.* [2120] paganis. *gl.* [2121] scil. insulis *gl.* [2122] honorati *corr.* onerati *codex.* [2123] Digressique *corr.* Degressique *cod.* [2124] valde amant *gl.* [2125] aliquos *gl.* [2126] munera *gl.* [2127] astra *gl.* [2128] gladius *gl.* [2129] hostes *gl.* [2130] fines *gl.* [2131] garbis *gl.* [2132] miseri *gl.* [2133] Normannorum *gl.* [2134] sepulchrum *gl.* [2135] consecutum *gl.* [2136] horas canonicas *gl.* [2137] scil. sævi *gl.* [2138] effigies ejus repetita fuit (*i. e.* repetivit, imitata est) puerilem (*scil.* effigiem), scilicet minuta (imminuta) eventu unico. [2139] illius *gl.*

Almis faminibus sospes procedit egrotus, A
Explicuit visu noctis quod noverat ipse.
Luce dehinc quadam, dum gestabatur et almi
Militibus propriis corpus per mœnia circum.
Urbanis septem sectantibus omnipotentem
Perrogitando Deum votis sub voce canora,
Cæditur allofilo [2140] de portatoribus unus
Nomine Gozbertus caelo [2141], percussor in umbras
Tartareas fugit moriens, icto [2142] patiente
Nil super hoc lapidis iactu, Sancto auxiliante.
Interea cædis validæ corrupta procellis
Urbs patitur gladium exterius, lœti quoque pestis
Eheu nobilium plebes penitus [2143] laniabat;
Interius nec erat nobis tellus, obeuntum
Que præbere sepulturam membris potuisset
Comminus [2144]; ulla dies nec erat, quæ non generas- B
Urbanos [2145] interque suburbanos truculentos [set
Bella, nec ulla abiit prope quæ non interfectos
Pestiferos secum duxisset ad antra gehennæ.
Rex igitur venturus [2146] Odo transmittitur inde
Francorum Karolo suprafato basileo,
Quatinus auxilio cæleri succurreret urbi.
Post nullus procerum remanet nisi Marcius abba [2147],
Sepe supra cujus memoratio scripta relucet.
Ipse æquites ex more Danum vestire coegit
Sex solos, redeunte die quadam, super arva
Transque volant illi [2148] Sequanam camposque per-
Ex variis plenos armis sevoque sopore [agrant.
Normannosque necant totidem fuerant quot et ipsi.
Nascitur hinc strepitus castris; horum resonante
Voce, truces carpunt clipeos nostrique carinam. C
Nostra Dionisii tondebant littora sancti
Pecora [2149], quæ duxere [2150] sibi crebro speculata;
Verum illis Ebolus ingiter fuit obvius abba.
Qui quorum comitem quadam stravit vice telo;
Unde Dani liquunt ripam, referuntque cadaver.
Mox Ebolus senos equites dimisit ab arce,
Quattuor hi ternosque necant certamine diro.
Nocte quidem cives crebrius pecorum sub opaca
Custodes adeunt, quosdamque fugant, aliosque
Attribuunt jugulis, hoc egeruntque frequenter;
Indicioque tulere [2131] Danos urbi sine flatu
Atque simul viros, ut sic credi potuissent.
In-que-sulam penetrant solito quadam vice ritu,
Mœnia qua resident urbis sævi trecenti;
Protinus ense quium [2152] bino stravere [2153] novenos, D
Vulnera deposuere [2154] quibus triginta, nec extat
Posse datum quarti lumen spectare diei.
Congressi nostrum gemini, qui morte fruentes
Egregia sanctos vexere pedes super astra;
Nam senior Segebertus erat, junior Segevertus.
Forte deinde tribus cuneis cinctus galearum
Armipotens montis super Odo cacumina Martis [2155]
Enituit, cujus clipeos novus inradiavit
Sol, croceo Oceani thalamo vastpede spreto;
Hunc prius elios [2156] adamans quam rura salutat,
Quem visu capiunt cives, et amore sub alto.
Ast hostes prohibere fores turris cupientes,
Transsiliunt Sequanam, vallantes littore circum.
Reddidit Odo tamen castellanis equitando
Se, medio inter sevos, Eboto reserante
Huic portas [2157], cunctique stupent hoc nobile factum.
Hinc ejus socios retro statim redeuntes
Ferreus insequitur hostis, post terga meando;
Plus geminis etiam leugis interfuit illis
Dictus Adalelmus superis pridem comes; idem:
Eia, suis inquit, satius pergamus in illos,
Quam nos hic illi inveniant! Adalaelmus hoc inquit;
Pestiferi petiere fugam, nostrique tropheum.
Scuta tonant, dardique volant, et corpora Danum
Consulis arva tegunt, gladio regnante Adalelmi.
Non dimisit eos, donec repedare coegit
Ad fluvium, posthac et ovans vitorque reversus.
En et Ainricus, superis [2158] crebro vocitatus,
Obsidione volens illos vallare, necatur.
Inque suos, nitens Sequanam transire Danorum
Rex Sinric, geminis ratibus spretis, penetravit
Cum sociis ter nam quinquagenis, patiturque
Naufragium medio fluvii, fundum petiturus,
Quo fixit, comitesque simul, tentoria morti.
Hic sua castra prius Sequanæ contingere fundum
Quo surgens oritur, dixit, quam linquere regnum
Francorum, fecit Domino tribuente quod inquit.
Denique cum medius Titane [2159] incenditur orbis,
Cumque sitit tellus pecorique libet magis umbra,
Silibat et gratus silvas zephyrus per amenas,
Pergama lœtiferis stipantur ab hostibus urbis,
Quæ [2160] passim patiebatur certamen, et unum
Bellabant muri, speculæ, pontes quoque cuncti,
Pugnabat pelagus, contra tellus magis ampla.
Classica [2161] valde tonant, mensis [2162] discedere cives.
*Eus*, clamant litui [2163], *convivia temnite cuncti!*
Urbs terrore, simul cives, invaditur omnis;
Nullus in urbe locus fuerat, qui bella lateret.
Pila falas [2164], laceræque tegunt nimium catapultæ
Arva, velut pluviæ, plumbi nec non onerosi
Poma dabant peltis gemitus et grandia saxa;
Hæc nobis illi tribuebant præmia semper.
At contra lapides rapidos pariterque balistas
Direxere feris nostri, celeresque sagittas.
His aer seritur hinc inde volantibus amplum:
Non inter cœlos aliud tranabat et arva.
Mars magis atque magis regnat timidusque superbit
Virgo Dei Genovefa caput defertur ad urbis,
Quo statim meritis ejus nostri superarunt;
Inde fugaverunt etiam pinnis procul illos.

Vers 249.

GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2140] a pagano *gl.* [2141] lapide *gl.* [2142] percusso monacho *gl.* [2143] intrinsecus *gl.* [2144] prope id est cum manibus *gl.* [2145] cives *gl.* [2146] futurus *gl.* [2147] Ebolus. [2148] sex *gl.* [2149] Peccora *corr.* Pecora *cod.* [2150] Normanni *gl.* [2151] cives *gl.* [2152] quorum *gl.* [2153] scilicet duo ex nostris *gl.* [2154] commendaverunt *gl.* [2155] Mont-Martre. [2156] ἥλιος. [2157] turris *gl.* [2158] in superis. [2159] a titane *gl.* [2160] scil. urbs *gl.* [2161] cornua *gl.* [2162] scil a *gl.* [2163] cornua *gl.* [2164] turres *gl.*

Robore [2164 a] qui multus fuerat sed corpore parvus,
Gesserit hoc miles quinis comitatus ab armis [2164 b],
Gerboldus, nusquam cujus petiit catapultæ
Sanguinei rostrum siccam [2164 c] sine fluminis unda.
Partibus ex aliis [2164 d] longe surgunt acriora
Prælia, plangores clipeique cient galeæque
Stridores [2164 e]; nostri bellant, sed fortius illi.
Defecere fatigati bello quoque dextri.
Pro dolor! alta nimis flentes lamenta trahebant.
Cana senecta gemit multum florensque juventa;
Plorabant monachi, lacrimatur clericus omnis,
Æra voce tonant, luctus sed et ethra facessit [2165 f].
Hi tristes animos urbem metuendo revelant
Hoste capi; cælo læti torquere cachinnos,
Mœnia vocisonos rentes lucrare, severi.
Famineusque jubas sexus lugens lacerando,
Verrebat terras proprio de crine soluto.
Eheu! nuda suis quatiebant pectora pugnis,
Un-que-gulis facies sucuerunt tristia ac [2165] ora.
Voce rogant lacrimosa omnes: *Germane beate,*
*Auxiliare tuis, alioquin nunc moriemur!*
*O pie nunc succurre citus, succurre, perimus!*
Germanum reboat tellus necnon fluviusque,
Littora, et omne nemus pariter circum resonabat:
*O Germane sacer, nobis miserere, rogamus!*
Templorum campana [2166] boant merentia, clamant,
Vocibus his et humus tremuit,flumenque,remugit;
Urbs extrema verens instantis carpere lucis
Omina, lamentis lacrimans spargebat [2167] amaris.
Omnibus, en Germanus adest, recolendus in [orbe,
Corpore subsidioque simul, nil vota moratus,
Quo majora tenebantur certamina Martis,
Signiferosque Danum lucrati morte [2168] coegit.
Atque dehinc alios perplures, protenus [2169] urbe,
Ponte simul pellens illos: quem maxima turris
Atque resistere decertant bellando protervis,
Qui [2170] turrim repetunt, pontem vel menia linquunt.
Mille simul speculæ stabant, omnes quia pugnæ
Multo non una poterant numero prohibente.
Dilabuntur humi vario trajecta mucrone
Viscera, quo [2171] pluvie celo ratibusque ferun- [tur [2172].
Jam capiente jubar migrans sub marmora Tetis
Oceano, foribus turris submittitur [2173] altus
Valde focus flammæ præcelsa cacumina turris
Cingebant, armis pugnant ignique sinistri.
Linquitur arcs dextris, valvasque jubent aperire,
Optantes prorsus præciosam scandere mortem
Plus quam fallacum fidei committere semet.
Nemo stetit supra speculam, solis nisi sepe
Vers 342.

A Jam Sancti famulus [2174] dicti, lignum Crucis almæ
In flammas retinens, oculis hæc vidit et inquit;
Densus enim fumus nimium velaverat illam.
Tum portis igitur reseratis, aridus ense
Portu ni madido moritur Vulcanus inermis,
Subtilemque fugam petiere cadavera torvi
Multa reportantes secum, Mavorsque quievit.
Hæc virtute Crucis sanctæ victoria nostris
Cæditur [2175], et meritis Germani antistitis almi,
Quem reveunt ad bassilicam Stephani quoque tes- [tis [2176]
Gaudentes populi præcelsa te reboantes
Voce: *Deum te laudamus, dominumque fatemur!*
Urbis erat præsul clarus, tutamen et urbis
Mesticiam alterutrim nactæ sie letitiamque.
B Funditus hic animo versus [2177], tanquam mare choro [2178]
*Cernere,* Francigenis inquit, *properate* [2179] *sub* [*urbem*
*Sexcentis statum nostris suggestibus* [2180] *aptum.*
*Talia me coram fures* [2181]? Jussis opus ad- dunt [2182]
Dum tamen hos [2183] trames reveit primatis ad au- [lam,
Sectantur, glomerant cuneos posterga [2184] nefan- [di [2185],
Committunt [2186], superant [2187], cedunt fugiunt [2188], [moriuntur,
Templa fugax cœtus [2189] penetrat confinia muris
Victorum, gemini quandam — mirabile narro —
C Ecclesiam inrumpunt, farsam de morte [2190] relin- [quunt;
Post et equos saltu repetunt [2191] paribusque cohe- [rent;
Six ternis Sequanam Martisque cacumina stratis
Sexcenti copulant ex milibus, hinc remeantque;
Namque triumphantes fratrum promsit geminorum
Fama fuisse Theoderici procerum ast Aledramni.
En princeps de quo canitur, circumdatus armis
Omnigenis, cælum veluti splendoribus astreis,
Induperator adest Karolus, comitatus opimo
Diversi populo labii, tentoria figens
Sub Martis pedibus montis,speculamque secundum
Redditur ecclesiæque diu pastor viduatæ
Nobilis egregiusque sacræ pompatus honore
Totius Anschericus virtutis germine clarus;
Annuiturque feris licitum Senones adeundi,
Septies argenti libris causa redeundi
Mortis mense datis centum sua ad impia regna.
Tunc glaciabantur [2192] torpentis sæcla Novembris,
Sic Karolus rediit, moriturus fine propinquo.

GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2164 a] vi *gl.* [2164 b] armatis *gl.* [2164 c] terram *gl.* [2164 d] scil. urbs *gl.* [2164 e] *ita cod.* [2165 f] replet *gl.* [2165] ac, *alio atramento* et, *cod.* [2166] signa *gl,* [2167] replebat *gl.* [2168] scil. a *gl* [2169] longe ab urbe *gl.* [2170] protervi *gl.* [2171] sicut *gl.* [2172] scil. Normanni *gl.* [2173] a gentilibus *gl.* [2174] scil. ipse poeta. [2175] Cæditur *corr.* Ceditur *cod.* [2176] martyris *gl.* [2177] scil. Karolus *gl.* [2178] vento *gl.* [2179] *sic.* [2180] sedibus *gl.* [2181] servi scil. ausi sunt agere *gl.* [2182] scil. Francigeni *gl.* [2183] D C Francos *gl.* [2184] eorum *gl.* [2185] pagani *gl.* [2186] scil. Normanni prælium *gl.* [2187] scil Franci *gl.* [2188] scil. Normanni *gl.* [2189] pagan. *gl.* [2190] pagan. *gl.* [2191] scil. illi duo *gl.* [2192] gelascebant *gl.*

Nomina, tunc ensem quorum perpessa fuisti,
A
Nec vocitare [2193] prius, pigra o Burgundia bello,
Nustria præcluibus [2194] thalamum nisi comeret [altis [2195]
Jam tibi consilio facilis, verum modo jam scis [2196]
(*An.* 887). Inde revertentes prato suo castra reponunt.
Jam dicto, templum Sancti velut ante cohentes.
Quattuor hic dominusque mei Germanus in usum
Contractos nimium membris priscum revocavit,
Motibus atque suis admoverat organa [2197] fibris,
Subducto genibus dudum pedibusque parato [2198]
Jure suo; extinctisque fenestris unius orbi
Restituit radios solis spectare micantes.
Beisino huc adiens inter sævos comitatu
Læsa nihil quodam, meritis sed tuta Beati
Femina, post quædam meruit lumen quoque cæca,
Cujus [2199] ad accubitat puteus [2200] vestigia, cujus
Qui potabit aquas, extemplo [2201], febre laborans,
Auxilia Sancti fidens capiet medicinam.
His [2202] panem cupiens quædam componere, jussit
Vi sibi scotta [2203] Danum deferri — namque sacerdos
Templa tuens, puteum vendebat egris precio amplo —
Depositus [2204] flammæ panis, mox ipse figuram
Sanguinis accepit rubeam; post [2205] altera [2206] forte
Scitur vi conans [2207] latices, hausisse cruorem.
Quis tanti peragrare potest miracula sancti?
Ora mihi si mille aderant, totidem quoque linguæ
Vocibus explentes aer cælumque boatu,
Gesta mei narrare patris numerumve nequissem.
Hic Germanus, hic est, qui passus adhuc retinere
Haud mundo cunctis nimiumque stupenda peregit,
Fundere signa prius didicit genitricis in alvo,
Anteque virtutem celsam quam cernere lucem.
Talia quis, lector, sanctorum gesserit unquam?
Cædo [2208], sacer forsan, sodes [2209], babtista Johannes;
Ergo meus similis Germanus huic habeatur.
Iste cadaveribus ternis vitam revocavit,
Restituens lapsis proprias sedes animabus.
Urbs age Parisius sub quis defensa fuisti
Principibus?

*Ad oram cod.*. Vox URBIS).

« Me quis poterat defendere, primas
Hic nisi Germanus, virtus et amor meus omnis?
Post regem regum sanctamque ejus genetricem
Rex meus ipse fuit, pastorque, comes quoque fortis;
Hic ensis bisacutus adest meus, hic catapulta,
Is clipeusque, patens murus, velox sed et arcus. »
His [2210] quia sat silvæ [2211] resonant, filomela quiescat.

VERS 431.

Plectra revolvamus vocis post terga stuporum [2212]
Fœdere quo fragili fuerant infecta loquamur,
Agmina Normannûm Francis e finibus antra
Ad sua nolentum descendere, sed Sequanina
Immo fluenta cupiscentum tua rursus adire,
Quæ argentum sibimet retinendo novalia monstrent.
O Burgundia non [2213]; simulata cupido latebat;
Quod sequitur cordi affuerat, sed hoc tamen ori.
Concipiunt igitur Thetis nitendo quadrigas
Munere clam [2214] gratum pontes transcendere justo.
Ilicet Anscherici defertur episcopi ad escas;
Ast Ebali [2215] forelis [2216] inerant Titane secante
Lucifluam cernente poli gnomone [2217] figuram
Multiplici remo contundere pocula [2218] limfæ
Scandere gentiles undas conclamat eoas
B
Parisius; surgit securus uterque ciborum,
Arma ciunt, ripasque legunt, pinnasque [2219] facessunt.
Hic Ebalus raptat cordam vibratque sagittam;
Quam naucleros in aseellam per navis iatum
Prævius accepit, modicum terebroque foratum.
Sic auriga necis casus pelagique faselus
Quin [2220] patitur; restant igitur [2221] cæduntque sub arcem.
Acephali [2222]; quoniam Christum perdunt, caput ipsum [2223].
At [2224] vero veniam [2225] deposcunt, obsidibusque
Jusjuranda parant, aliud non tangere litus
Ni Sequanæ, gressumque referre cito, velut ante:
Nam nobis dederant tranquillum Matrona flumen
C
Quidquid alit, solito securum quod [2226] vocitamus
Hoc [2227] nostris violare Danos ingens erat horror,
Unde forum fœdus pariter commune fiebat,
Una domus, panis, potus, sedes, via, lectus,
Commixtum sibimet populum mirantur utrumque,
Quod pactum Senones primum statuere migrando
Hactenus et servaverunt, quoad usque secundo
Menibus invitis superos latices adipisci
Fas [2228] meruere dato [2229] barcas per flumina raptant.
Eheu, catholicos secum [2230] per littora vitæ
Bisdenos siquidem aut necibus lorisve plicarunt.
Mox adhibent propriis vitam sine mandere castris
Vallatam geminis [2231] mortem sine tegmine [2232] prunas [2233].
Quæ [2234] nostri precibus sperarunt tuta tenere
Securum frangunt, Senones tempnunt Matronamque
Æquoreo curru sulcant. Mandatur et urbi.
Guttura millenis crepitant; planctu quoque, bombis [2235];

## GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2193] pro vocitabas *gl.* [2194] nobilibus *gl.* [2195] nutritis filiabus *gl.* [2196] scil. nomina Norm. *gl.* [2197] nervos *gl.* [2198] reparato *gl.* [2199] sancti *gl.* [2200] extat etiamnum puteus iste Boto. [2201] mox *gl.* [2202] aquis *gl.* [2203] *legendumne* scorta? *i. q.* scortum; *certe* scotta quædam Danorum *hic* mulierem quandam Danam *significabat.* [2204] commendatus *gl.* [2205] denique *gl.* [2206] dana *gl.* [2207] haurire *gl.* [2208] dic *gl.* [2209] si audes *gl.* [2210] scil, de *gl.* [2211] populi *gl.* [2212] miraculorum *gl.* [2213] scil cupiebant *gl.* [2214] sine *gl.* [2215] sic. [2216] mensis *gl.* [2217] horologio *gl.* [2218] alveos *gl.* [2219] muros replent *gl.* [2220] certe *gl.* [2221] Norman. *gl.* [2222] cur dicuntur acefali? *gl.* [2223] scil. perdunt *gl.* [2224] deinde *gl.* [2225] pacem *gl.* [2226] scil. tranquillum *gl.* [2227] scil. securum *gl.* [2228] licitum *gl.* [2229] scil. licito subeundi *gl.* [2230] scil. qui erant fines *gl.* [2231] i. e. lignis et cineribus *gl.* [2232] scil. duorum *gl.* [2233] carbo si fuerit munitus flamma et cinere semper vivit alioquin moritur *gl.* [2234] scil. castra *gl.* [2235] sonis *gl.*

Pax communis [2236] abit, fœdus pessumdatur omne. A
Continuo cuncti torvos [2237] disquirere cives
Urbe, foro, currunt, aliqui si forte paterent.
Euax [2238], inveniunt quingen, plagisque trucidant.
His miscuit præstans Ebolus Mavortius abba,
Ni cupidus [2239] nimium, lascivus, et omnibus aptus;
Nam pulchre nituit studiis, quæ gramma ministra
Fœderis antistes causa permisit abire
Anschericus tentos, potius concidere debens.
Inde feri Meldis feriunt, urbem quoque vallant.
(*An.* 888.) Interea Karolus, regno vita quoque
[nudus,
Viscera Opis [2240] divæ conplectitur abdita tristis,
Lætus Odo regis nomen regni quoque numen [2241],
Francorum populo gratante faventeque multo
Ilicet, atque manus [2242] sceptrum, diademaque B
[vertex [2243].
Francia lætatur, quamvis is Nustricus esset,
Nam nullum similem sibimet genitum reperire [2244]:
Nec quia dux illi Burgundia defuit, ejus
Nustria ad insignis nati concurrit honorem.
Sic uno ternum congaudet ovamine regnum.
Præterea astutos petiit præceps Aquitanos;
Mox sibi subjectis, Francorum regna revisit,
Mœnia Meldis adhuc Danis stipantibus urbis,
Cui præsul fuerant residens in ea Segemundus,
Præsulis Ancherici Tetbertus, belliger heros,
Germanus, consul [2245]. Minime Delius neque
[Febe [2246]
Apportabat ei spatium [2247], juge sed sibi bellum
Undique constat, eisque tamen per multa [2248] re- C
[sistit.
Perdidit innumeros, quotiens [2249] ex agmine sævo
Exiliens, citra muros pessumdare tetros.
Flamina quot tulerat telis, orare [2250] nequibo.
Pro dolor! armipotens inter mortalia defit
Arma ruens, nunquam sibi principe [2251] subve-
[niente,
Exitiumque polis [2252] posthac cum præsule capto
Passa fuit [2253]; regi hinc felix micat omen Odoni!
(*Ad oram cod.*, HYRONIA.)
(*An.* 889.) Denique Luteciæ revolant ad culmina
[tutæ.
Convocat huc omnes proprios per regna morantes,
En, sine jam numero numerum præstans Odo ne-
[ctit. D
Francigeni approperant alta cum fronte superbi;
Calliditate venis acieque, Aquitania, linguæ,
Concilioque fugæ Burgun-adiere-diones.
Sessio fit non longa satis frustrata triumpho.
Vers 521.

Nescio qui socios lusit Danosque cecidit
Non paucos, modico quamvis, ut fama [2254], popello,
Quo [2255] ventus veniens, Ademarus nomine dictus.
Sclademarusque dehinc binos [2256] jugulis dedit,
[isque
Deditus est idem primus; primum duit [2257] umbris
Luteciæ torvum, postquam primo patuere.
Principium gladii tenuit finemque recepit,
Hoc [2258] super infidos, illum [2259] corpus super ejus
Rotberti fuerat pugnax comitis Sclademarus.
Dispulerat [2260] galeas terror propriumque sub urbem
Lunatas stadiis libitum peltas trecentis.
Præterea quadringentis a mille remotis
Acefalos prostravit humi peditum comitatus
Agmine tercentum pastor, certamine acerbo
Nobilis Anscherichus, pollens ex Virginis ore;
Sic alacres spolium revehunt ad mœnia multum
Urbani, præstante Deo qui regnat ab alto.
Expediamus adhinc dignos Odone triumphos.
Falconem vocitant equitum quo millia vicit
Dena novemque dehinc Montem [2261] peditumque
[profana.
Hoc illi vicibus peperit natale tropheum
Lux præcursoris Domini catecasta [2262] Johannis.
Quippe latus utrimque viris comptus clipeatis
Mille, legebat iter, quando tyronis ab ore
Venantis canibus lepores nemorosa per arva
Pan litur adventare æquites per millia sevos.
Id [2263] scutumque simul recipit, colloque pependit;
Armaque cum sociis stringit, penetrans inopina
Prælia. Solamen celeste petit, rapit atque
Viscera, deponunt alii clipeos, animasque;
Terga parant reliqui regalibus in quibus armis
Ex pueris libuit ternis requiescere Odonis.
Tunc dixit [2264] propriis: « Istos fortasse secuntur
Ast alii, idcirco pariter statum glomerate;
Si fuerit verbum super hoc, ne differat ullus! »
Adjecit: « Subeam tumulum [2265] specularier ipse;
Si vos perculerit clangor, nullum mora vincat! »
Cornu suum poscens, scopulum scandens, videt ecce
Armisonos lento pedites incedere gressu;
Tunc tuba cujus ab ore boans, mox omnia late
Excitat, anfractusque per astra per arva volabant,
Omnibus atque modis solido [2266] fractoque ciebat.
Omne nemus responsa dabat voci [2267] famulando,
It tuba cum celeri bombo per cuncta elementa.
Nil mirum, quoniam regale caput tonat, inquam.
Ergo sui infrenant currus [2268], saltu quoque scandunt,
Allofilum in medium migrant, unusque [2269] securis
Vibratu pepulit, conum [2270] de vertice regis

GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2236] quæ fuit inter Christianos et Normanos *gl.* [2237] crudeles *gl.* [2238] interjectio lætantis *gl.* [2239] scil. esset *gl.* [2240] deæ terræ *gl.* [2241] scil. complectitur *gl.* [2242] Odonis *gl.* [2243] scil. complectitur *gl.* [2244] pro reperiebat *gl.* [2245] scil. erat. *gl.* [2246] i. e. Phœbe. [2247] requiem *gl.* [2248] i. e. multum *gl.* [2249] sepius *gl.* [2250] loqui *gl.* [2251] rege *gl.* [2252] urbs *gl.* [2253] sustinuit *gl.* [2254] scil. fuit *gl.* [2255] sicut *gl.* [2256] Normannos *gl.* [2257] dedit *gl.* [2258] scil. principium gladii *gl.* [2259] finem *gl.* [2260] disperserat *gl.* [2261] *Montfoncon* inter Mosam et Axonam oppidum Bocq [2262] una singularis *gl.* [2263] scil. nuncium *gl.* [2264] scil. Odo *gl.* [2265] montem *gl.* [2266] sc. modo *gl.* [2267] regis *gl.* [2268] eques *gl.* [2269] Normannus *gl.* [2270] helmum *gl.*

In humeros lapsum ; Domini verum quia christum [2271]
Tundere præsumpsit, ventum [2272] de pectore jecit
Hospite continuo jaculator principis ense.
Pugna adolet, ponunt animas cum sanguine gurdi [2273] ;
Infames traxere fugam, primasque tropheum
Milia tot [2274] Fœdo stravit spectante sub uno.
Perpete tum gladio, donec a finibus illos
Francorum sequitur [2275], prohibet [2276]. (*An.* 892.)
[Verum nihil illud
Ad suimet [2277] requiem juvit, quia mox Aquitanos
Linquere se, numenque sui postponere, novit.
Appetit ergo furens illos, vastans populansque
Arva modo [2278] vulgus [2279] ; quamvis concludere
[nisus [2280];
Urbes adversus, minimum tamen aucta [2281] facultas.
Forte sed insurrexit eis, spreto ætheris arce
Sole sub undivaga posito testudine ponti,
Consul Ademarus, regi copulatus eidem
Progenie, cujus memini [2282]. Proserpina dudum
Huic cessit, cuneos dum profligavit Odonis ;
Umbra fugat stellas, Ademarus ab agmine [2283] vitas ;
Dormit Odo, consanguineus [2284] sua proterit arma.
Astra micant, primas [2285] vigilat, sed et avolat ipsa
Regia mox consanguinitas [2286] de sanguine læta [2287].
Talia cur siquidem recinam cum gesserit olim ?
Nam libuit regi dare propugnacula fratri
Rotberto Pictavis, Ademaro tamen haud sic [2288]
Nempe sibi cepit [2289], plus se quia diligit illo [2290].
Inde Limovicas adiens [2291] Arvernicaque arva,
Prævalidas Wielmi acies secum [2292] videt hostis,
Ni congressuras fluvius medio prohiberet.
Perdidit ergo suos illic Wilelmus honores,
Ugoni, regnante [2293] datos, qui Bituricensis
Princeps extiterat consul ; quare fuit actum
Hos inter geminos comites immane duellum.
Mille super centum defleverat inclitus archos
Claromontinsis Wilelmus Ugone negatos [2294] ;
Iste [2295] minus [2296] numero secum [2297] majore re-
[motum [2298].
Hic Ugo dum tandem capitur mucrone Wilelmi,
Supplicat, ut pietas ejus succurreret illi.
Olli tam sero per verba [2299] measse respondit,
Ocius et dicto trans pectora lancea transit.
Ugonis intererant cuneis Rotgarius atque
Valde viri Stefanus fortes, perplura Wilelmi
Læta suis [2300] dantes, alter comes Ugoniusque
Ipse nepos [2301], alter miles Stefanus nimis audax.
Vers 605.

A Prohdolor! Ugo necem flesti, Wilelme tropheum [2302].
(*An.* 893.) Nuncius interea regalem concutit aurem,
Gallia quod mentita sibi sit, portat in ore,
Gnati pressa jugo Karoli collum [2303] Lodovici,
Qui vocitatus ut [2304] celo prenomine Balbus.
(*An.* 893.) Inde movens [2305], callem, Germanica
[quis sibi regna.
Naviter acciperet, temere disquirere vadit.
Clarus Odo castella petit, vicitque duelles [2306],
(*An.* 894.) Hincce [2307] fugat Karolum facie [2308] cun-
[ctosque sequaces,
Delius ut pellit tenebras, ut Lucina athomos ;
Admittit [2309] humiles dudum cervice superbos.
(*An.* 895.) Sermo quis effari poterit, quotiens fuga
[celsi
B Arnulfi induperatoris genitum tulit ense
Odonis Cendebaldum post terga tonante ?
Subsidium Karoli, virtus, spes, hic in [2310] Odonem ;
Cujus ad obtutus audacia non tamen unquam
Applicuit ; verum nihil id requiei fuit illi [2311].
(*An.* 896.) Eniterum misero gemitu loquor affore
[sevos
Allofilos [2312]. Terram vastant, populosque trucidant,
Circumeunt [2313] urbes pedibus, regnantis [2314] et
[ædes,
Ruricolas prendunt, nexant, et trans mare mittunt.
Rex audit, nec curat, Odo ; per verba respondit.
O quam responsi facinus non ore dedisti
Tale tuo. Demon certe proprium tibi favit ;
Non tua mens procurat oves Christo tibi missas ?
C Longius ille tuum forsan nec curet honorem.
Hæc ubi facta [2315] receperunt probitate neglecti [2316],
Exultant hilares, barcas agitantque per omnes
Gallia quis amnes fruitur, terram pelagusque
In editione tenent, totum tutore ferente ?
Francia cur latitas vires, narra, peto, priscas.
Te majora triumphasti quibus atque jugasti
Regna tibi ? Propter vitium triplexque piaclum [2317].
Quippe supercilium [2318] Veneris quoque feda venu-
[stas [2319],
Ac vestis preciosæ elatio te tibi tollunt !
Afrodite adeo [2320], saltem [2321] duo [2322] arcere pa-
[rentes
Haud valeas lecto, monachas Domino neque sacras ;
Vel quid naturam, siquidem tibi sat mulieres,
D Despicis, occurrant ? Agitamus fasque [2323] nefas-
[que [2324].
Aurea sublimem mordet tibi fibula vestem ;
Efficis et calidam tyria [2325] carnem preciosa.
Non præter clamidem auratam cupis indusiari [2326]

## GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2271] unctum *gl.* [2272] animam *gl.* [2273] inepti *gl.* [2274] decem et viii *gl.* [2275] persequitur *gl.* [2276] ejicit *gl.* [2277] Odonis *gl.* [2278] solummodo *gl.* [2279] vastabat *gl.* [2280] esset *gl.* [2281] est ei *gl.* [2282] scil. Ademari *gl.* [2283] Odonis *gl.* [2284] Ademarus *gl.* [2285] rex *gl.* [2286] Ademarus *gl.* [2287] fertilis *gl.* [2288] libuit *gl.* [2289] scil. Pictavos [2290] *gl.* Rotbertus *corr.* Rotberto *gl.* [2291] rex *gl.* [2292] cum rege *gl.* [2293] rege *gl.* [2294] i. e. necato. [2295] Ugo *gl.* [2296] scil. deflevit *gl.* [2297] i. e. a. millenario *gl.* [2298] scil. illud minus. Hoc dicit quod Wilelmus in illo prælio mille et centum perdidit, et Ugo centum cum se ipso *gl.* [2299] i. e. tarde locutum cum esse *gl.* [2300] propriis *gl.* [2301] Rotgarius *gl.* [2302] scil. cœpisti *gl.* [2303] per c. *gl.* [2304] ad *gl.* [2305] Odo *gl.* [2306] rebelles *gl.* [2307] dehinc *gl.* [2308] præsentia, non gladio *gl.* [2309] Odo *gl.* [2310] contra *gl.* [2311] Odoni *gl.* [2312] paganos *gl.* [2313] circumeant *corr.* circumeunt *cod.* [2314] Odonis *gl.* [2315] dicta *gl.* [2316] despecti *gl.* [2317] scil. lates *gl.* [2318] superbia *gl.* [2319] turpis pulchritudo *gl.* [2320] in tantum *gl.* [2321] vel *gl.* [2322] ut *gl.* [2323] monendi *gl.* [2324] agendi *gl.* [2325] purpura *gl.* [2326] indui *gl.*

Tegmine, decusata [2327] tuos gemmis nisi zona
Nulla fovet lumbos, aurique pedes nisi virgæ;
Non habitus humilis, non te valet abdere vestis.
Hæc facis; hæc aliæ faciunt gentes ita nullæ;
Hæc tria ni linquas, vires regnumque paternum [2328]
Omne scelus super [2329] his [2330] Christi, cujus quo- [que vates,

Vers 618

A Nasci testantur bibli: fuge, Francia, ab istis!
Psallere non tedet [2331]; defit [2332] tamen actus [Odonis,
Nobilis is quanquam mulcet superas adhuc auras.
Flagito, quo positor [2333] possim per amena po- [lorum
Hoste [2334] canas, lector, gratarier, [2335] atria victo.

EXPLICIT SECUNDUS PARICIACE URBIS BELLORUM PRESULISQUE GERMANI MIRACULORUM LIBELLUS.

GLOSSÆ ET NOTÆ.

[2327] decorata *gl.* [2328] scil. linques *gl* [2329] de *gl.* [2330] scil. in viciis *gl.* [2331] scil. me *gl.* [2332] deficit *gl.* [2333] poeta *gl.* [2334] diabolo *gl.* [2335] lætari *gl.*

# INGREDITUR TERTIUS CLERICORUM SCILICET DECUS
*utilitas*
# TYRUNCULORUMQUE EFFECTUS.

*tabellas*
Clerice, dipticas lateri ne dempseris unquam
*princeps ludi*
Corcula labentis fugias ludi fore, ne te
*princeps unius loci*
*obscenus baccaulus i. diabolus erebi*
Lætetur fœdus sandapila neque torpacha;
*pugna sacer principatus s. sit tibi festa tartari*
Machia sit tibi, quo ierarchia, necque cloaca
*pecunia convivium lucida*
Non enteca nec alogia, verum absida tecum
*vigor animi vel corporis industria*
Commaneat, mentes acrimonia non quia mordet.
*preliator venter*
Agoniteta tuus fiat ambasilla, tui mens
*celestem colorem*
Ne uranium præter cromam legat; is quia multis
*medicinam*
Esse deus solet; anodiam sectare gemellam.
*calumniator vehemens robustus*
Sistere sincophanta verere, boba tamen adsis.
*scriptura vasa pastoralia vestis poetalis*
Gripphia (533) te tangat, carchesia, togaque crebro.
*litterarum compositio*
Grammaton sinteca frequens sistat tibi longe,
*caligo oculorum massa*
Absistat vero glauconia, criminis offa.
*auri lamina purpura inclinativa humilis*
Brathea blata dehinc, enclitiva prosapiaque
Militiæ Christi per te nul atenus absint.
*laicorum*
*tapete undique villose populorum lectus in itinere*
Amphytappa laon extat, badanola necnon;
*ornamentum decorum valde amant vestem putam vel gumfan claram potionem per lin. eum*
Effipiam • diamant, strangulam pariterque propomam

NOTÆ.

533) Griphia. *corr.* Gripphia.

*lenocinatio fugat paleam*
Agagula cælebs aginat pecules nec ablundam.
C. *vestis palatina*
Effipia et straguta prætexta est aulica cura.
*ornamentum muliebre*
Utitur anabola mulier, set abutitur ipsa.
*aqua cum variis cocta condimentis pultis*
Convenit invalidis aposima nec ne placenta.
*nobilis rhetor vel poeta sis*
Cleronome Codrus maneas unaque disertus ;
*saccus testiculorum equos servator uxoris*
Cum fisco teneas yppos uxorius haud sis.
*dementis os aureum habens*
Nomine limphatici careas, crisostomus ut sis.
*minister secretorum adesto breves sermones*
Aposicrarus ades, aforismos ostibi servet.
*rex sis sobrius cancellarius scriptor*
Basileus constes, abstemius, antigraphusque,
*mundi descriptor explorator*
Cosmographus, solumque tui catasscopus esto.
*secularis mundanus*
Gimnus, ab inlicitis, ne sisque biotticus actor.
*panem leviter fermentatum frequentes horarum inspector præcor magister*
Acrizimum celebres, oroscopus esque didasclus.
*birrum undique villosum inberbis*
Inque thoro amphyballum habeas effebus et absit.
*qui ob turpitudinem amatur*
Canterus sit habunde tibi, sed amasius absit.
*fumosus iracundus circum locutivus*
Cerritus caveas fore, perifrasticus atque.
*tabula putoria divinus sermo*
Abbachus manui, niteatque teologus ori.
*feretrum feliciter propter fossæ*
Baccaulum fauste videas te ferre cloacæ ;
*distortus luscus*
Prodigus, obliquus, monotamus, subdotus, haud sis.
*infernum s. vites laudem victoriæ*
Ludibrium vites, baratrum, sectare tropheum
*loca spectaculi ubi pugnant gladiatores vulnera oculorum*
Amphyteatra procul tibi sent, egilopia necnon ;
Nam scrupulum generant ΨΙΧΗ, vexantque pupillas.
*aurum*
Scandito analogium, crisis nitet ore docentis ;
*currum duarum rotarum coronam seilam plectibilem*
Declina birotum, bravium capito ac cliotedrum.
*vas pice oblinitum medietatem speræ, horologium loca exilii*
Culleum (534) habe, diametra scias, ergastula nesci.
*dimidium versum II. versus scribes*
Apponas emistichium, cum disticа sculpes.
*vasivinario urinam*
Enoforo liba, locium laxare suesce.
*domus qua pauperes colliguntur odia*
Dilige tu xedochium (534*), zelotipiaque odi.
*vas quo fertur acetum mensuras*
Hinc acitabula doma tuum seu congia stringat.

NOTÆ.

(534) Secundum legem Romanam saccus parricidalis est, quo ponuntur parricida, gallus, serpens.

(534*) Xenodoxium *corr.* xenodochium.

*locus vacuus viridiara s. sunt pomis*
Pomerium (535) curti, pomaria congrua malis.
*stercus humanum*
Fulgeat ecclesiis ostrum, longe sit oletum.
*corbes venti virgas, viridiaria*
Prædia quala tibi statuant, agitent flabra flogra.
*longe serpentis proprium bibe moritium*
Eminus ut gorgon fugiat, pota diamoron.
*lutum totum via*
Sperne platon olon, sinposia, quatinus odon
*medius sons*
Te lustret; temeson vigeas, si non potes insons.
*penus redoleat pecunia de lucis*
Lar tibi, quo nectar fraglet, lucarque nec absit.
*mercennarii elluo luxuriosus dissipator vocat*
Gallonis memor esto tui, ambro timeto cieri.
*custos mulorum uuekus provisor equorum*
Mulio strabo tuus neque sit, neque agoson inermis
*domus infirma sanguisuga assidua*
Abbaso (536) quo fuerit, sit hirudo frequens comitata.
*disjungat intervallum agiliter*
Disparet ac validos intercapedo citatim
*femina virilis animi intrat tectum*
Si qua virago tuum penetret, reminiscere, doma.
*concilium sermo mantile*
Bule tegat Christi mentem tibi, gausape mensam.
*mandatum torques aurea cum gemmis.*
Entole te comat, regesque baben proceresque.
*mandatum*
Abdomen minime superet corpus mage teche.
*celestis novus novus in fide*
Uranei neotericus, atque neofitus haud sis
Dogmatis ac dei, jugiter sed priscus ab olim.
*utinam*
Quattuor immo tuum hec tu item comitentur in ævum.
*sacer princeps laus iterata et duplex*
Teche Dei, ieron, archonque, palinodianque:
*Circumcisus cardian id est pulsum cordis patiens*
Ancisus vivas, quin cardiacus moriare.
*nigras lavandariam*
Ceruleas vestes si gestas, posce colimbum.
*fune corda navis arcus*
Ducitur anguina limbus arcippio nec non:
*equus que*
Canterius antelis (537) et postelis equitatur
*anxietatem tenuitatem corporis amenitatem*
Aporiam sed et atrophiam patiaris, ut acam
*perpetuam socia congreget*
Atervam appodix tua mens sibi congregat ejus.
*dolorem valde quærunt*
Algemam mentis anquirunt talia verum
*impassibilitatem effugant merendam*
Aphatiam amendant, anteseniam quoque largam
*alienum laborem dilectio*
Edificant; agapem suffert agape nimis apta.

NOTÆ.

(535) Beda pometa dicit ubi poma oriuntur, pomaria quo servantur.

(536) Abbaso *corr.* Abaso.

(537) *Hic* et *scriptum ac deletum.*

*capram*
Nisibus ægidiam in giro secteris acutis.
*consanguineos, propinquos pluviam*
Agnatos teneas aregidiam quoque verb
*dæmonis lugubris spolium*
Anheles, hostis ne sis atratus in aslum.
*vela calor*
Aulea ne angustent animam sceleris, set aprilax.
*transgressor*
Alluat æthereus, noxis ne apostata fias.
*scutum confidentiam alacritatem*
Leva ancile geras, dextra agoniamque fidei
*extra edificium sub terris, antrum annonam protrahat, protelet*
Auspicio a maneas, apogeum aliquam ampliet altum.
*velum monasterium id est singularitatem Dei servitii*
Armenum cordi tollas, arcisterium addas.
*princeps domus amicitiæ aptum album ornum*
Architriclinus amicalo amineum colit atque
*vasa pomis ferendis apta*
Huic malis etiam apofereta autumnus honustat.
*homo sine conjuge castitatem*
Antropus ast agamus cælibatum colat, et sic
*urbem paternam*
Argiripam cernet, patriam civesque beatos.
*mors subita astutia*
Haud huic est apoplexia cure, sed et astu
*miseros*
Angustat nullos, amartetes solet idem
*ad statum revocare fugat amictorium lineum*
Antiquare, aginat venerem anaboladia portat.
*albidis splendent*
Albuneis albent pomis huic apofereta;
Virtutes cunctæ comitantur amiciter illum;
*labefactendo concutiendo diaboli*
Hunc non allidunt affurcillando sinistri.
*proficiscuntur mustiones qui nascuntur de vino*
E baccho quoniam bittunt geniti bibiones,
*stulte loquitur vino albo*
Platterat amineo si constiterint et eidem
*gutture*
Indignum referens brancho, prorsusque brutescit,
*illuc it ambulat duplicetur*
Haud illa bittit, quo quisquis honore bimetur
*rufa nigra bonum juvenem fodit*
Burra probum fateor, buteonem qui arva bidentat.
Hic set et ingenuus similem retinent genituram.
*spado adornat construit habitacula castra tristis*
Buggeus apparat et burgos, verum biliosus
*caro sepulcrum triste*
Apparat atque boson taphium sibi sibiliosum.
*datur lugubre*
Sic animæ corpus vita conponit amarum,
*s. est*
Læta set Omnipotens, si mens felix, parat astra.
Comiter hoc cunctos moneas, tu miles herilis.
*inferno*
Præterea cum quis noxam clandestinat antro,
*constringit*
Cespitat atque coagmentat si crimina virtus,

*crescit*
Communit mentem, coalescens comiter ejus
*pollet viget*
Pectoris in portu clandestina nam cluit illic
*virtus*
Clancule, non constare diu tamen ipsa valebit.
*desuper per evangelistas*
Clancula, teste Tonante super sacrata per ora
*astutiam damnare*
Cum videas astum pessumdare sæcla nefandum,
*familiaritatis servator*
Immo clientelæ tutor Domini velut hæres
*in hac vita ascensus, colles*
Hic meneas, clivos virtutum quatinus almos
*breviter et ornate compositas deo personare*
Scandere, concinnas ΘΗΟ tu clangere laudes
*s. personis solummodo uni*
Nomine sistenti ternis valeas modo soli
*potestate gloria*
Magestate tamen nutu doxaque perhenni,
Quam pariter tecum teneam tu clerice poscas.

sei.
FINITUR CERNUI OPUSCULUM CATECASTI EXIMII CONFESSORIS GERMANI SUGGESTUSQUE PARISIACI PRÆLII HUMILLIMIQUE LEVITÆ ABBONIS.

# ABBONIS SERMONES QUINQUE

## SELECTI.

## ACHERII MONITUM AD LECTOREM.

(Spicilegii tom. I, pag. 336.)

Abbonis monasterii Prætensis cœnobitæ ac presbyteri sermones suppeditavit scriptus codex ejusdem abbatiæ, quos inter plures haud luce indignos judicavimus. Quinque itaque descripsimus, qui potissimum ecclesiasticam diciplinam eo tempore observatam ostentant, docentque præ cæteris modum Ecclesiæ reconciliandorum publice pœnitentium, atque iisdem eucharistiæ confederendæ tempus : reliquos alias fortean edituri cum opportuna dabitur occasio, mittimus interim.

Cur vero sermones istos conscripserit vulgaveritque Abbo, causam affert in argumento sive præfatiuncula sermonibus præfixa, his verbis ad Lectorem : « Hoc opusculum tibi nudo, » etc. Elucubravit Abbo et libros duos versibus de obsidione Lutitiæ Parisiorum a Normannis facta an. 886 et 887, quo tempore vivebat. Vir fuit Scripturæ divinæ, conciliorum ac sanctorum Patrum non ignarus, atque ut ea ferebant tempora, satis disertus.

### INCIPIT ARGUMENTUM LIBRI SEQUENTIS

Noveris, lector sive auditor, quicunque es mediocris loquacitatis dives, sed latinitatis indiges, hoc opusculum tibi nudo nuditer factum, ut qui per obscura doctorum commenta et homilias non intelligis Evangelia, saltem huic libello ab illis mutuato intendas vel legendo, vel audiendo. In hoc quippe codicillo omnia quæcumque legeris invenies patefacta tuæ saluti, aliorumque hominum quibus revelabitur; evangelicas videlicet expositiones, simulque sermunculos rebus temporibusque aptissimos. Me revera, Abbonem scilicet monachum, et miserabiliorem cunctis mortalibus, coagerunt espiscopi, Froterius videlicet Pictavæ sedis, et maxime Fulradus Parisiacæ, illud tenui stylo cudere negotium, ad utilitatem simplicium clericorum; quatenus hinc omni tempore sumant ausum (538), et hauriant potum prædicandi

(538) *sumant ausum*. Forte *haustum*, ait Baluzius. Mihi vero longe aliter videtur; nam in voce *ausum*, nihil video quod cuiquam displicere debeat; sed vox *potum* quæ sequitur, nisi fallor vitiosa est, nec valde admodum dubito quin ejus loco reponendum sit *potestatem*, aut aliud simile.

subjectis. Igitur memores estote, lectores, Abbonis in vestris sacris, vernaculi beatissimi Germani tutoris Parisii ab obsessione hostili. Dignum est siquidem, ut qui pene indicibili sudore expleveram jussa præsulum, quodlibet adminiculum mente sentiam orationibus.

## SERMO PRIMUS.

### *In Cœna Domini.*

Hæc igitur dies, fratres charissimi, a fidelibus Christi longe lateque per orbem diffusis congrua devotione tota in celeberrimæ solemnitatis laude expenditur. Hodie dignissimum Pascha a Domino et a discipulis celebratur, et ab ipso in exemplum imitandæ humilitatis, pedes eorum lavantur, atque sancta mysteria corporis ac sanguinis sui traduntur. Hodie ad colligendos novos populos sanctum chrisma ab episcopis conficitur, templi pavimenta et altaria, sacra quoque vasa purificantur. Hodie pia mater Ecclesia super filios adoptivos, quos in fide genuit quosque olim pro quibusdam erratuum suorum piaculis corrigendos amisit (539), dum iterum ad se reverti per reconciliationem conspicit, ovanter congratulatur. In qua videlicet die omnes vos ad eamdem reconciliationem, ut absolvi possitis a delictis, promptissima voluntate confluere dignoscimus, quam largiflua supernæ pietatis gratia annuente, secuti devotis exposcimus animis, ut debitores adsumus et pro vobis rationem reddituri, totis præcordiorum nisibus ejus fiducia freti, qui dixit : « Quodcunque solveritis super terram erit solutum et in cœlo (*Matth.* XVIII, 18); » vobis administrare cupimus.

Sed cum pastoralis curæ sarcinam nos scelerum gravedine fessos immerito subesse comperimus, quam * imprudenter arripuimus quod non debuimus, ad hoc assurgere formidamus : timentes ne illud propheticum in nos retorqueri videatur, quod de reprobis pastoribus dicitur : « Mortificabant animas quæ non moriuntur, et vivificabant animas quæ non vivunt (*Ezech.* XIII, 19). » Unde ideo necesse est, ut proprias primum continuis fletibus mundemus maculas criminis, deinde unumquemque vestrum pastorali sollicitudine admoneamus, ut qui hanc absolutionem adipisci desiderat introrsus redeat, oculos cordis ad conscientiam revolvat, et si illicita quæque, a quibus nemo liber sit, admisit, sinceræ confessionis recordatione et spiritu contribulato in ara cordis Domino hostiam immolet, et sese in omnibus corrigere satagat. Non enim cogitationum nostrarum intentiones, nisi qui « omnia scrutatur corda, et universas mentium cogitationes intelligit (*I Par.* XVIII, 9), » quislibet potest intueri. Omnes quidem ad captandæ absolutionis effectum veniunt, sed non æquanimiter; alii namque in sordes peccatorum illapsi obstinato animo perseverant; alii quoque ea quæ inique aliquando gesserunt, non solum perpetrare erubescunt, verum etiam fletibus amarissimis punire sollicitant. De istis vero legitur: « Beatus A homo pro qui semper est pavidus (*Prov.* XXVIII, 14) : » de illis quippe statim subsequitur : « Qui etiam mentis est duræ, corruet in malum (*Ibid.*). »

Proinde paterna admonitione jubemus, ne quislibet converti ad Deum differat, cum ille dicat : « Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (*Ezech.* XVIII). » Et : « In quacunque hora peccator conversus fuerit et ingemuerit, omnia peccata ejus oblivioni tradentur (*Ezech.* XXXIII, 12-15). » Hinc etiam ipse in Evangelio ait : « Gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta justis qui non indigent pœnitentia (*Luc.* XV, 7). » Cum autem, fratres charissimi, tot sanctorum Scripturarum exempla, pluraque alia mentis nostræ in intellectu B tantam inferant consolationem, et converti ad Deum nolum, quomodo ex peccatis veniam quærimus? Hinc enim Dominus per prophetam dicit : « Pluam super unam civitatem, super aliam non pluam (*Amos* IV, 17). super unam quidem civitatem Dominus pluit, dum super quorumdam corda fidelium ad se convertentia salutiferum sancti Spiritus imbrem infundit. Sed super aliam civitatem idem Dominus non pluit, dum plerisque animo obduratis gratiam suæ visitationis subtrahit. Sic namque in hac Ecclesia timeri potest, ut quibusdam pro meritorum suorum qualitate concedatur absolutionis gratia, et quibusdam quod absit, subtrahatur. Audistis enim quid Dominus cum ad prædicandum mitteret discipulos præcepit C eis, dicens : « In quamcunque domum intraveritis, ibi manete (*Luc.* IX, 4) : » « si autem ibi fuerit filius pacis, requiescet super eum pax vestra ; sin autem, revertetur ad vos (*Luc.* X, 6). » Ideoque, fratres, omni constantia procurate ne dispar, sed sicut in omnibus communis est gratia baptismatis, ita exstet et absolutionis, quia hodie, ut præmissum est, Pascha celebravit cum discipulis, et in crastinum gloriosam subiit mortem : et de hoste resurgendo a mortuis nos eripuit Jesus Christus Dominus noster.

## SERMO II.

### *De cœna Domini, et de multis sacramentis ejusdem diei.*

D Fratres charissimi, hodie in ista die gaudent et sunt læti omnes fideles Christi, qui sunt per totum istum mundum. Hoc deberis scire pro quali causa debent hodie læti esse toti Christiani plusquam in alia die. Propterea debetis vos esse læti, quia in ista die fecit Dominus pascha cum discipulis suis, et in istadie lavavit Dominus pedes discipulorum suorum, et ostendit omnibus hominibus exemplum de humilatate, ut omnes homines illi se humiliarent et lava-

(539) *Corrigendos amisit.* Ut superius Baluzii, sic hoc loco Acherii conjecturam refellere cogor; nam quod monuit legendum esse *admisit*, frustra est; nec dubium cuiquam esse debet quin multo aptius sit, *emisit*. Infra restituendum mihi videtur, *quoniam imprudenter arripuimus*.

rent pedes pauperum. Et in ista die fecit Dominus cœnam cum discipulis suis, hoc est manducavit et bibit cum suis discipulis. Et in ista die consecravit Dominus prima vice de pane suum corpus, et de vino suum sanguinem. Et in ista die cessavit Vetus Testamentum, et accepit finem lex Judæorum. Et in ista die incipit Novum Testamentum, hoc est Evangelium. Et hodie incœpit religio Christianorum in ipsa cœna Domini. Et hodie in ista die debent omnes episcopi consecrare, hoc est benedicere chrisma, unde nos facimus novellos Christianos. Et hodie debent lavari ecclesiæ, et altaria, et illa sancta vasa quæ sunt in ecclesia. Hodie gaudet sancta mater Ecclesia recipere, et reconciliare sibi suos filios, hoc est, Christianos, quos emisit foras pro illorum culpis. Et in ista die, fratres, videmus nos, quia propterea venistis ad istam matrem Ecclesiam, ut possitis habere ipsam reconciliationem quam perdidistis propter vestra peccata, et qua vos possitis absolvi ab omnibus vestris peccatis.

Vere, fratres charissimi, hoc debetis scire unde fuit incœptum hoc exemplum, ut episcopi peccatores homines ejicerent de ecclesia in capite jejunii, et iterum post completam dignam pœnitentiam reciperent ipsos peccatores in ecclesia. Nam quando noster Dominus, qui est Deus omnipotens, fecit primum hominem Adam, totum illum fecit sanctum, et justum et immortalem. Sanctitas autem et justitia, et immortalitas fecerunt ipsum Adam habere imaginem et similitudinem Dei. Et propterea dixit Deus antequam crearet Adam : « Faciamus hominem ad similitudinem nostram (*Gen.* I, 26), » hoc est faciamus hominem sanctum, et justum et immortalem. Et istam suam imaginem nos commendat Dominus habere, quando dicit in Evangelio : « Estote sancti, quia et ego sanctus sum (*Lev.* XI, 44). » Et in alio loco dicit : « Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est (*Luc.* VI, 36). » Ergo quia Deus tam bonum et tam sanctum fecit Adam, propterea legimus, « quia misit eum in paradisum ut operaretur, et custodiret illum (*Gen.* VII, 15). » In ipso autem paradiso dedit ei Dominus omnem gloriam. Ibi videbat angelos, et loquebatur cum illis ; et nunquam moreretur si non peccasset. Ibi audiebat Dominum secum loquentem, et talem obedientiam sibi commendantem, ut nunquam comederet de ligno scientiæ boni et mali. In ipsa vero hora qua peccavit Adam, ejecit eum Dominus, qui est Episcopus episcoporum, foras de paradiso ; et dixit illi : « In sudore vultus tui vesceris pane tuo (*Gen.* III, 19). » Et postquam fuit Adam ejectus de paradiso, quid fecit ? Certe longam pœnitentiam fecit per sexcentos annos, et eo amplius. Ad ultimum vero post suam mortem missus est in carcerem infernalem, ubi longo tempore planxit et doluit, quia propter suum peccatum perdiderat paradisum, et tam grandi tempore fuit ibi dolens et pœnitens, donec dominus noster Jesus Christus, qui est pontifex pontificum, absolvit eum

A per suam passionem, et liberavit eum de pœnis tenebrarum, et reddidit ei paradisum.

Igitur, fratres, nos episcopi, sumus vicarii Domini nostri Jesu Christi in hoc modo, et sumus missi, et ordinati in loco ejus, et propterea post apostolos dedit nobis Dominus potestatem ligandi animas atque solvendi, et præcepit nobis ædificare, et plantare bonos homines in domo Domini, et evellere [de ea] hoc est de Ecclesia. Sic enim dicit Dominus per Jeremiam prophetam : « Ecce constitui te super gentes, et super regna, ut evellas, et dissipes, et ædifices, et plantes in domo Domini (*Jer* I, X). » Attendite, fratres, de bono animo hoc quod nos volumus dicere. Prop-
B terea misit Dominus Adam in paradisum, ut in ipso paradiso nascerentur omnes electi, et operarentur voluntatem Dei usque ad plenam senectutem, et de illo transirent ad cœlestem patriam. Et certe sic facerent, si Adam non peccasset.

Fratres, istud exemplum Domini nostri Jesu Christi tenemus, nos episcopi in Ecclesia, peccatores vero tenent exemplum Adam, verbi gratia, sicut Filius Dei misit Adam sanctum et justum in paradisum, similiter nos et omnes sacerdotes mittimus in Ecclesiam homines sanctificatos, et justificatos in baptismo. Cur mittimus eos homines in Ecclesiam, qui jam facti sunt sancti per baptismum ? Et propter ipsam causam pro qua
C Dominus misit Adam in paradisum, hoc est ut operaretur et custodiret illum paradisum. Similiter et nos sacerdotes propterea mittimus homines baptizatos in Ecclesiam, ut omni tempore operentur in ea voluntatem Dei, et custodiant illam Ecclesiam, hoc est Chistianitatem. Deus omnipotens donavit Adam legem quam debuit observare per obedientiam. Qualem legem ? Ut non manducaret de arbore scientiæ boni et mali. Similiter et Dominus per nos donat vobis legem quam debetis servare in Ecclesia. Qualem legem vobis donat Dominus per nos, id est, per nostram admonitionem ? « Non occides ; non mœchaberis ; non adulterabis ; non furtum facies ; non falsum testimonium dices ; non perjurabis ; diliges Dominum
D Deum tuum ex toto corde tuo ; et diliges proximum tuum sicut temetipsum (*Exod.* XX, 13). » Fratres, ista omnia præcepta vobis donat Dominus per nos, ut custodiatis illa et operemini illa per obedientiam.

Sed quid fecit Dominus de Adam pro eo quod non custodivit obedientiam ? Certe ejecit eum foras de paradiso plorantem, et lugentem et nimis contristantem. Similiter et nos episcopi propterea quia vos non custodistis obedientiam præceptorum Dei, quæ nos supra nominavimus, propterea ejecimus vos foras de ecclesia, et cantavimus post vos hoc quod Dominus post Adam cantavit, quando expulit eum de paradiso : « In sudore vultus tui vesceris pane tuo (*Gen.* III, 19), » et reliqua. Sed

quid fecit Adam postquam fuit ejectus de paradi- A so ? Certe multam et dignam pœnitentiam fecit Adam, ut dignus esset quod Deus reciperet eum in paradisum. Et vos similiter fecistis dignam pœnitentiam in ista Quadragesima, quo vos sitis digni intrare in ecclesiam, et communicare corpori et sanguini Domini. Et propterea vos gaudenter recipit sancta mater Ecclesia inter filios suos, qui sunt filii Dei adoptivi, hoc est electi. Hoc tamen debetis scire, quia sicut beatus Ambrosius dixit, nullus episcopus potest absolvere pœnitentes, nisi ipsa pœnitentia eorum fuerit digna de absolutione. Pœnitentia de pœna accepit nomen, ut homo peccator habeat pœnam in corpore, jejunando et affligendo carnem suam per abstinentiam, et per vigilias in orationibus. Unde ait beatus Hieronymus : B « Grandia jejunia expellunt fortia vitia de homine ; et longa parcitas cibi et potus occidit luxuriam.» Et propterea vobis dicimus hoc, ut si non habetis adhuc illam pœnitentiam factam, quæ Deo placeat, ex vestra voluntate perficite illam : et si non potestis jejunare, vel eleemosynas facere, quæ liberent vestras animas de inferno, non debetis hoc attendere ut vos unquam non faciatis plus de pœnitentia nisi quantum vobis fuerit commendatum, sed de vestra voluntate debetis plus facere, sicut faciebant sancti. qui portabant cilicia, et abstinebant a carne et a vino, et jejunabant usque ad vesperam propter desiderium vitæ æternæ ; et unquam non fuit illis sanctis de sacerdotibus talis pœnitentia commendata.

C

Fratres, jam modo est Adam receptus in cœlesti paradiso, propter multum laboriosam pœnitentiam meruit accipere societatem cum Dei fidelibus redemptis de sanguine Christi. Et vos, Deo gratias, hodie propter vestram pœnitentiam estis recepti in ecclesiam quasi in paradisum. Et quia vos convenistis in ista die ad recipiendam societatem sanctæ Ecclesiæ et absolutionem de vestris peccatis, et ideo venistis cum toto desiderio, quo vos possitis recipere tam magnum gaudium de Paschali solemnitate, et quo possitis communicare de corpore et sanguine Domini, propterea non debet remanere in vobis superbia, per quam cecidit Lucifer angelus de cœlesti D gloria in infernum. De ipsa superbia inquit scriptum : « Deus superbis hominibus resistit, humilibus autem donat suam gratiam (*Jac.* IV, 6). » Si ille angelus Lucifer per superbiam perdidit æternam gloriam, nos qui homines sumus non poterimus unquam habere illam gloriam, si non per humilitatem. Debet cessare in vobis omni iracundia, de qua dicit Joannes apostolus : « Omnis qui odit fratrem suum, homicida est (*I Joan.* III, 13). » Et Dominus dicit in Evangelio : « Si non dimiseritis peccata hominibus, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra (*Matth.* VI, 14). » Debetis etiam dimittere, ut non decipiatis alios homines per vestra vitiosa mendacia, et per vestra ingeniosissima juramenta. Vere illos tales homines qui hoc faciunt maledicit omnis Ecclesia, orans cum Propheta : « Disperdat Dominus universa labia dolosa (*Psal.* XI, 4). » Et : « Quid loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis, Deus, secundum ipsorum opera (*Psal.* XXVII, 3). » De ventris ingluvie admonet vos Dominus temperare dicens : « Attendite ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate (*Luc.* XXI, 34). » Crapula et ebrietas est nimium manducare et nimium bibere. Satis scitis vos quia propter ingluviem ventris cruciatur dives in inferno. Illi homines qui semper manducant et bibunt usque ad saturitatem, et usque ad ebrietatem, illi de suo ventre faciunt suum Deum. Unde ait Apostolus : « Quorum Deus venter est, et gloria eorum in confusione (*Phil.* III, 19) : » hoc est in verecundia ipsorum erit qui terrena sapiunt. Et iterum dicit Apostolus : « Esca, » hoc est cibus, « ventri est Deus, et venter escis (*I Cor.* VI, 13), » hoc est cibis. Deus autem hunc ventrem, et hæc, id est, escas, destruet in fine mundi. Hoc etiam nos commonet ut fugiamus fetores luxuriæ, et omne genus fornicationis. Unde dicit Apostolus : « Neque fornicatores, neque adulteri regnum Dei possidebunt (*I Cor.* VI, 9). » Et beatus Hieronymus ait : « Qui autem luxuriatur, vivens mortuus est. » Præterea grandis bonitas est, ut dimittamus avaritiam, de qua dicit Apostolus : « Avaritia est idolorum servitus (*Ephes.* V, 5). » hoc est, ille homo qui avarus est, ille adorat idola, et servit diabolis. Et iterum ait Apostolus : Illi homines, « qui volunt esse divites, cadunt in tentationem et in laqueum diaboli (*I Tim.* VI, 9) : » hoc est in catenam diaboli, et cadunt « in desideria multa et nociva, quæ mergunt homines in perditionem. (*Ibid.*) » Unde ait Jacobus apostolus ad ipsos divites : « Vestræ divitiæ putrefactæ sunt, vestimenta vestra tineæ comedunt : aurum et argentum vestrum æruginavit ; et ærugo eorum erit vobis in testimonium ; et ipsa ærugo devorabit vestras carnes sicut ignis (*Jac.* V, 2). » Omnis homo qui divitias habet, et vestimenta satis habet, et aurum vel argentum possidet, et videt ante se pauperes mori de fame, aut de frigore, homicida est. De discordia vero admonere vos debemus ut non sit unquam in vobis discordia, quia non est sub cœlo ulla pestilentia, quæ sic devastet regna, et civitates et villas, et ipsos homines, quomodo discordia facit, teste Salvatore in Evangelio : « Omne regnum in se ipsum divisum, « id est discordans, « desolabitur (*Luc.* XI, 17) : » hoc est in desertum veniet.

De istis omnibus peccatis supradictis debetis Deum deprecari ut donet vos facere talem pœnitentiam et talem emendationem, quæ Deo placeat et vobis proficiat ad vitam æternam, ipso adjuvante qui nunc vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## SERMO III.

*In porta ecclesiæ ad pœnitentes nondum adeptos reconciliationem.*

Vobis quoque, fratres, quos nunc mater Ecclesia non recipit, quia non est adhuc tempus completæ pœnitentiæ vestræ : Vobis, inquam, convenit exhortatio atque consolatio, scilicet ut non contristemini de hoc, quod non modo vos recipit mater Ecclesia. Non enim audemus, nec debemus decipere animas vestras, quæ nobis commissæ sunt ad vitam æternam perducere. Nullus est certe episcopus qui possit absolutionem dare, nisi post pœnitentiam factam et dignam satisfactionem. Ac propterea volumus vos confortari, et consolari et exhortari, ut non habeatis tristitiam, sed cum omni cura observare vestram pœnitentiam. Nam vestra pœnitentia, si bene fuerit facta, est magnum gaudium angelorum in cœlo. Quia sicut ipse Salvator ait, « Gaudium est angelis Dei in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent pœnitentia (*Luc.* xv, 7). » Ergo cum omni humilitate et puritate cordis, sine ira et sine aliquo scandalo pœnitemini, et deprecamini pium Deum ut respiciat vos, atque dignanter recipiat vestram humilitatem.

Providete etiam, ut pœnitendo et jejunando non cadatis in aliquod criminale peccatum, quia ille homo, qui jejunat et peccat, similis est diabolo semper jejunanti et semper peccanti. Hoc quoque debetis observare in vestra pœnitentia, ut illud faciatis jejunium, quod sit sanctificatum ex duabus causis, hoc est, de orationibus atque eleemosynis. Unde commonet nos propheta : « Sanctificate jejunium (*Joel.* I, 14). » Concedat Omnipotens nobis et vobis hujusmodi jejunium omni tempore perficere, quod nobis aperiat paradisum. De ebrietate vero castigo vos, fratres, nostri concives ut declinetis ab ea, et non teneatis eam in usu. Quia ebrietas nullum vitium excusat, sed omnia peccata generat, et est magnum et criminale peccatum. Nam ista ebrietas, quam tenetis a mane usque ad noctem profundam, est perditio animarum vestrarum. Vere nunquam habebitis vitam æternam, nisi per abstinentiam a crapula et ebrietate, hoc est, a nimia comestione et potatione. Vos etiam non observatis jejunium, per quod debetis vincere diabolum, sed infringitis omne jejunium, et a Deo commendatum et a nostra auctoritate jussum. Et non cogitatis quod ille homo qui infringit unum diem in Quadragesima, totam Quadragesimam infringit. Et propterea præcipiunt sancti canones, ut qui infringit unum diem in Quadragesima, quadraginta dies pro uno die solvat auctori Deo suo. Propter ingluviem et gulositatem fuit ejectus Adam de paradiso. Et nos si volumus nostram recipere hæreditatem, id est, paradisum, necesse est ut per aliam viam, hoc est, per jejunium et abstinentiam revertamur ad paradisum. Quod ipse præstare dignetur, qui in trinitate et unitate perfecta **A** vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## SERMO IV.

IN COENA DOMINI.

*Ad pœnitentes reconciliatos.*

Hodie, fratres, est cœna Domini, in qua Dominus noster cum discipulis suis manducavit, et lavit pedes eorum, dans nobis exemplum quo similiter faciamus nos nostris famulis et pauperibus. Hodie consecratur chrisma, unde omnes fiunt Christiani. In hac die pœnitentes societatem Ecclesiæ recipiunt, et sancti angeli gaudent de reconciliatione eorum hominum, qui veraciter pœnituerunt se peccasse, et tribulationem in suis corporibus jejunando, et vigilando, et oratoria circumeundo, patienter sustinuerunt, ut Deum sibi placabilem **B** obtinerent. Vobis itaque, fratres, quos hodie recipit sancta Ecclesia, vobis dico, convenit admonitio et exhortatio. Illa scilicet vobis convenit commonitio, ut omni tempore recordemini quales eratis ante confessionem et pœnitentiam, et indulgentiam, quæ nunc consecuti estis, vobis Deo inspirante : ipse enim Deus dixit : « Sine me nihil potestis facere (*Joan.* xv, 5). »

Igitur ante confessionem et pœnitentiam peccatorum vestrorum eratis filii diaboli, et servi peccati, quia « Qui facit peccatum, servus est peccati (*Joan.* VIII, 34). » Nunc vero quia fugistis diabolum, et venistis ad pium Christum per pœnitentiam, liberati estis a peccato, et servi facti estis Deo. **C** Ergo necesse est vobis cum omni sollicitudine, et omni cura ut laboretis in omnibus operibus bonis, videlicet et non manducetis nimium, et non bibatis usque ad ebrietatem, neque ante horam, neque post horam ; et studeatis vivere de vestra justitia, non de rapina, quoniam sicut ait Apostolus, « Raptores regnum Dei non possidebunt (*I Cor.* VI, 10). » Memores etiam esse debetis terribilis sententiæ, quam dixit Apostolus : « Qui in uno offendit omnium reus est (*Jac.* II, 10) ; » hoc est qui unum peccatum facit, offendit Deum, qui omnia peccata prohibuit nobis facere. Propterea vobis dico talia, ut, si non facitis peccata quæ pœnituistis, nec alia committatis. Nam nihil adjuvat pœnitere, si post pœnitentiam revertitur homo ad peccatum. Et ille talis homo qui hoc facit, similis est **D** cani revertenti ad vomitum suum. Et de talibus hominibus repetentibus peccata sua quæ jam fecerunt, dicit Spiritus sanctus per prophetam David, « Quia justificationes Domini non exquisierunt (*Psal.* CXVIII, 155), » id est, non permanserunt in promissionibus suis, quas promiserunt in baptismo et in confessione iniquitatum suarum : Quam per omnia tempora vitare tribuat vobis Deus, qui vos hodie recipit in societatem plebis suæ.

## SERMO V.

*De fundamento et incremento Christianitatis.*

Pensate, fratres charissimi, et considerate toto corde vestro, et tota anima vestra, quam magnum nomen sit Christianitas, et quomodo crevit et diffusa est per omnes gentes totum habitantes mundum.

Nulla siquidem causa fuit unquam, nullum quippe regnum, nulla prorsus ædificatio urbium cum toto labore constructa, quemadmodum Christianitas, quam nostra quotidie prava destruit vita. Et quamvis crevisset Christianitas, ejusdemque sacra religio cum molestia dictu ineffabili, tamen omnem utique superstitionem et mortiferam gentilitatis idololatriam gloriose vicit, et ad pulverem usque prostravit. Suos denique observatores sancta Christianitas, quæ est civitas Dei, ad perfectionem conduxit. Nec mirum est, si res perfecta perfectos facit. Unde est ergo Christiana religio profecta ? Ex fundamento videlicet immobili, omniumque firmissimo rerum fundatarum. Super hoc quidem fundamento veraci assertione loquitur Apostolus, dicens : « Nemo potest aliud fundamentum ponere, præter id » fundamentum Christianitatis, « quod jam positum est (*I Cor.* III, 11). » Ipsum etiam appellat vates David pavimentum, dicens : « Adhæsit pavimento anima mea (*Psal.* CXVIII, 25). » Hoc igitur fundamentum, sive pavimentum est Jesus Christus Dominus noster, super cujus mortem fundata est Christiana religio. O quantus labor ædificandæ Christianitatis ! Animadvertite vos Deicolæ, quam inenarrabili tormento mortis stabilivit noster Dominus Ecclesiam Christianitatis, quam exosi justitiam male dissipant, ac pro ea fundanda, sed et stabilienda per diversa mundi climata sustinuit Dominus Jesus Zabuli tentamenta, hominum opprobria, sputa, spineam coronam, tandem vero terribilem crucis necem, inque manibus ac pedibus clavos formidolosæ molis ; simulque sanctus in sancto Christus latere ultro lanceam suscepit.

Præter id tamen sacramentum catholici cultus, omnia quæ operatio divina creavit sæcula et gubernat, sine ulla quidem molestia plene condidit et moderatur. Siquidem in ipso formationis mundi principio creavit cœlum et terram, angelos, aerem, et aquam de nihilo absque ulla onerositate. In primo etiam die mundi fecit lucem de nihilo ; secundo autem die statuit firmamentum in medio aquarum sine quolibet sudore ; tertio edidit species maris et humi, cum surculis radicitus terræ inhærentibus ; quarto luminaria cœli de luce, quæ in primo die patuit facta omni procul gravedine ; quinto creavit natatilia et volatilia de aquis ullo sine dolore ; sexto quidem die plasmavit cætera animantia, hominemque partim de humo, partim ex nihilo. Et hæc omnia quidem suaviter, et sine quavis amaritudine Dominus noster patravit Jesus Christus, Dei scilicet Filius manens semper cum Patre, et Spiritu sancto personaliter Trinitas, substantialiter Unitas. Verum non sic leviter primo et novissimo collibuit Omnipotenti qui fuit mortuus, et ecce est vivens in sæcula sæculorum, habens claves mortis et Erebi ; illi, inquam, non placuit tam leviter cultum orthodoxæ religionis pullulare. Quomodo igitur libuit illi ? Estote, fratres, vehementer intenti, ut auditu cordis percipere queatis. Nam crucis aram subiit, ubi et seipsum jecit fundamentum Christianitatis, et suis sequacibus prætendit exemplum ejusdem perficiendæ religiositatis.

Hujus autem et pivimenti memor et exempli beatus infit apostolus Petrus : « Christus, inquiens, passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus (*I Petr.* II, XXI). » Christus Dominus ideo vitam carnis amisit, quo stabiliret Ecclesiam Christianitatis, quam judices iniquitatis cæca cupidine incessanter evertunt. Christus Deus idcirco suum corpus salutiferum sepulturæ tradidit, quo omnis sacrilega cupiditas in æternum sepulta jaceret, sicque muta jugiter quiesceret. Christus Deus pro eo morte carnis mortem animæ occidit, quo humanæ carnis aviditas in homine simili Deo mortua semper existeret. Cæterum Omnipotens, Vita, Christus a mortuis resurrexit, apostolos firmavit, in vastum orbem contra lupos ut oves destinavit. Illos quoque primos armis veræ Christianitatis vestivit, suaque prælia quo fortiter pugnarent cum benedictione præcepit.

Ita perpendite, fratres, quanto labore, quantisque tribulationibus propagaverunt apostoli, id est arbores paradisi et columnæ, Christianitatem cœli et regnum cœlorum in terris, et sedem Dei ædificaverunt invitis principibus orbis, qui appellantur lupi, et sunt titiones inferni. Igitur singuli singulas, quibus Christianitatis ovilia cuderent, elegerunt apostoli provincias, quidam vero ampliores. Andreas videlicet Christianitatem in Achaia ædificavit emptam crucis patibulo. Ægea proconsule inferni titione facto. Thomas quoque in India citeriore quatuor lanceis perforatus, ex totidem corporis partibus aulam Christianitatis stabilivit, rege Mesdeo resistente, et ob id in stipulam Erebi verso. Bartholomæus æque in finali India truncatione capitali claustra Christicolæ fidelitatis viriliter fundavit, rege expugnabili Astyage. Matthæus etiam Christum Æthiopiæ indidit in Hyrcanum regem, martyrioque ibidem solidavit. Christianitatem Simon quoque et Judas apostoli in regno Persidis sui duntaxat fundamenti imitatores Christi, dogmata Deicolæ religionis cordibus innumeris profanorum infuderunt ; ob quod itaque pretiosissimum facinus a sacerdotibus idolorum interfecti, et sibi, omnique Persidis regni Ecclesiæ obtinuere polum, redactis eisdem sacerdotibus in fomitem ignis Averni. Siccine propagata est Christianitas, quæ est civitas Dei, sævis mortibus fundata propagatorum. Jacobus quoque beatissimi Joannis evangelistæ germanus, quin etiam sui homonymus Domini nostri Jesu Christi frater, ob fidem sanctam in Samaria atque Judæa stabiliendam similiter occubuerunt : alter quidem gladio Herodis, alter vero lethifero ictu cujusdam fullonis lapidibusque Judæorum velociter obrutus. Joannes nihilominus suorum condiscipulorum Christo charissimus, fluenta sophiæ ab herili pectore hausta Asiæ propinavit, Christique Christianitatem sponsam ibidem honestissime constituit. Philippus sic etiam nihilominus cœlestem docens vitam, hoc est Christianitatem, claustra ejusdem

religionis potissimum Illicinæ fixit (540). Itaque A non voluptates carnis, nec deliciæ, neque hujus sæculi divitiæ, nec honores plantaverunt Christianitatem per orbem, sed tristes mortes apostolorum eorumque doctrinis obtemperantium : primum tamen salutiferam, et Christi semper multiplicantis genimina totius sacrosanctæ religionis a suo nomine ubique regnorum sole clarius effulgentis.

Beatissimi quoque principes apostolorum, Petrus et Paulus, incipientes a Judæa Christum prædicare, Christianitatem quoque plantare cum multis tribulationibus per diversas urbes, earumque regiones, Romam tandem pervenerunt, ubi et caput orbis erat, et primates mundi manebant, ac proinde omnium conventus nationum illic confluebat. Attendite, fratres, Romam ubi consistebat Nero B imperator duntaxat subterioris mundi (alter enim est superior et sidereus), necnon et Simon Magus infinitæ peritus malitiæ : illuc convenerunt apostoli principes a Deo constituti super omnem terram, quatenus scilicet diabolo et membris ejus, Neroni et Simoni auferrent principatum mundi, ac regi superno, cui jure debetur, restituerent : quod quidem ita, gratias Deo, factum est. Siquidem tantam tamque spatiosam ibidem cœlestes legati plantaverunt Christianitatem, ut eadem totum pene repleret mundum, quin etiam omne in eo collideret idolum. Hoc tamen opus divinæ religionis omni laude dignissimum pollere et crescere intuens, ac indolens hostis antiquus possessor Neronis, Magique Simonis, suasit eis qui erant titiones Erebi, C occidere legatos Christi, qui erant arbores paradisi ; pro eo quod ipsi verbis atque miraculis Christum, ejusque cultum totis viribus satagebant plantare : econtra vero Simon et Nero explantare certatim contendebant quantum valebant. Talis nimirum labor ædificandi bonum, illudque evellendi ardebat inter athletas Dei et stipulas averni. Verum ne diuturnitatem pateretur hujusmodi certamen, quatenus Nero Simonem Magum crederet esse Deum, immundis spiritibus se vehentibus cœpit idem volare ; Paulus orare, Petrus Satanæ imperare, Magum volantem præcipitare ; cujus itaque perditi ob ultionem cives Dei Nero reddidit astris, Petrum videlicet cruce, Paulum vero capitis amissione.

Sic igitur pretiosis mortibus apostolorum, san- D ctorumque cunctorum, præcipue martyrum diversis interitionibus plantata est Christianitas et stabilita, et fundamento ejus Christo per orbem incrementata. Beatorum quoque confessorum sanis tam exemplis, quam dogmatibus est deinceps illuminata. Deinde Christianitatis monasteria et claustra pii reges, eorumque religiosi proceres ubique fundaverunt, suisque rebus cum donis ditaverunt. Quin etiam principes, qui erant inclyti urbium possessores, dimiserunt eas, Christique aulas in eisdem urbibus condiderunt, statuentes ibidem episcoporum cathedras, quibus corda et animæ fidelium credentium indesinenter in Deo firmarentur. Se quoque, suaque omnia, villas scilicet et fiscos tam his sedibus, quam monasteriis tradiderunt, satisque adjecerunt ibidem die ac nocte Christo servientibus tam canonicis quam monachis. Siquidem pro certo sciebant ipsi primates nullo melius alio modo dies constare, ac fine tenus mundi perseverare stabilitam cœlitus Christianitatem.

Ergo hanc religionem tam Deo charam, tamque humanis animabus salubrem, proh dolor ! quotidie dissipant illi qui nunc sunt principes mundi ; reges videlicet, comites, vicecomites, consules, proconsules, eorumque vicarii, vassi dominici, horum satellites, omnesque mali judices. Auferunt namque perversa calliditate urbalibus ecclesiis, necnon monasticis, res, et villas, quibus debent episcopi, monachi et canonici vivere. Diversis plane dolis et fraudibus prædicti invasores ecclesiæ destruunt præsidia Christianitatis, hoc est, sedes episcopales et monasteria, prædis scilicet, rapinis, precariis falsidicis, manufirmitatibus iniquis. Habentes enim eas, inscriptum contemnunt reddere censum. Sic autem res Christi transferunt sibi in prædium et allodium possessores sacrilegi : interdum vero violenter easdem res ecclesiæ diripiunt, sibique illicite possident. Quamobrem multa jam scimus et videmus monasteria a clericis derelicta propter res quippe unde vivere deberent illis ablatas. Ergo quidnam sunt aliud tales sacrilegi, prædones, violenti raptores, nisi titiones inferni, et escæ diaboli et explantatores paradisi, qui est Ecclesia Christi ? Prorsus nullum alium comedunt cibum diaboli in inferno, nisi animas eorum, qui res ecclesiarum Dei devorant, depopulantes, vel injuste possidentes. Certe animas eorum omnibus horis post terminum præsentis vitæ devorant dæmones, et devorabunt in æternum. Væ vobis, prædones, raptores ecclesiarum et pauperum earum ! Revera quotidie veniunt illi pauperes ad tumulos sanctorum, clamantes se occidi a prædonibus fame et nuditate. Sed quid erit illis talia facientibus mala ecclesiis, earumque ministris Dei, atque vernaculis ? Vera et perpetua pœna. Deinde quidnam proveniet ministris Dei, eorumque pauperibus famulis hujusmodi mala innumera patientibus ? Vere æterna gloria si tamen patienter tolerant adversa.

Ergo, fratres, qui veri estis Christiani, nolite pseudochristianos timere graviter vos quotidie opprimentes. Nempe si illi vos devastant, Deus et Dominus noster Jesus Christus, cujus nomen habetis, ipse vos honorat, suisque facultatibus quotidie ditat, ut non tam ab hostibus efficiamini pauperes, quam ab ipso Deo divites. Sic nempe nos hortatur Scriptura : « Timentibus Deum nunquam deficient bona (*Psalm.* XXXIII, 11). » Et rursus inquit Propheta : « Nunquam vidi justum derelictum

(540) *Illicinæ fixit*. Num aliqua sit hujus nominis urbs aut regio alii viderint, equidem nullam novi, et suspicor non emendatiorem hic esse quam in iis quæ sequuntur, codicem quo Acherius usus est.

nec semen ejus quærens panem (*Psalm.* xxxvi, 25). » Et : « Spera in Domino, et fac bonitatem, et pasceris in divitiis ejus (*Psal.* xxxvi, 3). Scitote igitur, fratres, quia nullam rem ita se nunquam diligere Deus ostendit, quomodo Christianitatem. Etenim ipsam appellat in Scripturis suam civitatem, in qua sibi complacet continuo habitare. De qua civitate sic ait Propheta : « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei (*Psalm.* LXXXVI, 3). » Plane hæc eadem civitas, id est Christianitas, vocatur sponsa Agni, hoc est Filii Dei. Unde profecto testimonium perhibet beatus Joannes in Apocalypsi, dicens : « Locutus est ad me unus ex septem angelis dicens : Veni, ostendam tibi novam nuptam sponsam Agni (*Apoc.* xxi, 9). Gaudeat ergo omnis plebs Christiana, quia vocata est et facta est sponsa Agni, hoc est Fili Dei. Cœlestis nihilominus Jerusalem nuncupatur Christianitas, probante eodem Joanne in eadem Apocalypsi : « Vidi, inquit, Jerusalem descendentem de cœlo, ornatam auro mundo, et lapidibus pretiosis intextam (*Ibid.* 10). »

Lætetur itaque omnis Christianitas per universum orbem dilatata, pro eo quod meruit vocari sponsa Christi et civitas Dei, quam de cœlo descendentem asserit Apocalypsis evangelistæ. Revera quidquid de terra cœpit, terrenum est; omne autem terrenum transitorium est, id vero quod transitorium est vile est. Igitur Christianitas quæ est Dei civitas, quæ est sedes Dei, unde legitur, « Deus sedet super sedem sanctam suam (*Psalm.* XLVI, 9), » non cœpit de terra, sed de cœlo descendit in suo gloriosissimo auctore Christo : quapropter Christianum nomen non est terrenum, catholica religio non est transitoria, sed perpetua : nec vilis est, sed charissima Christo tanquam sua caro, tanquam sua anima, quam morti tradidit pro christianitate quæ est thronus ejus, ecclesia ejus templum ejus est : « Templum, inquit Apostolus, sanctum est quod estis vos (*I Cor.* III, 17) » Christiani. Ostium autem et janua et porta hujus civitatis et templi est Christus Dominus et Deus noster. Huic etiam puto Jacob patriarcham dixisse : « Vere locus iste sanctus est, et nihil aliud est, nisi domus Dei (*Gen.* XXVIII, 16), » quæ est Christianitas, et « porta cœli, » quæ est Christus. Sic ipse approbans : « Ego, inquit, sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur (*Joan.* x, 9). »

Ergo, fratres, certemus cunctis nisibus, celsis quoque desideriis, denique orando sine intermissione, uti docemur apostolica voce quatenus immensa Dei miseratione digni mereamur fieri magis ac magis intrare per illud ostium, ac quotidie idonei cooperatores existere civitatis Christi, et crescere in ista valle lacrymarum de virtute in virtutem, donec videamus Deum deorum in cœlesti Sion. Jam siquidem in illa congratulatur suo auctori Christo, suoque congaudet fundamento maxima pars Christianitatis, summi scilicet apostoli, sanctique martyres, venerandi confessores, sacratæ virgines ; semper orantes, qui sumus ejusdem religionis reliqua species, et adhuc terreni mole

A corporis vexamur et gravamur, illis sociemur charitate indesinenti, contemplatione perenni, lætitia inenarrabili.

Qua de re, fratres, sicut portamus nomen Christi, nomenque civium jam cœlestium, ita oremus, ut sectemur et imitemur sacra eorum vestigia et exempla, quatenus et nomine et vita dignemur eorum collegio. Enimvero omnem terram in qua exivit sonus eorum ; omnes quoque partes orbis ad quas pervenerunt verba eorum (*Psalm.* XVIII), comprehendit et complectitur nostra fraternitas, quæ est Dei civitas et Christianitas Christum habens fundamentum. Tali quippe modo existimus omnes Christiani fratres ; ubique regnorum degentes, cœlestis quoque Jerusalem sumus conci-
B ves ; e quibus nimirum jam plurimi spiritualiter ultra sidera possident aulas diverso meritorum nitore coruscas, reliqui vero adhuc lutea in carne manentes, terrea quoque inhabitant cœnobia. Omnia autem hæc agmina tam in superis exsultantia, quam in imis peregrinantia, sunt civitas Dei, quam Johannes vidit evangelista descendentem de cœlo orbatam et omni decore compositam. Pro hujusmodi omnino civitatis prosperitate oramus quotidie psallentes : « Salvum fac populum tuum, Domine, » id est, universam Christianitatem, « et benedic hæreditati tuæ ; » scilicet eidem Christianitati, « et rege eos, » Christianos, « et exalta eos in æternum (*Psalm.* XXVII, 9). » Hæc procul dubio Christianitas est, Ecclesia Dei sancta
C Catholica, id est universalis et recta, in toto orbe terrarum diffusa. Hæc est domus Dei, et templum Domini, et sacrarium Spiritus sancti.

Porro hæc est illa vinea, in quam introduxit nos Dominus suam operari voluntatem. Operariis autem unum promisit denarium, utpote unam vitam æternam. Ista quippe est illa domus, et civitas Dei, de qua per Prophetam enituerunt Spiritus sancti hæccine verba : « Nisi Dominus ædificaverit domum, et custodierit civitatem, id est Christianitatem, « in vanum laborant et vigilant (*Psalm.* CXXVI, 1), » qui volunt ædificare et custodire illam. De qua prorsus civitate, hoc est de Christianitate, prælibatus testatur Evangelista : « Vidi civitatem sanctam Jerusalem novam a Deo paratam. Et audivi vocem de throno dicentem : Ecce tabernaculum Dei cum
D hominibus, et habitabit cum eis (*Apoc.* XXI, 2).

Istam profecto civitatem Dei quotidie certant penitus destruere hujus sæculi amatores injusti et sacrilegi, prædando, omnibusque flagellis affligendo. Quidnam sunt isti rapaces lupi , qui sine cessatione persequentes devorant et depannant Christianitatem ? In orientis mundi partibus, et australibus Idumæi et Ismaelitæ, Moabitæ, et Agareni, Ammonitæ, et Amalecitæ, simulque illis pejores pseudochristiani. In climate vero septentrionali et occidentali gens Normannica, pariterque Danica, sed et impiissima Tungrorum natio ; necnon crudeliores his omnibus gentibus nostri qui sunt falso nomine Christiani, non cessant omnibus horis plebem Christi

occidere fame et frigore, scilicet manducando escas, et bibendo vestes pauperum. Curnam id agunt? Quoniam amplius sunt mundi amici quam Dei, magis amant arva quam sidera, potius diligunt equos canesque suos, quam sanguine Christi pauperes emptos.

Hujusmodi plane prædones et rapaces propria sponte destruunt Christianitatem et deserunt, contemnentes habitare divini imperatoris civitatem, et propterea minus fiunt cives et domestici Dei, sed diaboli et titiones inferni. Itaque, o Ecclesia Dei! o civitas Dei, patienter hos fer lupos, devorantes vos Christi agnos. Siquidem hoc malum quod vobis æstimant nostri facere adversarii, multo magis sibi illud ingerunt. Nemo enim alteri prius quam sibi nocere potest. De quibus lupis compatiens vobis, sic inquit Dominus per Prophetam: « Omnes qui operantur iniquitatem, sic devorant plebem, ut cibum panis (*Psal.* LII, 5). » Unde et pius idem pastor noster Christus Dominus benigna consolatione nos confortat dicens: « Noli metuere, pusillus grex, quia complacuit Patri nostro dare vobis regnum (*Luc.* XII, 32). » Ergo, fratres, unanimiter simus patientes ad omnes tam hospites quam hostes. Nam vir habens patientiam omnia superare vitia potest facile, agia teste Scriptura. Sic revera civitatem Dei quæ est in nobis, hoc est Christianitatem cruore nostri Redemptoris fundatam valebimus omni tempore excolere, sacrisque excubiis custodire, piisque moribus ornare, auxiliante nobis eodem Domino nostro Jesu Christo, qui est principium et finis omnium, cum Patre et Spiritu sancto regnans per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANNO DOMINI DCCCCXXIII

# DADO
# EPISCOPUS VIRDUNENSIS

## NOTITIA HISTORICA.

(Ex Gallia Christiana, tom XIV vet. edit.)

Nepos discipulusque Berhardi Dado, dictus in vita Joannis Gorziæ abbatis, cui fuit familiaris, vir *summi ingenii et famosissimæ sanctitatis*, abbas et ipse sancti Vitoni, episcopali dignitate insignitus est Ludovici Germaniæ regis favore anno 881. Cujus electionem Bertolfus Trevirensis archipræsul, etsi litteris Joannis papæ VIII rogatus, ut probaret non potuit adduci. Verumtamen Dado absque ejus consensu ordinatus fuit, summaque prudentia diu administravit tum abbatiam sancti Vitoni, quam retinuerat, tum Virdunensem ecclesiam, cui amplissimas comparavit possessiones. Cum Ratbodo archiepiscopo Trevirensi et aliis episcopis comprovincialibus astitit conciliis Moguntino et Metensi anno 888. Tradit Wasburgius ab ipso conditum fuisse poema elegiacis versibus, lapsus temporis deletum, suo atque decessorum suorum tempore de illatis Virdunensi ecclesiæ calamitatibus, et præsertim in irruptione a Nortmannis in Lotharingiam facta anno 889, qua crematæ sunt civitates Tullensis et Virdunensis; plurimi etiam presbyteri ac clerici tam majoris ædis quam sancti Vitoni trucidati. Idem esse videtur cum Dadone Virdunensi episcopo, cui Remigius monachus Antissiodorensis epistolam scripsit circa annum 890. Alia quidem est ad eum epistola Salomonis episcopi Constantiensis. Attonis et Berhardi antecessorum epitomen Vitæ composuit anno 893, in qua collata ab illis ecclesiæ bona, et abbatiam Montis Falconis, ex dono Harnulphi regis perpetuo habendam recenset. Partitionem bonorum Virdunensis ecclesiæ inter se et capitulum fecit parendi gratia canoni decimo tertio concilii Triburensis cui adfuerat anno 895. Rasbodo Trevirensi direxit epistolam postulans ut Arduinum presbyterum ecclesiæ Virdunensis in parochiam seu diœcesim Trevirensem admitteret, anno 906. Diplomati Caroli Simplicis abbatiam Suestrensem Prumiensi monasterio adjudicantis subscripsit anno 916, 19 Januarii. Ob studium in Germaniæ reges fuit exosus eidem regi Carolo atque Bosoni Guntranno, qui Zuenteboldi regis cædem ei imputabat. Nec multo post idem Boso, contractis copiis, terras episcopatus vastare cœpit, stragem ubique deferens. Tantum ab hostibus Dado ut se præstaret, milites Virdunum accivit: sed obstare nequivit quominus cathedralis maximaque pars oppidi insidiose exureretur ad annum 917. Quo incendio absumpta fuere Verdunensis ecclesiæ monumenta, libri et memoriæ episcoporum. Ne autem hæc penitus oblivioni traderentur, brevem historiam episcoporum contexuit Bertarius presbyter Virdunensis, quam Dadoni nuncupavit an. 36 episcopatus. Cum Uncrimno monacho S. Michaelis ad Mosam, quamdam permutationem de duobus pratis in Rohedicurte sitis iniit ad castellum sub die VIII Kal. Decembris, anno 8, regnante Carolo rege in regno Lotharii, id est anno 919. Gauzelini Tullensis episcopi consecrationi astitisse dicitur anno 922: præsens quoque fuit circa idem tempus electioni Libonis episcopi Lausanensis, ex charta ubi vocatur Tato. Vivere desiit an. 923 ex Hugone Flaviniacensi et Flodoardo, humatusque est in basilica Sancti Vitoni.

# DADONIS
## DE VITA HATTONIS ET BERHARDI
### PRÆDECESSORUM SUORUM
# FRAGMENTUM HISTORICUM.

(Apud D. Calmet., Historia Lotharingiæ, tom. I, *prob.* pag. 540,)

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi octingentesimo nonagesimo tertio, regnante vero domino Arnulpho gloriosissimo rege anno quinto, nostræ autem ordinationis decimo tertio, indictione nona, ego DADO, Virdunensis Ecclesiæ episcopus, cœpi tractare in animo meo varios præsentis sæculi casus, et priorum pontificum facta ad memoriam reducere et eorum a nostræ Ecclesiæ fidelibus sedulo ac salubriter investigare. Idcirco etenim facta orthodoxorum præsulum litteris adnotavi, ut eorum memoria sit nobiscum æterna quorum nomina in cœlo credimus æternaliter esse scripta.

Dominus igitur Hatto, antecessor noster, fuit temporibus Lotharii imperatoris, et item Lotharii filii ejus, et pervenit usque ad annum primum Caroli regis. Qui pontifex venerandus multa memoria digna contulit Ecclesiæ ; de quibus pauca stylo commendare commodum duximus. Obtinuit namque apud regem Lotharium res per multa loca jacentes, id est in comitatu Virdunensi, Albere-villam, etc. Idem etiam venerabilis episcopus istam novam basilicam inchoavit; sed a successore ejus, avunculo videlicet nostro domino Berhardo episcopo honorifice perfecta est. Qui etiam temporibus Caroli regimen istius Ecclesiæ suscepit, et usque ad tempus Ludovici Hermanici regis eam feliciter gubernavit. Nam (ut pauca de felicibus ejus actibus ad memoriam reducamus) iste inclytus pastor, dominus Berhardus, avunculus videlicet noster, in ecclesiasticis disciplinis ultra quam credi vel fieri possit, ferventissimus exstitit, et episcopale ministerium, A et religiosam vitam admodum diligens, quamplurima isti ecclesiæ contulit, quæ nunc zelo ejus æternaliter testimonium perhibent. Dedit et cætera.

In basilica etiam sancti Petri et sancti Vitoni posuit canonicos octo, et dedit illis res quæ ad ipsam ecclesiam pertinent, sicut eas tunc in suo dominatu habebat ; decimam quoque arietum, qui ad nostrum opus ex brasensi centena congruis temporibus accipiuntur. Dedit etiam ad ipsum altare unum sacerdotale vestimentum auro ornatum, platenam scilicet, id est ex dirotano, cum guttis, etc. Pallium quoque unum super ipsius sancti patroni posuit glebam, etc. Nos etiam, qui divina dispositione ejus successor et ipse domini Lodoici regis post avunculum nostrum istam ecclesiam gu- B bernandam suscepimus, et post mortem ejusdem dominum Carolum fratrem ipsius imperatorem suscepimus, et usque ad tempus domini Arnulphi gloriosissimi regis, nepotis scilicet eorum, jam pervenimus, quidquid mihi commissæ ecclesiæ in rebus et familiis, in omnibus ornamentis ecclesiasticis (Domino adjuvante) addere potui, huic operi addere saluberrimum duxi. Dedit, etc. Hæc omnia solemni more supradictæ ecclesiæ dominus Carolus imperator delegavit, atque ad habendum perenniter concessit. Arnulphus quoque gloriosissimus rex dedit in proprium per auctoritatis suæ præceptum supradictæ ecclesiæ abbatiam, quæ vocatur Montisfalconis, quæ est in honore sancti Germani constructa, et in comitatu Dolmensi est sita, cum omnibus et sibi pertinentibus, etc.

ANNO DOMINI DCCCCXXVII.

# AGIO
## ARCHIEPISCOPUS NARBONENSIS.
### NOTITIA HISTORICA

(Ex Gallia Christiana, tom. VI, pag. 25.)

Post cædem Arnusti, clerus et populus Narbonensis congregati, ut viderent quo pacto eam ulciscerentur, aliumque archiepiscopum eligerent, optime factum putarunt, si vicinum suum Rostagnum ar-

scopum Arelatensem ad consilium vocarent. A
tham profectus, ante diem electioni præfixam,
iquam episcopi Narbonensis provinciæ con-
ent in unum, una cum Amelio Ucceticensi
po ad illam metropolitanam evexit sedem
tum, Amelii nepotem. qui Hugoni filio Berthæ
itricis et Ecclesiæ Romanæ dispositricis, »
Saxius, « a sacerdote erat, » hoc est ab elee-
nis. Sic igitur transgressus in partes Rosta-
Narbonam se contulit, ut Agium Vabrensem
em,qui ab episcopis suffraganeis legitimo in-
ordine congregatis electus fuerat, pelleret,
Gerardum substitueret. Quin etiam Saxius
Joannem X papam litteras ad eumdem Ros-
m direxisse pro Agii exauctoratione ; sed e
ι Catellus refert epistolam ejusdem Joannis
icis a Sammarthanis editam in Gallia Chri-
quadripartita, quam et nos recudimus, ex
ıanifeste liquet Gerardum Romam profectum
amo pontifici electionem suam probaret, re-
n passum fuisse, indeque reversum, pontifi-
simulatis epistolis Narbonensem armata ma-
piscopatum devastassse, Agiumque insidiis
e ne Romam peteret sedem. Quibus auditis
ıus pontifex Narbonensis provinciæ episcopis
at, ut Gerardum pro episcopo non habeant,
i vero,ut petierant,pallium mittit circa annum
leque tamen sic conquievit Gerardus, sem-
ıim pro archiepiscopo se gerens, ab eodem
ice excommunicatus est aliquanto post, ut
nus ex ejusdem epistola ad archiepiscopos
ınensem et Lugdunensem apud Catellum,
omitum Tolos. pag. 83 et seq. Interea cum
unensi et Vesontionensi archiepiscopis adfuit
an. 915, Cabilonensi concilio apud sanctum
ıllum celebrato. Hanc brevem epistolam scrip-
no circiter 922, ad Agambertum et Elefonsum
ɔpos, vulgatum a Catello lib. Hist. comitum
., et a Baluzio sic emendatam ex fide veteris
plaris :

Venerabili Agamberto, necnon et Elefonso
ɔpis, Agio Narbonensis sedis episcopus, mul-
las orationes.

udivimus quod vos curtim pergere his diebus
is, idcirco ad deprecandum comites nostros
perreximus Ermengaudum (540*) et Raimundum
quatenus vos deprecaremur, ut præceptum apud
regem impetrare nobis non dedignemini : ita et
nos precamur, et supplicamus, ut relatum quod
superius scriptum est, sic apud regem impetrare
vos non pigeat. Bene valete. »

Prospere cessit hæc epistola, optatum enim præ-
ceptum Caroli datum fuit eodem anno, trigesimo
scilicet regnante domino Carolo, VII Idus Julii, in-
dictione 10, « in villa Turnis, » apud Catellum in
commentariis Occitaniæ, pag. 776, quod explicat
de civitate Turonensi. Verum in authentico diserte
scriptum est « in villa Ternis, » uti nos admonet
Baluzius, lib. IV Mariæ Hispan., pag. 375, qui et
hunc locum fuisse in Belgica secunda scribit. Et
quidem *Turnus* Mabillonio in Supplem. Diplom.,
pag. 49, videtur esse villa pagi Rhemensis prope
Axonam. Cæterum in hoc præcepto, nulla quidem
est prædictorum episcoporum memoria, sed so- B
lius Wigonis Gerundensis, quem forte ipsi tan-
quam majori pollentem auctoritate mediatorem
adhibuerant, vel etiam ipsemet Agio patronum
accersierat. Vide Mabillonium ad annum 922, num.
51. Elefonsus vero, cujus in Agionis epistola men-
tio, idem est qui in præcepto Caroli Simplicis,
apud Catellum pag. 777, vocatur « episcopus Eri-
fons habitans Narbonam ; » quæ verba quibus-
dam persuaserunt illum fuisse archiepiscopum
Narbonensem, quod verum non est, sed inter præ-
sules Vendascenses seu Carpentoracenses annume-
ratur a Baluzio.

Anno 924, seu 27, regni Caroli Simplicis in Aqui-
tania 17 Decembris, Agionis archiepiscopi consen-
su, Odo vicecomes et uxor ejus Richildis alodium
circa Sallelas Alfonso abbati Montis-Olivi tradide-
runt. Memoratur Agio in charta donationis eccle-
siæ Narbonensi factæ a quodam Teuderico et spon-
sa ipsius conjuge, de omnibus quæ habebant in
C villa Sejano in territorio Narbonensi, anno regni
Caroli 29, die 28 Septembris. In sequenti Gil-
drica femina eidem Agioni seu Aigoni se munifi-
cam præbuit, regnante Carolo anno 30, ex charta-
rio S. Pauli. Transiit haud multo post ad meliorem
vitam, exeunte scilicet anno 926, vel ineunte 927,
idem fortasse ac Aidagius archiepiscopus notatus
in Necrologio Crassensi v Idus Martii.

(540*) Hi sunt Ragemundus et Ermengaudus principes Gothiæ, quos Flodoardus ad annum 932 Radulfo
sese commississe tradit.

# HISTORIÆ ABBATIÆ VABRENSIS.

## *AUCTORE AGIONE*

(Histoire de Languedoc, tom. I, append., pag. 308.)

npore, quando ex partibus Europæ ab aquilonis D
ne diffusa gens Marchomanorum sævissima
ı barbarorum immanior, Galliamque introgres-
rtissimis ictibus sancta patiebatur Ecclesia, nam
ferente barbarorum vesaniam, erat non modica
latio, quia per omnes pene pagos juxta Gallicum
aum dispersæ sunt Ecclesiæ, urbesque depopu-
atque monasteria abjecta. Tanta namque fue-
bies persequentium, ut quos capere Christianos
ssent aut mucrone necarent, aut etiam quos
r necis innocentum invaserat, propter redem-
em servare nitebantur. Nonnulli equidem Chri-
stianorum torvissimam experti persecutionem, relin-
quentes prædia, et paternos abjicientes fundos,
partes Orientis se incolatus dedere. Multi denique
legerant magis cuspidibus occumbere quam incolu-
mes paternos linquere Lares. Alii nempe plures,
quorum in cordibus fides minime radices ceperat,
lavacrum sanctæ regenerationis negligentes, sed
paganorum latebrosas diligentes astutias, illorum se
fœderi et vitiis..... Erantque sæviores crudelioresque
barbaris, ut erant Christiani, prius indagare molie-
bantur eorum latibula, et utpote ipsorum gratia et
crudelitas apud barbaros roboraretur, truculentis

manibus proximorum gaudebant fundere cruorem. Reliqui namque veram præstolabantur pacem, nullatenus cognoscentes sua peccamina cum nullis divina exercuisset ultio ; quia priusquam accidisset hujus procella turbinis, alter alterius rodebat vitam, et dives egeno subdole quod possidebat auferre gestiebat. Ideo data est ei dira ac prolixa tribulatio ; tandiu enim vero perstiterat sævissima atque truculentissima Marcomanorum atrocitas, quatenus ecclesiæ quæ nobili fuerant constructione editæ, in eremum redigerentur, et summa cacumina parietis lucus densissimus cooperiret. Sed maxime vero juxta mare, tellus inculta manebat, accessusque hominum illo rarus inerat, nisi in tutissimis ac munitissimis castellis, quia sicuti supra taxavimus,incolæ et clade ingruente aut aliis regionibus transvexi sunt, aut qui remanserant pene omnes interfecti, aut videlicet barbaris sunt commisti. Cæteri qui evaserant in variis degebant præsidiis.

Erat igitur, eo tempore, monasterium in provincia Galliæ in Petracorio pago, nomine Palmatus, in quo jugiter deicolæ Christo famulabantur, nihil habentes proprium præter quod norma sancti Benedicti cedebat. Alia namque plurima erant monasteria in eadem provincia oppido ditiora, quæ jam fata ingruente peste, famis periculo multi monachorum sancti Benedicti normam negligere cœperunt, et contra illius ritum, proprium nisi sunt habere ; quos illi devitantes, nefas et illicitum censebant, dogmata Pauli prædicatoris egregii pectore recolentes : *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an persecutio, angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius?* (*Rom.* VIII, 35.) Dicebant enim et ipsi, quod nullo modo foret monachus, qui in terra proprium quæreret, nec scilicet propriam voluntatem, nisi tantumdem propria culpa et proprium locum. Pauperes equidem erant in rebus, sed divites in fide : quibus præerat abbas, Adalgasius nomine, veneranda canitie, moribus justis, alacer vultu, prosapia quidem nobili genitus, et ore eloquentissimus. Qui videns quod nullo modo illorum sævientium, propter præsentem necem... foret posse, cœpit lustrare seu bonus pastor regiones omnes, si forte inveniret ubi ab ore sævientium suas pauperculas servare quivisset oviculas ; quoniam quidem minime illi opportunum erat suo degere solo, in quo creberrimas miserabiles ex dilectis suis alumnis cerneret strages. Ventum est igitur ad aures eximii marchionis Regimundi, qui illo tempore monarchiæ Tolosæ fungebatur regendi negotio, quod venerabilis Adalgasius abbas, paganorum incursione, foret una cum clientibus proprio exulatus solo. Ille enim secum mente pertractans divinitus flante, salutiferum reperit consitium, uti viro Dei, cujus celeberrima per omnem provinciam roboat fama, ad degendum ex paternis fundis una cum discipulis suis ederet cœnobium; quatenus per illorum suffragia, sua necnon et parentum suorum abolirentur crimina. Denique concite ad præfatum abbatem mittere non desinens rogare jussus est, quatenus ad loquendum cum eo Tolosam ne pigeret accedere. Sed illo extemplo ad eum pergere nequiens, quoniam ab urbe Tolosa fere sexaginta millia aberat et pro re incerta meare ad eum nolens, duos ad eum direxit discipulos, rogitans uti per illos rem panderet pro quo tanta terrarum spatia adire jussus foret. Illi equidem concite properantes, jussus implevere Patris. Igitur jam fatus marchio cum reperisset quod venerabilis abbatis præsentia omnino placito, quod ei constituerat, minime esset adfutura, sed et monachos ei adfore cognosceret ab eo missos, providens ne ei causam rei notaret accessus ejus, imo ne esset agilis Tolosam omne pene quod facere vellet, et ut tamen quod ei et suis monachis inferre optaret, viri Dei missis propalare non omisit. Sed tempus et diem constituere mallens, quo venerabilis abbas Tolosam peragrare posset, metuens, ne ceu marchioni ex plurimis partibus oriri solent nimbosæ procellæ, sic inter nimium venerabilis Patris iter morosum, nascantur plurima adversa, ne permittant adimplere utile propositum. Ideo propinquum et opportunum placuit statuere placitum, ut exoneratus aliis rerum negotiis, cum eo ex amussim tractare quivisset de tantæ utilitatis ope. At illi auditis sermonibus profecti sunt ; cumque remeassent ad propria, cuncta ad reverendum Patrem retulerunt. Ille equidem cum didicisset a discipulis quæ a marchione fuerant delata, cunctipotentem Dominum consulens, profectus est Tolosam. Erat autem eo tempore eximius Helisachar in eadem urbe pontificali fungens ministerio, quem magnificus marchio, cum Adalgasii abbatis sciret adesse præsentiam, accersiri jussit, abbates de suo pago convenire fecit. Tunc abiit gloriosus marchio ad imperatorem Carolum ob utilitatem monasterii, illique cœnobium pia consideratione præventus, ne incommoda parentibus suis paterentur post ejus decessum, subpræstitis per chartam tradidit possidendum, a quo munitatæ percepit continentem.

*Charta Caroli Calvi pro abbatia Vabrensi.*

« In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Carolus, gratia Dei, rex Francorum et Longobardorum, ac patricius Romanorum.

« Maximum regni nostri in hoc augere credimus munimentum, si beneficia opportuna loca ecclesiarum benevola devotione concedimus ; hæc, Domino protegente, stabiliter perdurare conscribimus. Igitur notum sit omnibus episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, vicariis, centenariis, judicibus, ceu omnibus fidelibus præsentibus scilicet et futuris, qualiter vir venerabilis comes Raimundus, ex monasterio quod ipse novo opere jure proprietario a fundamento in honorem Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi, seu sanctæ semperque Virginis Mariæ, et sancti Dionysii præcellentissimi martyris, seu aliorum sanctorum ædificavit in loco nuncupante Vabro, in pago Curiense citra lympham Dordonis, ad nostram accessit clementiam, et

prædictum monasterium cum omnibus rebus et ornamentis ecclesiæ suæ, appenditiis vel adjacentiis suis, in manibus nostris, plenissima deliberatione, visus est delegasse ; et ipsum sanctum locum sub nostra defensione atque dominatione ad regendum nobis visus est tradidisse. Idcirco ad ejus petitionem talem pro æterna retributione beneficium ad ipsum sanctum locum visi fuimus indulsisse ; ut in ecclesiis, vel locis, vel agris, seu aliis possessionibus, ipsius monasterii, quas moderno tempore per nostram donationem ac confirmationem, seu cæterorum fidelium juste possidere videtur, in quibuslibet locis quidquid ibidem propter divinum amorem collatum fuit, quæque etiam deinceps in jure ipsius sancti loci aut per nos, aut per alios voluerit divina pietas augeri, præcipientes jubemus atque anathematizamus, ut nullus comes, nec episcopus, nec abbas, aut nullus judiciaria potestate præditus, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, nec homines istius monasterii tam ingenuos quamque servos, qui super terram memorati monasterii residere videntur, distringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occasiones perquirendas, aut ullum omnino censum inquirendum, ullo unquam tempore ingredi audeat vel exactare præsumat. Sed hoc ipse abbas, vel successores sui, aut monachi memorati loci, præsentes scilicet et futuri, propter nomen Domini, sub integræ immunitatis nomine, absque cujuslibet inquietate aut contrarietate valeant dominare, et nulli unquam homini pro qualicunque re, nullum omnino censum audeant impendere ; sed ipsum sanctum locum sub nostra defensione atque dominatione volumus constare. Statuentes ergo atque jubentes, ut neque vos, neque juniores seu successores vestri, vel quilibet ex judiciaria potestate, in ecclesiis, locis, vel agris, seu reliquis possessionibus suprascripti monasterii, vel de omnibus quæ supra scripta sunt, nunquam ullo tempore præsumatis. Sed quod propter nomen Domini, æterna remuneratione ad jam fatum monasterium indulsimus, perpetuis temporibus proficiat in augmentum. Et quandoquidem divina vocatione suprascriptus venerabilis Adalgisus abbas vel successores ejus de hac luce ad Dominum migraverint, qualem meliorem, et nobis per omnia fidelem ipsa sancta congregatio de supra scripto monasterio aut qualicunque loco voluerint eligere abbatem, qui ipsam sanctam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeat, per hanc nostram auctoritatem et præmissam indulgentiam habeant ; et ubicunque voluerint ordinari, aut ipsi aut monachi ipsorum, vel a quolibet pontifice ex præcepto et consensu nostro potestatem habeant, quatenus ipsis servis Dei, qui ibidem Deo famulari videntur, pro nobis ac conjuge proleque nostra, et stabilitate totius regni a Deo nobis commissi vel conservandi, hactenus Domini misericordiam exorare delectet. Signum Caroli regis. Adalguarius notarius scripsit ad vicem Gisseni.

« Data XIV Kal. Augusti, indictione 10, anno 21, regnante Carolo rege gloriosissimo. Actum Parisiis civitate, in Dei nomine feliciter. Amen. »

Hæc glorisissimus rex Carolus venerabili marchioni per præceptum contulit, sed et circumquaque utilia pecoribus, laboribusque apta per chartam imperialem ab eo loca suscepit. Honore autem magno ab imperatore donatus, scilicet argenti libras II, ad suum in pace rediit monasterium. Cognoscat, quisquis ille est, qui hanc cupit legere vel audire vitam cunctorum hoc caput esse cœnobiorum, non solum quæ Gothiæ in partibus constructa esse videntur, verum etiam et illorum quæ in aliis regionibus ea tempestate et deinceps, per hujus exempla ædificata atque de thesauris illius ditata, sicut in antea narratum est. Sedulo considerare libet quanta humilitate ac reverentia isdem metuendus sit locus, qui tot principibus videtur esse munitus; siquidem Dominus Christus Princeps est omnium principum, Rex regum, et Dominus dominantium ; beata vero Dei genitrix Maria cunctarum virginum creditur esse regina ; Michael cunctis præfertur agminibus angelorum ; Petrus et Andreas capita sunt apostolorum ; Stephanus protomartyr principatum tenet in choro testium. Martialis vero gemma refulget præsulum ; Benedictus cunctorum Pater est monachorum.

# APPENDIX.

*Charta Raymundi comitis Tolosani pro fundatione abbatiæ Vabrensis.*

Priscarum legum et imperatorum et consulum decrevit auctoritas, ut qualiscunque persona ex nobili ortus genere res suas in alieno jure transferre voluerit, tam in ecclesiis quam in aliis hominibus, per chartas, codicillos, et legitimas traditiones licentiam habeat faciendi. Quamobrem ego in Dei nomine Raymundus, divina annuente gratia comes et marchio, et uxor mea Berteyz pertractavimus casum humanis fragilitatis nostræ, metuentes diem extremum, ne subito improvisa mors adveniat, et suæ mortis laqueo tradat. Et ut nobis Dominus veniam donare dignetur, cedimus cessumque in perpetuum esse volumus res proprietatis nostræ, propter remedium animæ nostræ, et propter remedium animæ genitoris nostri Fulgualdi, et pro genitrice mea Senegundi, et pro germano meo Fredelone quondam, ut quorum fuit communis amor, sit et eleemosyna communis ; quæ sunt sita in pago Ruthenico, in vicaria quæ dicitur Curiense, villam cujus vocabulum est Vaber, cum

omni integritate, et Vedetio similiter, Biarcio similiter, A Nogaredo similiter; et in Tarnesca, in villa quæ dicitur Betianus, vineas nostras quas Leotgarius ibi construxit. Hæc enim quæ supra dicta sunt cum duabus capillis et mansis quatuor ibidem pertinentibus, Adalgiso abbati suisque monachis tradimus, cessumque in perpetuum esse volumus, ad monasterium construendum in honorem sancti Salvatoris et sanctæ Mariæ Dei genitricis, sive sancti Dionysii Dei omnipotentis præcellentissimi nostri martyris, ut unam dicto loco catervam congregent monachorum, qui secundum regulam sancti Benedicti ibi deserviant, hospites recipiant, pauperes recreent, et pro nobis fideliter orent. Et de mancipiis ad ipsum sanctum locum cedimus his nominibus: Trudinare et uxore sua cum infantibus eorum, excepto Franconi; Ariberto et uxore sua cum infantibus eorum; Elizabeth cum infantibus suis, excepto Eliano; Harfredo cum infantibus suis, excepto Ragranfredo; Ostreno et uxore B sua cum infantibus eorum; Eldrado cum uxore et infantibus eorum; Eliano cum infantibus suis; Lamberto et uxore sua cum infantibus eorum; Februo et uxore sua cum infantibus eorum; Stabile et uxore sua cum infantibus eorum; Ingibaldo et uxore sua cum infantibus eorum, excepto Raganfredono et Mudrico; Ingilsindono cum infantibus suis, excepto Vandalbergano, et illo clerico quem ingenuum dimisimus; uxorem Ebrado cum infantibus suis; Grimaldo et uxore sua cum infantibus eorum. Hæc enim omnia superius nominata cum casis, capellis, curtiferis, vineis, pratis, silvis, molendinis, et adjacentiis; loca rustica et suburbana, quæsitum et quod adinquirendum est, tradimus Domino omnipotenti et omnibus sanctis, sive Adalgiso abbati vel suis monachis, sive omnibus qui post eos ibi futuri sunt. Tradimus de nostra potestate, de meorum dominatione, eo modo, ut nullus rex vel aliqua potestate habeat li- C centiam ipsas res beneficiare, vel concambiare, sive condonare, nisi tantum et sub tuitione et immunitate regis perenniter consistat, et quandiu ego vixero, de ipso sancto loco tutor et defensor fiam. Post meum quoque discessum, Bernardum filium nostrum constituimus non dominatorem, non hæredem, sed defensorem, ut mea vice ipse sacrum locum defendat, et monachos nutriat, familiam defendat. Post hujus quoque decessum, si Fulgualdus filius noster superstes fuerit, simili modo ipsum locum ad bona facienda ei commendamus. Quod si Dominus permiserit ut Odo filius noster supersit, in ipsa tuitione et defensione eum relinquimus, et ipsi monachi in suo jure suaque dominatione consistent. Abbatem quem ipsi secundum regulam sancti Benedicti elegerint, cum prior defecerit, habeant. De repetitione dicimus, si nos ipsi immutata voluntate nostra, aut ullus de hæredibus nostris, aut aliquis homo iniqua voluntate testamentum anterius vel posterius quasi a me factum protulerit, quod nec feci, nec decrevi, nullum habeat effectum, et prolator, falsitatis reus, teneatur obnoxius; ut ille, qui eleemosynam nostram voluerit exstinguere, imprimis iram Dei omnipotentis incurrat, et cum Dathan et Abiron damnationem perpetuam acquirat, et in ultima resurrectione cum electis portionem non habeat, et cum Juda, qui sacrum corpus Domini vendidit, in perpetuum damnetur, et insuper quod conatur agere non vindicet. Et qui contra hanc cessionem ire aut ullam calumniam generare præsumpserit, quod petit non vindicet; et insuper cogente fisco componat auri libras triginta, argenti pondera centum; sed præsens ista cessio, omnique tempore inviolabilem obtineat firmitatem, stipulatione subnixa.

Facta cessione ista tertio Nonas Novembris, anno XXIII, regnante Carolo rege. Signum Raymundi comitis et marchionis, signum Berteyz uxoris ejus, qui cessionem istam fieri et affirmari rogaverunt. Signum Bernardi comitis filii eorum, S. Fulgualdi filii eorum, S. Odonis, Elizachar Rhutenensis episcopus subscripsi, S. Bergantz, S. Bergonis vicecomitis, S. Geraldi, S. Rustagno, S. Gislamar, S. Jorius Buca, S. item Geraldo, S. Tiodrico, S. Amardo, S. Brumali, S. Roberti, S. Hisloni, S. Geraldi, S. Rudgerio, Ermenricus levita scripsit.

---

ANNO DOMINI DCCCCXXVIII.

# CYPRIANUS

## CORDUBENSIS ECCLESIÆ ARCHIPRESBYTER.

## NOTITIA HISTORICA

( Apud Antonium Bibliotheca vetus Hispana, tom. I, page 469.)

1. Cyprianus, Cordubensis ecclesiæ archipresbyter, D poeta suo tempore nonnullius nominis, cujus aliqua exstantetiamnum germana, sive epigrammata, sive epitaphia, sive hymni, aliaque carmina in libris mss. aliqua eidem supponuntur ab eis qui, larvam antiquitatis sibi adaptantes, nihil magis quam fallere ac de historia ludere amant. Vir litteris et probitate magnus, ac mihi perfamiliaris, quem nuper appellavi, D. Joannes Lucas Cortesius Hispalensis, regius nunc Matritensis in causarum criminalium discasterio judex, codicem quemdam habet qui forte idem cum eo est qui olim fuit Michaelis Ruizii Azagræ, viditque Ambrosius Morales (540b), in quo Carmina hæc Cypriani leguntur tantum, sub hoc lemmate :

2. *Incipiunt epigrammata domini Cypriani Cordubensis sedis archipresbyteri* (540c).

I. *De bibliis sacris repositis a comite Adulpho Cordubæ in ecclesia S. Aciscli.*

II. *Item ejusdem ad petitionem Zoili filii sui in finem bibliothecæ, quam scripserat Saturnino archidiacono.*

III. Aliud epigramma sine titulo.

IV. Epigramma *ad comitem Guifredum, et illius conjugem Guisindam.*

(540b) Refert in notis ad lib. I *Memor.* SS. Eulogii in præfationis num. 6, et lib. XV, cap. 21.

(540c) In exemplari nostro ex codice Toletano ranscripto, aliquanto latius, scilicet: *Incipiunt epigrammata domini Cypriani Cordubensis archipresbyteri sedis, ad petitionem Adulphi edita.* Cardin. DE AGUIRRE.

V. *Item aliud ejusdem in flabellum ejusdem Guisindis comitissæ.* A

VI. *Epitaphium, quod idem in sepulcro domini Samsonis edidit metro heroico* Editum fuit ab Ambrosio Morali lib. xv Histor. Hisp., cap. 21.

VII. *Item epitaphium ab eodem editum super sepulcrum Hermildis famulæ Christi.*

VIII. *Item supertumulum sancti Joannis confessoris.* Unicum est distichon apud Moralem legendum (540d).

IX. *Hymni duo ejusdem in festivitate sanctæ Leocadiæ virginis et martyris, civis et patronæ urbis Toleti.* Hos tamen desiderari in suo isto codice Cortesius adjunxit (540e).

3. Hæc Cypriani carmina sunt (540f), quæ pro germanis ejus haberi debent, nisi producantur aliunde alia minime suspecta. Qualia sunt fere omnia, his exceptis, quæ in Martyrologio Hispano Joannis Tamaii, passim leguntur. Quorum elenchum hic damus, ex codice quodam ms. carmi- B num Auli Hali, et aliorum, quo fere omnibus utitur paginis, uti ait, desumptorum.

*Tomo III.*

Die Junii 3 carmen quoddam producit *De S. Isaaco monacho et mart. Cordub.* quod ex conjectura tantum, aut Cypriano, aut Alvaro tribuit, pag. 430.

XV. *In tumulo S. Benildis mart. Cordub.* pag. 533. *Blasii Toletani pontificis epitaphium*, pag. 533.

XXV. *Pro S. Gallicano Ovino, viro consulari, mart.*, pag. 604.

XXVI. *In SS. Joannem et Paulum martyres Hispanos*, pag. 620.

*Tomo IV.*

Die Julii 16, De *S. Sisenando M. Cordubensi*, pag. 144.

XX. *De S. Paulo diacono et martyre Cordubensi*, pag. 182.

XXV. *De S. Theodemiro abbate et mart. Cor- dub.*, pag. 254. C

Augusti 2. *De S. Flavio Rutilio mart., Africano*, pag. 340.

XXI. *Epitaphium* S. *Samsonis abbatis*, pag. 576. Hoc est illud germanum ab aliis laudatum sacri poetæ carmen, idcirco eximendum huic suspectorum notæ.

XXV. *Ad. S. Genesium M. Cordubensem*, p. 570.

*Tomo V.*

Die Septembris 3, *Pro S. Sandatio mart. Cordub.* pag. 39. *Pro SS. Habundo, Marco, et sociis martyribus Cordubensibus*, pag. 43, quod a se ait desumptum ex codice hymnorum SS. Cordubensium, non jam ex codice carminum Auli Hali et aliorum, uti diximus.

XV. *De SS. Emila et Hieremia mart. Cordub.*, pag. 190.

XVI. *De SS. Rogelio et Leovigildo mart. Cordub.*, pag. 204.

XVII. *In tumulo S. Columbæ virginis et mart. Cordub.*, pag 223.

XIX. *De S. Pomposa virg. et mart. Cordub.*, pag. 272.

XXVII. *Pro SS. Adulpho et Joanne fratribus mart. Cordub.*, pag. 342.

Octobris 14. *De Lupo et Aurelia ejus conjuge mart. Cordub.*, pag. 525.

XIX. *De S. Laur vidua et mart. Cordub.*, pag. 585.

*Tomo VI.*

Decembris 9, *Hymni duo in officio S. Leocadiæ antiquo Ecclesiæ Toletanæ* Cypriano tribuuntur pag. 430 (540g).

XX. *De S. Gregorio Illiberitano episcopo*, pag. 491.

XXI. *De S. Amasindo abbate.* pag. 524. Quod carmen seu epitaphium ex parte publicavit Ambrosius Morales in postremo folio tomi tertii.

4. Fatetur quidem Joannes Tamaius hebere se beneficio D. Martini de Ximena Jurado, ea omnia carmina, quæ habet codex quidam Toletanæ Ecclesiæ quem vidit Morales. « Et licet in illis (ait tomo III, *die Junii*, p. 534) hæc desiderentur elogia, in alio meo codice ms. Auli Hali inter aliorum epigrammata recensentur cum titulo superius scripto. Non enim in illo codice Toletano omnia Cypriani carmina inseruntur, sed tantum octo epigrammata diversis scripta successibus, cum tamen alia plurima scripserit, ut ex hujus operis tabulis suis locis manifeste constabit. » At cum probare hoc esset ei opus, adjungit, ut patet ex relatione Juliani archipresbyteri Toletani (idonei scilicet in causa testis) qui dicto num. 284. (*Adversariorum*) recenset hunc Cordubensem Cyprianum scripsisse hymnum, qui incipit : *Lætare Toletum.* Et hic haudquaquam in Toletano codice reperitur.

5. Putabam egere testibus probatissimis Julianum ut sua illi fidos constaret, potius quam sufficere ejus testimonium, ut de re aliqua nonnullam fidem faceret. Sed conferentibus duo germana, quæ jam edita sunt, Cypriani carmina cum cæteris de Tamaii penu depromptis, non ægre apparebit, prædicta duo quæ subjicimus, temporis sui et auctoris lineamenta prodere ; Tamaianis vero illis omnibus novitatis impressas durare notas.

*Epitaphium quod idem* (Cyprianus) *in sepulcro domini Samsonis edidit metro heroico.*

Quis, quantusve fuit Samson, clarissimus abba,
(540h) Cujus in una manent hac sacra membra sub aula.

(540d) In notis ad lib. *Memor.* S. Eulogi præfationis, num. 6.

(540e) Exstant hæc eodemque ordine ac sub D iisdem titulis in Toletano Ruizii Azagræ codice, e quo Florezius in T. XI, pag. 24, ea transtulisse videtur. Desunt itidem, ut apud nostrum *Hymni duo in festo sanctæ Leocadiæ V. et M. civis et patronæ urbis Toleti* In alio tamen ejusdem ecclesiæ Toletanæ codice Gothico post modo recensitos Cypriani versus, habentur continuo alii, quasi ad eumdem pertineant, sub his titulis : *Epitavium Paulæ : Titulum sepulcri;* ejusdem *Exameter :*

Scipio quam genuit Paule fuere parentes,
Gracchorum soboles, Agamennonis inclita proles,
Hoc jacet in tumulo Paulam dixere priores,
Eustocio genetrix Romani primas senatus,
Pauperiem Christi et Berthlemitica rura secuta est.

Item : *In foribus speluncæ.* Inc. *Respicis angustum*, etc. Insuper : *Item alius.* Inc. *Verbis crede meis*, etc., atque alii, incertum an ad Cyprianum referendi.

(540f) Omia; apud nos servantur ex codici Toletano (licet ob exscriptoris inscitiam aliquibus mendis deformia) præter hymnos, quorum in exemplari nostro nulla mentio. Card. DE AGUIRRE.

(540g) Fuerit hi fortassis bini illi *In festivitate sanctæ Leocadiæ* hymni, quot paulo ante in Toletano Ruizii Azagræ codice deesse diximus : an potius a Joanne Tamaio ex asse conficti? En utriusque gustum :

*Ad Matutinum.*

Lætare Toletum
In hoc sacro festo
Cui totum lætum
Precibus adesto, etc.

*Ad Vesperas.*

In festo Leocadiæ
Quod celebratur hodie
Hymnum canamus
Regi cœlestis curiæ, etc.

(540h) In nostro exemplari aliter : *Cujus in urna manent at sacra membra in aula.* Card. DE AGUIRRE.

Personat Hesperias illius famine (541) fota.
Flecte Deum precibus, lector, nunc flecte, peroro,
Æthera uti culpis valeat (542) conscendere tersis.
Discessit longe notus, plenusque dierum :
Sextilis namque mensis die vicesima prima,
Sexti namque mensis primo et vicesimo sole.
Æra CMXXVIII.

(513) *Item super tumulum sancti Joannis confessoris.*

Carceres, et dira Joannes ferrea vincla
Christi amore tulit. Hac functus in aula quiescit.

6. Proprium in his duobus unius hominis ejusque ævi sermonem agnoscis. *Aula* utrobique pro sepulcro, sive sacra æde, in qua sepulcrum. *Functus* in posteriore horum carminum pro defuncto. Alvarus enim coœvus ita verbum usurpat (*in epistol. ad Joann. Hispal.*), *aut functum telluri reddam humandum*. Adamussim ergo reliqua examinare oportet Cypriano falso tributa. Quæ quidem, sive de martyribus Cordubensibus captivitatis tempore concepta sunt, sive de aliis quorum vere Hispanorum in obscuro gesta remansere, sive de aliis tandem quorum natales ad Hispaniam non jure refert grex ille historicorum, quos toties evertimus : ab omni veritatis via sunt, ut cum Lucretio loquar, *sejuncta seque gregata*. Nullum eorum carminum, si laudata demas Cordubensium sub Mahometanis martyrium elogia, confirmandis germanis olim cognitorum, et nunquam non a nobis susceptorum martyrum, sive alias sanctorum, quorum notitia clara est et constans, actibus formatum offendes ; sed illis tantum quæ intrusit nobis præpostera, imo damnanda prorsus ficulnei Toletani ars per emissarios suos Dextrum, sequacesque, Dextri suffulciendis commentis. Quæ certissima nota est suppositionis, omnibus his profundissime inhærens auctoribus, quia ea ex officina, et quacunque alia ad ejus imitationem et exemplum deinde adaperta prosiluere. Quasi præviderint inventores et talium mercium propolæ, clara alias gesta nullis egere testimoniorum, ut ita dixerim subtructionibus ; illa tantum egere, quæ finguntur.

7. Necnon et in martyrum Cordubensium celebrandis agonibus id fuit Pseudo Cypriani consilium, ut S. Eulogii verissimam narrationem, aliis ipse, sed falsis eventibus, locupletare videretur. Exempli causa, Eulogius de Benilde martyre pauca hæc dixerat (lib. III *Memor.*, cap. 9) : « Denique hos (Anastasium et socios martyres, de quibus paulo prius) sequens Benildis, femina ætate jam provecta, et, ut ferunt, non medie [*pro* mediocriter] timorata, sub professione cæterorum occubuit XVII Kalendas Julii, æra qua supra (DCCCXCI) quorum cadavera post aliquot dies ingenti concremata incendio, ad ultimum fluvii projecta dispersa sunt. » Obscura hæc et pauca Pseudo-Cypriano sorduere. Deo i itur plenus, sed illo deo qui furorem insanum, non autem sanam inspirat poesin : rudere illi potius quam canere de Benilde carmen illud placuit, quod martyrologus noster Junii die 15 protulit. En primum distichon, ut ex ungue leonem discas :

Corduba me genuit nascens, me Corduba vivens
Edocuit Christi dogmata sacra, fidem.

Affirmare ausim nullam prorsus vel afflictissimæ Latinitatis licentiam admittere potuisse ut *nascens* pro *nascentem*, *vivens* pro *viventem*, usurparet : hoc tamen, quod ruditatem omnem et imperitiam grammaticæ artis ex æquo provocat, in Martyrologi grammatica peregrimum non est.

8. Alterum exemplum. S. Eulogius de Sisenando martyre Cordubensi agens ex Pacensi oppido eum ortum dixerat (lib. II. cap. 5). Quod non inique de

A Pace-Julia Lusitaniæ urbe interpretantur saniores (544). At cum sedisset nostro Tamaio quidquid ad Pacem (hodie *Beja* oppidum) Portugalliæ spectare posset, Paci-Augustæ Castellanorum et Extremadurensis suæ provinciæ (*Badajoz* hodie) adjudicare, more suo hic egit Cypriani gerens personam, in carmine, quod ex parte dedimus, alias apud eumdem Tamaium quærendum [tomo IV, *die Julii* 16, pag. 144].

Sisenande, tuos custodit theca, Levita
Artus sacratos Aciscli in limine sancto,
Quos pia feminei junxit audacia sexus
Pax-Augusta (545) Dei nutu te provida nobis
Concessit, etc.

9. Tertium exemplum. De sancto martyre Paulo Eulogius egerat (*lib.* II, *c.* 6). Quem quidem sui ordinis monachum fusse quidam Benedictini asseruere (Uvion et Menardus), reclamantibus aliis (IEPES *Ann. Benedict.* cent. 4, ad ann. 851). Tamaius voluit Benecdictinis occludere os carmine
B Pseudo-Cypriani, ubi *clericus*, non *monachus* Paulus ille asseritur.

10. Quartum exemplum. Pauli hujus cadaver cum beati Theodemiri Carmonensis monachi corpore apud sanctuarium martyris Zoili conditum fuisse (qui et ipse juvenis post sexta die qua sanctus decedit Paulus, id est VII Kal. Aug., fer. VII, æra qua supra, occubuit) nil ultra de eo referens, scribit Eulogius (*eodem cap.* 6, *lib.* II). Calagurritanum vero hunc aliquando fuisse antistitem, atque eum prorsus quem vera de imaginum sacrarum religione admonentem Claudius Taurinensis impiissimo Apologetico excepit, Pseudo-Juliano (in *Chron.* num. 418) credens Antonius Quintanaduenas *Sanctorum Hispalensis diœcesis* historicus scriptum reliquerat. Quod cum jure displicuisset Tamaio, ad Pseudo-Cypriani sui cucurrit hoplothecam, unde telum desumeret quo
C feriret contra sentientis jugulum, carmen scilicet eodem tom. IV, *die Julii* 25, pag. 254), quo nulla episcopalis numeris, sed martyrialis tantum palmæ habetur mentio.

11. Quintum exemplum. Adulphi et Joannis MM. Eulogius per transennam meminit lib. II, cap. 8. Ideo eguere prorsus hi Pseudo-Cypriani eo carmine, quod 27 Octobris legimus.

12. Sextum. De Emilia et Hieremia Eulogius egerat (*lib.* II, *c.* 12). Quorum prior aliis *Emilia*, *Emilianus* aliis audiebat. Neutrubi consiter amavit Tamaius ; sed novem, et nullius linguæ nomen adinvenit *Emiliam*, quo sanctum vocaret martyrem primo isto carminis versu, quod Cypriani esse persuadere nobis voluit :

Emilias sequitur Levita ex sanguine primus
Cordubensis.

Sed sequitur, ut grammatici recte loqui vel hinc
D jam discant,

. . . . . Hieremias, qui gentibus una.
Et quoque nobilibus Chrisfi admirabile nomen
Extollunt sanctum.

Abusus iste *quoque* adverbii una cum *et* conjunctione, atqui alias male collocati hyperbatonque intoleradum, et stribiligo mea prioribus verbis contentia (quasi dicere vellet Hieremiam quoque, uti Emilam, genere nobili Cordubæ natum) omnia sunt, ita ut ovum ovo, similia Tamaianæ, atque illorum eloquentiæ, quibus frequenter e ms. suo *codice diversorum carminum* gemellis versificatoribus Tamaius utitur. Quod ex horum quibusdam repræsentatis hic opportune locis patebit ; indeque omnia fere sub tot

(541) *Fuminis* verbo utitur Alvarus in *Carmin. pro bibliotheca Leovigildi.*

(542) *Valeas* forte.

(543) Apud Moralem in notis ad lib. I *Memorialis* SS. Eulogii martyris num. 9, præfat.

(544) Ambros. Morales lib. XIV, cap. 9, et in notis ad Eulogii hunc locum. Marieta lib. II, cap. 71 ; Roa *de SS. Corduben.*, fol. 117.

(545) Diximus alibi, nimirum lib. IV, c. 2, n. 23, de Apringio Pacensi loquentes, Coloniæ Pacensi, sive hodiernæ urbi *Beja*, in Lusitania Transtagana, utrumque et *Pacis-Juliæ* et *Pacis-Augustæ* nomen

ibus producta unius tantum cerebri unicam am esse.

Miraberis, lector, quantum sibi placuerit bel- homo in hocce vitio sæpe atque sæpius bar- utendi *quoque* adverbio. Juliani carmen *de Socrate et Stephano MM.* die 17 Septembris :

'er quoque verbera Christum.

um ejusdem 15 Octobris *de S. Carithina V.*

'uam quoque virgo favet.

l 4 Novembris *de S. Claro M.*

.rdua carpenti dum quoque voce premit.

l 1 Decembris *de S. Evasio* episcopo et mar-

uos quoque cruce capit

s Halus non aliter loquitur 8 Novembris *de Castorio et sociis.*

laudius adhæret, cui quoque turba sequens.

primo Septembris *De Vincentio et Læto MM.*

.os colit ut proprios Toletum regia sedes,
Hos et Aquensis amat, ut quoque matre suos.

alius sermo est incerti cujusdam, unius, sive um qui omnem ferre paginam Martyrologii- lent. Sep. 24 de S. Firmino,

'um vita civis, dum quoque præsul agit.

bris 4 de Juliano Urbano præsule Toletano :

'ua quoque in astra volat.

usdem de S. Petro episcopo Bracarensi :

'uos quoque stipe foves.

cembris de S. Anthemio episcopo et M.

'ui quoque membra secat.

ius tandem non magis est elegans, cum pro- loquitur nomine 3 Novembris de imagine S. inici :

. . . . Sed undique fulges
ais, vel vivens, vel quoque pictus eas,

bi pluribus locis. Idem dicimus de S. Colum- pitaphio die 17 Septembris apud Tamaium, s martyris Eulogius meminit lib. III, cap. 10, oque S. Pomposæ die 19 Octobris, memora- militer ab Eulogio lib. III, cap. 11, in quo non n emicat signum Tamaii eloquentiæ.

. Sunt et alia Pseudo-Cypriani carmina ves- lis nudis sanctorum vere Hispanorum histo- excogitata. Hujus rei exemplum esto primum. *Sandalius,* quem Cordubæ celebrari marty- ejusque acta excidisse vulgo refertur (546). ito igitur fuit Pseudo-Cyprianus huic defectui rum supplendo in carmine illo, cujus lemma *Pro S. Sandalio M. Cordubæ die 3 Septem-*

. Alterum. Lupus et Aurelia Cordubæ in His- a Octobris die 14 laudantur in Martyrologiis e atque Adonis : quibus recentiores nil ultra ais addentes consentiunt. Apertus invitavit pus Tamaium, ut libere sub Cypriani persona garetur, eorumque conditionem, tempus mar- , et quod maxime fuit pretii habitationem tyrum, in Illipa urbe Tamaii patria his versi- comprehenderet :

Corduba, Lupe, tuos veneratur provida sacros
Artus, et Aureliæ conjugis ultro simul.
Insidias fugiens fallacis uterque Neronis,
Italiam linquens quæris in urbe lares.
Illipa vos capit alumnos Beturica, sed post
Corduba vos felix martyrioque rapit.
Quælibet urbis simul exhinc computabitur ingens,
Illa prout cuna, ista prout tumulus.

Natus in *Zalamea* oppido, quod Illipam olim fuisse credebat Joannes Tamaius (547) (cum revera *Julipa* fuerit, de quo nos alibi) Lupum et Aureliam quoquomodo illuc advocans, in solo suo ædificavit palpumque civibus suis obtrudere voluit.

16. Tertium. *SS. Habundus, Marcus, et socii,* Cordubæ celebrati jam diu martyres, quorum ex tabulis hujus Ecclesiæ Ferrarius meminit die 11 Julii. Horum quoque Pseudo-Cyprianus vestivit nudam alias memoriam, apud Tamaium, die 3 Septembris.

17. Cæterorum carminum Cypriano suppositorum causa et origo fuit eadem illa, quæ communis aliorum plurium, Tamaii credulitas et fides habita Pseudo historicis Toletanæ officinæ : quibus ut majorem in modum auctoritas conciliaretur, non dubitavere dolis et inventionibus eo obniti plumbei cordis homines, et in id tantum nati, ut quemadmodum sepia solet (Plin. lib. IX, cap. 20), ne veritas deprehendi posset, effuso atramento historiæ aquam infuscarent. Ad rem veniamus.

18. In primis notissimi sunt Romanæ urbis MM. Joannes et Paulus, quorum natalis dies Junii vicesima sexta est ; item Gallicanus vir consularis, duxque Romani exercitus contra Persas et Scythas qui sub Juliano Apostata, uti et memorati Joannes et Paulus, qui eum ad fidem converterunt, Alexandriæ tamen ipse Ægypti, 25 ejusdem mensis passus fuit. Quorum acta martyrii quidam Terentianus, qui Joannem et Paulum capite cædi jussit, in scripta redegit, et usque nunc apud Surium aliosque die 26 Junii legimus Hos tres habendi furiosa cupido incessit quondam bipedum omnium levissimum hominem Juliani artificem, quem verbis his litare mendacio fecit, *Adversariorum* num. 8: « SS. Joannes et Paulus, ait, et Ovinus Gallicanus vir consularis, quorum hic Alexandriæ, illi Romæ passi sunt : Hispani, Saguntini, et in aula Cæsarum diu versati. » Idem num. 399: « Eodem tempore » (dum Bracaram cum archiepiscopo Toletano Bernardo venisset) « cognovi sanctos Ovinum Gallicanum martyrem virum consularem, et Joannem et Paulum cognatos ejusdem, natos Bragantii non procul admodum Bracara, Romam delatos martyres fuisse clarissimos. »

19. Quod mera fabula est, ipsa sibi invicem, eodem ipso quo nata fuit auctore litem falsi intendens. Neutiquam enim et Saguntinos, et Bragantinos, nato scilicet, esse potuisse palam est. Ideo conciliatio eorum quæ temere effudisset blatero, statim quæsita (548). Bragantiæ scilicet natos martyres originem suam ad Saguntum urbem retulisse. Cumque nec Terentianus Actorum scriptor, nec alius aliquis, post Adonem et Usuardum, e recentioribus quidquam de Hispana horum patria expresserit : asserendo, ut sic dixerim, Julianæo mendacio Cypriani hoc statumine uti opus fuit :

In tumulo hoc jacet almus Gallicamus Ovinus (549)
Qui fuit Hispanus, grandi ex et origine quondam
Saguntina, cujus urbs memorabilis actus
Vidit, et illustres, consul bis (550), Romana triumphos ;
Cujus et ostia post fidei durasse tropæa
Cognovit, etc.

'enire. *Vid.* Resendium de colon. Pacensi ; ezium T. XIV, tract. 51, c. 1.

(546) Baronii *Martyrol.* 3 Sept. et plures alii l Tamaium eodem die.

(547) Vide tom. V, die 14 Sept., pag. 183

(548) Sic apud Tamaium 25 Jun., pag. 602. Pater Higuera in martyrol. Hispano ms.

(549) *Ovinius Galticanus* in inscript. apud Gruter., pag. 284, et Onuphrium in *Fastis* ad annum 1067.

(550) Grammatica Tamaii.

Item de sanctis Joanne et Paulo (26 Jun.):

Paule decus nostri (551), nec non venerande Joannes,
Hispani proceres, Romani martyres almi,
Amboque progeniti Sagunta et origine (552), fratres
Opibus illustres, fide et insuperabiles ambo.
Vestri Hispania vestra cupit consortia semper,
Et licet ossa tenet Roma, hic in corde jacetis.

20. Aliud carmen Cypriani ex his, in quibus cum pseudo-historicis conspirat, de Rutilio est martyre Africano, cujus Tertullianus unus meminit in libro. De fuga in persecutione, cap. 5: « Rutilius sanctissimus martyr, inquit, cum toties fugisset persecutionem de loco in locum, etiam et periculum, ut putabat, nummis redemisset: post totam securitatem, qua sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus, et præsidi oblatus, tormentis dissipatus (credo pro fugæ castigatione) dein ignibus datus, passionem quam vitarat, misericordiæ Dei retulit. » Ne quidem ullum verbum Tertullianus de locis fugæ martyris. Restabat ergo argutandi, aut somniandi potius de his licentia: quod pseudo Dextri (*ad ann.* 110, num. 5, et *ann.* 116, n. 5) et pseudo-Maximi (*ad ann.* 612, num. 22) quadruplici testimonio ab eorum architecto fuit procuratum, Cordubam venisse Rutilium exsulem affirmantium. Nec deesse hic sibi Pseudo Cyprianus voluit, fictionem fictione cumulans, et Italum natu eum affirmans in carmine, quod Augusti die secunda apud Tamaium legitur, incipitque:

Italus en nostras Rutilius corpore casas
Trajani metu invisit, etc.

21. Aliud carmen est de S. Genesio M. Cordubensi, ut persuadere nobis eadem turba pseudo-historicorum voluit; ne S. Genesii titulo ecclesia ejus urbis, apud Eulogium et alios celebris, martyre cive cassa et vacua esset. Eo igitur quasi uno capite et uno ore, concursum ab his fuit (553), ut novus martyr Cordubiensis sub Nerone, nusquam C alias dictus, fingeretur quasi religio esset non civibus aut exteris martyribus dicari templa; cum vere non Cordubæ tantum, sed et Toleti quoque, Matriti, et Hispali, Salmanticæque et forte alibi, Genesii martyris (Arelatensis, ut credimus, propter majorem viciniam, Galliæque Gothicæ, et Hispaniæ sub eodem domini jugo antiquæ unionis) ædes sacræ olim constructæ sint. Huic ergo novi martyris inventioni suffragium suum conferre Cyprianus suppositius non dubitavit in eo carmine, cujus hoc est principium:

Corduba te genuit, Genesi, post martyr, et ipsa
Te quoque martyrio sublatum novit, etc.

22. De S. Laura martyre etiam Cordubensi carmen habemus Cypriani die 19 Octobris; ne solus esset Luitprandus asserendæ huic nobilissimæ urbi novæ protectrici, utinam certæ! Luitprandum legesis, *Adversario* 281, (554) de hujus Lauræ corporis inventione in hac ipsa urbe.

23. Tribuit etiam Cypriano Tamaius hymnos A duos, qui in veteri aliquo Toletanæ ecclesiæ de S. Leocadia V. et M. officio legebantur, ut Juliano testimonium diceret, qui prius id notaverat *Adversario* 284, ubi et composuisse refertur Cyprianus alterum eorum, qui incipit: *Lætare Toletum*, ad petitionem Adulphi comitis, Athanagildi abbatis, et Valentini presbyteri Toleto oriundorum, anno 1120. Certe in elencho hujus poetæ carminum ad nos transmisso, cujus supra meminimus, hi duo hymni laudantur (555). Quare interim pro ei suppositis non habemus.

24. Et sane Adulphi comitis mentio est in primi. e germanorum serie, carminis lemnate; nisi sumpta inde sit fallendi occasio. At, si Juliano aliqua haberi fides deberet, non quidem nos opportuno loco duodecimi sæculi poetam sæculi noni scriptoribus ascripsissemus, cum pone verba superius ex isto *Adversario* ejus adducta, hæc sequantur: « Obiit ipse comes (Adulphus) anno 1104, Cypria- B nus 1060; jacent Cordubæ. » Sed malumus nos cum Morali e via discedere, quam cum larvis istis ficulneis rectum tramitem sequi. Prius enim errori, posterius autem stoliditati atque insipientiæ imputaretur.

25. De Gregorio Eliberitano episcopo, quem celebrat aliud Cypriani carmen apud Tamaium die 20 Decembris, satis multa jam dicta sunt cum de Gregorio isto ageremus, quæ huc reduci possunt ad evertendam hujus carminis finem.

26. Extra ordinem hujus ultimæ classis eorum carminum, in quibus auctoris temeritas cum pseudo-historicorum conspiravit temeritate, ponimus ultimum in laudem Amasindi abbatis conscriptum Cypriani supposititii carmen: quod Joannes Tamaius sigillo suo munivit, ut veluti germanum exciperetur, 21 die Decembris (*pag.* 524). Hic est Amansvindus ille monachus, cujus repertum in montibus Malacitanis superiore sæculo epitaphium produxit primus Ambrosius Morales in annexo folio ultimi libri suæ Hispaniarum Historiæ; deinde Bernardus Alderetus, lib. III Originis linguæ Castellanæ, cap. 18, et Martinus de Roa Historiæ Malacitanæ, cap. 14. Hujus quasi paraphrasin dedit auctor carminis, quod incipit:

Hac et Amasindi jacet urno corporis almi
Compago insignis, etc.

Desinitque:

Cui posuit Cyprianus ego hoc in marmore carmen.
Impetret ut mihi jam veniam cœlestis amicus.

Quod sive Cypriani nostri esset, cum Amansvindum æra MXX, hoc est anno 982 ad superos abiisse lapis ostendat: jam haberemus inde compertum, non hujus, sed undecimi saltem sæculi æqualem Cyprianum fuisse, et Amansvindo posteriorem. Sed planissime hæc Tamaii merx est, D quam profitetur ipsa ejus facilitas barbare quidquid in mentem venerit in versus fundendi. Sed satis jam de Cypriano poeta Cordubensi et Joannis Tamaii eidem suppositis carminibus.

(551) *Nostrum* dicere debuit.

(552) Hodie Saguntini sanctum martyrem Gallicanum Ovinum ut civem suum colunt; ipsique hoc nomine in templo ejus oppidi maximo pecularis ara nuper exstructa est, ad quam quotannis ejus memoria solemniter instauratur cum sancti martyris elogio, cujus non ultima laus est, asserere eum ibi natale hausisse; quæ tamen persuasio vel ipso in oppido (quod alterum est e præcipuis ac nobilissimis Valentini regni,) vix obtinet, nisi apud profanum vulgus.

(553) Luitprandus ann. 668; Julianus n. 376, in principio, et *Advers.* 149, 389, 481. Videndus Bivarius in *epist. ad Ramirezium* in editione Luitprandi operum pag. 345. Tamaius 25 Augusti.

(554) In editione Ramirezii: nam in altera Thomæ Tamaii multa, idque inter alia, desunt.

(555) Ego utrumque hunc hymnum vel nuce cassa non emero. Atque absunt a Toletano Ruizii Azagræ codice.

## CYPRIANI CORDUBENSIS EPIGRAMMATA.

(*Vide Patrologiæ tom. CXXI, col. 567, in appendice ad Opera Alvari Cordubensis.*)

# JOANNES PAPA X.

## NOTITIA HISTORICA.

(Apud Mansi, Conciliorum amplissima collectio, tom. XVIII, col. 315.)

A *Joannes ex archiepiscopo Ravennate factus est pontifex, vel potius pseudopapa, anno Domini nongentesimo duodecimo, tempore Constantini imperatoris Orientalis. Theodora, meretrix impudentissima, in hujus speciei decorem vehementer exardens, Landoni pontifici subrogari procuravit eumdem, quem ipse Lando ex Bononiensi episcopo archiepiscopum Ravennatem ordinaverat. Fecerat illud Theodora, inquit Luitprandus, ne amasii ducentorum milliarium interpositione, quibus Ravenna sequestratur a Roma, rarissimo concubitu potiretur. Ita impudicus homo meretricis viribus Romæ pollens, factus est pseudopapa et nefarius sedis invasor. Quod ut fieri potuisse credas, memineris, lector, Theodoram, ut testatur Luitprandus, duas habuisse filias, unam Maroziam nomine, quam Sergio pseudopontifici prostituit; alteram Theodoram, quæ per adulterium ex Adelberto Tusciæ marchione suscepit Albericum, qui hoc tempore urbis Romæ principatum usurpabat, eique fere solus dominabatur: præterea Maroziam post obitum Sergii nupsisse Widoni filio Adelberti, legitimo Tusciæ principi, cujus tanta erat potentia, ut rex potius quam marchio videretur appellandus. His fluctibus agitabatur navicula Petri. Verum Christus in ea dormiens patiebatur illam istis procellis operiri et immergi, sed non plane absorberi. Nam liberatam ab infinitis hæresibus, contra gravissima scandala reddidit adeo tutam, ut qua de causa hæretici novatores Ecclesiam velut impii blasphemant, eamdem ob causam filii ejusdem Ecclesiæ Deo grati Deum laudent et benedicant. Initium pontificatus Joannis ad annum Christi 912 (536) referendum esse certo argumento colligitur ex Chronico Cassinate Leonis Ostiensis, lib.* I, *cap. 55, ubi ingentem victoriam de Saracenis obtentam dicit contigisse anno Redemptoris nostri 915, indictione 3, invasionis vero Joannis anno 3. Quod si verum est, opus est affirmare eum anno 912 se in sedem apostolicam intrusisse. Ex rebus sub hoc pontifice gestis verisimile esse colligitur, quod qui invasor, fur et latro ingressus erat, accedente cleri consensu, legitimus Romanus pontifex haberi cœperit, quando copiis suis cum Alberico filio Adelberti marchionis Tusciæ conjunctis, cum eodem contra Saracenos in prœlium venit. Nam post Saracenos debellatos diversæ legationes ex diversis orbis partibus, pro palliis aliisve rebus implorandis, ad eum missæ leguntur. Ad referendam gratiam Berengario pro auxilio quod contra Saracenos tulerat, eumdem mense Septembri, anno 915, imperatorem inunxit. Ex delictis pluribus retroactis conscientia sauciatus, animi dolore languens, legatum misit Compostellam ad venerandum corpus sancti Jacobi apostoli, deditque litteras ad sanctum Sisenandum ejusdem Ecclesiæ episcopum, petens pro se juges preces apud sanctum Jacobum Deo offerri, ut in hac vita et in hora obitus sui Deum propitium habeat. Cumque Sisenandus in pervestigandis Romanæ Ecclesiæ ritibus totus intentus, invenisset eos in multis plane diversos esse ab iis qui in Missali Hispanorum Mozarabi nominato continebantur, legatis pontificiis ex Hispania discedentibus suum ille adjunxit, per quem a Joanne papa facultatem accepit emendandi ritus Missalis sui in iis quæ majoris momenti viderentur.* (AMBROS. MORALES Chron. Hisp., *lib. 15, c. 47.*)

*Idem pontifex Hilduinum Tungrensem episcopum, quem clerus et populus elegerat, rejecit, et Richarium abbatem a rege propositum ordinavit, eique causam et controversiam biennalem adjudicavit.* (FLODOARDUS.) *Seulfo Rhemensi archiepiscopo post Heriveum defunctum pallium misit. Cum hoc Heritbertus comes Aquitaniæ potentissimus pactum iniverat, ut filius suus præficeretur Rhemensi Ecclesiæ; ea nimirum intentione, ut potestate* B *ungendi reges penes Rhemensem constituta, rex Galliarum ungeretur, quem illum electum vellet. Dum ergo ministri comitis moræ impatientes Seulfum archiepiscopum propinato veneno e medio sustulissent, filius Heriberti comitis, puer nondum quinquennis, proh scelus inauditum! electus est Rhemensis archiepiscopus. Factum plane monstrosum, nunquam hactenus in orbe Christiano visum nec auditum, imo nec puto mente conceptum, Joannes papa non modo non improbavit, sed factam potius electionem ratam esse voluit, muneraque episcopalia Abboni Suessionico episcopo commisit et delegavit; suoque hoc facto infamis pontifex posteris exemplum præbuit, ut complures principes non tantum hoc, sed etiam subsequentibus sæculis, proh dolor! adolescentulos sibi sanguine junctos in summas cathedras maximo malo Ecclesiarum promoveri procuraverint. Opus sane* C *tali pontifice dignum, quem infamis femina infami opere in solium Petri intruserat.* (FLODOARD. lib. IV, cap. 19.)

*Hujus temporibus Ecclesia Constantinopolitana inter Euthymii et Nicolai patriarcharum fautores schismate divisa, unita est, sublataque est controversia illa de trigamia, quæ occasione Leonis Sapientis quarto nubentis Constantinopoli oborta fuit.* (CUROPALATES.) *Henricus, post obitum Conradi, factus est rex Germaniæ; qui cum velatam viduam Ervini senioris filiam duxisset uxorem, de sacrilegio correptus, illa deserta, pedibus Romam contendens pœnitentiam egit. Ad subjugandos Lotharingos profectus, per legatum Caroli Simplicis dono accepit manum sancti Dionysii auro inclusam. Berengarus imperator, cum in odium Rodulphi regis fœdus iniisset cum Saracenis, a suis occisus est* (LUITPRANDUS.)

(536) Imo 913; nam victi Saraceni 915, mense Aug. Joannes pontificatum iniit an. 913, sub finem Januarii. En annus tertius.

*Cumque post hæc omnia Joannes papa annos sedecim sedem tenuisset, Wido Tusciæ marchio, suasu Maroziæ conjugis, quæ quondam Sergio papæ prostituta fuerat, eumdem propter Petrum papæ germanum, quem summa invidia prosequebantur, sede amotum in carcerem conjecit: atque in eodem non multo post defunctus, vel cervicali ori* A *ejus imposito pessime suffocatus fuit atque dignum suis sceleribus finem accepit invasor et injustus detentor sedis apostolicæ: ut qui per impudicam matrem Theoderam sacrosanctam sedem violenter arripuit, per filiam æque impudicam justa Dei vindicta ejectus et in carcerem conjectus, ea simul cum vita caruerit.* (Luitprand. *et* Flodoard.)

# JOANNIS PAPÆ X
# EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA.

## I.

### EPISTOLA JOANNIS X AD EPISCOPOS NARBONENSIS PRIMÆ.

(Anno 914.)

*Agii metropolitani ordinationem confirmat; Geraldum pervasorem damnat; Agio pallium mittit.*

[Apud Mansi, *Conc.* tom. XVIII.]

Joannes episcopus, servus servorum Dei, Reginaldo Biterensi, Armano Tolosensi, Riculfo Elnensi, Gimaræ Carcassensi, Wigoni Gerundensi, Gerardo Agathensi, Teuderico Lutovensi, Reubertho Nemausensi, item Teuderico Barchinonensi, Georgio Ausonensi, Rudolpho Orgelitanensi, Ecclesiarum Christi reverendissimis ac sanctissimis episcopis.

Sanctitatis vestræ litteras de metropolitano Agio suscipientes, huic insidias et fraudes Geraldi nequissimi ei illatas agnoscentes, valde doluimus, et quasi nostro corpore suscipientes defecimus. Unde vestræ sanctitati notum esse volumus, quia præfatus Geraldus falsidicus, ad hanc sanctam Romanam atque apostolicam Ecclesiam, cui auctore Deo deservio, veniens, a nobis quasi innocens, subripere voluit episcopatum, cui nos, licet ejus iniquitatis versutiam plenius non agnoscentes, commodare sine canonica censura noluimus. Ipse vero, ut multorum veridica relatione comperimus, nescio quas falsas epistolas per subreptionem, quasi ex nostro nomine vobis perferens, episcopatum Narbonensem hac occasione armata manu deprædatur, venerabilis Agius ejus insidiis captus, venire ad sanctam sedem apostolicam differtur, et alia quamplurima de illo, antequam per vestras litteras, cognovimus audientes. Quapropter vobis per Eyminum archiepiscopum [*Vesontionensem*], nostras apostolicas litteras misimus, ut ipsum sæpe nominatum Geraldum per omnia falsidicum tenentes, inter episcopos non haberetis. Nunc, quia malitiam, iniquitatem, atque fraudes, a vestra fraternitate pleniter agnovimus: volumus, atque apostolica auctoritate mandamus, ut, sicut jam vobis scripsimus; et sacri canones testantur, eum inter episcopos non habeatis: quippe nec a clericis, vel populo sit expetitus, nec a vobis suis comprovincialibus more solito ordinatus. Privilegium, pallium, usum pallii, vestro metropolitano Agio, ut vestra petivit dilectio, misimus: quia nulli ecclesiæ B hoc quod illi juste competit, denegamus. Optamus vos in Christo nunc et semper bene valere.

## II.

### PRIVILEGIUM JOANNIS X HAICHONI ABBATI CONCESSUM.

(Anno 917.)

*Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat.*

[Dronke, *Cod. diplom. Fuld.*, *308*.]

Joannes episcopus, servus servorum Dei, Haichoni religioso abbati venerabilis monasterii Domini Salvatoris et per eum in eodem venerabili monasterio successoribusque suis abbatibus in perpetuum.

Summam gerentes sollicitudinem omnium venerabilium locorum, quantum ex divino adjutorio possibilitas datur, de eorum stabilitate C satagere studemus. Hoc namque studio et divina placatur clementia et laus Ecclesiæ Christi procuratur. Nam potiori et nos fiducia pro impetranda venia delictorum æternam pietatem audemus implorare. Et ideo reverentia tua postulavit a nobis, quatenus jam dictum venerabile monasterium Domini Salvatoris a sancto Bonifatio archiepiscopo constructum in loco Boconia erga ripam fluminis Fulda privilegii sedis apostolicæ munimine decoretur, ut sub jurisdictione sanctæ nostræ cui Deo auctore deservimus Ecclesiæ constitutum nullius alterius ecclesiæ jurisdictionibus submittatur. De qua re piis desideriis faventes hac nostra apostolica auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus D secundum privilegii seriem quod ab antecessore nostro bonæ memoriæ Marino hujus almæ sedis præsule inibi perpetualiter factum nobis ostendere sategisti. Et ideo omnem cujuslibet ecclesiæ sacerdotem in præfato venerabili monasterio ditionem quamlibet habere et auctoritatem præter sedem apostolicam, et episcopum in cujus diœcesi idem venerabile monasterium constructum esse dignoscitur, cui licentiam concedimus tantum cum opportunitas consecrandi altaris fuerit. Prohibemus ita ut, nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum ibidem solemnitatem quispiam præsumat omnino celebrare, ut profecto juxta id quod subjectum apostolicæ sedi firmitate privilegii consistit, inconcusse dotatum permaneat locisque ac rebus tam eis quas moderno tempore

tenet vel possidet quam quas futuris temporibus in jure ipsius monasterii divina pietas voluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personæ contradictione firmitate perpetua perfruatur. Cæterum vero hoc deliberantes decernimus ut congruis temporibus nostræ sollicitudini ecclesiasticæ intimetur, qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur concordiaque convenienti ecclesiastico ritu mancipetur; ne forte, quod absit, sub hujus privilegii obtentu animus gressusque rectitudinis vestræ a norma justitiæ aliquo modo retorqueatur. Et neque regi neque episcopo cuilibet vel comiti vel alii magnæ parvæque personæ licitum sit quamlibet vim inferre sive aliquam controversiam facere in rebus vel familiis ejusdem sæpedicti venerabilis monasterii. Et auctoritate nostra interdicimus ut nulla femina inibi ingredi unquam præsumat. Nemo in eodem monasterio venerabili vel in cæteris ejus locis placitum habeat. Nemo servos vel colonos ad aliquod servitium constringat illis tantum exceptis personis quibus abbas ad utilitatem suæ necessitatis assensum præbuerit. Eligendi sibi abbatem, quando opus fuerit, fratres inter se potestatem omnimodis habeant, secundum regulam sancti Benedicti sine ullius personæ contradictione.

Tibique, fili dilecte Haicho, quia te bene eruditum et eloquentem virum esse novimus, verbum Dei prædicare auctoritate sancti Petri et concedimus et præcipimus. Igitur statuentes apostolica cura decernimus per hujus decreti nostri paginam, ut quicunque cujuslibet ecclesiæ antistes vel quacunque dignitate prædita persona hanc privilegii nostri auctoritatem quam prærogativa principis apostolorum firmamus, temerare præsumpserit, nisi cito resipiscat, anathema sit; et iram Dei incurrens a cœtu sanctorum omnium extorris existat, et nihilominus præfati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inviolata permaneat apostolica auctoritate roborata. Qui autem custos et observator hujus privilegii extiterit, benedictionem et gratiam a Deo consequatur.

Scriptum per manum Joannis protoscriniarii sanctæ sedis apostolicæ in mense Maio, indictione quinta. Bene valete. Datum XIV Kal. Jun. per manum Stephani secundicerii sanctæ sedis apostolicæ, anno Deo propitio pontificatus domni Joannis summi pontificis et universalis decimi papæ, in sacratissima sede beati Petri apostoli, quarto imperante domno piissimo patricio augusto Berngario a Deo coronato magno imperatore anno secundo et patricius anno secundo, indictione V.

### III.

### JOANNIS PRIVILEGIUM PRO ECCLESIA AUGUSTODUNENSI.

(Anno 919).

*Ecclesiæ Augustodunensis possessiones, Heriveo episcopo petente, confirmat.*

[*Gall. Christ.* tom. IV, in instrum., pag. 70].

JOANNES episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo et sanctissimo sanctæ Augustodunensis Ecclesiæ episcopo, et per te in eadem Ecclesia in perpetuum.

Oportet nos qui ecclesiastici culminis, divina suffragante pietate, munus suscepimus, ut in districtione rerum ecclesiasticarum, confratrum et episcoporum injuriis compatiendo, armis ecclesiasticæ auctoritatis subveniamus, et in restauratione fidelium devotione certa opem confirmationis ferendo gaudentibus congaudeamus. Unde quia poposcit nostram paternitatem filiatio tua ut privilegio nostræ auctoritatis res et villas tuæ Ecclesiæ usibus deputatas, videlicet quæ in honore beati Nazarii martyris sacrata est, confirmare deberemus, scilicet villam Tiliniacum cum suis appenditiis, quam antecessor et avunculus tuus una per consensum et auctoritatem Richardi comitis, et filiorum ejus eorum usibus delegaverat; simul et monetam tuæ civitatis, quam per præceptum filii nostri Caroli gloriosissimi regis isdem antecessor tuus adeptus fuerat, et ex tua largitione decimas redituum omnium Ecclesiarum tuæ diœcesis, qui tertio anno ex tunc tam ex his quæ tibi debentur, quam etiam ex iis quæ ministerialibus tuis contingunt; necnon et capellas tres : unam in honore sancti Joannis, aliam in honore sancti Leodegarii, tertiam in honore sancti Eptadii. Decernimus autem per privilegii nostri auctoritatem ut supra nominata villa, cum supradictis omnibus, perpetuis temporibus in canonicorum usibus sine ambiguitate et sine cunctatione permaneat; non solum autem illa, sed etiam omnes eorum res, videlicet Ruiliacum, quod munificentia genetricis tuæ per consensum Richardi comitis illis contulit; simul etiam Biliniacum. Sussiacum autem Mariasolium, necnon et Simpiniacum et Mariniacum, cum omni integritate sua et omnibus appenditiis suis, illorum usibus per apostolicæ auctoritatis privilegium confirmamus; atque sub interdictionis excommunicatione, ne quis illud violare audeat, pontificali regimine seu modis omnibus prohibemus. Si quis autem præsumptor temerario ausu hoc quod tuæ humilitatis petitione, et quod pro eleemosyna regum et principum, necnon et animæ antecessoris tui nostra apostolica liberalitas privilegii auctoritate firmando roboravit, et promulgando confirmavit, contraire, infringere, contradicere, subtrahere, aut in aliquo imminuere innisus fuerit, cognoscat se anathematis vinculo a Patre et Filio et Spiritu sancto æternaliter obligatum, sed et cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi et fure sacrilego, qui ea, quæ pauperibus eroganda erant, loculos habens furabatur, ignis æterni incendio concremandum, et in baratrum cum Dæmonibus deputandum, ac sine spe recuperationis demergendum. Custodes autem et observatores hujus nostri decreti benedictio et pax Domini nostri Jesu Christi conservare dignetur per sæcula.

Scriptum per manus Adriani scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Novembri, indict. 8. Bene valete.

IV.

JOANNIS X PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO S. GALLI

(Anno 919).

*Salomoni episcopo Consiantiensi et abbati S. Galli privilegium immunitatis ac liberæ electionis ab imperatoribus regibusque eidem monasterio datum, atque a Sergio III PP. confirmatum, iterum roboratum confert.*

[Apud Neugart., *Cod. dipl. Alemanniæ*, t. II, p. 11].

Joannes episcopus, servus servorum Dei, omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus.

Religiositati vestræ notum esse volumus quia quidam vir venerabilis nomine Salomon ex partibus Germaniæ, Constantiensis Ecclesiæ episcopus, et abbas monasterii S. Galli, per legatos suos nobis innotuit cum licentia senioris sui Chuonradi regis, limina S. Petri causa orationis, insuper et pro nostra visitatione adire velle. sed propter infestationem tumultuantium populorum, illis in partibus sævientium, venire non posse (557). Innotuit etiam per eosdem legatos, ipsum jam sub antecessore nostro, beatæ memoriæ Sergio papa, Romam venisse; et ab eo benigne susceptus, concessa sibi auctoritatis suæ familiaritate, inter alia apostolicum expetiit, quatenus præfati monasterii privilegium, quod ab antiquis temporibus usque ad tempora Arnolfi regis solis regibus subjacebat, ut fratres inibi demorantes inter se abbatem eligere et constituere potestatem haberent, quia propter eum violatum fuit. Nam ipse illud monasterium in beneficium acquisivit apud Arnolfum regem, ac filium ejus Ludovicum precibus impetravit, ut denuo restaurare præciperent, et ab ipsis adepta licentia ex apostolica auctoritate renovatum confirmaretur (558). Hoc ipsum sicut ipse episcopus præsens apud antecessorem nostrum expetiit, ita per legatos suos, data licentia a domino suo Chuonrado rege, apud nos impetravit. Nos vero, veneratione religiositatis suæ agnita, libenti animo petitioni ejus assensum præbuimus, et per auctoritatem apostolatus nostri certum conscriptum fecimus, per quod privilegia et statuta, antiquitus prædicto monasterio concessa, solidissime firmavimus, ita ut nunc et deinceps sæpedicti cœnobii fratres neque episcopus, neque alterius monasterii abbas, neque comes, neque alia quæque alicujus hominis persona audeat inquietare, sed quod sancitum est et constitutum apostolica auctoritate, firmum et inviolabile cunctis temporibus in ævum permaneat. Si quis autem, quod fieri nolumus, verum etiam prohibemus, contra hoc nostræ auctoritatis privilegium agere præsumpserit, et violare tentaverit, sciat se, nisi resipuerit, anathematis vinculis subdendum, et a regno Dei alienandum. Qui autem præsumpserit et non resipuerit, anathema sit, et a regno Dei alienatus abscedat, et in infernum diabolo sine fine mansurus demergatur. In hoc etiam petitionibus religiosi episcopi venerabilibus legatis hoc subnixe supplicantibus, ut contra consuetudinem nostram charta Romana (559) cum scriptis notariis permutatis conscribi hæc in pergameno, quod secum detulerant, concessimus, et ut non dubitaretur de ipsis, quæ scripta sunt, annulo nostro subtus sigillari jussimus (560). Qui autem horum quæ per nostram auctoritatem scripta sunt, veri exsecutores et observatores exstiterint, benedictionem et gratiam a Domino Deo mereantur æternam amen. Bene valete.

Scriptum est per manus Epiphanii notarii S. Romanæ Ecclesiæ in mense Februario. Datum per manus Petri Ortensis episcopi (561), VIII Mart., inditione 8 (562), regnante domno Berengario anno 4 (563), postquam Cæsar consecratus est feliciter in Dei nomine, amen.

V.

JOANNIS X PRIVILEGIUM PAULO EPISCOPO ADRIENSI CONCESSUM.

(Anno 920).

[Apud Ughelli, *Italia sacra*, II, 401].

Joannes episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo Paulo (564) S. Adriensis Ecclesiæ episcopo.

Quia petiisti a nobis, quatenus concederemus tibi, et per te jam factæ tuæ Ecclesiæ curtem Bone uno, quæ vocatur Rhodige, et silvam quæ dicitur Grumpi, seu Piscarium, quæ vocatur Longole verum etiam curtem quæ vocatur Romiliacus, quæ est posita in Caneglada, atque fundum Crispo cum omnibus eorum pertinentiis et adjacentiis, ut liceat tibi in dicto longo Rhodige castrum construere ad servandum populum sanctæ tuæ Ecclesiæ, etc. Et insuper concedimus suffragium populi permanentis a termino Rhodige

(557) Itaque jam sub anni 919 initium Burcardi Alemanniæ ducis ac Rudolphi II Burgundiæ regis contentiones agro Helvetico funestæ fuerunt. Prælii inter utrumque exercitum commissi apud Vitodurum meminerunt Hepidannus et Hermannus Contract. ad h. a

(558) Brevitatis quam perspicuitatis studiosior erat notarius in summa bullæ Sergianæ referenda.

(559) Chartæ Romanæ nomine papyrum Ægyptiacam intelligi existimo, vel quod Romæ fabricata fuerit, vel quod adhuc sæculo X bullæ pontificiæ in ea conscriberentur. CF. Mabill. *de re diplom.*, l. I, c. 8.

(560) Vid. Heinec. *de sigillis*, p. 48. *Nouveau traité de diplom.*, t. IV, p. 311.

(561) Petrus *Ortensis* legatus Joannis X præfuit concilio Altheimensi in Rhætia Suevica celebrato XII Kal. Octob. ann. 916, cujus meminit Hermannus Contr. ad e. a. Est vero *Orta* seu *Hortanum*, Petri sedes, oppidum in Umbriæ confiniis prope Tiberim, secus atque putavit Ant. Pagius, *Crit. Baron, ad a*, 916, qui *Ortonam* citerioris Aprutii civitatem in ora maris Adriatici intellexit, refutatus a Justo Fontanino in *Antiquitatibus Hortæ Coloniæ Etruscorum*, l. II, *c.*, *n.* 13. Sedes episcopalis *Ortensis* seu *Horiensis* a. 1437 unita fuit episcopatui civitas Castellanæ. De *Ortonensibus* episcopis in Aprutio vid. Ughell. *Ital. Sac.* t. VI, p. 966-76.

(562) Ponenda indictio 7.

(563) Annus IV Berengariii imperatoris currebat adhuc ante 24 Martii, quo die cum Paschali solemnitate conjuncto Joannes X anno 916 coronam imperii Romæ eidem imposuit, teste poeta anonymo, qui ante medium sæculi X scripsit, ap H. Vales. Paris. 1663. Leibnitz, *Scriptor. rer Brunswic.* t. I., et Murator. *Script. Ital.* t. I, p. II.

(564) Hic ille est qui oppidum Rhodigium ædificavit ibique domicilium fixit, cum jam Adria ex insalubri aere cœloque incolas expulisset. Eam demigrationem ratam facit Joannes X hoc privilegio.

Adriensem civitatem in restaurationem tuæ Ecclesiæ, et funditus destructæ, statuen-ulli liceat a territorio Rhodige usque, etc

VI.

PRIVILEGIUM HONESTO ARCHIEPISCOPO RAVENNATI CONCESSUM.

(Anno 921.)

[Mittarelli, *Annal. Camaldul.* I, app. 34.]

mine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, omino nostro JOANNE, summo pontifice, rsali papa in apostolatu, anno septimo, te domino BERENGARIO serenissimo impe-nno imperii ejus,.... to decimo in mense ndictione nona Romæ Lateranensi.

obis domino Joanni summo et universali apostolica sacratissima beati Petri sede vobis Honesto, divina favente gratia, scopo sanctæ nostræ Ravennatis Ecclesiæ olenaris, ut concederemus, et vestris suc-us in perpetuum possidendum. Unde tu nostro beati Petri apostoli, Patris pa-antum.... impetrandi via est, quoties bene-ancta nostra Romana Ecclesia ejus jura eat postulasti; sed Roma magis accre-ssit quam minui. Ideo sicut.... a aposto-us sanctæ-nostræ universalis Ecclesiæ, num et justum recognoscimus.... i patr..... e benedictionem.... dimus et damus atque seu em.... amu.... hujus sanctæ nostræ Ecclesiæ tibi Honesto sanctæ nostræ.... o confratri nostro et per manus.... præ-cta Ra.... at.... Ecclesia filia hujus sanctæ omanæ Ecclesiæ una.... vestris successo-perpetuum possidendum suo jure. Id est nus, et a nobis alienamus, et vestris ma-dimus atque emancipamus vobis, sicut ncti Patres nostri tradiderunt et emanci-t: ita et nos per hujus nostri præcepti emancipationis similiter et confirmatio-cipamus totam massam, quæ vocatur, una cum omnibus fundoris suis, et nibus juris pertinentiis suis, piscationibus et venerationibus suis et omnibus sibi sub-is vel pertinentibus, constituta territorio se inter flumen Adicem et flumen Pado. largimur et confirmamus seu tradimus, perpetuum mancipamus de jure sanctæ omanæ et universalis Ecclesiæ in prædicta avennatæ Ecclesia, id est totam et inte-assam quæ vocatus fiscalia cum omnibus fundoris seu et cum omnibus juris sui tibus, nec non cum omnibus villis et ple-ipsa massa constitutis, piscationibus quo-nationibus suis, similiter cum omni tri-isu atque.... tione temporali et annuali seu et cum omnibus, quæ de prædicta massa am Romanam Ecclesiam pertinent, consti-itorio Ferrariense. Hoc quidem modo tra-t emancipamus a nobis ambas massas in sto archiepiscopo, et in tuis successoribus uum habendo, tenendo, ordinando, dispo-A nendo, seu judicandi potestatem habeatis in perpetuum cum tuis successoribus ad jura sanctæ Ravennatis Ecclesiæ beati Apollinaris, quod, sicut supra diximus, pure et absolute, et sine omni conditione vobis vestrisque successoribus in perpetuum remisimus, atque emancipamus. Si quis de omni clero, sive aliqua persona, aliqua dignitate decoratus, sive privata persona, contra hunc titulum nostri privilegii et emancipationis aliquam litem impulerit, sit compositurus et daturus auri optimi libras centum, medietatem Cameræ nostræ Lateranensi, et medietatem sanctæ Ravennati Ecclesiæ beati Apollinaris, et sit excommunicatus a nostra amplissima sede apostolica, et sub anathemate et pri.... timis et sanctorum conciliorum Ni-B cæni, Constanti.... ni effes.... et quas.... onorem habere videtur ex eo pri.... i censuim.....

VII.

EPISTOLA JOANNIS X AD HERIMANNUM ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM.

(Anno 921.)

*Jubet ut Romam veniat una cum Hilduino et Richario, qui de Tungrensi episcopatu contendebant.*

[Apud Mansi, *Conc.* tom. XVIII.]

JOANNES episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo et sanctisssimo confratri nostro HERIMANNO sanctæ Coloniensis Ecclesiæ archiepiscopo.

Cum simus Dominicæ plebis superna miseratione rectores, studiosius nos convenit Dei præsidium pro subditorum sæpe cogitare salute, ne C frustratis, quod absit, animabus antiqui hostis insidiis, ante omnium pastorem districtam cogamur solvere rationem: quia ideo fidelis servus et prudens domini super familia constitutus esse dignoscitur, ut congruo tempore det illis fructum. Congruo tempore sacerdotes propositi Deo fructum dant, cum pro salute omnium sibi subditorum, quod opportunum est offerunt. Et quia vestra fraternitas sententiam Apostoli reprobavit operando (*I Tim.* v) qui monet, nullo modo alicui leviter manus imponere, cum Hilduvinum, canonicis sibi obviantibus regulis, absque clericorum electione, et laicorum acclamatione. Gisleberti metu, episcopali insula decorare non denegastis, cum prisca consuetudo vigeat, qualiter nullus alicui clerico episcopatum conferre debeat, nisi D rex cui divinitus sceptra collata sunt. Quo vero ordine Gislebertus hoc quod illi concessum non est agere non metuit, ut arbitror, quia illicite præsumpsit, rationabiliter imbecille permanebit. Tamen quia Richerus, ut Caroli regis testimonium perhibet, atque nostri dilecti filii Berengarii gloriosissimi imperatoris litteræ testantur, primitus a clero electus, et a populo expetitus est: cur donum sancti Spiritus, quasi temporale commodum, cui non licuit imponere non distulisti, omnino miramur, cum scriptum sit: *Intelligens gubernacula possidebit* (*Prov.* I). In veteri etiam Testamento divina lege sancitum est, ut sacerdotes de sacrificio Domini pectusculum sumant (*Levit.* VII). Non equidem ob aliud, nisi ut sacrificio discant, quid de semetipsis

ipsi suo Conditori debeant immolare. Et cum nosmetipsos Deo offerre sedulo debeamus, cur alios errantes sequi non contemnimus? cum scriptum sit : *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris* (*Jer.* xv). Igitur quia magis hominis quam Dei formidine metuistis, quod inutiliter gestum est, nostra imbuti admonitione, ut citius emendare delectemini omnino monemus. Valde namque admirari non distulimus, cur contra rationem absque regis jussione agere pertentastis: cum vobis reminiscentibus hoc nullo modo esse debeat; ut absque regali præceptione in qualibet parochia episcopus sit consecratus. Tamen mediante Octobrio ad limina apostolorum cum Hilduvino et Richero (565) venire satagite, ut ante præsentiam nostri nostrorumque episcoporum coadunati, quid ex hoc canonica jubeat auctoritas explicare non denegetur. Et si forsitam pro paganorum metu tunc venire non valetis, in Kalendis Aprilis, omni occasione postposita, ad nos quantocius, sicut superius statutum est, pervenite. Et tunc omni errore radicitus exstirpato, qui dignus inventus fuerit per ostium ingrediatur in ovile ovium, et non aliunde, ne fur æstimetur. Quia nos Caroli regis decus nullo modo auferre volumus, sed pro vigore atque dilectione, vel consanguinitate nostri dilecti filii Berengarii gloriosissimi imperatoris, ut prior antecessorum suorum regum mos fuit, eum ita illibatam atque inconcussam dominationem obtinere delectamur : et sicut priores suos antecessores, nostrorum antecessorum auctoritate, episcopum per unamquamque parochiam probabiliter statutum est, ita ut Carolus rex faciat confirmando jubemus. Tamen usque ad illud temporis, sicut superius statutum est, Leogis episcopatus in vestra maneat potestate : ita ut Hilduvinus illic aliquod sacerdotale ministerium nullo modo audeat exhibere.

VIII.

EPISTOLA JOANNIS X AD CAROLUM III REGEM.

(Anno 921.)

*Significat se ad Herimannum scripsisse, ut cum Hilduvino et Richario Romam veniat : Hubertum etiam ob Ecclesiæ Romanæ deprædationem excommunicasse.*

[Apud Mansi *ibid.*]

JOANNES episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio CAROLO glorioso regi.

Cum sincera in vobis charitas, atque perfecta mansuetudo clarescat, quia divina dispensatione hoc agitur, conditori nostro Deo immensas gratiarum actiones referimus. Unde hortantes vestram filiationem monemus, ut semper solliciti manentes, subditos quoque vobis commissos per abrupta diutius ire non permittatis. Quia in hoc vestri regni sceptra sublimia manent, cum Spiritus sancti dispensatione quod inutiliter gestum est emendare non negligitis. Noster namque dilectus filius Berengarius gloriosissimus imperator apostolatui

A nostro litteras ex Richero a vobis electo in Leodio atque a cuncto clero et populo, transmisit: et qualiter Gislebertus vester infidelis Hilduvinum illic consecrare præcipiendo non formidavit. Nos vero, prece dilecti filii nostri moti, Herimanno archiepiscopo nostri apostolanus apices transmittere studuimus, quatenus mediante Octobrio cum illis pariter junctus ad limina apostolorum non differat venire : ut tunc probabilibus documentis canonice, qui dignus est, approbetur; qui vero dignus esse contemplatur, tunc reprobatus appareat. Usque ad illud vero tempus, ut Hilduvinus in supradicta ecclesia, quæ Legia dicitur, aliquod regimen detinere et sacerdotale officium exhibere non audeat, commonendo præcipimus. Tamen, quia
B dilectio nostri filii in vobis abundanter emanat, dignum est sinceritas atque consanguinitas vestra ut in illo promptius appareat; et ita fidissimus ex vestra dilectione permaneat, quatenus ex illius adminiculo in præsenti cognoscatis. De hoc vero quod Gislebertus contra vestra sceptra inutiliter gessit, valde doluimus : eo quod prisca consuetudo, et regni nobilitas censuit, ut nullus episcopum ordinare debuisset absque regis jussione. Et, quia Herimannus archiepiscopus, magis hominis quam Dei formidinem metuens, Gisleberti jussione Hilduvinum consecrare non distulit, hac pro ratione sententiam vocationis illi transmisimus, ut mediante Octobrio, et si pro metu paganorum venire tunc nequeunt, in Kalendis Aprilis, omni remota
C occasione, tunc nullo modo cum Hilduvino et Richero venire differat. Quia tunc inibi conjuncti, ex decore vestri regni subtiliter colloquentes, ita radicitus hoc quod vobis per Gislebertum contingit exstirpare non denegabimus, ut postmodum nec ipse, qui auctor iniquitatis contra vestra sceptra gessit nec alius aliquis audeat aliquam læsionem vestro in regno inferre. Illud etiam vestræ filiationi innotescimus, qualiter nos juncti cum Berengario gloriosissimo imperatore dilecto filio nostro, ad Hubertum, ut deprædationes atque incendia, quæ in sancta Romana Ecclesia committere non formidavit, emendare studuisset, admonendo misimus: qui renitens, atque superba voce hoc contradicens, emendare noluit. Nos autem, secundum nostri
D ministerii effectum, illum sub excommunicatione misimus, eumque anathematis vinculo alligavimus cum omnibus suis sequacibus. Unde vestræ celsitudini hoc patefacimus, ut nullus vestri regni illum sequatur, vel ei adjutorium impendat, quia non solummodo qui eum sequuntur alligavimus, sed etiam qui ei adjutorium impendere delectantur.

IX (566.)

EPISTOLA JOANNIS X AD JOANNEM ARCHIEPISCOPUM SALONITATUM (SPOLETINUM) ET EJUS SUFFRAGANEOS.

(Anno 914-28.)

*Joannem et ejus suffraganeos de Romana sede tandiu neglecta objurgat, eosque Methodii doctrinam nullis.* Jac. Sirm.

(565) Richero abbas erat Prumiensis monasterii : Gisebertus vero, quem Lotharienses ducem sibi asciverant, comes de Capræmonte dicitur a non-

(566) Hujus epistolæ et duarum sequentium summaria tantum damus ex Jaffe, Regesta pontif. Rom.;

*sequi dolet. Hortatur, ut consilio Joannis Anconitani et Leonis Prænestini episcoporum usi, vitia corrigant, videantque potissimum, ut secundum mores Romanæ Ecclesiæ ministerium sacrificii peragatur, in Latina scilicet lingua, non autem in extranea.* A

[Farlatus, *Illyr. sacr.*, 93.]

Cum religio, etc.

X.

EPISTOLA JOANNIS X AD TAMISLAUM REGEM CROATORUM, MICHAELEM DUCEM CHULMORUM, etc.

(Anno 914-28.)

*Tamislaum, regem Croatorum, Michaelem, ducem Chulmorum, Joannem et ejus suffraganeos, omnes Zupanos, cunctos sacerdotes, universum populum Sclavoniæ et Dalmatiæ hortatur, ut tenerrimos pueros a cunabulis in studio litterarum Deo offerant, neve in barbara, seu Slavonica lingua Deo sacrificium offerri sinant. Saxonum proponit exemplum, qui a Gregorio papa doctrinam pariter et litterarum studia in ea lingua perceperint, in qua apostolica ecclesia infulata manebat. Monet ut Joannis Anconitani et Leonis Prænestini episcoporum præcepta sequantur.* B

[Farlatus, *ibid.*]

Divina, etc.

XI.

AD JOANNEM ARCHIEPISCOPUM SPALATINUM.

(Anno 914-28.)

*Joannem jubet una cum Gregorio, episcopo Nonensi, ad se venire componendæ litis causa, præsentibus legatis suis ortæ.* C

[Farlatus, *ibid.*]

Quia in vobis, etc.

XII.

JOANNIS X BULLA (566*) PRO MONACHIS S. LAUNOMARI APUD ARVERNOS.

(Anno 928.)

***Monachis S. Launomari, per paganos fugatis, possessiones a Willelmo comite Arvernensi donatas confirmat.***

[Apud Mabill. *Acta SS. ord. Bened.*, sæc. IV. p. II, p. 254.]

**Joannes episcopus, servus servorum Dei, omnibus episcopis et senioribus Galliæ, cæterisque sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, salutem.** D

Quoniam ex successorum apostolorum pietate sic universaliter debemus consulere cunctis, ut singulorum quoque causas sine fastidio debeamus cognoscere: studendum est nobis non minus velle prodesse, quam præesse. Noveritis itaque illustrem nobisque charissimum Arvernorum præsidem Willelmum, et uxorem ejus Ingelbergam per fideles sibi legatos, Adalelmum scilicet reverendissimum episcopum, Ocbertum et Calseum clarissimos viros, manifestasse nobis, qualiter pro Dei amore susceperint monachos sancti Launomari confessoris Christi cum corpore ipsius sancti, persecutione diutina paganorum a suo loco fugatos; quodque eis ad refugium ipsi donaverint aliquid de rebus suis in præsenti, et, si opportunitas se illis præbuerit, deinceps plura daturos quæ sunt in partibus Arvernicis, id est villam Magenciacum cum ecclesia sancti Petri nomine consecrata; et vineam indominicatam ejusdem villæ, et aliam villam juxta Magenciacum, et juxta illas villam quæ dicitur Blavignacus, partemque in villa quæ vocatur Espidincus (*Espezin*), mansos duos; et in villa Regniaco (*Regnac*), vineam indominicatam: et in villa Malamorte omnem hæreditatem cujusdam Asterii, quam de Geraldo et de Lucretia ejus uxore acquisiverunt: et in Baregnis vineam indominicatam et in ipso comitatu villam Bornicum (*Bort*), quam de.... acquisiverunt; et super fluvium Dore in comitatu Claromontensi villas Piscatorias cum servis et ancillis, pratis, terris cultis et incultis, silvis, et manso, quæ de Fulcherio commutaverunt; et similiter Prisciniacum (*Precignac*) cum omni integritate, et tres alios mansos juxta positos, scilicet Vallecinga, Floriacum Montjocundum. Super qua re suggesserunt vigilanter apostolatui nostro, quem vice beati Petri tenemus, per religiosum et venerabilem episcopum Adalelmum, et supra nominatos Ocbertum et Calseum nobiles viros, sedem Romanam de more scilicet devote adeuntes, ut ipsam eorum donationem secundum consuetudinem prædecessorum nostrorum sanctæ sedis apostolicæ privilegio firmaremus, propter quorumlibet in posterum certam cupiditatem vel inquietudinem: quatenus omni deinceps tempore absque quorumcunque crudelitate vel subreptione monachi cum ipso abbate, ipsi et successores eorum, possint ibidem consistere, et sui propositi normam optime servare. Quorum piis actis congaudentes, et justis petitionibus annuentes, decernimus per hoc apostolicæ auctoritatis privilegium, perque illam potestatem quam a Deo in beato Petro apostolo accepimus, ut tam ipsæ res supra nominatæ, quam aliæ, quas vel ipse Deo amabilis præses et ejus uxor Ingelberga, vel alii forte Dei amatores deinceps eisdem monachis vel successoribus eorum donaverint, Domino Salvatori nostro sanctoque Petro atque beato Launomaro deserviant in usibus monachorum et diversis utilitatibus, adveniente unquam Christianorum.... qualibet occasione, aliquam sustineant calumniam; sed liceat servis Dei ejusdem loci cultoribus, cum consilio et voluntate abbatis sui ea stabili firmitate, sicut eis expedierit, tenere et gubernare. Si quis autem cupiditate vel aliqua malignitate ductus eorum testamentum et hoc nostræ auctoritatis privilegium aliqua oc-

Operis enim ab illo citati (*Illyr. sacr.*) nonnisi duos priores tomos (SÆC. IV-VII.) in bibliothecis nostris invenire est. EDIT.

(566*) Bulla hæc Joanni VIII perperam tribuitur.

casione conatus fuerit infringere, et de ipsis rebus sæpedictis servis Dei aliquam calumniam vel modestiam [ingerere] .. aut abbatem eis imponere, nisi solum illum, quem concors omnis congregatio sibi ex sese elegerit, qui eis prodesse et præesse secundum Regulam beati Benedicti valeat, hunc auctoritate sancti Spiritus sanctorumque apostolorum a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ, et a communione corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi, atque consortio omnium Christi, atque consortio omnium Christianorum anathematis vinculo ligatum separamus : ut, nisi cito resipuerit, omnia quæ depravaverat, corrigendo, cum rapacibus a regno Dei exclusus, perpetua damnatione feriatur.

## XIII.

### JOANNIS X EPISTOLA AD AIMERICUM NARBONENSEM ARCHIEPISCOPUM.

(Anno 928.)

*Ecclesiæ Narbonensis possessiones confirmat.*

[*Gall. Christ., tom. VI, Instrum., pag.* 16.]

JOANNES episcopus, servus servorum Dei, AIMERICO, archiepiscopo sanctæ Dei Ecclesiæ Narbonensis, dilecto filio et confratri nostro. Litteras ab unanimitate tua nostro directas apostolatui apostolica patientia suscepimus, et ea quæ innotuisti admittentes, condoluimus vos tot pertulisse incommoda, vobisque compassi sumus ; quoniam si unum membrum patitur, omnia compati debent. eo quod, secundum Apostolum et egregium prædicatorem gentium, hujusmodi sollicitudinem circumferamus ; quia, ut apostolice fateamur : *quis infirmatur, et ego non infirmor ? quis scandalizatur, et ego non uror ?* (*II Cor.* II, 29.) Cum præsertim me humiliarem ut eos lucrifacerem... esse nolumus ab ipso Domino in specula constituti ; qui vice beati Petri, apostolorum principis ; cœlestis regni clavigeri, vos instituere decrevi. Igitur reverentia vestræ fraternitatis postulavit a nobis quatenus sanctæ apostolicæ nostræ auctoritatis privilegio confirmare deberemus omnes res immobiles ejusdem sanctæ primæ sedis ecclesiæ Narbonensis, constructæ in honore sanctorum Justi et Pastoris, ubi beatus Paulus confessor Christi corpore requiescit ; hoc est omnes domos, cellas, ecclesias, villas, curtes, parochias, terras, prata, silvas, necnon et medietatem salinarum, et telonei, seu raficam et naufragium, monasterium S. Laurentii, et cellas cum omnibus eis pertinentibus, una cum familia eorum utriusque sexus, et ea quæ a piis dominis imperatoribus, marchionibus, sive aliis Deum timentibus in eadem ecclesia Narbonense collata sunt et consistunt, tam in ipso comitatu Narbonense, necnon et Redense, seu et Minerbense atque Ausonense, necnon et Biterrense,

A sive etiam Nemausense; et in comitatu Bisuldunense monasterium Bagnola, quæ est ecclesia fundata in honore S. Stephani martyris. Unde salubribus petitionibus vestris inclinati decrevimus, et a præsenti prima indictione hujus nostræ apostolicæ confirmationis privilegio roboramus, et in perpetuum apostolica auctoritate confirmamus in usum et solatia ejusdem sanctæ primæ ecclesiæ Narbonensis cui præesse dignosceris, id est omnes domos, cellas, ecclesias, villas, curtes, parochias, terras, vineas, prata, silvas, necnon et medietatem salinarum et telonei, seu raficam atque naufragium, monasterium S. Laurentii et cellas cum omnibus eorum pertinentiis, una cum familia eorum utriusque sexus, et omnia quæ a piis dominis
B imperatoribus et marchionibus, sive aliis Deum timentibus in eadem ecclesia Narbonense collata sunt, vel (conferenda) collatura erunt, tam in ipso comitatu Narbonense, etiam et Redense, seu Minerbense, atque Ausonense, necnon et Biterrense, item jure firmissimo a te tuisque successoribus possideri volumus ac dominari.

## XIV.

### JOANNIS X EPISTOLA AD RODULFUM REGEM FRANCORUM, WIDONEM ARCHIEPISCOPUM LUGDUNENSEM, etc.

(Anno 928).

*Monasterium Cluniacense commendat, cui donatas a Bernone abbate res monasterii Gigniacensis, quas Wido abbas abstulerat, restitui vult*

[*Bullar. Cluniac.* 2.]

C JOANNES episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio RODULFO (567) glorioso regi Francorum, necnon reverendissimo et sanctissimo confratri nostro Widoni sanctæ Lugdunensis Ecclesiæ archiepiscopo, atque reverendissimis episcopis STATEO et BERNONI, comitibus HUGONI et GISLEBERTO.

Auditum nostris apostolicis auribus quod Guido abbas per violentiam abstulit a Cluniaco hoc quod Berno abbas de potestate (568) Gigniacensis monasterii sub censu tenendum legaverat. Quapropter monemus dilectionem vestram quatenus res omnes illas Cluniensibus restituatis. Quia vero prædictus Wido conqueritur quod Berno abbas hoc legaliter non fecit, pro eo quod terminum temporis ac personarum in illo
D suo testamento non posuit ; nos ad quorum dispositionem utraque loca pertinent, jubemus (569) et constituimus ut, quandiu ex illis monachis, qui in Ginniaco professionem fecerunt, aut oblati sunt apud Cluniacum, aliquis vixerit, res ipsas monachi Clunienses teneant sub nostra ditione, nisi forte ipsi monachi sua sponte res ipsas dimiserint. Cæterum vobis, o fili Rodulfe, et fidelibus tuis, qui monasterio Cluniensi prodesse valeant attentius, et abbatem et congregationem vestræ dilectioni com-

(567) Hoc rescriptum notis chronicis destitutum est : sed ex Widonis litteris colligit Mabillonius id scriptum fuisse ante annum sextum Rodulfi regis, seu anno Christi 928, paulo post obitum Bernonis.

(568) Vulgo *Gigni*, in territorio Lugdunensi.

(569) Huic temperamento Wido acquievit edito instrumento, cujus est hæc clausula : *Ego Rotgarius sacerdos rogatus scripsi et subscripsi, atque dotavi* XII *Kal. Februarii, anno* VI, *regnante Rodulfo rege.*

mendamus, utque locus ille, qui sanctæ nostræ sedi A commissus est, sese pro amore apostolorum, mundi videlicet judicum atque paterna dilectione bene gaudeat elegisse.

XV.

JOANNIS X EPISTOLA AD WENNI ARCHIEPISCOPUM HAMBURGENSEM.

(Anno 914-928.)

*Illi pallium mittit et privilegia Hamburgensia confirmat.*

[Apud Lappenberg, *Hamb. Urk.* I, 39.]

† JOANNES episcopus, servus servorum Dei, dilecto confratri WENNI, venerabili archiepiscopo Hammenburgensis Ecclesiæ, tibi tuisque successoribus in perpetuum.

Convenit apostolico moderamini pia religione B pollentibus benevola compassione succurrere, et poscentium animis alacri devotione impertiri assensum. Ex hoc enim lucri potissimum præmium apud Deum proculdubio promeremur, dum venerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint per nos statum perducta. Igitur, quia postulasti a nobis quatenus archiepiscopatum Hammaburgensem totum in integrum tibi tuisque successoribus confirmaremus, sicut a beato Gregorio, Nicolao et aliis prædecessoribus nostris decretum est, inclinati precibus tuis, pallium tibi ex more transmittimus, et quæcunqe ab eis Ecclesiæ tuæ et antecessoribus tuis data sunt et privilegiis confirmata, nos apostolica auctoritate tibi concedimus et nostro privilegio confirmamus, scilicet omnia quæ generaliter atque specialiter ad eumdem præfatum archiepiscopatum pertinent, quæque tui antecessores... Jesu Christo.

Data IV Kalendas Novembris per manus Leonis, sanctæ Romanæ sedis cancellarii. Anno domini Joannis papæ primo, indictione 9.

---

ANNO DOMINI DCCCCXXIX.

# LEO PAPA VI.

## NOTITIA HISTORICA.

*Leo Christophori primicerii filius, hujus nominis sextus factus est pontifex circa finem anni* 928 *tempore Constantini imperatoris. Sequenti anno in carcerem detrusus, post sex menses et dies* 5 (al. 15) *mortuus est, ut testantur versus Frodoardi de Pontif. Rom., apud Mabill. Actorum sæc. III, p.* II, *p.* 607.

Pro quo (Joanne) celsa Petri sextus Leo regmina sumens
Mensibus hæc septem servat quinisque diebus
Prædecessorumque petit consortia vatum.

---

# LEONIS PAPÆ VI

## EPISTOLA

## AD EPISCOPOS DALMATIÆ.

(Anno 928, 29.)

*Forminum Jaderensem et Gregorium Nonensem cæterosque Dalmatiæ episcopos hortatur ut Joanni archiepiscopo Spalatino, pallium adepto, pareant. Jubet finibus suis quemque episcopum, nominatimque Absorensem, Arbensem, Ragusanum, contentum esse, Gregoriumque Croatorum episcopum in administranda ecclesia Scardonitana acquiescere.*

(Apud Ughelli, Italia sacra, tom. V, pag 1421.)

LEO episcopus, servus servorum Dei, FORMINO C sanctæ Aderensis Ecclesiæ episcopo, et GREGORIO sanctæ Nonensis Ecclesiæ episcopo, omnibusque episcopis per Dalmatiam commorantibus, etc.

Quia gratiosa Dei omnipotentis misericordia vos in episcopali infula constituit, dignum est ut vestro metropolitano sanctæ Spalatensis Ecclesiæ archiepiscopo summam reverentiam exhibere delectemini, quatenus per ordinem et per normam justitiæ gradientes, securi et intrepidi valeatis ad divinam co-n

templationem pervenire. Nam quid deterius esse cernitur quam episcopum proprio metropolitano inobedientem esse, cum scriptum sit in Africano concilio : nihil episcopum præter conscientiam proprii metropolitani aliquid agere debere. Et si ita, est, cum scimus quia ita est ut nullus episcopus debeat proprium suum metropolitanum ignorare, cur vos Dalmatiarum episcopi contemptores, et quasi per latrocinium alienas parochias diripientes usurpatis vobis profanum nomen, quod ab antiquis Patribus vobis ereptum esse cernitur ? Unde monemus ut omnes episcopi in propriis limitibus sint contenti ; Forminumque monemus ita suam parochiam retinere, quemadmodum in antiquis temporibus mansit. Similiter Absarensi Ecclesiæ episcopus, et Arbitorius, atque Rogutitanus, et Spalatensis archiepiscopus in Croatorum terra volumus ut propriam suam parochialem retineant,

A quemadmodum antiquitus Salonitana Ecclesia retinebat ; quia non potest parochia intra muros civitatis, sed per longinqua spatia terrarum in plebibus ex villis, et curtis, et ecclesiis, ut in populo antiquitus determinato. Gregorium vero, qui probitate temporis in Croatorum terra episcopus effectus est, præcipimus in sola Scardonitana Ecclesia tantummodo ministrare. Alienas parochias ei præcipimus nullo modo amplius usurpare, quia si fecerit, sine dubio a nostro pontificio excommunicatus manebit. Pallium vero et usum palii Joanni sanctæ Spalatensis Ecclesiæ archiepiscopo, sicut antiqua consuetudo fuit, commisimus. Cui volumus ut tota mente obediatis, eumque ut verum patrem ametis, quia nunc Dei gratia subditos il-

B luxerat cum suis præpositis curam obedientiæ exhibere delectentur.

ANNO DOMINI DCCCXXX.

# HUCBALDUS

## MONACHUS S. AMANDI

## NOTITIA HISTORICA ET BIBLIOGRAPHICA.

*Gallice adornata in Historia litteraria Galliæ* (tom. VI).

§ I. *Histoire de la vie d'Hucbald.*

Hucbald ou Hucbold est regardé, après Remi d'Auxerre, comme le plus célèbre docteur qu'ait eu la France à la fin du IXe siècle et les premières années du suivant. Il était neveu par sa mère de Milon, dont nous avons donné l'histoire, et embrassa comme lui la profession monastique à l'abbaye d'Elnone, ou Saint-Amand, au diocèse de Tournai (Trit. *Chr. Hir*. t. I, pag. 33 ; Mab. *An.* l. XXXVII, n. 35). Quelques écrivains (Boll. 16 jun., p. 34) ont avancé qu'il s'était d'abord rendu moine à Saint-Bertin, avant que de l'être de Saint-Amand ; mais cette opinion est destituée de toutes preuves et ne peut se soutenir. Avec un grand fonds de génie, du goût et de l'ardeur pour les sciences, Hucbald les étudia sous Milon, modérateur de l'école du monastère ; et il arriva dans la suite que le neveu surpassa l'oncle en toutes sortes de belles connaissances. (Mart. *am. Coll.* t. I, p. 266 ; Mab. *ib.*).

On prétend sans le prouver (Boll. *ib* ; Mab. *ib.* l. XXXIX, n. 81), qu'Hucbald s'étant brouillé avec son maître à l'occasion d'un office à l'honneur de saint André, fut obligé de sortir de Saint-Amand, et se retira à Nevers : que là il ouvrit une école, et que l'évêque du lieu l'ayant goûté, lui donna de grandes marques d'estime et de confiance. Qu'enfin ce prélat lui permit à la mort d'enlever le corps de saint Cyr, martyr, et de le transporter en son monastère.

Ce qu'il y a de certain, c'est qu'Hucbald passa de Saint-Amand à Saint-Germain d'Auxerre, où il

C perfectionna ses études sous le pieux et savant Heiric, en la compagnie du docte Remi, et autres condisciples de mérite. On a vu ailleurs combien étaient alors célèbres ces deux écoles. Avec de tels secours, Hucbald devint un des plus grands hommes de lettres de son temps. Il acquit non-seulement un riche trésor de latinité, mais encore toutes les connaissances de la philosophie et des autres beaux-arts : *Peritia liberalium artium ita insignis*, dit de lui Sigebert de Gemblou, *ut philosophis conferretur*. Oui, assure Ademar de Chabanois, plus ancien que Sigebert, Hucbald et Remi héritèrent de toute la science qu'on admirait en la personne d'Heiric leur maître. Hucbald se distingua surtout par son habileté dans la musique, mais il ne fit pas moins de progrès dans la théologie que dans les lettres humaines ; et presque tous ceux qui relèvent son érudition profane, rehaussent également son grand fonds de littérature

D sacrée (Mab. *Act. B.* t. VII, p. 325, n. 3 ; Mart. *ib.*, p. 265, 266 ; Sigeb. *scri.* c. 107 ; Trit. *ibid. scri.* c. 284).

A toutes ces grandes qualités, Hucbald en joignait encore d'autres, fort propres à soutenir dignement le caractère du sacerdoce dont il était revêtu (Mab. *ib.* t. II, p. 938, 939.) Ceux qui l'ont mieux connu (Mart. *ib.*). remarquaient en lui toute la gravité des anciens ; une probité la plus parfaite ; une prudence et une sagesse consommées, qui le rendaient l'objet de l'admiration de toutes les provinces des Gaules, où il brillait comme une lampe lumineuse, et qui

faisaient qu'on estimait heureuse la France de se voir illustrée d'un tel docteur ; enfin une modestie et une humilité qui allaient de pair avec sa profonde sagesse et son grand savoir.

Tel était Hucbald (Boll. *ib.* p. 36 ; Mab. *ib.* t. V, pr. n. 196 an. l. XXXVII, n. 35), lorsqu'il succéda à son oncle dans la direction de l'école de Saint-Amand, peut-être même avant la mort de Milon, qui arriva en 872. Cette école ne fut pas alors moins florissante qu'elle l'avait été auparavant. Hucbald y ayant formé des disciples capables de le remplacer (Mart. *Anec.* t. III, p. 530, 532 ; Mab. *An.* l. XXXVIII n. 68, l. XXXIX n. 60), alla à Saint-Bertin exercer le même emploi. Rodulfe, abbé de la Maison, qui n'avait qu'une médiocre teinture des sciences, fut bien aise d'avoir près de lui un aussi habile homme, pour s'en instruire plus à fond. Il le demanda à cet effet, et l'obtint dès 883. Quoique déjà âgé, il prit des leçons d'Hucbald, et par reconnaissance, il lui donna une terre considérable en Vermandois. Mais Hucbald, qui n'avait pas moins à cœur l'amour de la pauvreté que les autres vertus, ne souffrit la libéralité de son disciple, que pour avoir lui-même occasion d'en faire une autre, en cédant la terre aux moines de Saint-Bertin. L'usage de cette sorte de présents de disciples à maîtres, et la liberté qu'avaient les maîtres d'en disposer en faveur de qui bon leur semblait, étaient alors assez ordinaires parmi les moines (Mab. *Act. B.* t. II, p. 710 n. 5).

Foulques, archevêque de Reims, ayant formé le dessein de rétablir les deux anciennes écoles de son église, jeta aussi les yeux sur Hucbald, pour l'aider à l'exécuter (Flod. l. IV, c. 9 ; Mab. *ib.* t. VII, p. 325, 327, *An.* l. XXXIX, n. 81). Il l'appela à Reims avec Remi d'Auxerre vers 893 ; et ces deux grands hommes se trouvèrent ainsi collègues, après avoir été condisciples. Le renouvellement des études qui se fit par leur ministère dans ces écoles, y entretint l'amour des lettres, et y multiplia les savants pendant tout le cours de ce X[e] siècle. On a dit ailleurs combien furent alors florissantes ces écoles. La gloire qu'elles acquirent est originairement due à nos deux professeurs. Hucbald en particulier y fut dans un crédit égal à sa réputation. C'est ce que nous apprenons d'un diplôme que l'archevêque Foulques, chancelier du royaume, obtint du roi Charles le Simple. A la fin de ce diplôme, qui est daté de Reims l'an 899, on lit qu'il fut accordé à la prière d'Hucbald : *Impetratum est mediante Hucbaldo monacho* (Mart. *am. Coll.* t. I, p. 250).

Il y a toute apparence qu'après la mort de ce prélat, qui arriva au mois de Juin de l'année suivante, Hucbald retourna se concentrer dans la solitude de Saint-Amand. On lit effectivement dans le cartulaire de cette abbaye deux cartes de l'an 905, souscrites d'un Hucbald en qualité de notaire, c'est-à-dire sans doute, chancelier de la Maison ; et il n'y a point de raison pour distinguer cet Hucbald de celui qui fait le sujet de cet article (Mab. *An.* l. XLI, n. 29). La vie de sainte Rictrude qu'il y composa en 907, au milieu des agitations presque continuelles où le jetait la crainte des barbares, et d'autres ouvrages qui la suivirent, font juger que la principale occupation d'Hucbald fut l'étude et le soin d'écrire pour la postérité (*Act.* t. II, p. 938, 939). Il vécut jusqu'à l'âge d'environ 90 ans, et mourut le vingtième de Juin, qui était un Dimanche (Boll. *ib.* p. 35, n. 6). Mais les écrivains anciens et modernes sont partagés sur l'année de sa mort. Un chroniqueur de Saint-Amand (Mart. *Anec.* t. III, p. 1395 ; Alb. *Chr.* p. 268) la place dès 929. Sigebert, suivi d'Albéric de Troisfontaines, la met deux ans plus tard en 931. Jean d'Ipres (Mart. *ib.* p. 547 ; Mab. *An.* l. XLIII, n. 32), que Dom Mabillon paraît avoir préféré aux autres, la renvoie encore à l'année suivante 932. Néanmoins le plus grand nombre des auteurs qui en ont parlé, la fixent à l'an 930, et il faut avouer que leur opinion est la mieux fondée, en ce que cette année-là le vingtième de Juin tombait réellement au Dimanche (Boll. *ib.* p. 36). Hucbald fut enterré à Saint-Amand, dans l'église de Saint-Pierre, et mis dans le même tombeau que Milon son oncle.

Hucbald était lié avec la plupart des gens de lettres de son temps. On a vu qu'Odilon de Saint-Médard l'avait choisi pour censeur de ses écrits, comme Hucbald en usait lui-même envers Odilon (Mart. *am. Coll. ib.* p. 265, 266). Nous avons deux lettres, l'une de ce dernier écrivain, l'autre de Pierre, archidiacre de l'église de Cambrai, toutes remplies des éloges de notre auteur. Frodoard, qui avait étudié sous ses disciples, loue en lui son profond savoir, surtout dans les parties les plus épineuses de la philosophie (Flod. l. IV, c. 9). On a déjà rapporté quelques autres traits de louanges que lui donnent Adémar de Chabanois et Sigebert de Gemblou. Trithème et les autres modernes qui sont venus depuis, ne font pas moins de cas de son mérite et de son érudition. Ces derniers reconnaissent particulièrement en lui un auteur qui avait le talent d'écrire avec jugement et une certaine politesse qui n'était pas commune en son siècle.

Il ne faut pas au reste confondre Hucbald de Saint-Amand, ni avec Hucbald, moine d'Orbais, célèbre comme lui dans les écrits de Frodoard, ni avec Hucbald, clerc de l'église de Liége, qui enseignait encore à Paris à la fin de ce siècle, ainsi qu'on l'a montré ailleurs (*Chr. An.* 937).

§ II. — *Ecrits d'Hucbald*

Il est peu d'auteurs qui aient travaillé plus longtemps qu'Hucbald à enrichir la république des lettres. Il paraît en effet qu'il y a employé plus de soixante-cinq ans, ce qui est rare en tous les siècles. On en a les premières preuves dans la durée de sa vie ; et l'on en aura les autres dans ce qui va suivre. Entre les écrits de sa façon qu'il a laissés à la postérité, l'on compte :

1° Un poëme à la louange des chauves, en vers héroïques, marqué par Sigebert, et beaucoup loué par Trithème (Sigeb. *scri.* c. 107 ; Trit. *Chr. Hir.*, t. I, p. 33 ; Scri. c. 284). Le texte du premier de ces deux bibliographes a trompé grand nombre d'écrivains, qui ont supposé, d'après lui, que ce poëme contient trois cents vers. Il n'y en a cependant que cent trente-six, divisés en douze petits chapitres, sans y comprendre l'exorde et la conclusion. L'on a fait observer ailleurs la singularité de cette pièce, en ce que le poëte a affecté de n'y faire entrer que des mots qui commencent par un c. Affectation qui lui a coûté un travail dont on est encore à reconnaître l'utilité. Le premier vers de la préface est conçu en ces termes, et se trouve répété à la tête de chaque chapitre et de la conclusion :

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.

Ce poëme porte le titre d'églogue, tant dans les manuscrits que les imprimés. Hucbald l'entreprit en faveur de Charles-le-Chauve, à qui il l'adresse avec le titre d'empereur. Ce fut donc en 876 qu'il y mit la dernière main. (Angl. *Bib. ms.* t. II, p. 189 ; Barth. adv. l. XLVI. c. 22). Adémar de Chabanois et un ancien poëte de Saint-Amand en ont pris occasion de donner à l'auteur le surnom de Chauve (Mab. *Act. B.* t. VII, p. 325, n. 3). Il est aisé de préjuger qu'une pièce de cette nature, où règne une contrainte perpétuelle, ne peut avoir ni agrément ni beauté, et n'est considérable que par sa singularité sans exemple. On n'a pas laissé de la mettre souvent sous la presse. Il y en eut deux éditions faites à Bâle en 1516 et 1546. Mais le texte du poëme n'y est pas entier. Valère André en marque une autre édition de Louvain chez Jérôme Wallæus, sans nous en apprendre la date. En 1619 on fit passer ce poëme d'Hucbald dans l'*amphitheatrum sapientiæ Socraticæ*, qui parut à

Hanaw, en deux tomes *in-fol.* (Andr. *Bib. Belg.* p. 395; Wion, *Lig. Vit.* part. I, l. II, p. 427; Bib. *barb.* t. I, p. 37, 553.)

Gaspard Barthius l'inséra depuis dans ses *Adversaria*, où il est acompagné de quelques courtes notes. (Bart. *ib.* p. 2173-2175.) Ce critique parle d'une autre édition du même poëme, qui avait précédé la sienne de cent soixante ans. Il faut par conséquent qu'elle soit de l'an 1463, puisqu'il en parlait avant l'année 1624, qui est la date de l'édition de ses *Adversaria.*

2° Il y a d'Hucbald un autre petit poëme en vers élégiaques, adressé encore à l'empereur Charles le Chauve, pour le prier d'agréer le poëme sur la sobriété, que Milon avait laissé à sa mort, et qu'il avait dessein de dédier à ce prince. Milon n'ayant pu le lui envoyer, quoiqu'il l'eût fini et orné de l'épître dédicatoire, Hucbald l'exécuta la même année, qu'il présenta au même empereur son poëme sur les Chauves. (Mart. *Anec.* t. I, p. 45, 46.)

3° On croit que la petite épitaphe de Milon en cinq vers héroïques, que nous avons rapportée en son lieu, est de la façon d'Hucbald. (Mab. *An.* l. XXXVII, n. 35)

4° Ce qui occupa le plus ordinairement notre auteur dans ses travaux littéraires, fut d'écrire l'histoire de plusieurs saints, et de composer des hymmes et des offices en leur honneur. Si son voyage à Nevers est aussi réel qu'on le suppose, il faut mettre entre ses premiers écrits en ce genre, ce qu'il fit sur sainte Cilinie, mère de saint Remi, évêque de Reims. Son ouvrage est en vers; mais les agiographes ne conviennent pas autrement de sa nature. Meyer, dans ses Annales de Flandres sur l'an 930, nous le donne pour un poëme. Les successeurs de Bollandus disent simplement qu'Hucbald se trouvant à Nevers, où l'on croit qu'il était peu après l'an 860, y composa des chants, c'est-à-dire apparemment des hymnes, ou des répons sur sainte Cilinie, à la persuasion de l'évêque du lieu. (Boll. 16 jun. p. 34, n. 2). Dom Mabillon dit davantage, et prétend qu'y ayant trouvé sa vie, il la mit en vers. (Mab. *ib.* l. XXXIX, n. 81). M. Baillet semble aller encore plus loin, et supposer qu'Hucbald est le propre auteur de cette vie en vers, qui, selon lui, ne vaut pas ce que nous apprend de cette sainte l'histoire de saint Remi son fils. (Bail. 21 oct. *tab. cr.* n. 4). Il y a lieu d'espérer que les savants Bollandistes, qui n'en ont parlé que par occasion, nous donneront à ce sujet tous les éclaircissements nécessaires, lorsqu'ils en seront au vingt-unième de leur mois d'octobre.

5° L'histoire du martyre de saint Cyr et de sainte Julite suivit de près l'ouvrage précédent; puisque ce fut à l'occasion de leurs reliques qu'Hucbald, comme on le suppose encore, porta de Nevers à Saint-Amand, qu'il entreprit de l'écrire. L'auteur, au défaut d'autres monuments, tira sa matière des actes apocryphes de ces saints martyrs : ce qui fait regarder son écrit comme une pièce de nulle autorité, quoiqu'il ait apporté ses soins pour en exclure les fables qui se lisent dans son original. (Boll. *ib.* p. 18, 19, n. 8-10.) Son ouvrage, tout défectueux qu'il est, n'a pas laissé de servir de modèle à Philippe Harveng, abbé de Bonne-Espérance, qui n'a fait proprement que le copier, et en changer le style, dans ce qu'il a écrit sur les mêmes saints martyrs. Mombrice (p. 21, n. 18) est le seul qui jusqu'ici ait imprimé le texte de notre auteur.

6° Lorsqu'Hucbald enseignait à Reims, il composa, à la prière des moines de saint Thierri, un office de la nuit en l'honneur de ce saint, et le nota pour être chanté à la solennité de sa fête (Mab. *An.* l. XXXIX, n. 81.) Les répons y étaient assortis aux antiennes, et le tout tiré de la Vie du saint. On nous a conservé deux hymnes qui faisaient partie de cet office, avec la lettre qu'Hucbald écrivit à cette occasion. Dom Mabillon avait déjà publié ces trois pièces (p. 691, 692, Boll. 1 jul.. p. 81, 82), lorsque les continuateurs

A de Bollandus les ont fait imprimer à leur tour, au premier jour de juillet On n'y découvre rien digne de remarque, sinon de grands traits de piété. Comme l'auteur avait demandé des prières pour toute reconnaissance de son travail, il a porté son attention à marquer à la fin de sa lettre, celles qu'il désirait qu'on fît pour lui pendant sa vie et après sa mort.

7° La Vie de sainte Rictrude, première abbesse de Marchiennes, ayant péri dans les ravages des Normands, les religieuses de ce monastère engagèrent Hucbald à en écrire une nouvelle (Mab. *Act. B.* t. II, p. 938, 939). Elles lui fournirent à cet effet tout ce qu'elles purent déterrer de mémoires sur l'histoire de la sainte, et Hucbald de son côté s'adressa à des personnes instruites et dignes de foi, pour recueillir ce qu'on en savait par tradition. Avec ces secours il mit la main à l'ouvrage, et l'envoya, sitôt qu'il fut fini, à Etienne, évêque de Liège, avec prière de le revoir et d'y faire ses corrections. C'est ce qui a fait

B croire au chroniqueur de Marchiennes (Mart. *ib.* t. III, p. 1395) qu'Hucbald l'avait entrepris aux instances de ce prélat. Etienne n'y trouva rien à corriger. Seulement il voulut que l'auteur y mît son nom, ce qu'il n'avait pas fait par modestie; et qu'il y marquât l'année à laquelle il y avait travaillé (Mab. *ib*). Sage précaution qu'il serait à souhaiter que tous les écrivains eussent prise. Nous serions délivrés par là de beaucoup d'embarras, et plus en état d'apprécier leurs ouvrages.

Hucbald, sensible à l'avis d'Etienne, nous a appris qu'il finit son écrit en 907. Il y avait alors, non deux cent dix-neuf, comme le supputent M. Baillet et le P. le Long (Bail. 12 mai. *tab. cr.* n. 5, Le Long; *lib. fr.* p, 286, 1), mais seulement deux cent dix ans que sainte Rictrude n'était plus au monde. L'auteur n'a pas laissé de réussir à nous donner une histoire qui a mérité les louanges de Baronius et des autres critiques suivants, tant

C pour sa sincérité et sa fidélité, que pour la manière naturelle avec laquelle les choses y sont rapportées. Elle n'est pas au reste sans défaut, surtout en ce qui concerne la chronologie. Ces fautes, il est vrai, pourraient aussi bien venir de la part des copistes, que de celle de l'auteur original.

Quelques-uns des éditeurs (Boll. 12 mai, p. 79, n. 1) observent en effet que la plupart des dates marquées dans les imprimés, ne se lisent pas dans tous les manuscrits. Hucbald adopte dans son écrit l'opinion commune de nos historiens des VIII$^{e}$ et IX$^{e}$ siècles, touchant l'origine des Français, qu'ils font descendre des Troyens (Mab. *ib.* p. 939, c. I).

Surius paraît être le premier qui l'a mis au grand jour; mais en lui faisant l'injure d'en changer le style, sous le faux prétexte qu'il était obscur et trop simple (Sur. 12 mai, p. 230-238). Dom Mabillon, qui l'a publié après Surius, lui a rendu sa première intégrité, au moyen d'un ancien manus-

D crit de l'abbaye de Marchiennes (Mab. *ib* p. 937-950). Les successeurs de Bollandus (Boll. *ib.* p. 79, 89) en ont encore donné une autre édition, revue sur la précédente, et collationnée à plusieurs autres manustrits. L'une et l'autre édition est fort estimable, tant pour l'exactitude du texte, que pour les savantes observations dont il est illustré. Jean, moine de Saint-Amand au XI$^{e}$ siècle, jugea cet écrit assez intéressant, pour qu'il se donnât la peine de le mettre en vers. (Mab. *ib.* p. 937, n. I.)

8° Nous avons déjà annoncé à la page 638 de notre troisième volume, qu'Hucbald avait travaillé sur l'histoire de sainte Aldegonde, abbesse de Maubeuge, morte en 684. C'est ce qu'il paraît avoir exécuté vers le même temps, ou peu après qu'il eut fini la Vie de sainte Rictrude. Il n'eut point le même motif d'entreprendre celle dont il est maintenant question, puisqu'il y avait dès lors deux légendes de cette sainte; l'une par un auteur contemporain, l'autre qui avait été faite un siècle, ou un siècle et demi après. Tout ce qu'on peut conjecturer de plus vraisemblable à ce sujet, c'est que la grande réputation

où était Hucbald, fit espérer (Sur. 13 n. p. 300) aux religieuses de Maubeuge qu'il réussirait mieux que les deux écrivains précédents à écrire l'histoire de leur sainte fondatrice. Dans cette espérance, elles l'engagèrent à s'y prêter. Cependant ce qu'il y a de meilleur dans l'ouvrage d'Hucbald est tiré de celui du premier auteur. Il n'a proprement fait que donner un nouveau tour et quelquefois un nouvel ordre à ce qu'il en a emprunté, sans néanmoins nommer ou indiquer la source où il a puisé les faits qu'il rapporte. A la tête se lit une épître dédicatoire aux religieuses qui avaient eu recours à sa plume. Il y recommande fort d'observer la division des chapitres qu'il y a établie, au cas qu'on multiplie les exemplaires de son ouvrage. Il n'y a point mis son nom, comme à l'histoire de sainte Rictrude; mais les éditeurs ne doutent point qu'il ne lui appartienne (Ib. Boll. 3e jan., p. 1035, n. 5).

Surius ne l'ayant pas encore déterré, lorsqu'il imprimait son mois de Janvier, où il devait trouver sa place, sainte Aldegonde étant morte le trentième de ce mois, il l'a mis au treizième de novembre, jour auquel on célèbre une de ces translations (Sur. *ib.* p. 300-309). Mais on a eu soin dans les éditions postérieures de le placer au jour de sa mort. C'est au même jour que Bollandus l'a réimprimé (Boll. *ib.* p. 1040-1047), à la suite de ce qu'ont fait sur le même sujet les deux premiers historiens de la sainte. Dom Mabillon n'a pas cru devoir lui faire le même honneur, et s'est borné à en rapporter quelques endroits dans ses notes sur le plus ancien écrivain, qu'il s'est contenté de publier. Bollandus (p. 1047-1050) a joint à l'ouvrage d'Hucbald celui d'un moine de saint Guilain sur la même sainte abbesse. Mais cet écrit qui n'est que du XIe siècle, ne nous apprend rien qui ne se trouve dans les trois autres, qui avaient traité le même sujet avant lui. La notice qu'on donne ici de cette pièce, doit suffire; et l'on n'y reviendra pas dans la suite.

9° L'écrit d'Hucbald qui a reçu le plus d'éloges, et qui en mérite davantage, est la Vie de saint Lebuin ou Libwin, prêtre anglais et apôtre du pays d'Ower-Issel, mort en 776. M. Baillet suppose (Bail. 12 nov. *tab. cr.*, n. 8) que l'auteur l'écrivit à l'occasion de la translation des reliques du Saint, faites par Baldric, évêque d'Utrecht. Hucbald cependant n'en dit pas un seul mot, et ne parle point d'autre translation que de celle qu'en fit saint Ludger, plus d'un siècle avant Baldric (Sur. 12 nov. p. 285-286). C'est par là qu'il finit son ouvrage. On sait néanmoins d'ailleurs, qu'il le dédia à ce dernier prélat (p. 277), qui succéda en 918 à saint Rodbod. De sorte qu'il y avait au moins cent quarante-deux ans que saint Lebuin était mort, lorsqu'Hucbald entreprit de composer sa Vie. Il ne nous apprend point d'où il a tiré les événements qu'il y a fait entrer. Mais la manière dont ils sont rapportés avec leurs circonstances, fait juger qu'on lui avait fourni de bons mémoires.

Sitôt qu'il eut mis la dernière main à son ouvrage, il le communiqua à Pierre, archidiacre de l'église de Cambrai, et à Odilon, moine de Saint Médard à Soissons. (Mart. *am. Coll.* t. I. p. 265. 266). L'un et l'autre qui se mêlaient de littérature, lui écrivirent à ce sujet chacun une lettre, où ils rehaussent à l'envi le mérite de l'auteur et le prix de son travail. Il n'y a rien autre chose, que nous sachions de cet archidiacre; mais, pour Odilon, on a vu à son article qu'il a laissé divers autres écrits de sa façon. Un nommé Judion (p. 267,268), qui se donne pour disciple d'Hucbald, étant tombé sur son histoire de saint Lebuin, en fit aussi l'éloge en un poëme de trente-six vers élégiaques, adressé à l'évêque Baldric. Il y a ajouté à la fin une prière à Dieu, en une espèce de vers iambiques dimètres, qui font voir, aussi bien que les précédents, que Judion n'était rien moins que bon poëte. Trithème faisait tant de cas de la Vie de saint Libwin par Hucbald, qu'il l'a nommée préférablement à tous les autres ouvrages en ce genre, qu'il attribue à cet écrivain (Trit. *scri.* c. 284. *Chr. Hir.* t. I, p. 33).

Les critiques modernes n'en ont pas porté un jugement moins avantageux. On y découvre, selon M. l'abbé le Beuf, un style supérieur et un latin assez pur et coulant (Le Beuf, t. II, p. 62). Hucbald y a évité de donner dans des rimes, ou consonnances en construisant ses phrases : défaut où tombèrent quelques mauvais auteurs ses contemporains. Il a même su y placer grand nombre de passages de l'Ecriture avec tant d'art, que, bien loin d'affaiblir sa diction, ils en font un ornement. Dès que l'ouvrage sortit des mains de son auteur (Mart. *ib.* p. 266), Odilon y remarqua les mêmes beautés : une latinité peu commune alors, un jugement accompagné des grâces du discours, une méthode et un arrangement qui montraient qu'Hucbald possédait toutes les parties de la philosophie. *Prudenter*, dit-il, *ornateque compositum omnis philosophiæ partibus undique roboratum.* Cette vie est imprimée dans le recueil de Surius, qui en a respecté le style (Sur. *ib.* p. 277-286).

10° Les laborieux continuateurs de Bollandus (Boll. I. aug. p. 73, 74) ayant déterré un écrit sous le nom d'Hucbald, et le titre d'exhortation, en ont publié une partie, pour servir à l'histoire de saint Jonat ou Jonas, premier abbé de Marchiennes, dont il y est parlé. A la suite de cette exhortation (p. 74, 75), vient l'histoire de l'élévation du corps de ce saint par le même auteur, qui l'a divisée en neuf courtes leçons. Les éditeurs y ont retenu la même division, en imprimant cette pièce avec la précédente.

11° Plusieurs bibliographes comptent aussi entre les écrits d'Hucbald, une Vie de sainte Madelberte, abbesse de Maubeuge, qui se conservait manuscrite dans la bibliothèque de saint Guilain, au temps de Valère André (Andr. *Bib. belg.* p. 395. Oud. *Scri.* t. II, p. 418).

12° On lui attribue encore une vie de sainte Brigide, que Sanderus avait vue manuscrite à l'abbaye de Saint-Amand (Ibid. Cave, p. 495, 2).

13° Dom Martène (Mart. *in reg. S. B.* pr.) assure qu'il se trouve manuscrit dans la même bibliothèque un commentaire sur la règle de saint Benoît, qui appartient à notre auteur. Dom Calmet atteste la même chose, et rapporte le titre de l'ouvrage qui annonce que c'est un tissu de sentences choisies des saints Pères : *Liber ex dictis sanctorum Patrum defloratus super regulam sancti Benedicti* (Cal. *in reg. S. B.* t. I, p. 74).

14° Hucbald écrivit aussi sur la musique, dont il avait fait une étude particulière. Sigebert nous donnant une notice de son ouvrage sur cette matière (Sigeb. *ib.*), dit qu'il y avait placé les lettres de l'alphabet sur les différentes touches du monocorde, avec tant d'art, que chacun pouvait par ce moyen, sans le secours d'aucun maître, apprendre un air qui lui était inconnu.

15° Il existe un autre petit traité de notre écrivain, sur la même faculté de littérature, qui se trouve entre les manuscrits de la bibliothèque du roi sous ce titre : *Enchiridion Uchubaldi Francigenæ* (Le Beuf, t. II, p. 98, 99). L'écriture de ce manuel est du Xe siècle. On y voit que l'auteur inventa des signes indépendants des lignes et des lettres, pour marquer chacun des sons de l'octave. Il y donne une table de leur valeur, appliquée à l'hymne des martyrs : *Sanctorum meritis*. Cette table, qui peut fort bien être de la main de l'auteur, est accompagnée d'une savante explication de l'organisation du chant, qui le représente comme un contrepoint grave, qu'on ne faisait guère

sentir qu'aux endroits des distinctions, ainsi nommées alors, c'est-à-dire, des repos du chant.

16° Sigebert et Trithème attestent qu'Hucbald fit aussi usage de la connaissance qu'il avait de la musique, pour composer et noter des offices en l'honneur de plusieurs saints (Sigeb. *ib.* Trit. *Chr. Hir. ib.*). On a déjà parlé de celui qu'il fit pour saint Thierri. Trithème en marque un autre nommément, qui était en l'honneur du saint Roi David. Molanus prétend qu'il entreprit et exécuta la même chose en faveur de sainte Cilinie (Andr. *ib.*) ; et ce qu'en disent les successeurs de Bollandus paraît le confirmer (Boll. 16 jun. p. 34, n. 2). De sorte que notre auteur aurait mis en vers la Vie de cette Sainte, et composé un office pour le jour de sa fête. On crut pendant un temps (Mart. *am. Coll.* t. IV, p. 858) que l'office de la Sainte-Trinité, dont nous avons fait mention à l'article d'Etienne, évêque de Liège, était aussi de la façon d'Hucbald. Mais on fut convaincu dans la suite, qu'il appartient à ce prélat, par la découverte du testament de Riquier, son successeur, où il lui est expressément attribué.

17° Trithème compte aussi entre les ouvrages d'Hucbald, un recueil de lettres à diverses personnes (Trit. *Scri. ib.*). Mais comme il ne témoigne point l'avoir vu, et que nous n'avons point d'autre garant de ce fait, on peut légitimement en douter.

18° Rosweide a voulu transporter à Hucbald l'honneur d'avoir écrit la légende de sainte Eusebie, abbesse d'Amay, qu'on a en vers et en prose. Mais les Bollandistes ses confrères n'ont pas jugé son opinion assez bien fondée pour l'adopter (Boll. 16 mar. p. 450, n. 1, 2). Elle ne semble effectivement appuyée que sur ce qu'on y lit presque les mêmes choses qui se trouvent dans l'histoire de sainte Rictrude. Et c'est, au contraire, ce qui doit faire conclure, que cette légende n'est point l'ouvrage d'Hucbald, qui ne se copie point de la sorte.

# NOTITIA ALTERA IN HUCBALDUM.

(Apud Fabricium, Biblioth. med. et inf. Lat.)

HUCBALDUS, *Hugbaldus*, *Hubaldus*, *Huabaldus*, monachus S. Amandi Elnonensis in Hannonia ad fluvium Elnonem in diœcesi Tornacensi ord. Bened., (570) *vir disciplinis sophicis nobiliter eruditus* quem Fulco archiepiscopus Rhemensis Rhemos accersivit, Ecclesiamque Rhemensem per eum præclaris illustravit doctrinis, ut testatur Flodoardus. IV, 9, Hist. Ecclesiæ Rhem. Scripsit, teste Sigeberto c. 107, *Vitas multorum sanctorum*, quod etiam confirmatur ejus epitaphio.

*Vitam S. Aldegundis virginis*, abbatissæ et fundatricis Malbodiensis in Hannonia post Surium 30 Januar. exhibent emendatiorem Mabillonius sæc. II Benedictin., pag. 710, et Acta Sanctorum tom. II Januar., pag. 1040-1047. *Vitam S. Lebuini*, patroni Daventriæ, ad Albricum sive Baldricum episcopum Ultrajectensem, idem Surius 12 Novemb. et *Vitam S. Rictrudis* abbatissæ Marchianensis in Gallo Flandria, ad Stephanum episcopum Cameracensem (non Eboracensem, ut Voss. pag. 324), Surius ad 12 Maii, et Acta sanctorum tom. III Maii, pag. 81-89, et Mabillonius sæc. II Benedictin. pag. 937. Scripsit idem *Vitam S. Madelbertæ* abbatissæ Malbodiensis, quæ ms. legitur in cœnobio S. Gisleni in Hannonia, teste Valerio Andrea, pag. 395, et Aub. Miræo in notis ad Sigebertum ; et *Historiam S. Ciliniæ*, matris B. Remigii, Francorum apostoli, *nec non officium* atque *cantum* de eadem. *Vitam* quoque *S. Brigidæ*, ms. in monasterio Elnonensi ad S. Amandum, teste eodem Valerio et Sandero in Bibliotheca mstorum Belgii, p. 55. Ejus versus, quibus patrui ac magistri sui Milonis carmina de laude parcitatis mittit ad Carolum Calvum imp., editi ab Edmundo Martene t. I Anecdotor., p. 45 seq. Scripsit etiam, teste Sigeberto, ad eumdem imperatorem *librum trecentorum versuum* (non *carminum* ut calami errore Caveus ad Annum 916) *in laudem Calvorum*, cujus omnia verba incipiunt a littera *C* hoc initio :

Carmina clarisone calvis cantate Camœnæ.

In editionibus Basileensibus 1516 et 1546, et Lovaniensi 1561, non sunt plures versus quam 136, sicut nec in Casparis Dornavii Amphitheatro Sapientiæ Socraticæ, in quo idem carmen tom. I, p. 290 seq., legitur ; sed Caspar Barthius qui illud lib. XLVI Adversariorum, cap. 22, exhibet, ex charta nescio qua addidit alios versus 15. Simili studio recentior quidam scriptor *Christiani Pierii* nomine poema in Christum crucifixum edidit Francofurti 1576 8°, in quo vocabulorumr singulorum prima *C* est littera. Addit Sigebertus : *et quia in arte musica præpollebat*, cantus *multorum sanctorum dulci et regulari melodia* (571) *composuit. Scripsit* librum de Arte musica, *sic contemperans chordas : monochordi, litteris alphabeti, ut possit quis per eas sine magisterio alterius discere ignotum sibi cantum*. Denique *epistolas* Hugbaldi ad diversos, Trithemius commemorat. * Commemoranda etiam sunt scriptoris hujus acta martyrii SS. Cyriaci et Julitæ matris ejus, quæ apud Mombricium leguntur ; sicut etiam ecclesiasticum officium S. Theoderici pro monasterio Rhemensi, ex quo opere epistolam ab Hucbaldo præmissam et hymnos duos Mabilonius in Annalibus, tom. III, pag. 641, in append. editionis Lucens. vulgavit. Denique in mss. codicibus superesse scriptoris hujus commentarium in Regulam S. Benedicti affirmat Martene, et ex eo tradunt Auctores Historiæ litterariæ Gallicanæ, tom. VI, pag. 220. Liber ita inscribitur : *Liber ex dictis SS. Patrum defloratus super Regulam S. Benedicti*.

(570) Trithemius cap. 284 de S. E, et illustr. Bened. II, 49.

(571) *Dulci et regulari modulatione*. Idem Sigebertus in Chron. ad annum 879.

# HUCBALDI MONACHI

# PERUM PARS PRIMA. - HAGIOGRAPHICA

## EPISTOLA DE SANCTO THEODERICO.

(Apud Mabill., Annal. Bened., tom. III, p. 691.)

is in Christo patribus et fratribus congre- almi confessoris Christi Theoderici Huc- iumilis, licet indignus officio sacerdos, ha- nachus, omnem felicis vitæ jocunditatem. ›stra religio atque ardentissima in Deum tum ejus Theodericum devotio, studiique oni intentio nostram adiit mediocritatem, lans ut, ad nostrorum imitationem majo- ii in laudem Dei et sanctorum ejus mente ssima singulis apta temporibus canona uere modulamina, nos quoque vobis noc- de memorabilibus præfati cultoris Dei et 3 patroni vestri domi Theoderici gestis æ melodiis, dulcorata cum antiphonis əmus responsoria, in ejus sacra festivitate ı, quod exsequendum tanta noster agres- animus alacritate, quanta vestra id fieri t devotio. Et ecce, divina favente gratia, stra suggessit charitas, nostræ parvitatis ter explevit humilitas. Sed quia, attestante ıngelica, *dignus est operarius mercede sua* ı); me humiliter expetente, et vestra boni- 'orabiliter annuente, in ejus parvissimi ›nsatione servitioli spopondistis mibi cum promissione fidei acturos vos in sacris bus vestris memoriam mei singulis annis hoc ipso officio nocturnali: nec tantum hoc cursu instantis ævi videor frui sole , sed multo magis cum Deo disponente it præsenti me vita defungi; et addidistis A hujus in me benevolentiam exempli vos per successiones temporum, veluti pro bonæ consuetudinis lege relicturos posterorum dilectioni. Promissionis ergo inter nos istius firmitas intemerata sit fidei vestræ veritas coram Deo semper aperta, qui eum promittit habitaturum in tabernaculo suo, et requiem habiturum in monte sancto suo, qui loquitur veritatem in corde suo, et qui non egit dolum in lingua sua. Et ne vobis videar pro parvis exposcere magna, sciat dilectio vestra se apud illum recepturum impensæ in me charitatis præmia, qui pro minimis fideliter actis solet rependere maxima. Igitur gratifica vestræ dulcedinis sponsio et jussione accepta, ut in hoc perseverans, Deo miserante, maneat apud vos nostri memoria B hæc prædicta, sicut et quæ sequuntur capitula in hac adnotata sunt pagina, pro vivo psalmum *De profundis*, *Pater noster*, Capitula, *Salvum fac servum tuum*; *Convertere*, *Domine*, *usquequo*; *Mitte ei*, *Domine*, *auxilium de sancto*; *Nihil proficiat inimicus in eo*; *Esto ei*, *Domine*, *turris fortitudinis*; *Domine*, *exaudi orationem meam*. *Deus qui justificas impium*, *et non vis mortem peccatoris*.

Pro defuncto, psalmum *De profundis*. *Pater noster*. *Requiem æternam dona ei*, *Domine*. *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi*. *Anima ejus in bonis demoretur*. *A porta inferi*. *Annue nobis*, *Domine*, *anima famuli tui Hucbaldi remissionem quam semper optavit*, *mereatur percipere peccatorum*. *Per Dominum*, etc.

## HYNNUS DE SANCTO THEODERICO

Festiva Christo cantica
Nunc turma fratrum concinat,
Qui semper in sanctis suis
Mirandus et laudabilis

Theodericum terrea,
Et carnis oblectamina,
Qui corde fecit spernere
In seque mentem figere.

C

Is ergo spernens sæculum,
Christoque sponsam conferens,
Cœlestis aulæ prævium
Sibi petit Remigium.

A quo celebri dogmate
Cum doctus esset optime,
Datur pater cœnobio,
Fundat poli quod nuntio.

A Præclarus hic in dogmate
Et actibus sublimior,
Multis parabat perviam
Arctam polorum semitam.
Divina mox clementia
Miraculis hunc radiat,
Ut verba vitæ seminans
Et sanitatem conferat.
Nam suscitavit unicam
Theodorici filiam.
Ipsique regi postea
Lumen restaurat turbidum.
Oremus ergo supplices,
Nos hujus ut precatibus
A vitiis Christus levet,
Illustret et virtutibus.
B Sit laus, decus, virtus, honor
Patri, Proli, Paraclicto.
Sit Trinitati gloria,
Uni Deo per sæcula. Amen.
Exsultet Domino mente serena,
Laudes ac jubilos concio nostra
Solvens almifluis atque colendis
Festis eximii Theoderici,
Qui tactus radiis Spiritus almi,
Dum transire videt gaudia mundi,
Sprevit clara figens lumina mentis,
Quo nos certa vocant munera Christi.
Hic nam Remigii dogma magistri
Sectans postposuit noxia sæcli :
Cui mox cœnobii creditur ordo,
Quem digne coluit dogmate claro.
In quo mira nitens cœlica virtus,
Infirmos varia clade levavit,
Et Regis sobolem ordine miro
Orando revocat mortis ab antro.
Tu nos ergo pie Christe redemptor.
Istius meritis solve precamur
Cunctis criminibus, atque beatis
Jungas agminibus lumine regni.
Sit laus ingenito gloria Patri,
Virtus atque decus sit Genitoque
Majestas similis Paraclitoque
Unus qui Deus est tempore sæcli. Amen.

---

# VITA SANCTÆ RICTRUDIS

## ABBATISSÆ MARCIANENSIS

## AUCTORE HUCBALDO.

(A Surio exposita, at restituta ad cod. Marcianensem opera R. P. Simonis Gillemoti, subprioris Gisleniani; apud Mabill. Acta SS. ord. S. B., sæc. II, p. 937.)

## MABILLONII OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

I. Hucbaldus, Elnonensis monachus, variis scriptis notus, Acta. S. Rictrudis, Northmannorum clade deperdita, partim ex seniorum relatione, partim ex variis schedis utcunque accepta restituit: qua de re Marcianensis chronographus ms. ita loquitur in lib. I, cap. 17 : « Stephanus Leodicensis episcopus, vir grandævus et miræ sanctitatis, ab Hucbaldo S. Amandi monacho Vitam ejus (Rictrudis) conscribit præcepit. Hic est autem episcopus qui cantum scilicet Trinitatis et Vitam B. Lamberti martyris tam devote quam eleganter composuit, et multa alia Deo inspirante locutus est, quæ mater Ecclesia memoriter et in auctoritate retinuit. Qui propterea Hucbaldum ad conscribendam Vitam ejus elegit, quod esset vir litteratus, et inter monachos sana de ejus conversatione haberetur opinio : cujus dictis fidem faciunt ejus diuturna opera et conservationis tenor immunis a querela. » Porro Hucbaldus huic lucubrationi manum admovit anno 907, uti ipse in prologo diserte D affirmat. Paulo post Hucbaldum eamdem Vitam metrice edidit Joannes, monachus itidem Elnonensis, ad Stephanum monachum Gandensem, rogante, imo præcipiente, episcopo Cameracensis « Ecclesiæ Erluino, » qui Erluinus in ea dignitate vixit ab anno 996 ad 1011. Verum unus instar omnium debet esse Hucbaldus, qui licet in nonnullis lapsus sit, cæteris tamen auctorite et antiquitate præstat.

2. In antiquis Martyrologiis desideratur nomen sanctæ Rictrudis viduæ et abbatissæ Marcianensis C cœnobii; cujus de origine pauca dicenda sunt. Marcianiæ, seu Marcennæ vulgo *Marchiennes*, villa quondam in Flandria ad Scarpum fluvium, inter Duacum et Audomaropolim, diœcesis Atrebatensis, nomen ac locum dedit Marcianensi, seu (ut scribunt Marchianensi monasterio, a S. Amando constructo et ab eodem una cum S. Autberto episcopo VI Kalend. Novemb. solemniter dedicato in honorem apostolorum Petri et Pauli, cui monasterio S. Jonatus abbas primus præfectus est. Duplex eo in loco a primo conditu fuit congregatio monachorum ac sanctimonalium; illis Jonatus, his Rictrudis præerat. Monachos illic primum, deinde paulo post, hoc est anno circa 647 virgines Deo sacras fuisse collocatas in gratiam sanctæ Rictrudis dotatricis, traduit chronographus Marcianensis. Vastato a Nortmannis monasterio anno 869, sanctimoniales paulatim ad deteriora lapsæ sunt, donec Balduinus comes, cognomento *Barbatus*, eliminatis feminis, monachos substituit (anno 1028, teste Meiero), accito Lietwino Vedastini cœnobii abbate clarissimo, qui postquam locum rexit annos novem, Alberico discipulo suo regimen Marchianense imposuit. Alberico anno 1048 mortuo, S. Poppo abbas Stabulensis, ac decurso mense Popponi Wido successit. Hæc summatim ex Chronico Marchianensi, de cujus etiam auctore in notis de Translationibus S. Rictrudis inferius dicemus. Floret nunc istud monasterium monachis Benedictinis addictum, in quo claruerunt ex viris SS. Jonatus et Poppo; itemque venerabilis Amandus et

B. Hugo abbates; ex feminis S. Rietrudis, ejusque filia ac post eam abbatissa S. Clotsendis, ut mittamus S. Maurontum et S. Eusebiam, qui eo in loco aliquandiu conversati sunt.

# PROLOGUS AUCTORIS

## AD STEPHANUM LEODIENSEM EPISCOPUM.

In Christi membrorum compage sicut excellentiori, sic merito honorabiliori domino præsuli STEPHANO secundum nomen suum apostolicæ reverentiæ signo ab hominibus quidem coronato, sed demum ob meritorum insignia cum eis quorum vices exsequitur a Deo coronando, HUCBALDUS omnium exiguus sacerdotum ac monachorum ejusdem, immarcescibilis vernantisque floribus virtutum optat coronæ gaudium.

Clericis et sanctimonialibus congregationis Dei dilectæ famulæ beatæ Rictrudis rogitatus apponere novum ad conscribendum gesta ipsius natorumque ejus calamum, diu multumque renisus sum, vel quia meam quantulamcunque scientiolam tantæ imparem materiæ noveram, vel quia tanto transacto tempore nulla certæ relationis de his scripta videram vel audieram, veritus ne forte dubia pro certis vel falsa pro veris assererem. Cumque renitenti mihi quædam historiarum exemplaria suis ostenderent concordantia dictis, de cætero illis quorum non contemnendæ videbantur personæ mihi fidem facientibus, quod hæc quæ referebant, eadem olim tradita litteris fuerunt, sed insectatione Nortmannicæ depopulationis deperierunt; postremo adjuratus tremendo Divinæ majestatis nomine tandem acquievi: et si non ut debui, instití tamen ut potui, non phaleris deservire verborum, sed ædificationi consulere legentium cupiens vel audientium. Explicato vero jam opusculo cum ad recitandum, vel potius vestræ examinandum excellentiæ traderetur, visum est prudentiæ vestræ ex iis quæ ad corroborandam uniuscujusque libri auctoritatem solent a scholasticis requiri, quædam deesse, persona videlicet et locus cum tempore. Mihi tamen satis superque videbatur suffecisse, si tam præclara tantorum virorum nomina et facta et loca loquentibus scriptis supprimeretur locus et persona scriptoris, ne per eam veluti per atram nubem obnubilari viderentur astra tanti splendoris. Verum sicut placuit sanctitati vestræ, famosa vestri nominis lampade præfulgente, nostri quoque licet tetræ illuminabuntur tenebræ, et dum Stephanum Legiensem (572) inclytum præsulem hujus libelli loquetur præfatio, nostra etiam exiguæ fiet personæ mentio. Porro locus (ut nostis) non est mihi cujuslibet nunc ut olim celeberrimæ urbis, cum potius libenter me infimum esse gloriarer cœnobitam monasterii S. Amandi egregii Christi confessoris, vestri quoque dudum prædecessoris, nisi meis exigentibus peccatis, inde tam crebro fugarer metu barbaricæ insectationis. Quid autem dicam de tempore secundo quod (ut ita dictum sit) pessimum videtur forte [esse]? Libet duntaxat cum Psalmista ad Deum proclamare: « Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Respice, Domine, in servos tuos et in opera tua (*Psal.* LXXXIX). » Cogimur denique Apostolum monentem audire: « Redimentes tempus quoniam dies mali sunt (*Ephes.* V). » Ne tamen prætergredi videar auctoritatem vestræ jussionis, nostratum regum nominibus omissis, innotescat tempus nativitatis Christi summi regis, cujus agebatur annus nongentesimus septimus, revoluto ordine in decimo indictionis anno hujus editæ scriptionis. Ad profectum Ecclesiæ catholicæ opto vos feliciter ad vota communia valere.

Vestra sagax votis faveat prudentia nostris,
Quæ passim suavem famæ diffundit odorem:
Quod cultrix veri retegat quoque nubila falsi,
Nec nostrum placido dignetur visere vultu
Hoc opus, et justo pensans examine libram
Emendet mendas, si quas malus intulit error.
Quod si laux nullo præponderat acta rotatu,
Imparibus neque me miscet fraus partibus ullis;
Congaudere pio justum, pater, esse labori
Inclyte scis, dignas Domino persolvere grates
Quod sumus et sapimus, vitaque movetur in ista:
Cum potius veræ spectamus [*f.* speramus] gaudia vitæ,
Quæ nobis pariter Dominus det sumere Christus
Sanctorum precibus, quorum signavimus actus.

(572) Surius ita reddidit: *Dumque Stephanum inclytum antistitem libelli hujus loquetur præfatio*, voce *Legiensem* expuncta; ac Stephanum cui hæc Vita nuncupata est, episcopum Cameracensem fuisse opinatus est.

# INCIPIT VITA.

## CAPUT PRIMUM.

*Franci ad fidem per S. Remigium adducti.*

Dum Francorum gentem in suis olim primoribus de minore progressam Phrygia atque ex regali Trojanorum propogatam prosapia, diuque fanatica simulacrorum delusam dementia, ad agnitionem veri-

tatis divina voluisset venire gratia; quod ante tempora prædestinaverat sæcularia, pene in fine temporum sæculi cum industrius rex Chlodoveus ejusdem gentis regeret sceptra, beatissimi præsulis Remigii devota perfici decrevit instantia. Qui sacratissimus pontifex, et sancta morum probitate, et admirabile signorum pollens virtute, præfatum regem, necnon et maximam ipsius exercitus partem, fidei doctrina catholicæ, atque (ut ferunt) sumpto cœlitus chrismate, una die ad tria circiter millia Christi baptismatis imbuit charismate. Ex illo deinceps tempore magis magisque, et sancta inter Francos religio, ut super regna sibi collimitanea, seu etiam quædam procul posita, a suis partim majoribus elaborata convaluit eorum dominatio: quam non suorum feritate morum sunt adepti, a qua Franci putantur a quibusdam nuncupati, eo quod sit in illis velut naturalis quædam ferocitas animi, et mores in eis sint inconditi; sed quoniam geminis magnisque erant columnis fulti, quibus totus totius Ecclesiæ status videtur inniti, auctoritate videlicet sanctorum pontificum, honore ejus cujus vice funguntur præcellenti, et præpotentium virtute regum in administrandis reipublicæ negotiis in omnibus sagaci; idcirco divina eos præveniente gratia ac subsequente ad potiora passim fastigia sunt provecti. Denique « ubi quondam peccantum abundaverat, intantum Dei gratia superabundavit (*Rom.* v, 20), » ut sicut cœlum varia stellarum decoratur pulchritudine, sic et « a Patre luminum a quo descendit omne datum optimum et omne donum perfectum (*Jac.* I, 17). » Francorum terra multiplici perfectorum sanctorum tam indigenarum quam et ab exteris regionibus advenientium utriusque sexus et omnis ordinis illustraretur claritate.

## CAPUT II.

*Rictrudis parentes nobiles.*

De quorum sacrosancto refulsit collegio velut quoddam sidus splendore admodum venusto Rictrudis devota Christi famula, ipsi suo acceptabilis Deo atque bonis hominibus amabilis, ac laudabilis justitiæ atque sanctitatis merito. Hæc claro satis exstitit oriunda germine, Ernoldo nobili edita, genitore, et Lichia genitrice ex agili pugnacique Wasconum gente. Hujus autem gentis antiquiores primo dicti sunt Vaccei (573) a quodam oppido juxta Pyrenæum sito sic cognominati, sed postea Wascones quasi Vaccones demutata *c* in *s* litteram nuncupati: et ipsorum regio quæ antea dicebatur Vacceia, appellata est Wasconia. Cujus incolæ, licet illo tempore pene omnes dæmonicis essent dediti cultibus, a Deo tamen præelecta Rictrudis sic ex eisdem impiis et sine Deo prodiit hominibus, velut solet rosa de spinosis efflorere sentibus: quæ ab ipsis incunabulis cum ætatis teneræ provectibus, honestis est alta et instituta moribus. Fuit vero temporibus Chlotharii regis magni, qui a Chlodoveo ex Francorum regibus (ut præfatum est) primo ad fidem Christi converso quartus exstitit, seu etiam filii ejus Dagoberti regis inclyti, qui a beatissimo Arnulfo Mettensium episcopo enutritus ut patri conregnaret atque succederet, sicut de eo scriptum est, et industria dignus et viribus fuit. Hic post defunctionem patris sui Chlotharii regalia sceptra regenda suspiciens, fratri suo Hariberto non sibi uterino ad regendum concessisse placuit pagos et civitates citra Ligerim et limitem quo tenditur partibus Wasconiæ seu et Pyrenæos montes, sapienti usus consilio, ea scilicet pactionis facta firmitate, ne unquam adversus ipsum frater ejus amplius quid de regno repeteret paterno. Haribertus igitur sedem tenens Tolosanam, cum et in partibus provinciæ regnaret Aquitaniæ, non post multum temporis etiam totam subegit Wasconiam ditioni suæ.

## CAPUT III

*A S. Amando exsulare jusso eruditi in fide.*

Præfatus autem rex Dagobertus cum in multis optime regalia jura gubernaret, nimium tamen deditus amori mulierum, eam quam in conjugium sortitus fuerat, eo quod sterilis esse videretur reliquit, alteramque in matrimonium accipiens, reginam esse voluit. Cumque super hoc scelere a pontificibus, maximeque a sanctissimo viro et mirabilium patratore operum præsule redargueretur Amando, ille indignatione et fastu permotus regio, eumdem venerabilem pontificem non absque injuria ab omni suo depulit regno. Qui persecutionem pro veritate quæ Christus est patientissime tolerans sibi illatam, et quoniam libentissime pro ipso optabat proprium fundere sanguinem, per diversa serendo loca divini verbi semen, tandem inter cætera genuinum beatæ Rictrudis aggressus patriam, scilicet Wasconiam, ut illic et plures et hanc pulchram sibi cœlitus infuso quo ardebat irradiaret lumine stellam, reputans etiam ob illius gentis sævitiam adipisci se posse inibi martyrii palmam.

## CAPUT IV.

*Amandus a Dagoberto mulieroso revocatur. Regii pueri curam detrectat; eum baptizat.*

Interea jam dictus princeps atque rex Dagobertus cum non haberet filium quem sibi gauderet fieri successorem, mœstus super hac re nimium, tertiamque suo ascivit lecto conjugem (574). Tum demum conversus ad Dominum, ac plurimorum expetens suffragia virorum, ex eadem eodem habuit anno largiente Deo filium, multis precibus atque eleemosynarum largitionibus acquisitum. Sollicitus denique cui potissimum traderet eum sacro fonte diluendum divinaque lege imbuendum, ut sicut ipse beatum Arnulfum habuerat pædagogum, sic et suum

(573) Lege quæ ad Vitam S. Amandi anno 679 hac de re adnotavimus.

(574) Nempe Ragnetrudem, de qua Fredegarius Scholasticus in Chron. cap. 59, quod anno regni Dagoberti octavo, id est Christi 630 factum refert.

a quolibet maximo Dei servorum juxta religionis Christianæ exercitium educari faceret puerum; factique prioris reminiscens et pœnitens quod tantum in tantæ commiserat sanctitatis viro flagitium, a ministris circumquaque studiosissime perquisitum, et vix repertum ad se reverendissimum petiit revocari pontificem Amandum. Quid plura? reducitur ab exsilio verus prædicator et operator Evangelii venerandus antistes, veluti novus de Pathmo rediens Evangelista Joannes. Fit commune tam regi quam optimatibus gaudium, omnique populo solemne de ejus reversione tripudium. Prostratus itaque ejus pedibus rex veniam rogat, facillime impetrat: fundit precem pro filio; sed ejus frustratur petitio. Respondit enim illi ille ter beatus voce Pauli noster Paulus, militantem Deo non oportere negotiis implicari sæcularibus. His dictis e conspectu regis illico abscedit; sed regalis fervor desiderio minime recedit. Denique quod per se nequit, bonorum suggestionibus virorum perficere gestit. Audoenum siquidem et Eligium præcipuos in sanctitate et prudentia viros, ideoque Amaudo harum amatori virtutum merito amantissimos ac familiarissimos rex post eum dirigit probabiles sui voti exsecutores. Quorum sanctæ petitioni, qui fas non erat obviare sancto, annuit licet coactus regis placito. Igitur regius infans defertur, qui non amplius a nativitate quam dies circiter quadraginta habere ferebatur, per beatum sacerdotem sanctam benedictionis suscepturus gratiam, sed jam naturalis amissurus nominis etymologiam. Namque dum ab eo catechumenus fieret, finitaque oratione nemo ex ullius tantæ multitudinis exercitu *Amen* responderet, Dominus qui aperit os mutum, et linguas infantium disertas facit, os (ut ita dictum sit) non jam infantis sed pueri aperuit, et cunctis audientibus clara voce Amen respondit. Res satis stupenda et circumstantes contra morem siluisse, et hunc contra naturam locutum fuisse. Satimque illum sanctus pontifex vivifico baptismate regeneravit, atque Sigebertum nominari instituit (575), quem Haribertus rex, regis frater, de sacro lavacro excepit. Sicque Dominus dum sanctum suum mirificavit, et ipsos et utrumque exercitum magno gaudio atque admiratione in hujusmodi signo replevit. Sequenti post hoc anno Haribertus rex, nec mora post ipsum filius ejus parvulus obiit, omneque regnum illius cum Wasconia Dagobertus rex suæ potestati redegit. Hoc totum et propter quædam precedentia, maximeque pro his quæ sequuntur interposui, ut legentes et audientes noverint, quæ beatæ Rictrudis fuerit causa in Franciam veniendi.

## CAPUT V.

*Adalbaldo nubit Rictrudis.*

Temporibus ergo præfatis cum crebro Francis Wasconia fieret permeabilis, Rictrudis puella bonæ indolis jam facta nubilis videtur, diligitur atque eligitur a quodam Francigena Adalbaldo nomine, natalibus orto præclaris et justis. Mater denique ejus Gerberta fuerat filia sanctæ Gertrudis in monasterio nunc Hamaticensi a se ædificato requiescentis. Ipse etiam a puero optimis institutus disciplinis, copiosis pollebat fundis et divitiis, atque in aula regis charus valde erat et honorabilis, dignus plane vir qui maritus existeret dignæ Rictrudis. A quo juxta morem desponsatur, dotatur, atque in contubernium matronale licet quibusdam nolentibus puellæ consanguineis assumitur. Causa vero uxoris ducendæ non fuit incontinentiæ, sed charæ sobolis habendæ. Sed ea conveniunt in utrisque quæ spectari solent in eligendo marito vel uxore. In viro enim virtus, genus, pulchritudo, et sapientia, quæ ex his ad amoris affectum potior est, inerat. In uxore autem pulchritudo, genus, divitiæ, et mores, qui magis quam cætera quærendi sunt, habebantur. Et ne multis immoremur, secundum Apostolum erat illis honorabile connubium, et torus immaculatus (*Hebr.* III). Non enim surda audierant aure ejusdem Apostoli verba: *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti quem habetis a Deo, et non estis vestri? Empti enim estis pretio magno, glorificate et portate Deum in corpore vestro* (*I Cor.* VI). Igitur compage fidei et charitatis sic adhærentes sibi ut essent duo in carne una, et non jam duo, quia una caro; unanimes uno ore et concordi operatione honorificabant Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi, omnibus diebus suis servientes Domino in sanctitate et justitia coram ipso, qui habitare facit unanimes in domo.

## CAPUT VI.

*Liberos gignit.*

Nati quoque sunt eis filii secundum benedictionem Domini quam primo dedit homini, *Crescite*, inquiens, *et multiplicamini* (*Gen.* I, 28): fuitque eis primogenitus nomine Mauruntus, postea abbas et levita sanctus, et filiæ tres sacræ virgines, Clotsendis post obitum matris ejus monasterii rectrix, Eusebia bona Dei cultrix secundum interpretationem sui nominis; post has quoque Adalsendis. Quos cum essent parentes eorum justi, et per seipsos, et per familiares sibi servos Dei educaverunt et erudierunt in timore Domini, auctos ab infantia benedictione cœlesti. Mauronto siquidem venerabilis Deoque dignus sacerdos Richarius pater spiritualis exstitit, eumque per sacrum baptisma Deo regeneravit: Clotsendem egregius pontifex Amandus quia sacris dignisque manibus e fonte salutari excepit, in omnibus Deo dignam reddidit: Eusebiam vero ex sacro lavacro Nanthildis regina uxor Dagoberti suscepit. Vere

(575) *Charibertus*, inquit Fredegarius cap. 62; *Aurelianis veniens, Sigibertum de sancto lavacro excepit*. Lege Vitam sancti Amandi ad annum 679.

beata et Deo beneplacita progenies. De hac denique dicitur recte : *O quam pulchra est vasta generatio cum claritate* (*Sap.* IV)! Vere etenim cum donis spiritualibus sic plerumque ditantur justi etiam bonis temporalibus, sicut canit Psalmographus : *Beati omnes qui timent Dominum* (*Psal.* CXXVII, 1), etc. In quibus verbis, licet spiritualis sit intellectus, tamen secundum hæc datur aliquando justis et temporalis profectus.

## CAPUT VII.

*Maritum occisum luget.*

Posthæc bonæ et laudabilis memoriæ Adalbaldus devotæ Christi famulæ Rictrudis maritus a pago Austrebatinse, (576) ubi etiam pluribus locupletabatur possessionibus, eundi Wasconiam nimium triste suis iter arripuit. Quem nobilis matrona Rictrudis aliquantulum prosequitur, sed quamcitius domum prout ei jussum fuerat mœrens revertitur. Mens enim futuri quodammodo præsaga doloris jam portendebat quod adhuc ignorabat, et quod nondum patiebatur jam veluti lamentabatur. Quid multa? Intereundum insidiis malignorum, et (ut fertur) eorum quibus sanctum displicuerat matrimonium, vir justus appetitur, vulneratur, perimitur. Honorifico deinde ut decebat tumulatus obsequio, defunctus sæculo, vivit Deo. Vivit inquam, vivit ejus felix anima, illi cohærens quæ vera est vita : quod attestantur signa quæ ob illius declaranda merita, ad ejus mortua frequenter ostenduntur ossa. Neque multæ fiunt moræ in his nuntiandis Rictrudi Dei famulæ : quia tam tristi percussa relatione, non modico afficitur animi mœrore. Augescit sensum dolor dolore dolentium sobolum, crescit luctus luctu lugentium familiarium. Transacto tandem aliquando tanti fletus tempore, init cum philochristis sibi familiaribus, maximeque cum Amando sanctissimo Dei pontifice, et cœpit consilium salubre. Proponit denique ei ille verus consultor animarum illud Pauli apostoli : *Mulier alligata est viro, quanto tempore vir ejus vivit : quod si dormierit vir ejus liberata est, cui vult nubat tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium* (*I Cor.* VII). Ad quod illo erigit aurem, erigit et mentem. Audit etiam ab eo, imo exaudit et illam dulcem et amplectendam Christicolis evangelicam vocem : *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me* (*Matth.* XVI, 24). Et, *Qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus* (*Luc.* XIV, 33.)

## CAPUT VIII.

*Nuptiis secundis nuntium remittit. Velum assumit coram rege.*

In his sacris ac vitalibus verbis figens anchoram mentis Adalbaldi relicta, sed Dei dilectrix, et a Deo dilecta Rictrudis, omni postposita ancipitis mora deliberationis, ejus salubribus se acquieturam pollicetur monitis. Sed ecce et salubri præsulis consulto, et pio sanctæ matronæ voto invidia diaboli nititur obviare subreptio. Nec movet in his pertubandis infimos quoque vel mediocres, sed summos sæculi primores. Per ipsum denique regem ejus tentat suadere animo, uti se suorum cuidam optimatum secundo copulet connubio. Quod cum illa prorsus aspernaretur, plurima blandimentorum hortamenta sed incassum profunduntur. Cumque ad hæc penitus in Deo fixus illius status non moveretur, regalium terror minarum licet frustra illi proponitur. At illa pari modo sævientem parvipendit ut blandientem. Et quia ex tribus philosophiæ partibus illam quam maxime quæ est in actione et causa recte conversandi apprehenderat, quæ Græce ethica, Latine moralis dicitur, et bene vivendi magistra cognoscitur, quæ etiam in quatuor principales virtutes, prudentiam scilicet, atque justitiam, fortitudinem et temperantiam dividitur ; his singulis sua reddens, sicut per justitiam Deo magis quam hominibus obedire disposuerat, et per fortitudinem nec illecebris emolliri, nec adversis frangi poterat ; sic per prudentiam caute indignationem a se regiam submovere, et per temperantiam humilitatis regulam modumque vitæ in omni verbo vel opere servare satagebat. Usa denique consilio sui symmystæ, deiferi scilicet Amandi, atque ad tempus dissimulans immobile in Dei servitio sui propositum voti, acturam se ex hoc cum ejus consilio vel permissione spondet regi quod utilius judicaretur fore sibi. Et quid multis immorer? cum ita regem suspectum reddidisset veluti ejus voluntati parere vellet, in prædio suo, hoc est in villa Baireio (*Boiry, prope urbem Atrabatum*) opiparum et regiæ condignum magnificentiæ instruit convivium. Invitat cum optimatibus regem, et inter prandendum sale conditorum omnes lætificat suavitate sermonum. Postquam exempta fames, et amor compressus edendi, tum multo clara exhilarens convivia baccho, surgit et non trepide sed constanter, non tepide sed ferventer, non segniter sed sagaciter, non muliebriter sed viriliter, quod conceperat mente, perficit opere : primoque sciscitatur a rege, si concederet sibi in domo sua quod vellet agere libera coram eo uti potestate. Hic autem annuit propere, reputans quod sumpto poculo, ut moris est pluribus, in cogendo bibere se vel convivas suos debere lætificare. At illa, secundum salubre sui consiliatoris Amandi inclyti præsulis consilium, ex suo sinu prolatum, invocato terribilis Dei nomine et auxilio, capiti sup-

(576) Austrebatensis pagus, *Ostrewant*, in Belgio, includebatur fluviis Scarpo, Senseto et Scaldi, sic dictus, ut recte conjiciunt, quod limes fuerit Austrasiæ, *Bant* enim Belgis limitem sonat. De causa profectionis Adalbaldi et loco cædis varii varie sentiunt. Sepultus est in monasterio Elnonensi, quædam ejus reliquiæ Duacum anno 1221 translatæ. Colitur IV Nonas Februari. Consule Bollandum.

ponit ipso rege et, cunctis stupentibus, jam benedictum ab eodem pontifice velum. Quo facto rex ira permotus ingratas derelinquens epulas abscessit e convivio; illa vero jactans cogitatum suum in Domino, totam se suosque ejus commisit arbitrio, ut ab eo enutrirentur et solarentur misericordi semper solatio. Ac primum facultatibus et possessionibus sibi relictis ordinatione prudenti distributis, et spinosis hujus sæculi curis a terra cordis sui penitus exstipatis, quæ antea in conjugali vita ferebat trigesimum, postmodum duplicato germine fructum cœpit in viduitate ferre sexagesimum: et quæ prius dum in membris suis Christo ministrare satageret fuerat Martha, jam secus pedes ejus residens audiendo et custodiendo verbum illius facta est Maria. Et quoniam ipso attestante « optimam partem quæ ab ea non auferetur elegit (*Luc.* x, 42), » optimum ejusdem partis dilectæ et electæ præmium in recompensatione percipere meruit.

## CAPUT IX.

*Ut habitum mentis, sic mutat et corporis.*

Sane ut quod homo gerebat interior, ostenderet quoque exterior; sicut mutaverat habitum mentis, sic mutat et corporis. Pomposas projicit vestes quibus ornabatur nupta, cogitans aliquando ea quæ sunt mundi quomodo placeret viro, et una cum eis exuitur omni sæculi hujus impedimento, ut quamvis videretur vidua, id est divisa a viro, jam non esset divisa animo, sed sollicita semper quæ Domini sunt, solummodo quomodo placeret. Induitur viduitatis vestibus, quæ ipsa sui specie monstrarunt contemptum mundi istius. Nam sicut albas vestes exaltationi et solemni congruunt lætitiæ, ita nigræ humiliationi et lugubri conveniunt tristitiæ. Unde et caput quod est principale corporis, tetro velatur amictu, ut principale animæ, id est mens velanda signetur mœroris et pœnitentiæ fructu. Qui cum brevis sit, et, ut ita dicam, momentaneus, eam operatur consolationem de qua ait in Evangelio Dominus: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* (*Matth.* v.) Et ut quondam expertas corporis voluptates et molestas evinceret dæmonum suggestiones, cum nimiis vigiliis et orationibus continuis crebra ducens jejunia, elephoris amicitur cilicino, cujus assiduis punctionibus edomaret libidinis punctiones, et ut dictum est a poeta, sine Cerere et Libero Venus friget, atque veraciter cum Psalmista caneret: *Ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio, et humiliabam in jejunio animam meam, et oratio mea in sinu meo convertetur* (*Psal.* xxxiv.)

## CAPUT X.

*Marcianas monasterium eligit, ubi spiritualibus vacaret exercitiis.*

Locum vero ubi spiritualibus daret operam exercitiis, cum consilio et auxilio sæpedicti præsulis, qui eidem erat a secretis, elegit valde congruum, monasterium scilicet et Marcianas vocatum, quod ab eodem pontifice super fluvium *Scarb* fuerat constructum. Cui perficiendo et ordinando idem præsul discipulum suum præfecerat abbatem sanctum Jonatum venerabilem virum, cujus adhuc in eodem monasterio sacrum corpus habetur reconditum: in quo et monachorum ordinem beatus Amandus haberi voluit, sed jam dictus abbas sanctimoniales (prout sibi visum fuerat) aggregavit. Hunc ergo locum satis opportune remotum Dei famula Rictrudis expetiit, atque B. Amando consentiente et inter regem et ipsam reconciliationis officium fungente, cum privilegio regiæ auctoritatis accepit, quatenus ibi licet in fragili posita corpore, corporeas fortitur concupiscentias superaret. Et non hoc solummodo, verumetiam adversus rectores mundi tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus colluctando, et ea pariter cum mundo divincendo, triumphum victoriæ et condigna certaminis præmia a superno spectatore exspectaret ac perciperet.

## CAPUT XI.

*Filias suas Deo sacrat.*

Ut autem ad hæc feliciter peragenda sufficeret, omnibusque exempli gratia a quanta perfectione conversationem suam cœpisset, palam fieret, juxta illud evangelicum: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera et glorificent patrem vestrum qui in cœlis est* (*Matth.* v); post adjectas a se onerosas prædiorum et divitiarum sarcinas, post professam Deo viduitatis continentiam, et post sumptum sanctum sanctimonialis habitus indumentum, seipsam tantummodo exhibere oblationem vivam, sanctam, Deoque placentem non contenta etiam terræ, hoc est ventris sui sacras ac præcipuas sanctæ et individuæ Trinitati offert primitias, præfatas videlicet tres filias candidas veluti columbas gratissimas illi fieri hostias: ut corde et corpore immaculatas et ut perpetuam virginitatem servantes, « Agnum, virginis matris filium, quocunque ierit sequantur (*Apoc.* xiv, 4), » sinceritate cordis, et carnis vernantes flore illibatæ virginitatis in corpore, ac nitentes puritate inviolatæ veritatis in corde, ut sint semper sine macula ante Dei thronum, cantantes ei canticum novum, hoc est gaudentes cum eo de carnis incorruptione in perpetuum. Quod canticum licet possint audire, nemo tamen poterit dicere sanctorum, nisi illa candida turba incontaminatorum. Hæc cum verissime ita sunt, audite obsecro et auribus percipite omnes qui habetis audiendi aures, quibus adhuc fas est ad angelicæ privilegia castistatis assurgere, et tam præclari contubernii societatem acquirere, atque cum eis tam dulcem novi cantici melodiam personare. Properate, currite, festinate, ac memores uxoris Loth, retro respicere nolite. Putidam luxuriam fugite, carnales concupiscentias calcate. Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus tanquam flos feni. Hæc exhortatoria cordis vestri

penetrent imita, quæ non ex meis edita, sed ex patris Augustini doctoris egregii verbis, quibus virgines hortatur, sunt mutuata (August. *de S. Virg.* cap. 27). « Pergite, inquiens, sancti Dei pueri et puellæ, mares feminæ, cœlibes et innuptæ, pergite perseveranter in finem, laudate Dominum dulcius quam cogitatis uberius; sperate felicius cui servitis instantius; amate ardentius cui placetis attentius; lumbis accinctis et lucernis ardentibus exspectate Dominum quando veniat ad nuptias. Vos afferetis ad nuptias Agni canticum novum quod cantabitis in citharis vestris utique tale quale nemo poterit dicere nisi vos. » Et sequitur post pauca : « Sequimini eum, quia et Agni caro utique virgo est. Sequimini eum virginitate cordis et carnis quocunque ierit. Quid est enim sequi nisi imitari? quia Christus pro vobis passus est, relinquens vobis exemplum ut sequamini vestigia ejus (*I Petr.* II, 21). »

CAPUT XII.

*Marcianis se recludit.*

Rictrudis igitur Dei fidelis femina quæ se totam illi in sancta devoverat continentia, tres quoque filias uni despondens viro Christo in ætate adhuc tenera, ut Agni semper sequerentur vestigia, et canticum quod illa nequibat jam per se, per suarum citharas filiarum ei faceret personare; omnibus tam sapienter dispositis et cunctis exuta sæculi curis, gymnasium monasteriale ubi stadium vitæ præsentis agonizando percurreret, et contra diabolum luctando decertaret, palæstricorum more sic nuda ne in aliquo ab adversario maligno teneri posset, et oleo peruncta gratiæ cœlestis ingreditur, et juxta quod ait Apostolus, in agone contendens ab omnibus se abstinet, suoque exemplo filias vivere edocet. Mauronto primogenito suo adhuc in laicali habitu regalibus obsequiis ac negotiis militaribus corpore potius quam mente detento, de quo in sequentibus opportunus erit vobis sermo.

CAPUT XIII.

*Adalsinde filiæ mortem fert æquanimiter.*

Illis igitur diebus moritur Adalsendis novissima filiarum ejus, et quæ postrema fuerat ingressa januam vitæ præsentis, prima ingreditur januam mortis. Et quare dicimus moritur, cum anniversaria circuli revolutione ipsa sacrosancta Dominicæ Nativitatis solemnitatis, quando huic mundo peccatis mortuo advenit remedium quo mors cum suo fugatur principe, hæc non mortua, sed potius luci vitæque sit edita perpetuæ (577)? At bona Rictrudis inter adversa fortis et longanimis quid tunc ageret duabus sibi occurrentibus affectionibus animi valde contrariis, gaudii scilicet ac mœroris; dum hinc intonantem toto orbi audiret angelum : *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum quod erat omni populo* (*Luc.* II); hinc filiam suam præ oculis haberet mortam, quam esse dolendam ipsa naturæ cogeret conditio! Virilis tamen quod ei inerat animi robur A muliebrem superavit affectum, nec passa est sibi dominari luctum mortis filiæ, vel esse ibi locum tristitiæ, ubi natalis celebratur vitæ. Et, ut paucis absolvam digna memoriæ, debitum sepeliendi officium completur fidelium more, remota charos suos lugendi consuetudine. Sic exactus est primus, sic secundus, sic tertius sequentium se solemnitatum dies. Quarto denique succedente die quo sancta recolit Ecclesia victimationem parvulorum pro Christo ab Herode jugulatorum, et miserabilem matrum tristitiam; prudens Rictrudis sciens quid cuique deberet inpendere tempori, et quia tempus et tempora sint omni rei sub cœlo, ideoque distinguens tempus gaudendi et tempus flendi, post sacrorum expletiones mysteriorum, quibus ad Dei B laudem eisdem sanctis martyribus honor exhibetur non dolor, votaque dantur cæremoniarum non lacrymarum; cum sibi cæterisque sanctimonialibus jam parata esset refectio corporum, illa convocatis omnibus, ait: Nunc vestra socialis, o dilectæ sorores, charitas est, et de donis Dei cum gratiarum actiones participans gaudeat; me autem exemplo dominarum mearum, matrum scilicet sanctissimorum puerorum innocentium, quarum hodierna die ploratus et ululatus auditus est multus, meam quoque innocentulam quodam modo simili hoc est immatura morte præreptam lugere permittat. His dictis amicum mœrori locum secretum petiit, atque ut naturæ competebat dolori satisfecit. O laudabilem et imitabilem in prudentia, lonC ganimitate et patientia feminam, quam laudant in portis opera ejus! o mulierem fortem, quæ in castitate accinxit fortitudine lumbos suos, et in boni perseverantia operis roboravit brachium suum, ideoque non est exstincta in nocte lucerna ejus!

CAPUT XIV.

*Mauronti ejus filii gesta.*

Verum quoniam in præcedentibus beati viri Mauronti facta est mentio, non ab re videtur breviter quid narrandum de eo. Hic igitur egregii sacerdotis Christi Richarii in baptismate spiritualis exstitit filius. Accidit vero aliquando, ut idem venerabilis sacerdos tam pro sanctitate quam etiam pro familiaritate, beatam equo vectus inviseret Rictrudem. Cumque post sacra colloquia quibus D pariter dulces vitæ cœlestis sumpserunt epulas, vir Dei conscenso equo redire vellet ad propria; eadem quoque Dei famula dilectionis causa a domo paululum progressa est, gestans in ulnis suum quidem naturali generatione, illius autem spirituali generatione filiolum, ejus secuta vestigia quatenus ipse parvulus benedictione muniretur paterna. Sed cum jam vir Dei equo sedens eumdem in manibus accepisset infantem sive ad benedicendum sive ad deosculandum, omnium bonorum hostis et invidus diabolus insolitam immisit equo ejus ferocitatem. Arreptitiorum namque more insaniens, dentibus frendens, pedibus calcitrans, nimium valido hoc illucque impetu discurrens, geminatum utrisque, sed unum

(577). S. Adalsindis in Martyrologio Benedictino aliisque celebratur VIII Kalend. Januarii.

sacerdoti et matri incusserat timorem. Sacerdos A denique sibi et puero, mater sacerdoti metuebat et filio : et quid illa ageret anxia, jam pene exanimis quasi imminentem præ oculis spectans adesse mortem, offuscatum lacrimis avertebat vultum, ne amborum simul miserabilem cerneret occasum : sed et familia tristis, dolens et ejulans magnis instabat plangoribus ad triste congregata spectaculum. Servus autem Dei, ne laberetur manu tenens parvulum, orationem fudit ad Dominum: qua completa, et puer ad terram delatus est incolumis quasi levis advolaret avicula, et equus pristinæ redditus est mansuetudini velut ovis placida. At mater tandem recepto spiritu filium quoque recepit sanum, et in ulnis levavit ridentem : sicque tam ingens tristitia in magnum cunctis qui aderant B versa est gaudium. Quod nemo debet ambigere præstitum meritis amborum. Et quoniam tanta Dei omnipotentis est clementia, ut unde malignus hostis inhiat justos atterere, inde eos magis magisque faciat proficere ; hæc quoque tentatio ad profectum virtutum provenit beato viro. Nam reputans secum Dominum Deumque suum dum ad humani generis pergeret redemptionem, ad insinuandum humilitatis exemplum non superbo schemate, id est non equo phalerato, sed strato sibi ab apostolis vectum asello : ipse etiam postea si quanto instaret illi alicubi necessitas eundi, simili exemplo eodem usus est gestatorio.

## CAPUT XV.

*Maurontus nuptias fugiens, tondetur. Coronæ clericalis significatio.* C

Postquam vero ad viriles pervenit annos idem venerabilis Maurontus regali adhærens, ut ejus poscebat nobilitas, lateri, ipsius continuis (ut dictum est) obsequiis mancipatus, etiam vinculis innectitur sponsalibus (577*). Sed carnalis citius amoris voluptuosos in quibus veluti pedem posuerat solvit compedes, animarum lucrifactore Amando præsule ei suggerente spiritualis amoris suavitates et æternæ jucunditatis dulcedines. Sed cum suæ mentis votum sanctæ retulisset matri, quod nequaquam suæ contubernio sponsæ vellet uti ; illa metuens ne forte per abruptos lasciviæ discursus, ut quorumdam moris est juvenum, latam et ad inferos ducentem deliberaret viam sequi, maxima percellitur mœstitia animi, rursumque poscit D Amandum medicum morbidarum mentium succurreret sibi. Qui Marcianus adveniens, lenibus sibique notis verborum fomentis eam demulcens, pristinæ in Deum reddidit alacritati. Acta deinde ab eodem antistite missarum solemni celebritate, cum et ipse Maurontus adstaret in præsenti, aspicit sepedictus antistes apem ter gyrare ejusdem verticem viri. Vir autem Deo plenus, intelligens statim quid portenderet hujus præsagium signi, advocato eo hortatur, ut quam celeriter perficiat opere quod olim et ille jam cœperat corde, et sibi revelatum agnoverat Deo auspice. Quod et ipse nequaquam distulit facere. Tum sanctissimus pontifex Amandus eum juxta morem ecclesiasticum benedicens, decisa capitis ejus coma in clericum totondit, et coronæ signum gestare fecit, per hæc quæ agebantur exterius, innuens quæ horum significatione servanda essent interius : scilicet ut summitas denudata capitis esse nuda et aperta Deo significet omnia secreta cordis ; et quidquid cogitatur vel agitur in occultis, oculis patere cuncta cernentis ; frequens vero resectio capillorum doceret resecanda frequenter malarum superflua cogitationum. Decus quoque coronæ utrumque exprimeret, et summi tiaram sacerdotis, et regalis diadema dignitatis : ut per hæc nosset ad regale pertinere se sacerdotium, necnon et post expletam diversarum tentationum sufferentiam, atque in his probationem per patientiam, se merito percepturum vitæ æternæ coronam a Deo diligentibus se repromissam. Quod et idem sanctus vir Maurontus non solum ex salubri hujus præsulis traditione, sed etiam ex sancta sanctæ Scripturæ suscipiens et memoriæ commendans lectione et admonitione, studuit devotissime ut assiduo semper impleret opere. Factus numque postmodum levita, eidem nomini et officio condigna morigerari curavit conversatione et vita. Et ut clara editus prosapia, regis quoque præclarus fulsit in aula, regia honoratus bulla, utpote prudens notarius regalium præceptorum conscribens edicta. Cui etiam ad capessendum cumulandumque sanctæ conversationis emolumentum, sanctum sancti viri Amati episcopi Deus addit collegium : qui beatus vir electus et sublimatus ad episcopatum urbis Sidunensium (578) eo tempore quo Theodoricus rex iniquam exercebat tyrannidem, insimulatus falso quasi de infidelitate apud ipsum, in Perona monasterio sito in oppido Virmandorum, cui sanctus præerat abbas Ultanus, subire jussus est exsilium. Deinde post excessum B. Ultani traditus est præfato Dei famulo abbati Mauronto, ut eum custodiæ manciparet in suo qui

(577*) Hujusce loci sententiam ita reddidit Surius, quasi nequidem sponsalia admiserit Maurontus, sed oblatam sibi sponsam recusaverit. Maurontus iste distinguendus est a Mauronto *silvarum regiarum procuratore* in Vita S. Richarii, cap. 12, memorato. Id constat ex eo quod Maurontus, *silvarum regiarum procurator*, jam ætate maturus florebat in aula Dagoberti, cujus principatu natus est Maruntus Rictrudis Marcianensis abbatissæ filius. Deinde Maurontus in Vita S. Richari laudatus non videtur diversus a Mauronto, qui in Actis S. Walarici, c. 23, dicitur *summus inter proceres palatii* vivente ipso Walarico. Atqui Walaricus annum Christi 622 non excessit, quo tempore jam conjugatus erat Maurontus ille Palatinus, Morontus vero iste necdum natus. Denique Maurontus, silvarum Dagoberti custos, factus est monachus sub Richarii disciplina in cella Chrisciacensi seu Foresticella ; hic vero sub S. Amandi ferula primo quidem in cœnobio Macianensi, postea in Brollensi, cujus et abbas fuit. At vero Maurontus Marcianensis idem fuisse videtur cum Richarii filio spirituali, cujus Rictrudis, *Deo devota femina* ab Alcuino in Actis S. Richarii prædicatur.

(578) Lege *Senonensium*, quod ex ipsius S. Amati Vita aliisque auctoribus constat.

Broilus (579) dicebatur monasterio, ab eodem nuperrime constructo in territorio Letio vocato. Quo suscepto ut ejus religiosam expertus est conversationem, sicuti servando cœlesti thesauro omnem omnibus vitæ ejus diebus famulandi adhibuit diligentiam, habens in eo pulcherrimum suæ suorumque confratrum vitæ et sanctitatis speculum (580).

## CAPUT XVI.

*Gertrudi abbatissæ Hamaticensi mortuæ sufficitur Eusebia duodennis, at matris jussu Marcianas revocatur. Hamaticum noctu secedit cum Amato.*

Interea Dei famula Gertrudis, quæ fuerat avia Adalbaldi viri venerabilis, longævitatem vitæ accumulans operibus bonis, in Hamatico monasterio a se ædificato, ubi etiam sacra virgo Eusebia ejus educabatur proneptis, viam ingreditur universæ carnis, cui velut loco regiminis eadem succedit Eusebia, puella quidem bonæ indolis, sed adhuc satis teneræ ætatis, utpote duodenis. Mater vero ejus Rictrudis vere Christicola profundiori usa consilio atque prudentia, bene sciens quod multos multis exercitatos virtutibus maligni hostis seducat astutia in ætate quoque jam matura, metuebat pro filia, ne forte serpentina tentaretur fraudulentia, si libertate potiretur immatura. Quapropter ad se eam venire et secum voluit habitare. Illa vero renuente, atque in Hamatico conversari volente, mater ejus regales compulsa est aures pulsare, ut suam ipsius auctoritate filiam potuisset recipere. Quo concedente missaque epistola reverti præcipiente mœsta ad matrem sanctam regreditur Eusebia ad monasterium Marcianas cum suæ proaviæ sanctæ Gertrudis corpore, et cum sanctorum reliquiis quæ ibidem fuerunt reconditæ, atque cum omni sua congregatione. At mater ejus voti compos effecta, pluribusque filiam hortabatur monitis secum in spirituali Deo deservire militia. Quæ libentissime quidem ejus parebat dictis, divinis se mancipando jugiter obsequiis ; sed refragari ejus nequibat intentio ab amore loci sibi veluti genialis. Quod fiebat frequentissime et noctibus pene singulis, ut post vespertinalis completionem synaxis, dum capere cum cæteris quietem putaretur corporis, illa pro dissimulatione relictis ante stratum sandaliis, ad Hamaticum pergeret silentio intempestæ noctis cum jam superius dicto sanctissimo episcopo et monacho, nomine et religiosa conversatione Amato (581), illic sub cura Mauronti sancti abbatis ad tempus exsulante, et cum sua collactanea aliisque fidis ut putabat sui secretis sociis : ibique celebratis vigiliis omniumque horarum officiis, ad monasterium Marcianas fideli peracto furto revertebatur non satis hilaris, quatenus et ibi non deesse videretur nocturnalibus seu matutinalibus horis.

## CAPUT XVII.

*A matre ob hanc rem virgis correpta læditur. Episcopis consulentibus Hamaticum redire sinitur.*

Nec defuit qui hæc auribus intimaret maternis, itemque eam convocans et mulcendo blandis et terrendo sermonibus compellabat asperis, quatenus illam revocaret a suæ proposito voluntatis, sciens pro certo eam detineri secum corporis potius proximitate quam mentis. Cumque nec per se nec per amicos seu per familiares suos quidquam proficeret in re hujusmodi, inito consilio cum suo filio Mauronto levita et abbate venerabili, visum est utrisque verberibus illam pro ipsa inobedientia et quadam animi pertinacia debere castigari. Quod cum placuisset matri ab eodem fratre ejus fieri, eo jubente inter brachia coarctacta famuli adjudicatæ subditur correptioni : et quia isdem a quo tenebatur puer accinctus erat gladio, dum inter augustias verberum hac et illac se flectit virgo, ejus tenerum latus (ut fertur) ensis illius læditur capitulo, in tantum ut pluribus quibus postea supervixit annis purulentam mistamque sanguine ejiceret salivam oris. Cum vero neque sic a cœpta ejusdem sacræ virginis cessaret intentio, convocant episcopos vel abbates illustresque viros e vicino, qui omnes agebant cum

(579) Broilense monasterium ad Legiam fluvium situm destructum est, ab anno scilicet 870 quo imminente Danorum persecutione fratres Deo *et S. Amato servientes apud Menrivillam* (sic Broilum vocant, quasi *Mauronti villam* ex vita S. Eusebiæ num 2. infra), *corpus B. Amati Duacum deportaverunt, et in sui juris ecclesia B. Mariæ posuerunt.* Nunc ista Deiparæ ecclesia est collegiata S. Amati dicta, ex cujus ecclesiæ archivis Colvenerius in Notis ad Chron Camer. lib. I, cap. 22, hæc aliaque descripsit.

(580) Legimus Vitam S. Amati ex mss. codicibus Marcianensi et Compendiensi excerptam, in qua nihil fere observatione dignum occurrit, sed locorum communium tædiosa adaptatio : eam proinde omisimus. Legendus Baldericus episc. in Chron. lib. I. cap. 22. Amatus Perrona per Maurontum deductus Cameracum ecclesiam B. Mariæ orationis causa, *solis radio pro servo usus est*, in eo *cappam suam deponens.* Ambo *Hamaticum deveniunt, quo in loco diutissime commorantes, non minimum profecerunt. Relicto denique Hamatico cœnobio sacer præsul, Broilumque perductus est. Ipse vero juxta basilicam cellulam sibi fabricari præcepit, intra quam quandocunque opportunum erat sese continens, vigiliis, orationibus, atque jejuniis incessanter corpus fatigavit, usquedum tam egregium militem Dominus de terris ad cælos evocavit*, anno circa 690 uti in libro argenteo ecclesiæ collegiatæ. S. Amati apud Duacum, ubi ejus reliquiæ asservantur, quem in locum e Menrivila sepulturæ loco, Broilo antiquitus dicto, anno 870, illatæ sunt : prout ex ipso apographo docet Colvenerius in notis ad Balderici Chronicon. Lege Notas infra ad cap. 20.

(581) Hæc prorsus cohærere non possunt. Amatus non ante annum 678 exsulavit, quo tempore Eusebia non jam duodenis sed quadragenaria erat, siquidem a Dagoberto et Nanthilde regina e sacro fonte excepta est. Certe Gertrudis Hamaticensis abbatissa cui Eusebia proneptis sucessisse dicitur, annum 650 haud excessit, mortua VIII Idus Decembres, quo die coli solet. Hamaticense seu Hamatgiense monasterium, haud procul a Marcianensi, redactum est in prioratum Marcianis subjectum *Hamay* appellatum.

ea diverso modo, quatenus a tali revocaretur desiderio. Illa autem cunctis multum constanti renitebatur alloquio. Qui dum inflexibilem ejus cernerent animum matri dederunt consilium, ut illam ad cupitum redire permitteret locum. Quod et mater annuit licet invita. religiosam illius conversationem suasoriis roborans monitis, Deoque precibus eam commendans sacris. Quæ diu desiderato potita votorum effectu, cum omni sua plebicula, accepto iterum sancto suæ proaviæ corpore cum venerandis reliquiis sanctorum. glaudio plena ad monasterium repedavit Hamaticum. Ibique angelicam agens vitam in terris, in mediis ipsius adolescentiæ annis rapitur ad thalamum sponsi cœlestis, ne, sicut dicit Scriptura, malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius : et consummata in brevi explevit tempora multa (*Sap.* IV), placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illam de medio iniquitatum.

## CAPUT XVIII.

*Objectioni facit satis auctor.*

Enim vero propter ineptam quorumdam garrulitatem libet paulisper exacuando stilum protelare, quo illorum perfodiantur linguæ qui loquuntur adversus justos iniquitatem in superbia et in abusione (*Psal.* XXX, 19) : qui ponunt in cœlum os suum, dum eis detrahere non verentur, qui jam exempti de terrenis, cum Deo in cœlestibus regnare credunt. Aiunt enim strophas commentantes hujusmodi : En quales isti dicuntur esse sancti ! mater innoxiam insequitur filiam Deo militare volentem, filia sicut hostem sic propriam exsecratur et refugit matrem : filius matre consentanea sororem refugam asportato clam signo proditam dirissimis velut furti ream afficit verberibus pene usque ad mortem. Quam etsi non statim perimit, longo tamen dolorum cruciatu tabescere facit. Hæccine sanctos Deoque placitos efficiunt ? quæ in istis sanctitas, quæ pax, quæ charitas ? Quid ergo nos tam insani capitis hominibus respondebimus? O stulta vesanæ mentis arrogantia ! O rabida fatuorum non hominum, sed canum oblatratio ! quid dabitur aut quid apponetur ad linguam dolosam, nisi sagittæ potentis acutæ (*Psal.* CXIX, 3), id est, verborum Dei omnipotentis jacula, ex sanctarum prolata Scripturarum pharetra, quæ tam sunt efficacia, ut non modo ora loquacia, sed ipsa quoque tumida transfigant corda ? Ac primum tales Evangelico percelluntur tonitruo : *Nolite,* inquit, *judicare et non judicabimini, nolite condemnare et non condemnabimini* (*Matth.* VII, 1), etc. Audite si potestis et animadvertite. Rictrudis mater sancta non filiam persequitur innocuam, sed ejus immaturam considerat ætatem, sciens quia omnia tempus habent, et quod omni negotio tempus sit, et quoniam, ut sapientissimus ait Salomon : *Puer qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam* (*Prov.* XXIX). Audique Scripturam dicentem : *Filiæ tibi sunt, conserva corpus illarum* (*Eccli.* VII). Quin potius idcirco illam secum manere desiderat, ut suis eam potissimum exhortationibus et exemplis ad perfectiora provehat. Filia quoque ejus Eusebia, licet cœlesti regi sit desponsata, non tamen beatam tumide aspernatur aut despicit matrem, cum sui sponsi tale noverit esse edictum : *Honora patrem et matrem, ut sis longævus super terram* (*Exod.* XX), sed in visu gratiæ ejus qui illam annulo suo subarrhaverat, ejusque solummodo flagrans dilectione, nullius alterius amoris, nec suæ quidem matris affectum sibi exhiberi volebat, ne se vel modico ab insiti fervoris amore sejungeret. Sed et frater ipsis Christi minister Maurontus non odio, non crudelitate, suam flagris torquet germanam, sed fraterna potius charitate quasi insolentem, et (ut ita dictum sit) veluti parenti inobedientem, ut ipsa poscebat ætas castigat infantulam, sciens scriptum : *Qui parcit virgæ, odit filium* (*Prov.* XIII, 24). Et quia *virga atque correctio tribuunt sapientiam* (*Prov.* XXIX, 15). Et quid mirum si mater et filius humano fallun'ur judicio in sacram corripiendo virginem, ignorantes adhuc divinam quæ inerat illi gratiam, cum prophetæ sancti sic aliquando ex suo humanam quasi ex Dei spiritu proferant sententiam ? Cessent ergo, cessent stulta stultorum vaniloquia : non enim poterunt assignari operibus iniquitatis, quæ prodeunt ex radice charitatis, ipsa attestante Veritate, quæ dicit : *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit* (*Matth.* VI).

## CAPUT XIX.

*Item alii objectioni.*

Ad hoc vero quod hujus occasione facti virgo beata corporali dum viveret subjacuisse dicitur infirmitati ;quis non videat hoc ac cumulum jam collatæ gratiæ profecisse illius, ut dum deficeret corpore roboraretur spiritu juxta illud Apostoli : *Cum enim infirmor, tunc potens sum* (*II Cor.* XII)? Obstruatur ergo os loquentium iniqua, quoniam de his per Isaiam prophetam vox intonat divina : « Dabo opus eorum in veritate, et fœdus perpetuum feriam eis, et scietur in gentibus semen eorum et germen eorum in medio populorum. Omnes enim qui viderint eos cognoscent illos,quia isti sunt semen cui benedixit Dominus (*Isai.* LXI, 8, 9). » Dicessit autem vere bona cultrix Dei Eusebia virtutibus plena sextodecimo die Martii, qui est septimodecimo Kalend. Aprilis, anno 789, ætatis XLVI (582).

## CAPUT XX.

*Amatus moritur ; item Maurontus.*

Postquam vero sanctum episcopum sibi amabilem et monachum Amatum Dominus ad cœlestem patriam ex hac molestæ peregrinationis ærumna Idibus Septembris (583) assumpsit, sacrum corpus

(582) Ita exemplar Marcianense ; qui characteres chronologici desunt apud Surium, et insititii esse videntur, uti et qui inferius de S. Rictrudis ætate et prælaturæ diuturnitate referuntur. De S. Eusebia infra.

(583) Consentit codex Marcianensis S. Amati ex-

illius sacer Maurontus in sua possessione honorifice tumulavit, totaque hæreditatis suæ prædia per chartarum instrumenta illi contradidit. Ipse quoque venerabilis abbas Maurontus Deo dignus levita, licet sanctæ matri fuerit superstes in hac vita, post expleta piæ administrationis munia, tertio Nonas Maii (584) functione liber debita, ut condigna laborum suorum perciperet præmia ad cœli subvectus palatia, perenni cum Christo vivens vita jugi cum eo lætatur gloria.

### CAPUT XXI.
*Rictrudis abdicato regimine moritur.*

Sed ut ad ea quæ cœpimus redeamus explicanda, Rictrudis devotissima Dei famula toto nisu mentis, toto famulatu corporis bonis operibus dedita, ambulans de virtute in virtutem, dilatato corde cucurrit infatigabiliter viam mandatorum Dei, in stadio fidei et justitiæ, patula hauriens aure: Currite dum lucem habetis; ut digna haberetur accipere bravium cœleste, et ut in omnibus se exhiberet perfectissimam, illius imitatione qui dixit: *Non veni facere voluntatem meam* (*Joan.* VI, 38); se quoque alterius regimini subdens, ejus imperiis obedientissime paruit, cæterisque famularum more famulans, illud quod dictum est: *Non veni ministrari, sed ministrare* (*Matth.* XX), præ oculis semper attendit, nec usquam vel unquam septa monasterii egrediens, exemplum bonorum operum seipsam cunctis præbuit in humilitate, obedientia, in patientia, in castitate, in jejuniis, in vigiliis, et orationibus continuis, in longanimitate, in mansuetudine, in modestia et benignitate. Et quid multa? Ut filia Dei semper ambulavit in luce, cujus « fructus est in omni bonitate et justitia et veritate (*Ephes.* V, 9). » Sicque in sanctarum virtutum perseverans proposito, expletis septuaginta quatuor incolatus sui annis, quarto Idus Maii, diu desiderato potita votorum gaudio corpusculum terræ, sanctam vero animam reddidit cœlo anno 687, ætatis suæ LXXIV, prælaturæ XL.

### CAPUT XXII.
*Sepelitur.*

Sepulta est autem in eodem loco (585) honorifice a Dei sacerdotibus aliisque in ecclesiasticæ dignitatis ordine ipsi militantibus seu etiam quampluribus Christianæ religionis viris ad exsequias tantæ matris undique confluentibus, de temporali quidem ejus absentia mœrentibus, de æterna qua cum Christo fruitur gloria gaudentibus. Et nunc cum spe ineffabilis gratulationis præstolatur magnum diem potioris suæ glorificationis, quando illud « quod seminatum est in corruptione, surget in incorruptione; et quod seminatum est in ignobilitate, surget in gloria; et quod in infirmitate, surget in virtute (*I Cor.* XV, 42, 43). » Tunc denique illa felici resurrectione duplici glorificatione glorificanda, in beata resurgens gloria cum sanctis omnibus, in parte dextera meritis suorum actuum feliciter coronanda.

### CAPUT XXIII.
*Miraculis clarescit.*

Ne quis vero ambigat de istius Dei famulæ vivacium meritorum efficacia, experimenta nobis præbent veracia plura ostensarum virtutum insignia ad examinata ejus corporis membra. Ibi etenim cæci visum, surdi auditum, muti sermonis officium, claudi gressum, febricitantes ac variis ægrotationibus laborantes, optatam frequentius receperunt et nunc usque poscentes cum fide recipiunt sanitatem. Et hujus testes rei adhuc supersunt multi et eorum qui sanitatis desideratæ dona sunt consecuti, et illorum qui hæc videntes Deumque in sanctis suis mirabilem laudantes, de ejus beneficiis sunt gratulati.

### CAPUT XXIV.
*Auctoris invocatio.*

Te igitur, sancta ac Deo dilecta famula Rictrudis, toto quæsumus affectu cordis, ut tuis sacris intervenientibus precibus et meritis, quibus variarum nexus infirmitatum absolvis, nos quoque a nostrorum solvas peccatorum vinculis, quatenus cum benigni Jesu graiia his expediti in tremendo sui die judicii, cœlis ardentibus ac terris, ipse nos a gehennalibus ereptos flammis tecum ad æternæ rapiat gaudia felicitatis, cujus misericordiæ et miserationis nullus est finis, cui est cum Deo Patre sibi coæterno et sancto Spiritu regnum et virtus, honor et gloria per infinita sæcula sæculorum Amen.

hibens Vitam in cujus fine legitur: *B. Amati transitum Idib. Septembris ab antecessoribus determinatum, a Stephano quodam in Kalend. Maias affixum fuisse temere*, ut patebat ex vetustis libris, *qui apud S. Medardum et in archivo Marcianensi, atque multorum scriniis cœnobiorum inveniuntur.*

(584) *Anno* 701 *obiit S. Maurontus levita.* Ut Colvenerius ex cod. ms. argenteo ecclesiæ Duacenæ sancti Amati refert. De ejus reliquiis infra.

(585) Locum signantius exprimit chronographus Marcianensis, *ante altare Joannis Baptistæ et Andreæ apostoli in dextera parte ecclesiæ.*

# DE TRANSLATIONIBUS ET MIRACULIS SANCTÆ RICTRUDIS.

Chronicon Marcianense, quod manu descriptum beneficio R. P. Simonis Guillemotis supprioris Gisleniani accepimus, in binos libros distinguitur præmissa hac inscriptione: *Auctoris anonymi de Vita et miraculis S. Rictrudis libri* II. Scribebat auctor ille post medium sæculum XII, vivente adhuc Cosvino Aquicinctensi abbate, ex lib. II, cap. 20, ubi agens de Lietberti Marchianensis abbatis cessione: « Domnus Gosvinus, inquit, Aquiscinctensis ecclesiæ abbas, qui adhuc superest, vir religiosus... ipsum abbatem restitui non approbabat.. » Porro S. Gosvinus anno 1196 obiit. Idem auctor in lib. II,

cap. 40, se monachum testatur fuisse abbate Joanne Marcianensi, illo scilicet qui anno circa 1158 B. Hugoni successit. Ex quibus conjicimus auctorem istum haud alium esse ab Andrea Silvio priore Marcianensi, anno 1196 mortuo, qui libros tres de Rebus Francicis composuit. Chronographus ille, quicunque tandem sit, judicio satis maturo varias cœnobii Marcianensis fortunas refert, ac passim inserit miracula non pauca S. Rictrudis, ejusque reliquiarum translationes commemorat, de quibus paucis agendum.

2. In lib. I cap. 18, meminit diplomatis Caroli imperatoris Romani, quo « præcepit omnia quæ juris erant Marcianensium, et a fratribus Deo servientibus sine omni sæculari exactione libera in perpetuum possideri. Est autem, *inquit auctor*, in archivis ecclesiæ subscriptio imperatoria, annulli ejus impressione roborata, in cujus privilegii ultimo versu regia munificentia ob amorem prædictæ matronæ (Rictrudis) instituit, ut si fratres vel sorores eidem famulantes aliquo indigerent, de dominicatu regio suppleretur. » Hinc apparet, etiam sæculo IX monachos cum sanctimonialibus Marcianis vixisse.

3. Post narrationem cladis Nortmannicæ ejusdem libri cap. 20 factam, auctor ista subjungit : « Dirutis quoque monasteriis quæ super fluvium *Scarp* sita erant, etiam Marchianense cœnobium, in quo B. Rictrudis corpus quiescebat, accolis terræ fugatis vel interfectis, deletum est. Corpora vero sanctorum quæ in destruendis ecclesiis recondita fuerant, ad loca tutiora per divinam providentiam salva transportata sunt. In qua destructione deperiit omnis ornatus Marchianensis ecclesiæ, in chartis videlicet et privilegiis et libris, et gestis sanctorum et cæteris rebus ad decorem et usum loci pertinentibus. Quod si forte quis requirat, ubi fuerit translatum corpus supradictæ feminæ ob infestationem paganorum, noverit quod adhuc in tumulo lapideo ante altare B. Joannis Baptistæ satis decenter quiescebat. Quando autem inde elevatum sit vel a quibus personis, non satis plane nobis elucet. Verum in disquisitione elevationis S. Jonati abbatis, qui fuit discipulus egregii confessoris Amandi, scriptum invenimus, quod tempore abbatissæ Judith, quæ Marchianensi monasterio præfuit tempore Lotharii regis Francorum, adhuc quiescebant in tumulis lapideis, altaribus ante positis, corpora sanctorum, videlicet B. Rictrudis nobilis matronæ, et bonorum confessorum Mauronti atque supradicti Jonati. » Et cap. 21 : « Cumque per divinam revelationem reliquiæ præfati confessoris elevatæ fuissent, atque honeste in crypta reconditæ, ipse idem relator qui hæc scribit subinfert : Ibi quoque postea appositæ sunt reliquiæ B. Rictrudis nobilis matronæ et Mauronti prolis venustæ, et venerantur a supervenientibus populis religiosa devotione. Nos vero diem elevationis ipsius beatissimæ VII Idus Februarii, secundum morem a prædecessoribus nostris traditum, jam per annos sexigies [*id est* sexties] viginti devotissime celebramus. »

4. In lib. II cap. 16, S. Mauronti translatio describitur his verbis : « Reliquiæ S. Mauronti cum reliquiis matris in monasterio Marchianensi longo tempore quiescente, postea nescio seu permittente, seu volente Deo, furtim sublatæ, Duacum translatæ sunt : ubi in ecclesia sanctæ Dei genitricis, quæ nunc S. Amati dicitur, juxta ejusdem pontificis corpus qui tunc ibi Deo serviebant, eas in vasculo deaurato cum exsultatione decenter reposuerunt. » Et infra. « De reliquiis igitur B. Mauronti ex parte maxima Duacum sublatis connivente clero et populo statutum est, ut III Nonas Maii, quæ est dies depositionis ejus, ab universis ibi manentibus de eo quotannis memoria solemniter repræsentaretur. »

5. In ejusdem lib. cap. 20, reliquiarum S. Rictrudis translatio secunda tale enarratur : « Antiquorum devotio ejusdem sanctæ loculum auro et argento pretiosisque lapidibus satis decenter ornavit : sed eorum posteritas quæ longo tempore fuit ante nos, ornatum exterius renitentem, ad consentiendum concupiscentiis carnalibus totum expendere non timuit. » Abbatis et fratrum concilio « præparantur sumptus, et novum vas auri et argenti non modicam habens quantitatem instauratur. Ipenses aliique incolæ circumpositi « abbatem (Lietbertum) adeuntes devote postulant, ut apud Rinengam antiquitus villam ipsius sanctæ corpus solemniter transponendum deferatur. Decimam et alios redditus quos ecclesia per prædecessorum incuriam amisit, » restituere promittunt. « Annuit abbas devotæ eorum postulationi, et res cum die determinato episcopo Tervanensi (Milone) nuntiatur. Quod cum in diœcesi sua celebrandum audisset, gavisus est, præsentiam suam adfuturam omni sopita excusatione respondens. Alvisus quoque reverendus Atrebatensis episcopus rogatus ab ecclesia nihilominus cum clero suo illuc se venturum constituit. Tunc assumptis duobus loculis sacratissimum corpus cum summa omnium devotione usque ad Reningam deducitur, supradicti episcopi Milonis præsentiam corporali molestia excusante. Quarto igitur die Pentecostes abstantibus clero et optimatibus terræ, et populi multitudine infinita sacris Atrebatensis episcopi manibus sanctissimi corporis gleba in novum loculum reclusa est, anno Verbi incarnati 1140. Deinde postquam idem episcopus sermonem ad populum et missarum explevit solemnia, cum pari honorificentia sacro corpore Marcianis relato ad propria reversi sunt. »

6. Denique iterum spoliatam B. Rictrudis thecam denuo instaurarunt Marchianenses monachi, « Fratre Hugone argenti marcas XL » occulte suppeditante. « Vasculo igitur cum magno auri et argenti apparatu consummato, D. Henricus venerabilis Rhemorum archiepiscopus venerat in Flandriam. Hic III Nonas Augusti anno Verbi incarnati 1164, archiepiscopatus autem sui tertio ad nos divertit : et annuens Joannis abbatis et totius ecclesiæ precibus, sub eodem die B. Rictrudis reliquias manibus, suis de veteri vasculo assumptas in novum collocavit. Aderat Andreas Atrebatensis episcopus cum clero suo et vicinis abbatibus. Quicunque pro auctoritate sua quippiam de reliquiis illis ab abbate potuit impetrare, rem grandem se accepisse gavisus est. Ipse quoque archiepiscopus aliquid sibi reponens ob solemnem memoriam, cum debito honore secum portavit in Franciam. »

7. Ex his intelligitur Raphaelem Beauchampium cœnobitam Marcianensem in appendice ad synopsim Merovingicam non recte interpretari postremam hanc translationem, quasi relatio fuerit reliquiarum S. Rictrudis e cœnobio Andernensi diœcesis Morinensis, cujus cœnobii monachi de sanctæ Rictrudis (quam Rotrudem vocant) possessione corporis gloriabantur. Lege Chronicon cœnobii Andernensis auctore Willelmo abbate tomo IX Spicilegii Acheriani. Quidquid juris fuerit monachis Andernensibus in sanctæ Rictrudis reliquias, eas constat modo in Marchianensi ecclesia asservari.

# PASSIO SS. QUIRICI ET JULITTÆ MARTYRUM

## AUCTORE HUCBALDO.

(Apud Montbritium, Acta Sanctorum, p. II, n. 18.)

Sanctorum Christi martyrum pia certamina ve- **A** neratione debita recolentes, mirabilem in sanctis suis Dominum collaudemus, qui beato infanti Quirico, ab ipso nativitatis die, toto necdum evoluto trienno, ejusque sacræ genitrici Julittæ, natalibus ac probis moribus generosæ, muneris superni gratia roborante, ætatis et sexus infirmæ pro ipsius nominis amore vincentibus, illis quidem gloriosa martyrum palmam contulit in cœlestibus. Nobis autem plurima confert beneficia, eisdem, ut credimus, patrocinantibus. Quapropter, sicuti quotidiana admonitione per suos præsules, sanctamque matrem Ecclesiam nos hortatur agere, dignum justumque est et nobis, in cunctis salubriter Dominum Deum nostrum in omni tempore et in omni loco laudando glorificare, atque glo- **B** rificando laudare semper atque benedicere, ut implere valeamus illud Psalmistæ : *Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus ejus in ore meo* (*Psal.* XXXIII, 1). Hoc est enim sacrificium, quod Deus pie colitur ab universis gradibus bene viventium, dum illi condigne referunt, quantum possibile est, actiones gratiarum, quod et ipse nos per beatum David admonet dicens : *Immola Deo sacrificium laudis* (*Psal.* XLIX, 14). Hoc est denique dignum pro immensis beneficiis ejus justumque nostris obsequiis ipsa die tantæ æquitate rationis, salubre est etiam animabus et corporibus nostris : nam quantum nobis hoc prosit evidenter sacra prodit Scriptura. Quæ cum dixisset : *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua*, **C** statim subintulit dicens : *Et invoca me in die tributionis, et eruam te, et honorificabis me* (*Psal.* XLIX, 15). Itemque alias dicit : *Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero* (*Psal.* XVII, 4.) Denique quia hoc devotissime ac constantissime, et hi sancti Dei, quorum nunc memoriam celebramus, et cæteri divini martyris hoc ad implere studuerunt, laudantes et invocantes eum in sua tribulatione, eripuit eos ab instanti inimicorum suorum afflictione, et salvos fecit eos in regno suo cœlesti, in quo perennis felicitatis ab eo gloriati jure et ipsum illi honorificant laude perenni. Nos quoque in hujus nostri incolatus exsilio, inter multiplices vitæ præsentis angustias positi, laudantes invocemus Patrem totius consolationis, credentes quia et hic consolabitur nos in omni tribulatione nostra, **D** qui sumus sperantes in ejus misericordia, et illic illius consolationis, cui nulla succedit tristitia, largietur nobis gaudia, suffragantibus horum meritis sanctorum quorum nunc veneramur solemnia, et quorum mira strictim narrare suscepimus certamina, abdicantes, imo ut fœtida respuentes, stercora illa frivola quæ a quodam idiota mimographo et falsiloquo de ipsis scabroso nimis stilo sunt ineptissime edita : et idcirco a fidelibus Christicolis, maximeque a beato Blasio papa jure inter multa sunt ut apocripha repudiata.

Nos autem admirabile cunctis tropæum Quirici, parvi infantis et magni martyris, ad honorem recolimus sancti tui nominis, Domine ; qui, antequam te scire posset per ætatem corporis, « prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, et ex ore infantis et lactentis perfecisti laudem (*Psal.* XXVI, 4) » admirabilis nominis tui, ut per te alacri consummato martyrio, *lætificasti eum in gaudio cum vultu tuo* (*Psal.* XX, 7). Unde sicut et in omnibus benedicta sit magnificentia virtutis tuæ, quæ sic mirifice antiquum vicit inimicum, per dilectum sibi invicem Quiricum, cujus suffragiis nobis, quæsumus, largiaris de ejusdem maligni hostis triumphare insidiis. Ergo ad hæc fideliter explicanda jam nunc accedamus.

Sextæ, quæ nunc agitur ætatis initio, quo Dominus Jesus Christus, Deus verus et homo suum consecrare dignatus est adventum, quadragesimo scilicet secundo imperii Octaviani Cæsaris Augusti anno, quod quidem obtinuit per annos quinquaginta sex secundum nutum ipsius veræ Pacis tunc in carne apparentis, postmodum per totum oceani ambitum cunctis una pace gentibus compositis pacatum rexit, atque totius orbis monarchiam possedit, eamque imperii potestatem relinquit. E quibus posteris post eum Aurelius Alexander, imperator vicesimus, transactis a nativitate Domini ad illud usque tempus plus minusve ducentis viginti sex annis exstitit. Hujus igitur temporibus, cum maxima vexatio Ecclesiis esset, præclara a militibus Christi pro pietate certamina martyrii gerebantur, qui pro suppliciorum patientia donabantur a Deo immortalitatis corona. In quibus et beatus pater Callistus, sacerdotum dignitate papa Romanus, a beatissimo Petro apostolorum principe ordine sextus decimus, dum fixus staret in domo Domini, perseverando in mandatis ejus et in sancta charitate, et pio ovili Dominico velut aries electus, ac dux totius gregis, subito jussu ipsius Alexandri rapitur, carceri mancipatur, fame diuturna cruciatur, fustibus quotidie cæditur, ad ultimum per fenestram domus præcipitatur, et ligato ad collum ejus saxo

in puteum demergitur, in eumque desuper rudera tumulatur. Atque ita a Deo corona martyrii decoratur.

Hujus successor sanctus fuit Urbanus, ejusdem sanctæ Romanæ sedis episcopus, qui doctrina salutari multos ad martyrium provocans calicem quem aliis propinavit ipse quoque potavit.

Ea igitur facta persecutione, sicut diximus, Christianorum sub Alexandro imperatore cum sæva supra modum exardeceret undique secus eos insectandi intentio, orientalium quoque provinciarum fines apprehendit. In quarum partibus præses Alexander præerat, qui sicut nomine sic imperatori suo erat par ferocitate. Hic inter innumeros, quos variis cruciatibus et excogitatis affecerat pœnis, Julittam matronam nobilem in lege Domini meditantem die ac nocte, fama boni odoris celebrem, missis officialibus suis jussit præsentari tribunalibus. Erat autem Julitta serviens Domino in timore casto, quæ filium alebat parvulum Quiricum : cui cum lacte carnis disciplinam tradidit divinæ legis. Inter charos denique amplexus et maternæ pietatis oscula, quo verum parentem agnosceret, coleret atque diligeret, dum lacte dulci ex ejus aleretur uberibus, ab ipsius ore pro tempore puræ fidei imbuebatur dogmatibus. Insurgentibus igitur, adversus eam persecutoribus pro sua parvulique salute ad Dominum clamabat. Ante conspectum denique præsentata præsidiis, et ab eo requisita cujus esset provinciæ vel civitatis, aut quæ proprii ei esset cognitio nominis, respondit : De Isauria quidem provincia, et de primoribus civitatis Hyboniarum progenita, ad Siliciæ tuas devitans persecutionis demigravi loca ; Tarsoque sum immorata. Et cum sim vere Christiana, est mihi nomen Julitta. Cui præses : Hortor, inquit, te ; tu ibi consule ; imperatoris jussa perfice, atque debita diis nostris offer libamina. Beata Julitta respondit : Ego immundis non sacrifico dæmoniis, quia unius vivi et veri Dei vera sum cultrix. Ait præses : Sacrifica diis antequam ad tormenta ducaris. Et illa : Nec diis tuis sacrificabo vanis, nec tormenta pavesco.

Interim, dum hi inter eos sermones feruntur, alma genitrix Quirici non modico angebatur mœrore animi quod ipsa, posita in præcinctu belli pro confessione fidei, sui esset destituta salatio parvuli. Ad ejus tamen suggestionem jubente præside, et matre eum veluti prodente, perquisitus tenellus infans Quiricus et a militibus præsidis repertus, ante ipsum perductus est. Primo quidem blandimentis lenibus, ut infans, demulcetur ; deinde minis exasperatur. Ille vero blandientem æque ut minantem parvipendens, mente majore et disertissimo sermone Christianum se esse constanter est professus, et a professione se ullo modo divelli non posse firmissime protestatur. Rex æternus, Deus noster qui apparens in carne ad bellandum fortem armatum (*Luc.* XI), mundumque in malo positum (*I Joan.* V), suæ se majestatis præcinxit virtute (*Psal.* XVII), quique firmavit orbem terræ (*Psal.* XCII) sanctam videlicet Ecclesiam, toto orbe terrarum diffusam, ne a suæ moveatur fidei stabilitate, neve prævaleant adversus eam inferi portæ (*Matth.* XVI), ipse per Spiritum sanctum firmam dedit constantiam virtutis suæ in dilecti sibi infantis Quirici corde, et sermonis facundiam in ejus posuit ore, « qui aperuit ora mutorum et linguas infantium facit disertas (*Sap.* X). Unde dum ante præsidem staret secundum tempus elinguis infantulus, non ille, sed in eo et per eum loquebatur Spiritus sanctus, cujus adipe et pinguedine replebatur anima et cor ejus. Dixit autem ei Alexander : Volo mihi ut veraciter pandas quis hujus sanctæ doctrinæ exstiterit magister, simulque ab hac desistas pertinacia, quam celeriter, ne pro deorum et imperatoris contemptu pœnis acriter afficiaris. Ad hæc infans : Tuam, ait, o præses, miror insipientiam ; qui in me cernens tantillam ætatem, nedum transacto trium annorum curriculo discenda etiam scientia minus idoneum percunctaris quis me docuerit divinam sapientiam.

Auditis præses hujusmodi sermonibus correptus est furore, ac jussit infantem cædi vehementissime. Ille vero, dum cæderetur, erectis ad cœlum oculis, et parvis manibus passis veluti athleta fortis benedicit Dominum in excelsis : Gratias tibi ago, Domine Deus, te benedicit anima mea et omnia interiora mea. Tibi laus, virtutum Domine, quia virtutem perficis in mea infirmitate (*I Cor.* XII). Tunc vero veluti insultans carnificibus clara voce pro viribus insonabat frequentius : Utique Christianus sum, et quoties emiserat hanc vocem piæ professionis, toties ei reparabantur novæ corporis vires, ita ut et præses et cuncti qui aderant tantum imbecillis mirarentur ætatis tolerantiam. Deus quippe justitiæ qui illum in primis annis infantiæ sua gratia justificavit in tribulatione ad se clamantem misericorditer exaudivit, et in conspectu omnium magnifice mirificavit. Gloriosa vero mater in ejusmodi agone eum positum cernens, toto corde exsultans, in Dominum, extensisque in cœlum manibus, voce exultationis et confessionis glorificabat Dominum, et ut in perseverantia persisteret fidei suum hortabatur Filium. Verebatur siquidem ne forte cederet flagellis præ teneritudine corporis. Sed cum pene jam resolverentur et conciderent cædentium manus ipse ab inhabitante in se Dei Spiritu, firmum gerens animum instaurabatur recentius ad sufferendum.

Iterum præses jussit sibi matrem cum filio præsentari. Et cum eos nullo modo revocare a proposito veræ fidei posset, fecit eos diversis pœnarum modis torqueri, ac ita demum horribilibus carceribus mancipari, sancti vero Dei martyres arctissimo reclusi ergastulo his verbis læti psallebant Deo :

« Fac nobiscum, Domine, signum in bonum ut videant qui oderunt nos et confundantur, quoniam tu, Domine, adjuvisti nos, et consolatus es nos (*Psal.* LXXXV). » Erant autem persistentes in orationibus et laudantes Deum, potulantesque se ejus potentia virtutis eripi a laqueis malignitate

diaboli et a tyrannide ipsius satellitis Alexandri. A Sed ipsi intercapedinem quam ad hoc solum modo sortiuntur, ut eis multiplicium pœnarum acerbitas pararetur, nequaquam sibi proximis infructuosam fore patiuntur pœnam. Namque fortitudine animi et constantia fidei et patientia tolerandi infirmiores quosque provocabant ad imitationem sui. In eadem siquidem custodia habebantur in vinculis detenti circiter quadringinti quadraginta quatuor viri, quos hortabantur hi sancti Dei converti ad fidem Christi, attestantes non esse aliud nomen sub cœlo datum homini, in quo possit quis salvus fierit (*Act.* IV). Cumque et verbis et exemplis hæc probarent vera esse, gratia illius operante *qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* (*I Tim.* II), illi, abrenuntiantes omni- B bus operibus et pompis Satanæ, confessi sunt se in unum verum Deum Patrem omnipotentem, et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum, et in Spiritum sanctum credere ; et hæc tria non tres Deos sed unum esse, qui solus potens est fideles suos ex omni tribulatione eripere, et salvum in regnum suum cœleste facere. In hujus ergo soliditate confessionis magis fundati habiles facti sunt in regno Dei.

Postquam vero comperit Alexander quod hæc turba neophita piæ matris Julittæ filiique ejus Quirici industria ad tyronatum Christi militiæ esset ascripta, nimia pervasus furoris vesania, omnem illam laudabilem phalanga ad sua præcepit produei tribunalia. Ubi dum starent, absque animi C mutatione se nihil aliud quam Christianos consona voce esse fatentur. Tunc præses lata sententia jubet eos quantocius plecti capitali pœna. At illi mente alacri signantes se signo Christi certatim suas protendebant cervices percussori, sicque sæculi hujus ærumnis adempti vitam per eum et cum eo et in eo percipientes æternam : pro cujus amore non sunt cunctati mortem subire temporalem.

Peracta igitur tam felicis commutatione mercimonii, isti sancti negotiatores Dei quadringenti quadraginta quatuor viri obierunt pridie Nonas Junias, similes homini negotiatori quæreuti bonas margaritas. Invenientes enim unam pretiosam margaritam dederunt non solum omnia sua, sed et seipsos et comparaverunt eam : quam etiam ju- D re nunc possidentes hæreditario, ejusque pulchritudinem mundi cordi conspicientes oculo gaudio ob eam gaudent pleno atque perfecto. Effuso autem sanguine sanctorum Christi martyrum cruentus jussit præses pretiosa membra eorum concidi, et ossa ac viscera dispergi ut non esset qui sepeliret, impleta Psalmista sententia : Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. *Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Jerusalem , et non erat qui sepeliret* (*Psal.* LXXVIII).

His igitur martyribus consummatis, statim Alexander præses, ut leo frendens jubet novorum arma suppliciprum sibi exhiberi, quæ antea Julittæ certatrici ejusque tyronculo jusserat præparari, et ipsis singula applicari. Gestiebat denique singulis membris specialia inferre tormenta. At vero illi posteaquam frequenter passionibus suis et cruciatibus glorificaverunt Deum, dum de vinculis ad tribunalia et a tribunali revocarentur ad vincula. Inter horrifica et exquisitissima tormentorum genera vicissim sibi succedentia, cum pretiosa Christi martyrum membra variis distenderentur cruciatibus, consolatione semper cœlesti a cunctis eruebantur tribulationibus, quoniam, ut ait Psalmista : « Oculi Domini super justos et aures ejus in preces eorum (*Psal* XXXIII). » Itemque : « Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos (*Ibid.*). » Perpendens ego Tyrannus sanctos Dei in tolerando alacres, in certando insuperabiles, tulit sententiam : Capita illorum avelli a cervicibus. Quo factum est ut postquam tot agones martyrii desudaverunt, felices eorum animæ nexibus solutæ corporeis candidatis sanctorum martyrum sociatæ sunt choris, recipientes a magistro remuneratore suo Jesu benigno singulas immortalitatis suæ stolas. et requiescentes sub altari Dei aureo, atque post velamentum interius positum offerunt ei thimiamata laudis, et quia in primori tabernaculo obtulerunt illi, non hircorum aut vitulorum sanguinem, sed corpora sua, hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, nunc gratificant gratissimam jubilationis hostiam magnæ devotionis ac desiderii sui præstolantes diem, quo binis gaudeant stolis, dum corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, mortale hoc immortalitatem (*I Cor.* XV) et « in terra sua duplicia possideant, » juxta propheticam Isaiæ pollicitationem (*cap.* LXI). Æternæ ergo claritatis amicti stolis palmasque victoriæ, eo quod diabolum et sæculum in Christo vicerunt, tenentes in manibus suis, canticum, non officio oris, sed summæ dulcedine charitatis dicentes : Alleluia. Laus et gloria et virtus Deo nostro est, quia vera et justa judicia ejus sunt (*Apoc.* XIX). Et iterum iterumque frequentatur : *Amen.*

Hæc tua, Domine virtutum, præclara gratiarum præmia, et hæc jucunda gaudiorum munera considerans, Psalmista tibi psalllit mente devota : *Beati qui habitant in domo tua, Domine : in sæcula sæculorum laudabunt te* (*Psal.* LXXXIII). Hanc cunctis felicibus desiderabilem domum tuam, Domine, cœlestem dilectus tuus Quiricus non suis viribus fidens, sed in multitudine misericordiæ introivit. Et quia, tua largiente gratia innocens exstitit, et sine macula quia nescivit malum, nec dolum egit in lingua sua, ab ea non movebitur in sæcula, sed ibi in æternum exsultans, ubi dies est sine nocte, gaudium sine mœrore, laus sine defectu, gloriatur cum eis qui diligunt nomen tuum.

Nos vero in hac convalle lacrymarum inter varias tentationes positi, auxilium, Domine, petimus a te eos superandi, ut qui dedisti nobis legem justitiæ,

des benedictionem tuæ gratiæ, quatenus gradientes A felici ascensu de virtute in virtutem pervenire valeamus horum interventu sanctorum, ut te videre atque cum eis laudare mereamur in Sion cœlesti. Sane interim dum in hoc corruptibili moramur corpore, et peregrinamur a te, meditandum nobis est in via quid agendum constet in patria. Sed et pro posse nobis hic partim agendum est quod illic semper perficiendum erit, ut te benedicamus omni tempore, semper laus tua sit in ore nostro (*Psal.* XIII), quæ licet non sit speciosa in ore peccatorum (*Eccli.* XV), est tamen vere pulchra in Ecclesia sanctorum, quæ tibi semper canticum novum, ubi sanctus infans Quiricus et ejus mater pia Julitta sanctorum martyrum juncti choro te laudantes lætantur in æternum. Quorum B nunc gloriosa recolentes solemnia, et quæ illis tua contulit gratia prædicantes magnalia, te benedicimus, te glorificamus, o benedicta et gloriosa Trinitas, unus Deus ! O quam magnus es, Domine, et laudabilis valde, faciens prodigia in cœlo et in terra ! Quam mirabilis es in sanctis tuis, qui sancto infanti Quirico necdum trium annorum ætatem implenti tantam virtutem dedisti et fortitudinem, ut per te naturaliter excedens legem a te singulis attributam, hic tantillæ ætatis infantulus et animi sapientia et linguæ facundia, et in sufferenda tormentorum tolerantia tam forti vigeret constantia et usque ad finem pro fide et amore tui nominis perseverantia ! Sit nomen tuum, Deus, benedictum in sæcula ! C

Vos quoque sancti et humiles corde cuncti testes Christi fideles usque ad vestri sanguinis effusionem, nobiscum benedicite Dominum, qui innocentis Quirici collegio martyrum laudabilem decoravit numerum. Supplices etiam exposcimus ut ipse vester concivis parvus ætate Quiricus magnus et martyrio inclytus, cui mirificum divinæ gratiæ collatum est munus, interveniat pro nobis omnibus apud suum Glorificatorem in cœlestibus qui est super omnia Deus in sæcula sæculorum, cujus gratia cooperante compleverunt hi sancti felix martyrium certaminis, sexto decimo Kal. Jul., tempore Alexandri imperatoris, qui cœpit anno Domini ducentesimo vigesimo quarto, imperavitque annis tredecim.

Expleta igitur, prout nobis datum est nosse fideli et competenti relatione admirandæ passionis tuæ, o gratiose Christi martyr, Quirice, hujus nostri licet exigui laboris magnæ quo possimus mercedis vicem rependere, atque cum Julitta nobili genitrice et candidata omnium sanctorum martyrum esse societate, pro nobis apud pium Dominum intercede, ut nos semper et suæ gratiæ et vestræ faciat esse participes gloriæ, cui est cum æterno Patre Deo sanctoque Spiritu honor, virtus et imperium per infinita sæcula sæculorum.

Quoniam vero sancti Quirici et Julittæ martyris ejus veneranda passio, diverso quidem relatu, sed vero et pari martyrio pene constat esse nota populo Christiano, de insuperabili miraculorum suorum profunditate, quibus in sæculo, disponente Deo, claruerunt, veluti quemdam rivulum deducens pauca libare curavi, et ad honorem Ecclesiæ sacris paginis indagare studui.

Annorum igitur multorum excurso tempore post perceptam martyrii coronam sanctus Amator Autissiodorensis episcopus, cum clarissimo viro Savino comite fines Antiochiæ peragrans, sacratissima corpora illorum Christi gratia reperit. Quæ cum magnæ venerationis cultura dicens in partes Galliarum attulit, et Autricæ urbi delata, solo tantum pueri brachio sancti Savini precibus concesso, in domo sua quia idem præsul meritorum gloria pollens a fidelibus venerabatur, iterumque honorifice tumulavit. Hunc ergo incomparabilem thesaurum ideo civitas illa promeruit sibi a Deo dari, multorum sanctorum titulis exornata, ut salus corporum et animarum idem populo suo proveniret.

---

# VITA SANCTÆ ALDEGUNDIS VIRGINIS

## AUCTORE HUCBALDO.

(Apud Bolland., 30 Jan., ex veteribus mss. et Surio.)

## DEDICATORIA AUCTORIS.

1. Non immemor vestri, non ingratus tam admirabilibus A erga me vestræ sedulitatis officiis, parui voluntati vestræ : si tardius, quam voluistis, si minus apte, quam oportuit ; non animo meo quasi non curanti, sed rei difficultati potius ascribatis. Cruda massa non facile modico potest igne purgari. Si quis inconcinnam subsannaverit orationem, vobis imputate. Malui certe derideri a quibusdam, quam vobis non parere. Si cui tamen ideo displicuero, quod purpureos late splendentes, non solum non assuerim, sed etiam demerim pannos, sciat me noluisse more puellarum aptare puppas absque lineamentis membrorum, aut inanimatas in parietibus effigie colorare ; sed feminæ solidum pectus, imo virilem animum, virtutibus plenum, tanquam lucernam divinitus accensam, cunctis ad imitan-

dum simpliciter demonstrare. Si placet transcribere, diligenter (obsecro) distinctiones capitulorum conservate. Præfationem vero, quæ quidem generaliter agit de sanctorum gestis,et ad eos imitandum exhortari cunctos intendit, et ignaviam præcipue negligentium arguens, nec de ignorantia quemquam excusari posse demonstrans, operantem Dominum in sanctis amandum et glorificandum ostendit, sicut est præfixa (586) capitulis anteponere curate. Quod si vobis etiam non placuerit, aut doctoribus ad quorum audientiam forte retuleritis, moriatur inter manus vestras odiosa et inepta membrana, aut deleatur, aut igni tradatur. Quodcumque acciderit, per amicitiam rogo, ne nostrum nomen in hoc opere sentiatur.

## PROLOGUS EJUSDEM.

2. Miseratio divinæ bonitatis humanæ saluti multipliciter omni tempore consuluit, et post hominis lapsum, tam per dicta quam per exempla justorum, errantes ad viam veritatis reduxit, et ante legem et sub lege et sub gratia formam virtutis imitandam rudibus in utroquê sexu misericorditer exhibuit. Plena est utriusque Testamenti Scriptura, tanquam cœlum resplendens, non solum magnis luminaribus, sole videlicet ac luna, sed etiam minoribus stellis ; hoc est, non tantum claritate veræ lucis, quæ rationalem creaturam illuminat, et universalis Ecclesiæ pulchritudine, quæ totum clarificat mundum ; sed etiam singulorum splendore sanctorum, qui nos in hujus sæculi nocte veluti fulgentes stellæ consolantur. Qui ergo, donante Deo, sanos habet oculos, ambulet ad lumen solis, vestigia sequatur Domini Salvatoris. Qui vero tantum fulgorem infirmantibus oculis minus valet intueri, convertat aspectum ad montes, jam veri solis lumine candentes, sanctos scilicet apostolos, eorumque successores, doctrina pariter et exemplis totum orbem illuminantes ; sequatur fidei duces, velut arietes, gregem ad pascua vitæ præeuntes. Quod si tardior aliquis evangelicam et apostolicam doctrinam fastidit,quod nimis periculosum est ; si fortia gesta magnorum patrum, aut documenta propter imbecillitatem fidei suæ negligenter attendit, quod male languentis animæ indicium est ; saltem Vitas sanctorum, qui proximis exstitere temporibus, legens vel audiens, gratiam Conditoris in sanctis semper operantem agnoscat; agnoscens, in amorem ipsius incalescat. Si quis etiam delicatus præ teneritudine carnis viros imitari trepidat, feminas et puellas teneras, quæ sui Redemptoris amore sæculum vicerunt, considerans erubescat. Ignorantia neminem, qui lege vel audire potuerit legentem, excusabit. Ubi jam Scripturæ verba non resonant? In ecclesiis a lectoribus quotidie recitantur, a cantoribus delectabiliter cantantur, a prædicatoribus utiliter exponuntur. Quæ patria, quæ civitas, qui pagus, quem non decoravit alicujus sancti patrocinio speciali providentia Creatoris ? Ubique per membra sua Salvator coruscat. Oleum effusum nomen ejus ; ubique tonat, ubique pluit per Evangelium, per apostolos, per doctores, per exempla sanctorum. Et ut ex multis ad unum veniamus, quis alius in vita beatæ virginis Aldegundis amandus, sequendus, amplectendus, nisi Christus innuitur, quem adolescentula vigo diligens, merito castitatis Agnum sequitur quocunque ierit ? In ejus itaque laude, qui cum sit idem in omnibus, operatur magna et minima et diversa non diversus, ac dissimilia non dissimilis, de vita hujus virginis si loquamur aliquid, sermonem impositum nullus abhorreat, sed quod effari nitimur, attendat.

## INCIPIT VITA.

### CAPUT PRIMUM.

*Sanctæ Aldegundis ortus, institutio, visiones.*

3. Anno Dominicæ Incarnationis circiter evoluto sexcentesimo tricesimo, circa hæc tempora non longe multum Romanæ sedi apostolicæ præsidentibus per successiones pontificibus (587), Honorio, Severino, Joanne, Theodoro, Martino, imperante apud Constantinopolim (588) Heraclio, in Francia regnante Dagoberto, filio Clotarii, qui quartus erat a Clodoveo, quem S. Remigius baptizavit, orta est in pago (589) Hainoensi virgo Aldegundis ex regali prosapia, patre Walberto, matre Bertilia. Cujus soror Waldetrudis major natu, cuidam satis illustri viro Maldegario, cognomento Vincentio, legitime fuerat copulata : qui postea divinitus inspiratus, et exhortatione religiosorum virorum animatus, sprevit mundum, secutus est toto corde Salvatorem Jesum Christum. Eo tempore multi religiosi viri, Dominicæ vineæ studiosissimi cultores, Amandus Trajectensium episcopus, velut imbrifera nubes circumquaque pluendo discurrens (590) ; Arnulphus Me-

(586) Hunc capitulorum indiculum Vitæ præfixum nusquam reperimus, neque capitulorum divisionem eadem ubique : ideo a more nostro, ut visum fuit, divisimus.

(587) *Honorius* Bonifacio V, 25 Oct. an. 625 mortuo successit ; ei cæteri hic memorati ex ordine. *S. Martinus* an. 655 exsul mortuus est.

(588) *Heraclius* ab. an. 610 ad 11 Martii 641 imperavit. *Dagobertus* in Austrasia regnare cœpit, patre Clotario II, annuente, ann. 612 ; eo mortuo, etiam in Westria, seu Neustria, anno 628 ; Chariberto fratri parte Aquitaniæ concessa. Obiit anno 644.

(589) Ms. Malbod. *Hainonensi*, ab *Haina* fluvio, qui juxta montes fluit, atque ad condatum Scaldi miscetur, pagus, sive ditio Hainoensis dicta, quæ late deinde ampliata, vulgo nunc *Hannonia* appellatur.

(590) Coluntur hi sancti *Arnulphus*, 18 Jul., *Eligius* 1 Decemb., *Audoenus* 24 Aug., *Gislenus* 9 Oct.

tensium, Autbertus Cameracensium pontifices, Eligius Noviomensis, Audoenus Rothomagensis, Gislenus ab Athenis peregrinus adveniens in Galliam, et alii plures in Ecclesia tanquam in cœlo clara luminaria, partes orbis occidentales irradiabant, et multos tam prædicatione quam exemplo vitæ in viam salutis deducebant.

4. Puella vero Aldegundis, parentum cura diligenter enutrita, divina gratia procurante, sacris litteris est imbuta : quarum scientia valde proficiens, ac dogmata Christianæ religionis animo complectens, amore cœlestis sponsi jam in ipsis puellaribus annis vehementer flagrare cœpit. Parentes enim illius, quanquam superbi fastu sanguinis essent (591) elati, Christiani tamen nominis memores quod gerebant, filiam suam ita secundum Dei timorem educarunt, ut in ipsa jam tenera ætate Domino Christo magis quam sæculo placere desideraret.

5. Interea dum adhuc esset in domo parentum, cœlesti frequenter suspensa contemplatione, modo vigilans, modo per somnium, divina sibi gratia revelante, cœpit multa visionum genera percipere : quas ipsa describens (592), abbati cuidam religioso, nomine Sobino, de monasterio Nivialensi, commisit. Quas etsi quidam, minus digne pensantes quæ legunt vel audiunt, superfluas aut non credendas esse putant, nulli tamen sapienti mirum aut incredibile videtur, si puella Dei toto deserviens affectu, frequentibus sanctorum angelorum visionibus, seu vigilans, seu dormiens, pascebatur : cum econtra quælibet anima spurcitiis luxuriæ negligenter dedita, dæmonicis nonnunquam illusionibus deludatur. Igitur, ut breviter ea visa comprehendamus, audivit quadam nocte sibi promitti per visionem inæstimabiles divitias : quas primo terrenas æstimans, statim in spiritu sibi promitti cœlestes agnovit. Deinde per visum in sublime rapta, monentem audit aliquem, ut caduca postponens, facilius adipiscatur cœlestia : modo denique vocem audit : Non alium tibi quæras sponsum, quam Dei Filium : modo Christum in specie pueri speciosissimi cernit afferentem sibi stolam candidam, palmamque victoriæ ; nunc etiam erigitur in spem cœlestium, dum audit per visum se futuram in societate sanctorum. Inter has visiones aspicit diabolum, invidiæ facibus ardentem, de sua tristem electione : tum angelum Dei sese cohortantem, ut perseveret in virginitate, et longe se faciat a sæculi vanitate. Hujusmodi visionibus non mediocriter recreata, de die in diem in amore virtutum proficiebat, et ut perseverando magis proficeret, quotidie majora videbat. Siquidem apparet ei puella, quasi de itinere veniens, et a Dei genitrice se missam affirmans, ut quod vellet postularet. At illa mox alacriter respondit, id se desiderare, quod Dominus A vellet, Christique voluntatem in se fieri præoptare. Vidit frequenter angelos exhortantes se : vidit beatum Petrum, admonentem se de regno Dei. Conspexit etiam Dominum Christum, in specie solis et lunæ, in figura regni Dei sibi apparentem. In cunctis hujusmodi revelationibus virgo prudens magis magisque se humiliabat, regno Dei proprior fiebat, sponso cœlesti adhærere ferventius inhiabat.

6. Si quis autem istiusmodi visiones plenius nosse desiderat, Vitam ipsius revolvat, de qua nos pauca decerpentes, notitiam tantummodo rerum indicare summatim conamur scire cupientibus quanti meriti sit hæc virgo, quæ toties angelicis recreabatur consolationibus, secundum ordina- B tissimam Creatoris dispensationem, qui novit uniquique congruentem adhibere dulcedinis suæ moderationem. Et, ut harum seriem manifestationum jam terminemus, beata virgo Aldegundis de virtute in virtutem progrediens, in tantam sanctitatis celsitudinem a Domino meruit sublimari, ut non solum in somnis, aut per exstasim frequenter, sed etiam vigilanti manifeste angelus appareret, familiare (593) colloquium de proposito conservandæ virginitatis exhiberet, virgo sancta nomen ejus fiducialiter interrogaret, et ab eo gloriosum et mirabile suum esse nomen audiret.

## CAPUT II.

### *Propositum servandæ virginitatis a matre oppugnatum.*

C 7. Cum vero parentes virginis jam eam tradere marito disponerent, advocat mater filiam, prædulcibus hortatur alloquiis, ne sibi voluntatem suam abscondat. Patris ac suum indicat desiderium, uti, secundum sui generis dignitatem, generosum non recuset accipere sponsum. Monstrat familiæ numerositatem, prædiorum amplitudinem, fundos, rerum abundantiam, gazas divitiarum copia refertas, cujusdam juvenis divitias, nobilitatem, pulchritudinem ei blandiendo prætendit. Hujusmodi blanditiis instat mater, animum filiæ ad suam voluntatem, conatur inflectere. Igitur, Aldegundis, honesta moribus, eloquio suavis, frequens in divina lectione, ac sedula in sanctæ Scripturæ meditatione, quem sponsum eligeret, quem cordis D amore gestaret, Dominum videlicet Christum, quem legendo cognoverat, cui se totam jam devoverat, tali sumpta occasione amplius occultare nequibat. Quid, inquit, o domina genitrix, mater dulcissima, quid mihi blandiris ? Quid tot suasoriis verbis oneras animum meum ? Non amplius tibi celabo voluntatem meam, desiderium meum jam ante diu in corde meo conceptum patefaciam. Tu mihi nescio quem pauperem memoras sponsum ; sed ego talem ac tam divitem sponsum concupisco, cujus prædia sunt cœlum, et terra, et mare cujus fundi nunquam deficient, cujus

(591) Ms. Lætiense, et unum Malbod : *elevati.*
(592) Ms. Malbod., *viro.*
(593) Ms. Malbod. *obsequium.*

divitiæ semper crescunt et nunquam minuuntur. Si potes, mater, talem mihi (594) accipe sponsum, non hominem peccatorem, petulantem, ac cito moriturum. Hoc audiens mater, licet non posset mentem virginis a sua constantia dimovere, feminea tamen importunitate, sæpe repetebat, admonens filiam de nuptiarum conditione. Sed quid ? incassum verba fundebat : puellæ mentem in Christo fundatam, quasi turrim non casuram, frustra pulsabat : Dominum Christum, speciosum forma præ filiis hominum, hunc adamaverat, hunc esuriens sitiebat, hunc sitiens esuriebat. Misericordem in pauperes animum gerebat, divinis lectionibus mentem assidue pascebat : in respondendo cautissima, mitis omnibus, inter nobiles humilis (594*), minoribus velut æqualis ; in parcitate cibi et potus intantum abstinentiæ dedita, ut sibi nulla sodalium æquiparari valeret.

8. Sed dum animus teneræ virginis assidue maternis fatigaretur blandimentis, ut de suscipiendo sponso voluntati parentum satisfaceret; quibus quidem non obedire videbatur incongruum, obediendo vero plus eos amare quam Dominum Christum, æstimabat perniciosissimum ; providentiæ divinæ miseratio, taliter eum liberavit ab hujusmodi periculo tentationis. Soror ipsius, memorata superius, beata Waldetrudis, ob amorem sanctæ religionis, a viro suo pari consensu jam sejuncta fuerat ; illoque religiose in monasterio quod dicitur Altus Mons, conversante, ipsa monasterium sanctimonialium, consilio venerabilis viri Gisleni, in monte, qui vocabatur Castrorumlocus, ædificaverat : ibique cum aliis Dei ancillis superna contemplatione dulciter animum pascebat. Susceperat autem sacrum velamen, habitum scilicet religionis, de manu beati Autberti Atrebatensis et Cameracensis ecclesiæ pontificis, qui tunc, inter alios Dei sacerdotes eo tempore florentes, ovili Dominico non segniter invigilabat. Igitur ex inspiratione divina famula Dei Waldetrudis, memor suæ charissimæ sororis Aldegundis, et valde metuens ne vinculo carnalis alligaretur amoris, et exoptans [*al.* carnis illigaretur amans et exoptans] toto desiderio secum illam habere sociam in habitu sanctæ conversationis, misit litteras matri, postulans cum obsecratione sororem sibi destinari, secum aliquandiu illam dicens velle demorari : non parum consolationis ex illius præsentia videri sibi conferri : quando matri placeret, statim eam se remissuram [*al.* remitti]. Annuit mater ; filiam dirigit ; et quibus erat vana mens Domino serviendi, fit etiam una domus opportune simul habitandi. Quis digne posset effari quantum ædificationis ex mutua collocutione acquisierint, quantumque exemplum operationis bonæ cæteris sororibus ex sua conversatione præbuerint ? Cerneres illas ex Evangelio sorores, Martham et Mariam, Domino Salvatori certatim ministrantes, sed non facile discerneres quæ magis harum eligeret ad pedes illius sedere, cum id utraque satageret, et curis exterioribus invita deserviret (*Luc.* x).

9. Non multum elapsum est temporis, et ecce mater illarum, feminea suspecta sollicitudine, ne filiæ suæ virginis animum soror ejus alienaret a sæculo, sacrumque velamen illam suscipere persuaderet, mittit ad monasterium, revocat ad se filiam virginem. B. Waldetrudis invita quidem remittit sororem, ne matrem offendat, sed obnixe deprecando exhortatur eam ut a sæculo faciat se prorsus alienam, immortali se præparet Sponso; quam citius valeret, ad cœnobium revertatur. Illa mœsta, valefaciens sorori, revertitur ad matrem, quæ tum morabatur in prædio suo quod nuncupatur Curtissolra. Non autem immemor, juxta Scripturam, honorandos esse parentes, bonæ indolis puella condecentem reverentiam exhibet matri, humiliat se ad pedes ejus, deprecatur eam lacrymis, ut in habitaculo quod erat juxta ecclesiam, sibi daret licentiam habitandi, dicens non sibi congruum inter viros et mulieres sæculares conversari. Memorat etiam genitrici suæ quam sancte, quam religiose soror sua Waldetrudis in monasterio se haberet, qualiter ancillas Christi de sæculo conversas instruendo moneret, quam sublimia quotidie de regno cœlorum admonens edoceret. Dum talia matri virgo referret, et ea matri grata satis æstimaret, illa non modo sibi non placita, sed etiam multum onerosa demonstrans, irata comminata est ei plagas si de talibus ultra sibi facere sermonem auderet. Virgo sapiens non solum illius minas patienter sustinuit, sed etiam verbera sustinere parata, prudenter siluit. Mater autem, optima linteamina proferens, filiæ tradidit, et ut inde sponsalia sibi vestimenta præpararet, imperavit, disponens eam in proximo nobili cuidam juveni lege nuptiarum copulari. Virgo linteamina suscipit, domunculam secus oratorium, quam a matre impetraverat, ingreditur ; vestes ad usus baptizatorum in nomine sanctæ Trinitatis pia fraude componit, corpusque suum vehementer affligens ; die noctuque Dominum cum lacrymis deprecatur, ne a societate sanctarum virginum alienaretur, nec alii sponsa quam Domino Christo sociaretur. Exaudiuntur preces virginis, nuptiæ, quas intra quindecim dies mater filiæ parabat, differuntur : juvenis, cui despondere parabat, ne veniret per multos dies præpeditur.

CAPUT III.

*Ejus propositum parentibus tandem probatum.*

10. (595) Interea beatissima virgo, cujus jam inhæserat menti cœlestium spes, omnisque rerum cum mundo ruiturarum abjectio, non immemor quia bonis moribus aliquando corruptelam confert malorum collocutio, matris ad horam se subtrahere furtim

(594) Al. *quære.*
594*) MSS. Læt. et Malbod. *minoribus.*

(595) Hoc caput deerat Surio ; suppletum est ex ms.

deliberavit collegio; illius quem sibi sponsum [*al.* patronumque], patremque delegerat ductu confisa et sodalitio. O felix multumque laudanda matris filiæque ab invicem separatio, in qua Christi tiruncula cujus apud Deum esset meriti demonstratur, et fidelibus suis nunquam Salvatoris abesse præsentiam, sicut ipse promiserat comprobatur! Fugiens igitur virgo Christi ac cujusdam fluminis, quod Sambra dicitur, ripam devenit, nusquamque navigium, quo ultra flumen transvehi posset, adesse conspiciens, in supremo fluvii margine constitit. Quid ageret? Quo se verteret? Nusquam sibi ad fluminis transfretationem aliquod patere videbat consilium, præter illius, quo nunquam fidelium cassatur petitio, indeficiens Salvatoris refugium. Non immemor igitur Dominum fidelibus suis spopondisse, credentes in se quæ fecit majoraque horum facturos esse (*Joan.* XIV, 12), mareque sub pedibus principis apostolorum se calcabile præbuisse (*Joan.* XXI, 7.) *Matth.* XIV, 19; Paulumque apostolum nocte, dieque fluctibus æquoreis immersum nullum vitæ detrimentum pertulisse (*II Cor.* XI, 25); perfectæque fidei nulla impossibilia esse; crucis Dominicæ signo corpus suum undique munivit, sicque pie de Domino præsumens, undas fluminis ut iter solidum conscendit. Graditur super aquas, dextram lævamque angelicis spiritibus sustentantibus, extremis vestium fimbriis nec inundationem fluminis contingentibus. Non autem a catholicæ religionis regula videatur alienum, angelos sanctos obsequium impendisse virgini, cum scriptum sit, cœlestes spiritus in ministerium sanctorum missos angelos effici (*Psal.* XC, 11); sanctosque viros vitam imitando angelicam angelos vocari (*Mal.* III, 1). Unde, quo major inter natos mulierum non surrexit, Joannes Baptista, angelus esse meruit et vocari (*Matth.* XI, 10-11). Postquam vero sacra virgo in ulteriori fluminis ripa constitit, Domino gratiarum actiones reddidit, cujus gratia quod naturæ repugnat et potuit et fecit.

11. Deinde Dominum humiliter exorans, ut suum in bono dirigeret propositum, in quemdam locum multimodis arbustorum generibus incultum, quem sortis hæreditariæ jure parentes ejus contra sanctissimam Gertrudem, suam videlicet neptem, possederant, devenit. In quo brevissimam ecclesiolam, eradicata veprium non minima quantitate, construxit. Continuo res gesta totam undique complet regionem, tantæ scilicet dignitatis virginem, relicta domo rebusque patris, eremi solitudinem, Dominumque, crucem ipsius bajulando, secutam fuisse.

Percipit inde pater rem gestam, claraque mater,
Atque simul natam deplorat uterque beatam
Se contempsisse, sic ad deserta petisse;
Turbaque cunctorum deplorat idem famulorum.

Sed pater pius in animo reputans hanc esse in filia dexteræ Excelsi mutationem (*Psal.* LXXVI, 11), divina id operante gratia, non minimam doloris percepit relevationem, Domino commendans propositi filiæ principium et finem.

12. Mater vero, filiam ac si mortuam lugens, tanto dolore afficiebatur, ut usque ad divisionem corporis et animæ (*Hebr.* IV, 12) periclitaretur. Videns autem supernæ bonitatis clementia benignam matrem absentiam filiæ ultra modum graviter ferre, ipsius immisit pectori desiderium videndi filiam, cujus non leniter pati poterat absentiam. Assumptis igitur comitibus nonnullis, properat filiam invisere, cujus adventu filia quanto exultavit gaudio, non est nostræ possibilitatis evolvere. Suscipiens itaque matrem filia, post salutationes et oscula cum dilectione charitatis exhibita, monet, hortaturque piam matrem ut penitus spernat terrestria, appetat cœlestia, amicosque se faciat ex iniquitatis mammona, a quibus in æterna recipi possit tabernacula (*Luc.* XVI, 9), sic subjungens inter alia:

Non brevis est laudis, si Christo, mater, obaudis.
Noxia spernendo mundi, Dominumque sequendo:
Nam peritura sequi non est, velut arbitror, æqui.

Videns igitur felix mater meliorum sibi viam elegisse filiam, quæ jure hæreditario ipsi debita proposuerat ad virginitatis corruptelam conferre, ad incorruptionis gloriam properat concedere, a Christo centuplum receptura, vitamque æternam insuper in æterna beatitudine (*Matth.* XIX, 29.) Igitur utriusque sexus familiæ a pia matre filiæ (596) fit absque mora traditio prædiorum, silvarumque traditur non minima possessio. Cujus rei testamento fit coram omnibus confirmatio. Gaudet filia matrem sua Domino tradidisse; lætatur mater, filiam in maritali copula non sibi paruisse. Sic utrinque lætatur mater de filia, et filia de matre.

## CAPUT IV.

*Velum susceptum. Monasterium institutum.*

13. Cumque mater ejus ægrotaret et jam de vita desperaret, vocat virginem filiam suam, dat ei aurum et argentum, vestimenta pretiosa, prædia, villas, servos, et ancillas, et omnia quæ habebat, præter illa quæ pauperibus in præsenti pro remedio animæ suæ distribuit, et quæ in usus servorum et ancillarum Dei, in cœnobiis Domino famulantium, delegavit. Defunctâ vero matre, atque in prædicta villa Cûrtissolra, et in ecclesia sanctæ Dei Genitricis, a Dei sacerdotibus, et aliis ecclesiasticæ dignitatis ordinibus, juxta virum suum sepulta; audiens Eudo juvenis, cui præfata mater filiam suam in conjugem dari disposuerat, obitum ejus, nihilominus instat ut virginem uxorem accipiat, imperatque fidelibus suis apparatum præparare nuptiarum. Quod cum audisset virgo valde timuit; fugiensque noctu in locum nemorosum, qui vocatur Melbodius, aliquot diebus ibi latuit. Sed cum audisset advenisse sanctum Amandum atque venerabilem Autbertum episcopos in monasterium Altimontis, cum magna cordis humilitate, nudis pedibus illuc properavit, ad vestigia eorum sese prostravit, desiderium sui cordis aperuit, contrarias tentationum passiones sibi per insidias diabolicas irruentes indicavit. Tunc B. Amandus, jam

(596) Ms. Lætien: *Matrefamilias.*

pene toti notus orbi fama celeberrima virtutum, A qui tanquam in messe Dei strenuus operator, multas per circuitum nationes ad fidem perduxerat catholicam, multa cœnobia virorum ancillarumque Dei construxerat, aperiens os suum doctrinæ cœlestis imbre facundum, ita puellæ fatigatum roboravit animum, ut non solum ipsum respueret mundum, verum etiam parata fieret pro salvatore Christo, si foret occasio, subire martyrium. Quid plura? Deducta est a sanctis episcopis in oratorium quoddam ejusdem cœnobii, in honore et memoria S. Vedasti dedicatum; ubi benedictione sacerdotali ab ipsis digne consecrata, sponsoque suo Domino Jesu Christo desponsata, sacræ religionis velamen suscepit et habitum.

14. (597) Inchoata igitur a Christi sacerdotibus B ad id operis competenti benedictione, supernæ Pietati se non abesse ubi aliqua justorum in ejus nomine fit congregatio, placuit ostendere. Spiritus namque sanctus in columbæ specie sanctis pontificibus in virginis consecratione hymnos debitos canentibus apparuit, paulatimque se submittens, velum quod consecrabatur elevatum pedibus et ore sustulit. Ne autem aliqua fieret ambiguitas tanti super ostensione miraculi, videntibus cunctis qui aderant, velum in altum a terra levatum, beatissimæ virginis imposuit capiti. Quo patrato, columba cœlitus missa, ab oculis videntium continuo disparuit. Virgo vero sacra non suis quod evenerat, sed beatorum Christi sacerdotum ascribens meritis, Deo, cujus se tantis immeritam prædicabat beneficiis, gratiarum actiones innumeras reddidit.

15. Beata igitur Aldegundis, de Altomonte reversa in locum ubi prius latuerat, quem ipsa Melbodium nominaverat, qui locus adhuc desertus erat, cœpit sagacissime locum excolere, vepribus et arbustis radicitus exstirpatis, habitacula construere, servos et ancillas Dei ibidem congregare. Denique post hæc ædificavit ibi ecclesiam in honore et memoria sanctæ Dei genitricis Mariæ, in qua laudes divinas et orationum vota quotidie persolvebat. Tunc sæculi hujus divitias pro nihilo reputans, prædia sua et facultates et omnia ornamenta, quæ sibi parentes reliquerant, ad loca sanctorum legaliter distribuit et pauperibus erogavit, ut illam perfectionem attingeret unde Dominus dicit: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni, et sequere me* (*Matth.* XVIII, 21). Locum vero, ubi mater et pater ejus sepulti fuerant in melius reparavit, et ibidem duodecim sanctimoniales ad serviendum Christo Domino constituit. In supradicto vero loco Melbodio, consilio beati præsulis Amandi, et auxilio Dagoberti regis, cum duabus sororis suæ beatæ Waldetrudis filiabus semetipsam contradidit, atque multis aliis ibi secum in sanctæ religionis habitu congregatis, in sancta conversatione permansit, cunctisque se videntibus exemplum bonorum operum dignum imitatione reliquit. Erat enim famula Dei fideliter Sponso suo deserviens in humilitate, in obedientia, in patientia, corpus jejuniis attenuans, pernoctans in vigiliis et orationibus, longanimis in spe, domesticis suis mansueta, modesta colloquendo, seu res ecclesiæ conservando, benigna distribuendo.

16. Duas autem neptes, filias sororis suæ, cum magna diligentia regulariter in monasterio erudiebat, et ut Dominum Christum sibi sponsum eligerent, ab isis infantiæ rudimentis diligenter edocebat. Harum una Madelberta, altera vocabatur Aldetrudis. Quæ videlicet Aldetrudis, puella bonæ indolis, materteræ suæ mores et vitam satagebat imitari, secusque pedes indesinenter accumbens, doctrina vitæ sitiebat informari. Quæ cum multis floreret virtutibus, humilitati præcipue et obedientiæ dedita erat. Huic aliquando beata virgo Aldegundis præceperat, ut fragmenta ceræ coacervaret in unum, sollicita ne vel minima rerum monasterii deperirent. Illa dicto citius paruit, dispersa ceræ fragmenta collegit, ignem accendit, vas æneum, id est pelvim, cera plenum superimponit. Sed cum dominante flamma strues lignorum jam combusta deciderat, atque sartago fervens, ignis ardore circumcita, in partem alteram declinaret, ac magis inde focus exæstuaret, timens virguncula, ne quid damni contingeret, armata fide, manibus nudis extentisque brachiis de medio flammarum luterem (598) bullientem festina sustulit, nihilque penitus in cute suæ carnis perpessa læsionis, in pavimentum deposuit. Tantum apud Deum et meritum jubentis, et virtus (599) obedientis sine dubitatione promeruit.

## CAPUT V.

### *Aldegundis virtutes, miracula.*

17. Beata vero Aldegundis a proposito suo non deficiebat, sed de virute proficiens in virtutem, sicut a pueritia cœperat, in sanctis operibus quotidie perseveranter abundabat. Cum enim adhuc esset in domo parentum, ætate quidem tenella, sed corde matura, quidquid sui juris erat, pauperibus misericorditer erogabat. Si virgini nonnunquam deerat, voluntas tamen largiendi sibi nunquam decrescebat. Mater autem ejus Bertilia, non modicum pecuniæ thesaurum congregaverat: qui licet filiam non lateret, occultante matre locum, nihil tamen inde tulit ante mortem illius. Facta vero superstes parentum, illico pauperibus cœpit matris thesaurum erogare. Procedente autem tempore, cum jam fieret materfamilias cum sorore sua, vocat fidelem ministrum, profert argentum ad comparandas vestes in opus servorum et pauperum Christi, jubens ut, si quid de pecunia superesset, sibi referre deberet. Implet servus dominæ suæ præceptum: emit co-

(597) Hæc usque ad num. 15 desunt Surio.
(598) *Luter* vasis genus est, aut pelvis.

(599) Aliud ms. *obedientiæ*.

piam vestium; quod remansit pecuniæ refert: argenti quantitas reperitur ac si nihil expensum fuisset. Stupefactæ super immensa largitate Creatoris, quis explicare valet quantas Deo gratias egerint?

18. Quadam etiam nocte dum ambæ Christo Domino devotæ sorores, de dilectione sponsi cœlestis, et conversatione regulari, et salute sororum a summo Pastore sibi creditarum sollicite pervigiles meditarentur, candela coram posita subito cadens exstinguitur. Cumque præstolarentur ut ab aliquo superveniente reaccenderetur, et aliqua fieret mora, virgo lucis amatrix porrexit manum, lucernam accepit; in cujus manu continuo lucerna divinitus lumen recēpit. Quo miraculo Dominus noster Jesus Christus, qui est lux vera (*Joan.* I, 9), se præsentem esse ancillis suis manifestavit, quas in suo nomine congregatas nec ad momentum perpeti tenebras permisit.

19. Non multo post tempore, dum eædem cœlesti Sponso dilectæ germanæ sibi commissi gregis curam gererent, incedentes per cœnobium, negotii quid acturæ venerunt ab basilicam beati apostolorum principis Petri, ad horam orationis sextam. Pulsaverunt ostium. Aberat janitor templi, sed non aberat cœli janitor: qui statim famulabus suis fores ecclesiæ clausas reseravit, ne gratia fraudarentur orationis; et animus earum, velut arcus in servitum divinum extentus, relaxaretur ab intentione supernæ contemplationis. Tunc intrantes « domum orationis (*Matth.* XXI, 13) » solito devotius et majori compunctione debitum persolventes officium, cum alacritate mentis ad sua reversæ sunt.

20. Sed ut parum superiora memoremus, post quam virgo sapiens Aldegundis a sæcularibus pompis alienata, sanctimonialibus vestimentis est induta, rursus angelicis admonitionibus roborata, visione mirabili, qua Dominum Jesum tanquam solem splendentem circumstantibus angelis videre meruit, lætificata: memor etiam sermonis Amandi viri Dei, de omnimodo contemptu temporalium, et culmine perfectionis, quod prius jam complere cœperat in parte, modo deliberat omnibus quæ possidebat ex toto renuntiare, nihil in terra possidens, in cœlo cupiens thesaurizare. Fecit ergo describi sui summam thesauri, et totius pecuniæ quam habebat in auro et argento, gemmisque et ornamentis regalibus, quæ sibi collata fuerant a rege et regina, principibus et cognatis et parentibus suis, post velationem capitis sui, ac post largas donationes, quas pauperibus Christi, consilio beatorum Amandi atque Autberti episcoporum, distribuerat; et hæc omnia virgo prudentissima, domus Dei decorem etiam exterioris diligens, ad decus ecclesiarum, devota mente donavit. Prædia vero possessionesque infinitas, ad usus inibi regi Christo famulantium publica donatione concessit: cætera universa in sumptus pauperum delegavit, nihil sibi præter vile reservans indumentum, sanctæ religioni congruum, atque victum quotidianum, quo cum reliquis ancillis Dei communiter vivebat. Sed Domini Salvatoris benignitas, ut in fide corroboraret animos famularum suarum, non distulit ostendere quam sibi gratus esset pro sui nominis amore transeuntium contemptus rerum. Eo namque die, quo famula Dei tam gloriosum opus largitionis suæ compleverat, advesperascente, dum ipsa jubente ministri sibi deferrent ad potandum aquam de fonte qui nuptiarum celebratoribus in Cana Galileæ vinum ex aqua largitus est (*Joan.* II, 9), ipse fontis aquam sponsæ suæ refocillandæ mutavit in mirabilis vini saporem. Quod factum cum omnibus ancillis Dei in monasterio innotuisset, tantus amor Domini Christi mentes earum inflammavit, ut intuitu dilectionis illius, nulla deinceps aliquid terrenum possidere curaret.

21. Accidit aliquando, ut una famularum urceolum aqua repleret, qua sancta virgo manus suas abluere deberet. Intercurrente ergo mora, vacuatus est urceus ad alios usus, illa nesciente quæ vas impleverat. Cumque fusura esset aquam in manibus ejus et vacuum reperisset urceum tremebunda recurrere volens ad fontem, subito sensit urceum aqua repletum. Hoc signo cunctis in cœnobio manifestato, meritum virginis admirantur; laudes ab omnibus Domino Jesu referuntur.

22. Quadam die, beatæ virgini piscem adhuc viventem piscator ipsius detulit. Quem studio charitatis ad servorum Dei supervenientium usus magis quam ad suos reservans, in fontem proximum jactari præcepit. Qui dum aliquando prope ripam nataret, saltum in aera dedit, et in siccum deveniens, in arida palpitare cœpit.

Advolitant corvi de vicino crocitantes,
Unguibus et rostris piscem laniare volentes

Mirabile dictu, et insolitum visu! Juxta pascebat agnus qui, minor cæteris pecoribus, celeriter accurrit, piscem a devorantibus arripuit, cornibus et pedibus ac totius corporis nisu contra pugnans, corvos abegit. Quod sorores, de monasterio nova bella prospicientes, festinanter advenerunt, piscem incolumem invenerunt, non sine grandi admiratione, famulæ Dei Aldegundi reportaverunt. Sed idem agnus defensor piscis, tam diu ferentes prosecutus est, donec in præsentiam virginis abbatissæ piscis oblatus est.

23. Quodam vero tempore sorores monasterii focum accenderant, et, ut sibi moris erat, ad abluenda indumenta caldariam cum aqua super focum suspenderant. Una autem ex illis, tunicam beatæ virginis Aldegundis habens indutam, juxta prunas adstabat, cum ecce serpens antiquus, invidens humili famularum Christi officio, propius adstantem igni, conjecit in focum, et aquam ferventem super ipsam effudit. At illa, cum caderet, sanctæ Trinitatis nomen invocavit. Ancillæ Dei festinantes accurrerunt, de medio flammarum eam abstrahunt, et quam timebant ignis ardore membratim resolutam, orationibus et meritis beatæ Mariæ suffragantibus, illæsam reperiunt.

## CAPUT VI.

*Visiones. Prophetia. Ægritudo.*

24. Inter alia divinæ consolationis beneficia quæ gratia Domini salvatoris huic virgini conferebat, illud non mediocriter admirandum est, quod eam angelica visitatione sæpe familiariter confortans, aliqua mœstitia affici diutius non permittebat. Quod etiam ex parvis facile conjectari potest. Audierat enim aliquando de se prolatum detractionis verbum a quibusdam perversis et otio vacantibus, quibus est pessima consuetudo semper derogare melioribus. Cumque virginis animus, ut est humanæ fragilitatis, aliquantulum inde cruciaretur, adest angelus solito consolans eam, verbisque dulcibus permulcens. Quid, inquit, o dulcissima virgo, sponsa Domini Jesu Christi, quid in verbis otiosorum et invidorum contristaris, cum tibi sedes parata sit regni cœlestis, illis autem, nisi resipiscant, æternum supplicium et pœna servetur infernalis? Talibus virgo recreata sermonibus, obloquentium vanitates non curavit ulterius.

25. Post hæc autem, ut in Vita beati Gisleni plenius invenitur, dum beatus Amandus Dominica nocte plenus dierum, tanquam frumentum maturum in horreum cœleste condendum, palea carnis deposita migraret; in ipsa vero hora, beatæ Aldegundis vigiliis et hymnis in ecclesia cœnobii Melbodiensis coram altari gloriosæ genitricis Domini Nostri Jesu Christi Mariæ, incumbebat suppliciter. Et quoniam illum in hac vita multum dilexerat, utpote cujus doctrina culmina virtutum edocta conscenderat, Domini salvatoris gratia revelavit ei, et cujus esset meriti, quem exhortantem susceperat; et quod illa sequeretur in proximo, quo dux ille præcedebat. Orans enim, in exstasi mentis elevata, contemplabatur senem virum, cano vertice reverendum, sacerdotalibus et præclaris vestibus indutum, baculum manu tenentem, ad superna transire, turbamque copiosam albatorum ante et post eum iter habere : seipsam quoque virgo sancta lætabatur in eodem comitatu simul properare. Cumque requisita, quis esse dux ille tam gloriosæ multitudinis, respondisset se nescire, sic angelus inquit : Amabilis Deo Amandus a sæculo migravit, et quoniam in vita sua sine macula seipsum gratia Dei servare curavit, atque sibi commissa talenta dispensando fideliter duplicavit, modo cum sanctis animabus, quas verbo et exemplo Domino acquisivit, ad gaudia sui domini tam gloriosus ascendit. Hanc visionem prudentissima virgo nulli secum habitantium eo die revelans beato Gisleno mandavit, ut cum sorore sua beata Waldetrude gratia visionis ad se dignaretur venire, Quibus venientibus in locum, qui dicitur Meruius (600) festinavit obviam ire. Cumque visionem suam inter alia salutis colloquia beato Gisleno manifestasset, intelligens vir Dei, quid illa visio A præsignaret, alte suspirans : O charissima soror, inquit, amabilis et devota sponsa Regis æterni Domini Nostri Jesu Christi, gratias age sine intermissione divinæ dignationi, quæ tibi dulcissimi pastoris et jam factum ad cœlestia transitum, et tuum in proximo futurum, præmonstravit. Unde quia cœlestis jam dulcedinem patriæ saporemque, Domino revelante, prægustasti, necessarium est, ut omni instantia in ejus obsequio perseveres, donec ea quæ se diligentibus repromisit merearis adipisci.

26. Vidit etiam aliquando beata Aldegundis in visu, demonstrante Domino, valde tristem generis humani inimicum : ac percunctans illum sollicite, requisivit quæ tanta contra genus humanum esset B ejus pervicacia ? Quid emolumenti sibi futurum speraret, dum tot millia hominum ad infernum impellere non cessaret? Cui malignus respondit, invidiæ non modicæ se dolore torqueri contra filios Adæ; quo quotidie illic ascenderent, unde miser ipse cum suis exsularet.

27. Studiosissima divinæ legis, indesinenter esuriens verbo cœlesti satiari, virorumque sanctorum ac religiosorum vitam cupiens imitari, Humbertum (601) apud Maricolas habitantem, virum sanctitate magnificum, illustratum scientia divinæ Scripturæ, signum crucis ab angelo impressum gestantem in vertice, virgo prudens visitaverat. Pabulo divini verbi per aliquot dies affluentis ab C ore ejus epulata, cum illo circa vicina monasterii quadam vice deambulabat : sed æstante fervore diei, cum pene siti deficeret, orante viro Dei cum ipsa virgine, fons illico dulcis et terra novus emanavit : virgo reficitur ; fons usque in præsens non deficit. Beatus autem Humbertus depositionis suæ diem prænoscens, lineas vestes ad usus exsequiarum suarum ab ipsa virgine postulavit : propter quas dum mitteret deferendas, missus alter a virgine præsaga futuri, legato beati viri in medio itinere cum vestibus postulatis occurrit.

28. Beata igitur Aldegundis, quæ sibi Dominum salvatorem elegerat sponsum, frequentibus angelorum confortata visionibus, qui sæpius illam D multis modis, utpote conservam et concivem recognoscentes, familiariter alloquebantur, præsciens ex revelatione Spiritus sancti dormitionis suæ diem appropinquare, deprecata est Dominum, ut qui sanctos sanctificat adhuc, et justos justificat adhuc (*Apoc.* XXII, 11), et qui flagellat omnem filium quem recipit (*Hebr.* XII, 6), dignaretur ancillam suam in præsenti, sic flagellando carnem, purgare, quatenus anima post hanc vitam in requiem Domini sui sine macula valeret introire. Sciebat enim neminem in hac vita tam perfectum esse, qui posset omnis peccati contaminatione prorsus carere. Non distulit

(600) In vitas S. Gisleni, auctore Reinero monacho, hic locus vocatur *Meinrivus*.

(601) Vitam S. *Humberti*, quam ex vetustis codicibus nobilissimi Maricolensi cœnobii nobis *Simon Rosquierus*, ejusdem loci abbas, ante annos complures describi curavit.

divina bonitas præstare misericorditer, quod illa A petivit humiliter. Nam in dextera mamilla non post multum tempus morbus, qui vocatur cancer, subortus est, qui carnem illius excrucians, usque ad ultimum diem vitæ depastus est. Virgo vero prudens, exemplo beati Job aliorumque sanctorum, patienter sustinebat, et tanquam accepto divinitus dono congaudens, supernæ dignationi sapienter gratias agebat.

29. Cum autem adesse tempus resolutionis ejus angelus præmonuisset, prædictoque die nulla molestia corporis eam fatigaret, apparente sibi rursus angelo, cœpit queri cum eo, cur differretur a regno sibi parato. Cui ille: Scias, inquit, sanctos angelos hoc tibi a Domino impetrasse, ut ad perfectionem virtutum adhuc habeas spatium temporalis vitæ. Sed B cum aliquando tertiana febre laboraret, hebdomada transacta, circa mediam noctem immittente diabolo tantus illam sitis ardor invasit, ut, nisi mox biberet, videretur exanimari. Cumque viriliter reluctans, a potu vellet abstinere, vimque febris, non hostis tentationem reputaret, confugit ad orationem. Et ecce ante lucem videt antiquum hostem, tetra et horrenda facie sibi adstantem, qui fateri coactus est, quod tantum sitis illi immisisset ardorem: addiditque blasphemus, dicens be..tæ virgini, restare adhuc illi duram atque arctam viam, incertumque esse utrum in Dei servitio perseveraret. Cui virgo constanter: Dominus, inquit, mihi adjutor est, non curo minas tuas. Continuo Satanas aufugit confusus, et sitis ab ea recessit. Post tentationem vero C diabolicam, adest multipliciter consolatio divina. Videt enim in visu tanquam a Domino se postulantem in ejus amore perseverantiam, ac velut apparentem sibi sacerdotem ipsum Dominum, quod petebat, clementer annuentem. Videt etiam B. Petrum apostolum, sibi panem candidum deferentem, seque de manu illius illum cum ingenti lætitia suscepisse. Soror quoque ejus audivit cœlitus per soporem et suam a Domino acceptam pœnitentiam, et sororem suam virginem Aldegundem sponsum promeruisse Christum.

## CAPUT VII.

*Obitus, et in eo miracula.*

30. Interea, dum virginis animus hujuscemodi D visionibus assidue pasceretur, et ad cœlestia contemplanda sublimaretur, offertur ei parvulus, cujus jam a suis vita desperabatur. Quem ipsa protinus ante cornu altaris projici jussit. Quod ut factum est, confestim redditus est sanitati. Cumque renuntiaretur virgini de subita sanitate infantis, recordata est visionis suæ, et animadvertit hoc ideo contigisse, quod illum contigerit locum, quo viderat ante paucos dies transisse Dominum. Quid, nisi Deo gratias ageret? Viderat enim non multo ante, quasi staret in platea, ac velut igneus globus de cœlo super se veniret. Quarto vero die post hæc, media nocte Dominica, cum ad vigilias ingrederetur ecclesiam, una de sororibus egressa cernit plateam, in qua visio prius apparuerat, nimia luce splendentem cum eadem hora tenebræ totam occuparent terram. Mane facto, colloquentibus inde sororibus et mirantibus, intellexit beata virgo causam tanti splendoris, nulli tamen earum tunc manifestavit. Non post multum accessit et alius testis harum visionum, affirmans illi se vidisse Dominum nostrum Jesum Christum cum exercitu angelorum, ante cornu altaris ipsi virgini colloquentem. Requirens autem ab homine visionis horam, recognovit ipsam fuisse qua viderat Dominum in visione. Quarto die post hæc sanatus est puer, ut supra dictum est.

31. Sacerdos quidam boni testimonii, sine reprehensione conversabatur (*Phil.* III, 6) eo tempore in monasterio a pueritia usque ad perfectam ætatem. Qui referre solebat, noctu se vidisse globum igneum descendisse de cœlo super habitaculum, in quo famula Christi ægrotabat. Post hymnos autem nocturnos, una de maturioribus ancillis Dei modicum soporis degustans, videt beatam Aldegundem, ante altare in loco sacerdotis adstantem, corpus Domini in calice fregisse, sibique dixisse: Vade, eia, dic sacerdoti, ut in hoc calice mysteria Domini Christi conficiat: et quoniam heri præ valetudine corporis communicare non potui, hodie particeps fiam corporis et sanguinis Domini. Facta die, processit sacerdos, missam celebravit et interagendum cernit calicem in aera sublevatum, illico in suo resedisse loco. Tunc prædicta famula Dei visionem quam viderat, et sacerdos de calice in aere suspenso, ad Christi sponsam utrumque detulere, certitudinem habentes has visiones obitum illius præsignare.

32. Inter alta signa virtutum, quæ potentia Salvatoris per ancillam sibi dilectam operabatur, homo quidam mente captus aut suis exigentibus culpis, aut, ut fides virginis manifestaretur, per insaniam capitis pene usque ad extrema perductus est. Cumque parentes ejus de vita ipsius desperarent, adduxerunt illum ad monasterium sanctimonialium, intimantes beatæ virgini cum gemitu, qualia ille miser pateretur. At illa visceribus pietatis condolens misero, fecit eum ad se vespertino tempore perduci. Oravit pro eo, et facto signo crucis super eum, domum redire jussit. Qui mox convalescens, restitutus est sanitati. Quinto vero die ante beatæ virginis obitum, soror ipsius famula Domini nostri Jesu Christi Waldetrudis, contemplatione cœlestium sublevata, videt in visione gloriosam Domini nostri Jesu Christi genitricem cum sanctorum agminibus venientem atque germanam suam virginem Aldegundem secum ad sublimia deducentem.

53. In monasterio quoque Nivellæ, ubi sancta Gertrudis corpore requiescit, sanctimonialis quædam nimiæ simplicitatis et obedientiæ ab amore mundi ante tribunal ad amorem Domini nostri Jesu Christi perfecte conversa, sexta feria ante diem Sabbati et dormitionis famulæ Dei Aldegundis circa medium noctis, vidit in visu splendorem lucis ingentem intrasse ecclesiam B. Petri, ubi jam beata dicta Gertrudis tumulata est, ita ut a pavi-

mento usque ad trabes universam ædem, quasi A meridianus sol illustraret. Dum vero attonita visione tantæ claritatis, timore solveretur, audit choros psallentium, ita ut voces discernere posset virorum ac mulierum, puellarum et puerorum, invicem alternando concinentium.

34. Jam vero tertia nocte ante egressionem ejus a corpore, gratia visitationis multis convenientibus religiosis, atque sorore ejusdem virginis beata Waldetrude, ecce fulgor ingens nimia claritate refulgens apparuit supra domum, in qua Virgo sponsa Domini Christi opperiebatur intrepida ejus adventum. Cumque præsentes insolitam mirarentur visionem, ac beatæ Waldetrudis inter spem metumque dubia, quidnam præsignaret, tremebunda rei finem exspectaret, sancta illa anima, quæ veram Lucem, Do- B minum Christum amavit, et præsentiam ejus sitibunda desideravit, carne soluta, cum ipsa luce de hoc sæculo migravit. Sepulta est autem in villa suæ quondam ditionis, vocabulo Solra (602), ubi suus uterque parens, ac soror postea Waldetrudis, sepulti sunt. In quo multo jacuit tempore, quoad Christo donante corpus ejus translatum est municipium Melbodium (603), quod ipsa a fundamento construxerat, ubi ejus nunc memoria fulget, ac meritis suffragantibus, plurima poscentibus beneficia divina clementia largiri dignatur.

35. Ecce inter alia sanctorum gesta, quicunque pie legis vel audis, etiam hic habes quod imiteris. Adhuc ætate puellari terrena despexit, cœlestia concupivit. Concupiscentiam carnis virginitatis amore edomuit. Concupiscentiam oculorum, id est, curiositatem divinæ lectionis meditatione refrenavit. Ambitionem vitæ, hoc est superbiam, humilitate calcavit. Contempsit mortalem sponsum, immortalem elegit. Divitias cum haberet, non speravit in pecuniæ thesauris (*Eccli.* XXXI, 8). Sed prudenter indigentibus cuncta distribuens, amplexa est paupertatem. Invenit in agro thesaurum absconditum, et præ gaudio illius omnia vendens, comparavit illum (*Matth.* XIII, 44). Quæsivit bonas margaritas pia negotiatrix, invenit unam pretiosam, emit, possedit (*Ibid.*, 45-46). Tenebras exhorruit, lucem amavit, cum luce migravit, lumen vitæ perennis habebit. Igitur imitare, quod legis; vive, sicut vixit: incede, qua incessit: ac sine dubitatione pervenies, quo pervenit; adjuvante gratia Conditoris, qui misericorditer operatur in sanctis suis, qui dat virtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus in sæcula (*Ps.* LXVII, 36). Amen.

---

# VITA SANCTI LEBWINI

## PRESBYTERI ET CONFESSORIS

## AB *HUCBALDO*, AD BALDRICUM EPISCOPUM TRAJECTENSEM SCRIPTA.

(Apud Surium, Acta SS., 2 Nov.)

***Præmittuntur ex Martenii amplissimæ collectionis tomo I epistola Petri Camaracensis archidiaconi ad Hucbaldum et versus Judionis ad eumdem in commendationem hujus libri.***

---

*EPISTOLA PETRI SANCTÆ Cameracensis C Ecclesiæ archidiaconi ad Hucbaldum monachum et sacerdotem cœnobii sancti Amandi confessoris Christi, scriptorem gestorum beati sacerdotis Christi Libuini.*

(Circa annum 910.)

*Laudat ejus librum de Vita sancti Libuini.*

Vestræ sancto dogmate apostolico ac totius philosophiæ gemmis decusato domino ac doctore HUCBALDO monacho cœnobii sanctissimi Amandi Petrus peccator archidiaconatui sanctæ Cameracensis Ecclesiæ deserviens, competentem instantium facilitatem, ac perpetem futurorum in Christo felicitatem.

Cum vestræ sapientiæ lampas admirabilis in Galliis hac tempestate singulariter dono cœlesti excellere noscatur, admiratione dignum videtur, cur D vestra sagax prudentia, et prudens sagacitas, vestræ operæ stylum super beati Lebuini Vita memorabili exaratum, mirabiliter examinandum, comprobandumque direxit. Vere enim pusillitas meæ scientiæ quantulacunque fuerit, porro infra vestræ sapientiæ pedes substernitur, nec disciplinæ scholasticæ unius auditorum vestrorum propinquat. Sed qui vos mira implevit scientia, mirabili etiam roboravit humilitate: quoniam Spiritus sapientiæ et scientiæ idem etiam et timoris Domini, a quo vera manat humilitas. Porro autem præclara vestri gnomonis digestio cordati quidem et optimi viri depinxit æthereos mores, ortum, vitam, et felicem exitum probabiliter commendavit; sed inter id exsequendum vitam figuravit practichen pariter et therichen, physicam etiam in geminæ descriptionis serie, ethicam vero

(602). *Curtis Solra* dicitur, forte ut a *Castro Solra* distinguatur, quod oppidum est tribus leucis Malbodio distans, Lætias versus.

(603). Translatum est postea Montes S. Waldetrudis corpus.

in morum sacra institutione. Porro logicam in A eminentia cœlestium ac sublimium rationum limavit, ut dum unius stupendam probitatem pandere niteretur, plurimorum rudis ignavia erudiretur. Revera igitur sacram in vobis Scripturam impleri novimus, quæ dicit : *Da sapienti occasionem et addetur ei sapientia*. Legi ergo nitidum vestri sermonis florem, et inveni quod omnino mirarer, non quod ullatenus emendarem. Divinæ protectionis custodia fulgurantem vestræ sapientiæ lampadem perpetuo nobis incolumen conservet ad sanctæ profectum Ecclesiæ. Amen.

***EPISTOLA ODILONIS** cœnobitæ sancti Medardi episcopi Hucbaldo directa.*

(Circa annum 940).

*Libellum de Vita sancti Libuini, quem ei examinandum miserat, cum laude approbat.*

Priscæ gravitatis tenore conspicuo, etc. *Reliqua vide supra in* ODILONE.

***VERSUS JUDIONIS** in confirmatione operum magistri sui Hucbaldi Baidrico præsuli destinati.*

In primis (604) Baldrice, vale, clarissime præsul,
Nomine reque decus, nobilitatis opus.
Hoc opus est actus Lebuini Patris amandi
Hucbaldus doctor quod decorat calamo.
Hinc cœlis dignus terris memorandus habetur,
Sed tu laude sua dignior exsuperas.
Cujus ob auspicium fecit quod fecit idipsum,
Hinc consors operis laudibus erigeris. C
Hinc ita de reliquo vobis liceat mihi coram
Lectori vestro dicere quæ cupio,
Lector erit vester Nitgerus, charus adelphus,
Ipse adeo studuit ut legeretur opus.
Dum vestris crebro scriptorem mulsit amicum,
Et tandem obtinuit quod bene concupiit.
Hoc ego post lectum mihi præcipiente magistro
Carmen subsigno, tunc simul hoc jubilo.
Nil melius, fateor, legi, mi lector amice,
His quæ Hucbaldus scripsit et edocuit.
Quod dixi potes in Vitæ rescire libello
Liaffirini sancti magnanimique Patris.
Hunc bene si recitas, offendis seria plura
Quæ rhetor serit hic grammaticusque simul.
Et si judicio calles discernere docte,
Sermo evangelicus currit et historicus.
Omne etenim spatium sic regula dirigit artis,
Ne quem fallat iter, aut via decipiat.
Et similis Ciceronis inest constructio docta
Augustinus et hic ut docet invenies.
Dummodo cordatus, non invidus, atque detractor
Hunc recitans volvat, atque legens replicet.
Quocirca quisquis legis hæc non corde sinistro,
Cum Judione simul ex animo rogita.
Hucbaldum Deus hunc dona durare per annos,
B Post mortem carnis junge dehinc superis.
Ut te cum sanctis laudet per sæcula cuncta.
Qui Deus unus, ades, trinus et ipse manes.
Amen.
Deo gratias.

Vetorum Deus arbiter
Quæ dant fideles pariter,
Rogamus nostris vocibus
Ut annuas propitius.
Per Libuini merita
Quo nostra solvas crimina,
Quibus quasi compedibus,
Illaqueati cernimur.
Sed quod nequimus consequi
Reatu multo saucii
Id Libuino tribuas,
Qui sanctis tuis nihil negas.
Hic nobis dux et prævius
Sit in periclis omnibus,
Hujus precatu territus
Facessat hostis invidus.
Hic nos purgatos sordibus
Restituat cœlestibus
Ubi felici gaudio
Fruamur ævo intermino.
Amen.

# INCIPIT VITA SANCTI LEBWINI.

1. Dominus noster Jesus Christus propter ni- D miam charitatem suam, qua dilexit nos in sæcula sæculorum, non solum pro nobis, sed etiam ex nobis factus homo, verus et perfectus idem Deus, Rex noster ante sæcula, cum per passionem crucis resurrectionemque a mortuis secundum *nomen suum operatus esset salutem nostram in medio terræ* (*Psal.* LXXIII), consummato divini mysterii opere, *quod absconditum fuit a sæculis et generationibus, nunc autem manifestatum* (*I Tim.* III) est sanctis suis, quibus voluit *notas facere divitias sacramenti hujus* (*Col.* I), *ascendens in altum, captivam duxit captivitatem* (*Psal.* LXVII), et ut ait Apostolus : *Dedit gratiam unicuique* fidelium Ecclesiæ *secundum mensuram donationis suæ, alios apostolos, alios prophetas, alios evangelistas, alios pastores* constituens *et doctores* (*Ephes.* IV). Inter quæ innumera ejus beneficia, quæ ipse lar-

(604) Hic Baldricus fuit episcopus Trajectensis, cui Hucbaldus Vitam S. Libuini dicavit.

gus dator per universa terrarum diffudit spatia, in Francorum quoque Saxonumque de cœlo prospexit patrias : quibus salvandis et lege ejus imbuendis, atque in perseverantia boni operis confirmandis, post clara plurimorum lumina doctorum quæ idem Sol justitiæ ut Occidentis depellerent tenebras, proprio irradiaverat fulgore, ut et ipsi lux essent hujus mundi, unum quoque sidus eximium jam pene advesperascente istius sæculi die, sui splendoris gratia perfusum copiosissime ad eorum illuminationem dignatus est promere, Lebwinum videlicet charum sibi amicum, juxta idioma nominis sibi optime congruentis. Fertur enim a suæ peritis linguæ, quod Liefvuyn patriotice sit vocatus, quod Romanis sonat, *charus amicis*. Demptis vero vel demutatis ad latinitatem quibuslibet litteris dictus est Libwinus Sed ecce quam dignitate plenus istius vocabuli præsagium, dum quod futurus erat opere, jam ejus præsignatum est nomine. Si enim quæratur cujus vir iste exstiterit amicus : nequaquam mundanorum, vel mundi istius, cui non solum fuit inimicus, sed etiam crucifixus, sicut docet Apostolus : Qui voluerit amicus esse hujus sæculi, inimicus Dei constituitur (*Jac.* IV) ; sed potius mundi Conditoris servus quidam fidelissimus : inter eos vero qui audire meruerunt : Jam non dicam vos servos, sed amicos meos (*Joan.* XV), merito suæ servitutis connumeratur. Nec ab re cuiquam videatur, quod nominis istius interpretatio a nobis studiose perquiritur. Novimus denique quibusdam Patribus, etiam ante conceptionem indita fuisse vocabula ; quibusdam postea immutata, quæ ex propriis causis, aut præcedentibus, aut futuris constat illius fuisse competentia. Quæ et ideo sacra nobis tam solerter denotat Scriptura, ut patenter innuat, non modo in istis, sed et in aliis quibusdam sanctorum nominibus quæ nobis sunt animadvertenda. Satis enim talium indicant acta vel dicta quid eorum præsignaverint nomina. Unde sicut intelligi datur, et hic vir sanctus quodam præsagio futurorum tale nomen est sortitus, ut lingua patria vocaretur Dei charus amicus. Hæc satis dicta de nomine ipsius. Jam nunc ad ejus gesta Deo bonisque placita hominibus, licet stolidus noster decurrat stylus.

II. In salo quidem reposita, nobilis tamen vulgataque Britannia oceani insula, interfuso mari a toto orbe divisa, inter septentrionem et occasum sita, a vocabulo suæ gentis cognominata. In ea multa et magna flumina, fontes calidi, metallorum larga et varia copia ; achates lapis ibi plurimus et margaritæ ; cui adjacet Scotia sive Hybernia : sunt vero ibi populi multi, Britones, Saxones, Picti, Angli. Hæc animalium messiumque ferax ubere fertili, diu dedita erat idolorum cultui. Postquam vero venit prædestinatum a Deo *tempus miserendi ejus* (*Psal.* x), sicut in laudabilibus viri eloquentissimi Gregorii papæ gestis legimus, data sibi occasione inspiravit Deus cordi illius, ut, quoniam ipse dicebatur vir apostolicus, illique commissum erat de omnibus, istius specialiter gentis fieret Apostolus. Quod pastoralis curæ officium quam studiose fuerit ab eo administratum atque peractum, cooperante gratia Dei cœlitus, nos sigillatim referre supersedemus, quoniam in libello vitæ ipsius ter beati pontificis Gregorii satis propalatum recolimus. Hoc tantum sufficiat commemorasse, quoniam directi ab ipso fortes et fideles agricolæ excoluerunt optimi cordis terram strenue bene polito linguæ suæ vomere, sparsimque dilatato divini verbi semine. Ac ne foret ut diplici deperiret læsione, et malarum cogitationum trito calle et volucrum spiritualium nequitiæ comestione, tutari studuerunt sollicite. Insuper ne cito exortum semen propter duritiam petræ, hoc est, mentis indomitæ, vel propter æstum tentationum posset arescere (*Luc.* VIII), irrigaverunt illud indeficiente sanctæ charitatis humore. Ad postremum, ubi fuerit necesse, exstirpato spinarum, id est divitiarum, quas nunc sollicitudo, nunc voluptas comitatur, angore, gavisi sunt bonam terram suo labori respondisse, et uberrimos fructus edidisse, scilicet *trigesimum* in casto conjugii fœdere, *sexagesimum* in non parvo sufferentiæ continentium labore, *centesimum* (*Matth.* XIII) in perceptione virginalis coronæ. Cujus seminis ac messis intantum excrevit cumulus, ut non modo indigena illius patriæ satiaret, verum quoque exterarum regionum famelicos pasceret. Quis enim queat explicare quot lumina doctorum verbis et exemplis perfectorum prodierunt inde ? Quos nostra gaudet Francia se ut veros Christi apostolos hospitio gratanter recepisse, attimoniis abundanter refovisse, rebus ac facultatibus honorabiliter munerasse, prædicantes libenter audisse magisque monentibus se salubriter obedisse : necnon et beatas sanctorum corporum exuvias se lætatur hactenus ad suorum patrocinium veneranter custodire, sperantes pro his omnibus se partem habituros cum eis in æterna beatitudine. De quorum sanctissimo fulsit collegio sanctus Lebwinus, ex præfata Anglorum patria oriundus ; ab ipsis quoque pueritiæ crepundiis, exercitiis Deum colendi deditus. Jam enim prætendebat morum conatibus, qualis piis futurus esset actibus, ut patenter daretur intelligi hunc verum Dei cultorem fore qui in lege ejus meditaretur *die ac nocte* (*Psal.* I), sicut et Salomon in Proverbiis generali sententia promit de talibus : *Ex studiis suis intelligitur puer si recta sint et munda opera ejus* (*Prov.* xx).

III. Hinc liberalibus ac potius sacris traditus studiis litterarum, inhians, ut ait Scriptura, *ad sciendam sapientiam*, *ad intelligenda verba prudentiæ et suscipiendam eruditionem doctrinæ, justitiam et judicium et æquitatem* (*Prov.* I) ; ut sibi parvulo daretur astutia, adolescenti scientia et intellectus ; *Vigilabat ad fores sapientiæ quotidie, observans ad postes ostii ejus* (*Sap.* IX). Cumque eos exerceret assidue, optabat ut veniret in se spiritus sapientiæ, deprecatusque Deum ex totis præcordiis dixit : *Da mihi, Do-*

*mine, sedium tuarum assistricem sapientiam ; mitte illam de cœlis sanctis tuis, et a sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit coram te* (*Sap.* VI). Hæc eo sæpius deprecante, occurrit ei ipsa, quæ circuit quærens dignos se, et ostendit se illi hilariter, et obviavit illi quasi mater honorificata, stans in summis excelsisque verticibus, in mediis semitis juxta portas civitatis in ipsis foribus. Erat autem, ut jam ante nos per quemdam sui amatorem de ea dictum est, reverendi admodum vultus, oculis ardentibus, et ultra communem hominum valentiam perspicacibus, colore vivido, atque inexhausti vigoris, quatenus ita ævi plena foret ut nullo modo nostræ crederetur ætatis, statura discretionis ambiguæ. Nam nunc quidem ad communem se hominum mensuram cohibebat ; nunc vero pulsare cœlum summi verticis cacumine videbatur. Quæ cum altius caput extulisset, ipsum etiam cœlum penetrabat, respicientiumque hominum frustrabatur intuitum. *Hæc ædificaverat sibi domum, ubi exciderat sibi columnas septem*, atque immolans victimas suas miscuit vinum et posuit mensam suam, misitque ancillas suas ut vocarent ad arcem et ad mœnia civitatis, dicens : *Si quis est parvulus veniat ad me* ; itemque insipientibus : *Venite, comedite panem meum*, et *bibite vinum quod miscui vobis. Relinquite infantiam et venite, et ambulate per vias prudentiæ* (*Prov.* IX). Tunc inter numerosos copiosæ plebis auditores placido vultu respiciens humilem Lebwinum quem ante sæcula præscierat et prædestinaverat fore sibi charum amicum, voce amicabili affata est illum : *Ego*, inquit, *diligentes me diligo, et qui mane vigilaverint ad me invenient me* (*Prov.* VIII). Principium me adipiscendi, timor Domini : *Intellectus bonus omnibus facientibus eum* (*Psal.* CX). Hæc aure audiendi audiens sanctus vir Lebwinus, exsultavit in Domino cor ejus et dixit : *Ego servus tuus et filius ancillæ tuæ* (*Psal.* CXV). *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum ut non dominetur mei omnis injustitia. Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui. Ecce concupivi mandata tua, in æquitate tua vivifica me* (*Psal.* CXVIII). Exinde *oleo lætitiæ* (*Psal.* XLIV) perfusus ab ea, proficiebat de die in diem amicitiæ ejus gratia. Et ne quis forte putet, postposita rerum gestarum serie nos quædam veluti fabulosa ac frivola, ut iste beatus vir ad notitiam semitarum sapientiæ ejusque agnitionem contenderit commentatos esse : si sobrius lector vel auditor exstiterit, volumus pro certo noverit haud aliter cuique inerrato viandum esse, ut ipsius desiderabilem queat speciem inspicere. Constat enim firmissime, quoniam quis præsignatos hujuscemodi progressionum gradus quibus ad eam incedendum conscenditur, prætermiserit vestigare, et nullo modo philosophandum esse.

IV Ergo quoniam hic beatus ab ineunte ætate toto conamine has prosecutus est vias prudentiæ, sic maximam promeruit prærogativam divinæ gratiæ. Per hanc denique inerat ei cautæ circumspec-
A tionis efficacia, ut velut oculatum animal ante et retro incederet *in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela* (*Luc.* I). Erat enim vir magnæ abstinentiæ, sibi parcus egenis largus, ore serenus, corpore castus, lectionibus sacris, vigiliis et orationibus indesinenter intentus, sermone jucundus, qualitate morum sobrius, omnique bonitate præditus. His et hujusmodi pollens virtutibus adeptus est honorem clericatus. Quam dignitatem gradus et vocabuli credens divinitus collatam, sibi agebat studio pervigili, ne morum operatio suo nomini dissentiret. Κλῆρος enim Græce, *sors* vel *hæreditas* dicitur Latine. Unde et appellantur clerici, quod de sorte Domini sunt et quasi de ejus hæreditate peculiari, sicut in Testamento Veteri levitas
B ex filiis Israel ut proprios assumpsit sibi, vel ideo quia vicissim illi qui vere sunt clerici præter Deum nullam concupiscant hæreditatem in hac regione mortali, *exspectantes* viva spe illa *incorruptibilem et incontaminatam et immarcescibilem, conservatam in cœlis* (*I Petr.* I), *per ipsum et cum ipso et in ipso* (*Rom.* II) se posse consequi, sicut et ipse eis repromittit dicens : *Ego hæreditas eorum* (*Ezech.* XLIV), meditantes jugiter et dicentes : *Dominus pars hæreditatis meæ et calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris : etenim hæreditas mea præclara est mihi* (*Psal.* XV). His intentus vir sanctus Lebwinus ac sedulo recolens quid de clericorum moribus his pene verbis a sanctis institutum sit Patri-
C bus, abstinuit a vulgari vita et conversatione, a mundi voluptatibus et spectaculis, a sæculi pompis, a conviviis publicis, ab usuris et turpium lucrorum occupationibus, a fraudibus et ab ipsa cunctorum criminum matre avaritia ; non officia ac negotia sæcularia, non gradus honorum sectans per ambitionem, non pro beneficiis medicinæ Dei captans munera ; dolos et conjurationes, odium, æmulationem, obtrectationes fugiens atque invidiam ; non vagis oculis, non infreni lingua aut petulanti tumidoque incedens gestu ; sed mentis pudorem atque verecundiam, simplici ostendens habitu et incessu, obscenitatem sic verborum sicut et operum penitus exsecrans, visitationes viduarum ac virginum, ac contubernia extranearum femina-
D rum nullatenus appetens, castimoniam immaculati cordis et corporis perpetuo conservare studebat. Inter hæc debitam præbens senioribus obedientiam, nullo se jactantiæ vitio extollebat, et quid plura ? Lectionibus, doctrinis, psalmis, hymnis canticisque spiritualibus exercitio jugi insistebat, profecto sciens quia tales oportet clericos esse, qui divinis cultibus se mancipandos student exhibere. Unde et ipse Deo talem exhibens se, post tantæ continentiam vitæ *detonso rasoque capite non capillos posuit urendos sacrificii veteris igne* (*Num.* VI), sed ut verus Nazaræus consecrans perfectionem devotionis suæ obtulit totum se *hostiam viventem sanctam, Deo placentem* (*Rom.* XXI), quæ ureretur assidue sancti Spiritus igne, ut fieret *obsequium ejus rationabile* (*Rom.* XII), et illud signum

tonsuræ, quod figurabatur in corpore ageretur in illo, in quo Christus habitat in interiori homine, videlicet ut exterius abscissis crinibus, interius cunctis resectis criminibus, enitesceret denuo innovatis sensibus quasi comis rudibus. Præterea gestans quasi tiaram veri sacerdotii in detonsa superiori capitis parte, necnon exprimens in inferiori dignitatem regalis coronæ, gaudebat munus impleri in se hac typica similitudine, quod beatus apostolus Petrus universali collatum gaudet Ecclesiæ. *Vos*, inquit, *estis genus electum*, *regale sacerdotium* (*I Petr.* II).

V. Igitur vir Domini Lebwinus, in talibus virtutum profectibus, ætate simul et probitate morum adultus, vere per omnia irreprehensibilis clericus singulis sensim secundum instituta canonica dignitatis ecclesiasticæ conscensis gradibus, eligitur ad officium presbyteratus, ut qui scientia et operatione perfectus erat, cæteros doctrina instrueret, exemplo ad bene agendum provocaret. Liberalis siquidem sui nominis et commissi officii executor, satagebat sollicite esse et videri presbyter, id est senior : non dierum prolixitate numerosior, non canitie capitis honoratior, sed augmento meritoque virtutum provectior, ut de eorum fieret numero qui a Moyse, præcipientes Domino, eliguntur. *Congrega*, inquit, *mihi septuaginta viros de senioribus Israel*, *quos tu nosti*, *quod senes populi sint ac magistri*, etc. (*Num.* XI). Tales namque presbyteri non subrogantur in sacerdotio favore populari, sed eliguntur a Moyse duce populi Christiani, quos ipse novit, qui eis talem gratiam contulit, quod sapientiæ et sanctitatis merito senes sint populi. Et quia stant coram eo statu justitiæ inflexibili, merentur ejus spiritus participatione munerari, completurque in ipsis quod dicit Omnipotens ad Heli : *Glorificantes me erunt glorificati* (*I Reg.* II) Quorum senum gloria, sicut dicitur in Proverbiis *cap.* XX, *canities est :* haud dubium illa de qua legitur alibi : *Cani sunt enim sensus* (*Sap.* IV), id est, sapientiæ viri et ætas senectutis vita immaculata. His ergo donis spiritualibus prædictus, digne dignus sacerdos effectus est Lebwinus explens verbis et actibus nomen et officium sacri ducatus, pura mente mundisque manibus, ut expedit sacerdotibus cooperatione Spiritus sancti conficiens, et dans sacramenta vivifica populis fidelibus, congruis unumquemque docens exhortationibus, pro suæ professionis ac morum qualitatibus.

VI. Enimvero is qui operatur in suis *omnibus et velle et perficere pro bona voluntate* (*Phil.* II) suo gratuito munere operatus est in famulo sibi fideli Lebwino illud velle quod nullatenus a suo velle poterat discrepare ; saluti videlicet lucrandarum animarum jugiter inhiare, et continuam huic desiderio operam dare, ut sicut de speciali gratia apostolatus beatri Petri et sui ipsius Paulus protestatur, dicens : *Qui operatus est in Petro in apostolatum circumcisionis operatus est et mihi inter gentes* (*Gal.* II) : ita et nos fidenter de hoc nostro dicere audeamus apostolo, quia et ipse operatus est Lebwino inter Francos et Saxones. Unde quia ad eosdem docendos ab eo est destinatus pro sui qualitate officii non inconvenienter dicetur apostolus, quod in lingua Latina sonat *missus* : Denique sicut suis ipse præcepit discipulis, dicens : *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis* (*Matth.* XXVIII). Ita et hunc suum affatus discipulum, velut eodem imperio præcepit ei præfatas docere gentes catholicæ sacramenta fidei, tingere baptismo salutari et exinde præcipere omnia servare mandata sibi. Et sicut de Paulo et Barnaba in apostolorum Actibus legitur quod imperaverit Spiritus sanctus : *Segregate*, inquiens, *mihi Barnabam et Saulum in opus quo assumpsi eos* (*Ac.* XXV), sicque ad docendas profecti sunt gentes simili, ut ita dictum sit, modo, ejusdem sancti Spiritus imperio, qui *dividens singulis*, *prout vult*, *operatur omnia in omnibus* (*I Cor.* XII), ille fidelis servus ac fortis operator Lebwinus in opus sibi a Domino injunctum segregatus est et assumptus.

VII. Cui etiam ut non solum cum apostolis, sed et cum patriarchis digna foret operis communio, ipsius summi sacerdotis Abrahæ proponitur imitatio. Nam quomodo illi præceptum est a Deo : *Exi de terra et cognatione tua, et veni in terram quam tibi monstravero* (*Gen.* XII), et ejus protinus ille paruit imperio ; ita et iste vir venerabilis hoc audito ac veluti sibi specialiter delegato, ad exemplum beati patriarchæ, huic irrefragabiliter inhæsit edicto. Exiens ergo impigre de terra et cognatione sua, posthabita insula Anglorum, evectione navali Trajectum petiit, castrum Wiltemburg antiquitus dictum, modo vero Trajectum ; ubi reperiens quemdam venerabilem virum nomine Gregorium, ex nobili Francorum sanguine procreatum, a beato Bonifacio archiepiscopo olim a pueritia enutritum, gradu ecclesiastico presbyterum, sed tunc pro tempore episcopalis officii in eodem castro vel etiam parochia vicarium, exposuit ei omnem suæ peregrinationis sibique commissæ prædicationis textum.

VIII. Quia vero gratia Gregorii boni discipuli mentio optimi facta et magistri Bonifacii, non indignum videtur tanti præsulis dignam cunctorum memoria, licet succincte, relationem fieri. Hic denique vir ex prædicta Anglorum patria progenitus, a pueritia Deo dicatus, cum succrescentis ætatis profectibus de die in diem sapientiæ et totius sanctitatis augeretur profectibus, sanctæ paupertatis ac suæ peregrinationis spontaneam viam ingressus, officium quoque plurimis evangelizandi populis, Dei gratia sibi cooperante, aggressus, sub Carlomanno et Pippino Francorum principibus apud apostolicam sedem legatione Germanica functus, discretioni clericorum ac favori populorum an-

nuentibus præfatis principibus, ab ipso papa Gregorio Græca Latinaque lingua satis erudito, qui alterius Gregorii successor ab illo mirabili doctore Ecclesiæ beato Gregorio Anglorum apostolo, ordine pontificatus fuit vicesimus sextus. Moguntiæ civitati ordinatur archiepiscopus, et qui antea vocabatur Winfridus; gratia meritoque bonorum factorum, ut quidam volunt, dictus est Bonifacius. Qui vir, sicut de eo legitur, prædicatione sua Thuringos, Hessos atque Austrasios ad fidem rectam religionemque Christianam, a qua diu aberraverant convertit, necnon et monasteria monachorum et virginum primus in Austrasiæ partibus construxit. Hic etiam inter egregia bonorum actuum insignia, ut non modo sua sed et aliorum quoque præsulum vigilantia catholica propagaretur, augmentaretur atque confirmaretur Ecclesia, annuente sibi Carlomanno, auctoritate fultus apostolica, in castro Wittenburg, quod nunc Trajectum dicitur, constituit ut episcopalis esset cathedra. Cumque idem gloriosus Carlomannus felici nimium commutatione terrenum ac temporale respuisset regnum ut cœleste mereretur adipisci quod est æternum, profectusque Romam ad beatorum limina apostolorum, clericatus ibi suscepit habitum non post multum temporis in monte Soracte ædificato monasterio ad summæ perfectionis ascendens gradum in cœnobio beati Benedicti professus monachum, optimam cum Maria dilectrice ac dilecta Domini visus est elegisse partem quæ juxta Domini promissum, a nullo electorum eam perseveranter desiderantium auferetur in æternum (*Luc.* x). Regni vero quod ante diviserant, et principatus sui Pippino fratri cessit fastigium. Sed Pippinus totius ditionis compos effectus, consultu papæ Zachariæ et unanimi Francorum, consensu per unctionem sanctissimi archiepiscopi Bonifacii Suessionis civitate habito conventu, rex appellatus ei regali est sede donatus, repudiato ac tonsurato Childerico, qui casso nomine antea rex vocabatur. At ubi B. pontifex Bonifacius verbum Dei evangelizans Frisonibus cum casso nomine antea rex vocabatur. At ubi beatus pontifex Bonifacius verbum Dei evangelizans, Frisonibus cum suis comministris, ut ferunt, quinquaginta duobus martyrio est coronatus, jam dictus vir Gregorius ejus quondam discipulus, in præfato residens castro, bonus imitator magistri, quod ab eo didicerat, impiger exsecutor exercebat.

IX. Cui cum sanctus Lebwinus, ut jam diximus, retulisset, quid secundum Dei voluntatem gereret animo, ille gavisus in Domino. animatum consilio et fotum auxilio direxit eum ad locum sibi divinitus demonstratum secus Iselam fluvium, ut fieret velut quidam limes certissimus atque fortissimus in Francorum Saxonumque confinio, ut sicut lapis mediastinus vice lapidis illius vivi, summi, angularis positus, ut et ipse *duos in unam reciperet fidem populos venientes ex diverso* (*I Petr.* II). Chari denique sui Lebwini sibi devotam respiciens humilitatem inspector mentium *Deus fecit illi magna quia potens est* (*Luc.* I) in omnibus, ut evangelizaret Francis et Saxonibus *sanctum et terribile nomen ejus* (*Psal.* CX). Adhibuit quoque illi abbas Gregorius socium quemdam venerabilem virum ex discipulis sancti præsulis Willibrordi, nomine Marcellinum. Sed, o quam mira alacritate noster æstuat animus, facta sibi mentione super talibus viris, nec patitur quin saltem per transitum de tanto præsule Willibrordo quid suus exprimat stylus. Et hic etiam vir Deo plenus, de Britannia gentis Anglorum progressus, pro æterna patria a sua peregrinus, Romam venit beati Sergii papæ temporibus, qui a beato doctore Gregorio papa exstitit vicesimus, quique angelica visitatione commonitus, sanctum hunc honorifice suscipiens virum, ordinavit eum Frisonum genti episcopum, vocans cognomento Clementem. Is autem, credito sibi non dispar officio, ut sapiens architectus, non suas imposuit operas super alienum fundamentum; sed eradicato primum denso aggere spinarum, fodit in altum, et super firmam, quæ est Christus, petram stabile fidei collocavit fundamentum. Tum lapides e diversis colligens diversarum qualitatis et quantitatis ad eamdem structuram coadunans, eos qui scabiosi et sordidi erant, aqua munda purificare studuit. Satagebat autem ille fortis operarius ut circumcisi undique conquadrati fierent atque politi, in suis commissuris apti ad fabricam operis sui. Et quoniam non materiales erant illi lapides, sed animales et rationabiles, hortabatur eos verbis beati Petri dicens: *Deponentes omnem malitiam et omnem dolum, et simulationes. et invidias, et detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem; si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus. Ad quem accedentes lapidem vivum et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini in domum spiritualem* (*I Petr.* II). His atque aliis hujusmodi sanctis prædicationibus fera gentilium edomans corda, innumera diabolicæ parti detrimenta, et non modicæ Christianæ societati intulit augmenta. Et quia sibi tradita Domini sui fideliter erogavit talenta, jure ut bonus et fidelis servus ipsius penetrare meruit gaudia. Prælibatis summatim his paucis pro commemoratione Willibrordi, beati præsulis chari nostri Lebwini insistamus gestis.

X. Veniens igitur vir Dei cum suo collega Marcellino ad præmonstratum sibi locum a Deo, usus es aliquandiu viduæ cujusdam, quæ Abachilda vocabatur, hospitio, et nihil veritus animositatem gentis illius insudabat quotidie Evangelicæ prædicationi, instantius ostendens, neglecto Deo vivo et vero, vacuis ac per omnia superfluis inservire eos idolorum cultibus. Quid immorer multis? Salutaribus ejus monitis edocti crediderunt quotquot ad æternam vitam erant præordinati. Quorum etiam sumptu compactum est primo oratoriolum in loco Wilpa vocitato, versus occidentalem Iselæ fluminis oram. Nec multo post, accrescente sensim numero fide-

lium, aliud majus versus orientalem ejusdem fluminis partem ei construxerunt oratorium, et juxta illud ejus habitationi congruam domum: ubi sanctus Domini quotidiana vigiliarum ac missarum Domino vota persolvebat, et confluentes ad se verbi divini pane cibabat cunctisque se cernentibus gratiosum vultu, verbis ac moribus exhibebat. Unde et quam plurimis eorum etiam nobilioribus speciali affectione charus erat. Interea hostis antiquus, totius semper bonitatis invidus, cernens sibi minui, quos per beatum Lebwinum Christo constabat consociari, sategit per suæ malignitatis fautores, ut multum de eo furiosæ conquestionis murmur haberetur inter populares. Aiebant enim: Quidnam est illud phantasma vagabundum quod suis præstigiis alienat mentes, infatuat sensus, mores pervertit nostrorum? Nonne cernitis quod jam multos a suæ qualitatis statu corruperit et quasi deliros effecerit? Ergo antequam nos omnes in posterum ille fascinationis suæ fraudibus circumveniat, ocius perquiratur, effugetur, aut potius pessundetur, vel cum sua illa magica scena [magicali] virus flammis addicatur. His continuatis irruunt, et apposito igne ecclesiæ domum concremant, et quoscunque Christianos ibidem reperiunt, ab eodem loco insectando longius proturbant. Dominus autem qui *custodit omnes diligentes se* (*Psal.* CXLIV) famulum suum ab eorum insectatione eripuit atque ad multorum salutem illæsum custodivit. Sed neque beatus vir illorum territus sævitia ab evangelizandi cessavit instantia, sed ut fortis athleta *sumpto fidei scuto et salutis galea* (*Ephes.* VI) ad iterum rediviva atque fortiora se præparavit discrimina.

XI. In Saxonum gente priscis temporibus neque summi cœlestique regis inerat notitia ut digna cultui ejus exhiberetur reverentia: neque terreni alicujus regis dignitas et honorificentia, cujus regeretur providentia, corrigeretur censura, defenderetur industria; sed erat gens ipsa, sicuti nunc usque constitit, ordine tripartito divisa. Sunt denique ibi qui illorum linguæ Edlingi, sunt qui Frilingi, sunt qui lassi dicuntur, quod in Latina sonat lingua, nobiles [ingenuiles], ingenui atque serviles. Pro suo vero libitu, consilio quoque, ut sibi videbatur, prudenti, singulis pagis principes præerant singuli. Statuto quoque tempore anni semel ex singulis pagis, atque ex iisdem ordinibus tripartitis, singillatim viri duodecim electi, et in unum collecti, in media Saxonia secus flumen Wiseram et locum Marklo nuncupatum, exercebant generale concilium, tractantes, sancientes et propalantes communis commoda utilitatis, juxta placitum a se statutæ legis. Sed etsi forte belli terreret exitium, si pacis arrideret gaudium, consulebant ad hæc quid sibi foret agendum. Hunc sciens imminere conventum Christi miles Lebwinus, destinavit animo se illuc iturum, quo aut suo regi acquireret copiosum fidelis exercitus numerum, aut fortiter contra hoste dimicans, gloriosum victoriæ suæ reportaret triumphum. Interim tamen contigit divertisse ad domum cujusdam illustris ac potentis viri, nomine Foleberti, cujus inter plures quos charos habebat, quibusque ipse charus erat, familiare præstabat contubernium. Qui cum maximo illum excipiens gaudio ait: Gratulor, quidem, mi dilecte, opportune te nunc advenisse; denique mihi, pro te sollicito, gratam exhibes tuam præsentiam. Sed quorsum tendas, mihi pandas velim. Cui vir sanctus: Est, inquit, animus, superna juvante gratia, concilium invisere Saxonum. Ad quem ille: Cum tuæ sanctitatis merito quamplurimis nostrorum acceptus habearis, non ignoro quosdam tibi inimicari, et vitæ tuæ libenter insidiari. Unde rogo, ut, me audito, aliorsum te vertas modo, vel domum redeas, vel tuum familiarem Davonem petas, quousque peracto concilio tutius nos quoque revises. Cumque hujusmodi sermonibus dissuadere conaretur athletæ Christi, sancto quo agebatur Spiritu animatus, constanter respondit: Nullatenus præterire queo, sed neque audeo quod ipse meus rex Christus Jesus Deus et Dominus mihi agendum instituit, cujus prætergredi mandatum nefas esse perpendo. At ille: Vitæ, inquit, tuæ timeo. Et vir Dei: *Dominus*, ait, *mihi adjutor; non timebo quid faciat mihi homo* (*Psal.* CXVII). Sic ejus firmatam perspiciens faciem, mœsus tandem acquievit.

XII. Instante igitur temporis articulo, quo ipsius concilii afforet concio, adsunt quorum intererat, cœtu undique secum agglomerato. Adest et bonus miles Lebwinus, non ut ignavus vel desidiosus, sed ut strenuus et officiosus, lumbos mentis suæ in veritate succinctus, lorica justitiæ indutus, pedes in præparatione Evangelii pacis calceatus, scuto fidei protectus, galea salutis capitatus, assumpto gladio spiritus quod est verbum Dei, armis justitiæ virtutisque ejus a dextris et a sinistris circumdatus (*Ephes.* VI). Et cum his omnibus muniretur intrinsecus, non tamen competentia deerant ornamenta morum extrinsecus. Clericali siquidem schemate insignitus, sacerdotali quoque infula decoratus, ac velut quid divinum præsignans fulgore vultus, crucis signum præferebat manibus, utpote sui regis antesignanus; necnon et Evangelium Christi, quod jugiter mente recolebat, ore prædicabat, et opere exercebat, brachio quoque gestabat. Omnis itaque concessionis illius multitudo ex diversis partibus coacta, primo suorum proavorum servare contendit instituta, numinibus videlicet suis vota solvens ac sacrificia. Quæ cernens agi sacrilegia Lebwinus, Christi fortis athleta, zelo zelatus pro Domino, ut olim Elias propheta (*III Reg.* XVIII) in media illorum prorumpit agmina, et ex improviso vociferans, exaltat vocem suam ut tuba, annuntians palam et redarguens scelera eorum. Audite, inquit, omnes, audite me, et non tantum me quantum eum qui loquitur vobis per me. Mandata illius vobis profero, cujus omnia sunt imperio atque judicio subjecta. Ad hæc cum illi attoniti respexissent, aspectumque viri et habitum mirantes, conticuissent, ille præfatus sic institit:

Auscultate, attendite et scitote quia Dominus creator cœli et terræ, maris et omnium quæ in eis sunt, ipse solus unus et verus est Deus. *Ipse fecit nos et non ipsi* (*Psal.* XCIX), neque est alius præter eum. Simulacra quæ deos esse putatis, quosque a diabolo decepti venerando colitis, aurum vel argentum, æs, lapis, aut lignum sunt; non vivunt, non moventur neque sentiunt. Opera enim hominum sunt, nec cuiquam alii, nec sibi possunt auxiliari. Ergo Deus solus bonus, solus justus, cujus misericordia et veritas manet in æternum, condolens tam miserabili vos dæmonum seductos errore hac me præcepit fungi legatione, ut vetusti pœnitentes erroris ad eum convertamini recta et sincera fide, cujus creati estis bonitate. In ipso denique vos et *nos* omnes *vivimus movemur et sumus* (*Act.* XVII). Si illum fideliter agnoscentes pœnitentiam egeritis, et baptizati in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti fueritis, et mandata ejus obedienter servaveritis, ipse vos ab omnibus servabit malis, et concedens tranquillitatem pacis dabit hic jucundari temporalibus copiis, et in futura vita omnibus æternaliter perfrui bonis. Si autem præcepta ejus saluberrima nihil feceritis [nullificaveritis] et iniqui cordis errorem corrigere nolueritis, scitote quia patiemini judicium pœnæ gravioris de contempta admonitione ejus benignitatis. Ecce enim ex sententia oris ejus, quæ est immutabilis pronuntio vobis, quia, nisi his monitis obtemperaveritis, jam celerrime veniet vobis malum inopinatæ tribulationis. Præordinavit namque Rex cœlorum omnium sæculorum, regem fortem, prudentem, et acerrimum, non de longinquo, sed de proximo, instar torrentis rapidissimi properantem ad emolliendam duri cordis vestri ferocitatem et comprimendam rigidæ cervicis contumaciam. Qui (Carolus Magnus) vehementi impetu vestram aggrediens regionem, gladio, vastitate, incendio et exterminio cuncta depopulabitur, et ut vindex iræ Dei quem semper exacerbastis, vos quidem partim mucrone concidens perimet, partim egestate tabescere faciet, partim perpetui exsilii mœrore consumet. Conjuges vestras ac liberos passim ad serviendum distribuet, et si qui residui fuerint, ignominiosos suo dominio subjugabit, ut de vobis jamdudum jure prædictum videri possit: *Et pauci facti sunt et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore* (*Psal.* CVI).

XIII. Talia beato viro prophetali spiritu præconante, illi dæmoniaco bachantes spiritu, pleni furoris et insaniæ perstrepunt undique clamore confuso: En ecce adest seductor ille, sacrorum nostrorum et totius inimicus patriæ: æquum est ut debitas sumat suo sanguine pœnas. Tum vero ex proximis sepibus palos rapiunt, detruncant et exacuunt, ut veluti assolet fieri lapidibus, sic eum illis sudibus perimerent. Sed taliter inardescente adversus virum sanctum furore malignantium, Deus suorum protector fidelium protexit illum sub velamento alarum suarum. Denique sicut ipse Dominus Jesus olim a perfidis Judæis ad supercilium montis ad præcipitandum perductus, suæ virtutis potentia transiens per medium illorum ibat illæsus (*Luc.* IV), sic et iste famulus suus ejusdem Domini sui munimine circumseptus per medium se necare cupientium et ipse transiit intactus. Inter ipsos tamen quidam fuerant sanæ mentis, quorum corda Deus tetigerat, qui hæc fieri in sanctum Dei omnimodis prohibebant. Quorum unus cæteris honoratior, nomine Bruto, stans in eminentiori loco, ita protestatus est: O viri, quicunque adestis cordati, auribus percipite, verba oris mei: Frequenter ad nos quarumdam gentium Nortmannorum, Sclavorum ac Frisonum venerunt legati, quos more solito cum pace suscepimus, verba legationis diligenter tractavimus, et honorifice auctos muneribus ad propria remisimus. Et ecce nunc legatus summi Dei deferens nobis mandata vitæ ac nostræ salutis, non solum spretus et contemptus est a nobis, sed etiam insectatus injuriis, ac pene subiit discrimen mortis. Quam vero sit potens, qui illum destinavit potenter ostendit cum de manibus nostris eum tam potenter et mirabiliter eripuit. Unde et ea quæ comminando vobis prophetavit futura, sive ventura procul dubio experiemini nimium vera, dum ea judicio Dei sui, qui tam potens est, nobis fuerint illata. Hujuscemodi redargutionis ac potius terroris sermonibus perculsus aliquantulum est immansuetus eorum animus, et communi decreverunt consensu ne a quoquam impeteretur ille Dei nuntius, sed quocunque vellet ire absque ulla læsione pergeret securus.

XIV. Igitur sanctus et humilis corde Lebwinus, ab insectatione malignantium divina virtute tutus, benedicebat Dominum quia laudabilis et gloriosus est in sæculum. Videns autem se non posse assequi ponendo pro fratribus animam quem summopere desiderabat martyrii fructum, licet abnegando seipsum et tollendo crucem suam post Christum, crucifigendo carnem cum vitiis et concupiscentiis in fame et siti, in vigiliis ac jejuniis et laboribus plurimis, quæ cuncta libenter ac patienter pertulit, longum in pace traxit martyrium. Indeficientem tamen in se retinens plenum fervore charitatis animum, injunctum sibi a Deo sui apostolatus efficaciter administrabat officium. Quis enim digne sufficienterque valeat ejus doctrinæ et verborum gratias enarrare quibus multos ab iniquitate convertit? De hoc namque vico recte per prophetam prædictum est: *Lex veritatis fuit in ore ejus* (*Mal.* II). Itemque: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requiruut ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est* (*Ibid.*). Quo evangelizante verbum veritas *parata est sedes Dei* in corde populi sibi credentis, et *testimonia ejus credibilia facta sunt nimis* (*Psal.* XCII). Sermo denique ipsius audientes omnes in fide et opere ædificabat et fervorem sanctæ charitatis inflammabat. Ad hoc illud concurrebat quod maxime sermonem docentium corroborat, quia quod ore monebat, opere exercebat. Post innumera igitur ab ipso patrata

sanctarum virtutum documenta pariter et exempla, cum nullius pene temporis interpolarent spatia quibus aut sui aut simul aliorum profectus non quæreret emolumenta, exemplificatum virum sanctissimum in totius sacræ religionis, Deoque beneplacitæ conversationis gratia, jam agmina reposcebant cœlica, concivem sibi debitum et prædestinatione divina et morigeratione sibi condigna.

XV. Præsentabantur quoque Deo angelico ministerio chari Lebwini vota, quæ mente et opere vocis suæ erant harmoniæ consonantia, sic ad ipsum jugiter proclamantia : *Quam dilecta sunt, Domine virtutum, tabernacula tua! Concupiscit et deficit in his anima mea* (*Psal.* LXXXIII). Itemque : *Sitivit in te anima mea. Quam multipliciter tibi caro mea ut videam virtutem tuam et gloriam tuam* (*Psal.* LXII) ; et iterum : *Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei mei?* (*Psal.* XLI). Sed quia hoc ejus inexplebile desiderium mentis retardabat sarcina corporeæ molis, nec aliter adipisci poterat ædificationem ex Deo, *domum non manufactam æternam in cœlis* (*Hebr.* I), nisi fieret dissolutio domus suæ terrestris hujus mundanæ habitationis, ille qui est igneus fons animarum, qui in effigiatione hominis fovens elementa, dissona dedit esse consona, decrevit hæc in beato viro, ut jam resoluta seorsum proprios revocarentur in ortus et caro in suam redigeretur originem, spiritus iret ad eum qui misit illum. Missis ergo ad exsequenda conspicuis suæ dispositionis cooperatoribus, qui sunt *administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis* (*Hebr.* I), jubet rescindi ligamina pectoris. Relaxantur artus, expediuntur latebræ, animæque difficiles moræ. Illa tandem reseratis sibi claustrorum januis, exilit alacris, ac luce clarius mirantibus jungitur cœlicolarum turmis, cum quibus hymnizando penetrat aulam regni cœlestis, pridie Idus mensis Novembris, et percipit a benigno remuneratore suo *hæreditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcescibilem* (*I Petr.* I), conservatam sibi cum omnibus sanctis, *quam oculus non vidit, nec auris audivit nec in cor hominis ascendit*, quam illi et omnibus *se diligentibus Deus* ab æterno misericorditer *præparavit* (*Isa.* LXIV ; *I Cor.* II), atque præparatam huic juxta sui præsagium nominis sibi charo amico dignanter attribuit, affatus illum alloquio amicabili : *Euge*, chare mi, *euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui* (*Matth.* XXV). Hinc illa sancta sancti viri anima secretarium laudis æternæ ingressa, primaque beatæ immortalitatis stola induta, ineffabili exhilarata lætitia, utpote perenni vivens gloria, concinnenti cum omnibus sanctis spiritibus melodia decantans *alleluia*, jugiter Deum in æterna collaudat sæcula.

XVI. Sane pura ac munda corporis ejus urna in qua reposita fuerat felix anima, qua multos cibaverat velut cœlesti manna humore reconditur cum debita honorificentia in ecclesia portus Daventriensis. Cui loco hoc inditum constat vocabulum a Davone quodam, honorifico ac potenti viro, S. Lebwino, dum adhuc viveret, familiarissimo. Ecclesia autem ipsa ab eodem sancto viro et quibusdam fidelibus, ut jam diximus, constructa, sed ab infidelibus exusta, iterumque est reædificata, scilicet tempore quo primum *ad dandam scientiam salutis* (*Luc.* I) incredulis olim Saxonibus, per beatum doctorem Lebwinum visitavit eos oriens splendidissimus illuminare *in tenebris, et in umbra mortis sedentibus*, ut in *viam pacis* dirigeret eorum gressus ipse sol justitiæ Christus, in sæcula benedictus (*Ibid.*). Decursa igitur, utcunque potuimus, de gestis beati confessoris Christi Lebwini narrationis serie, libet pauca de inventione ejus subnectere.

XVII. Post felicem illius ad cœlestia transitum hostis instinctu maligni contigit Saxones, quorum maxima pars adhuc in infidelitate durabat, basilicam qua sacrum corpus jacebat humatum, iterum succendere, et cuncta circumquaque vastare. Et cum per triduum ejus quærerent sepulcrum, Deo providente, reperire nequiverunt. Unde accidit ut idem locus diu solitudinem pateretur.

XVII. Interea Gregorio venerabili abbate, cujus supra mentionem fecimus, ab hac instabili habitatione in domum æternitatis migrantes, consanguineus ejus Albricus dignitatem suscepit Trajectensis cathedræ. Qui cum haberet quemdam virum Deo dignum, sibi speciali affectu devinctum, nomine Ludgerum, postmodum pontificali honore sublimatum, sic affatus est eum : Mi frater charissime Ludgere, cum noverim ea quæ ad divinam pertinent religionem studiose exquirere, hortor ac postulo, loco illi quo sacrum corpus Lebwini Christi sacerdotis reconditum fuit, te curam impendere, et ut a te, Deo revelante, inveniri valeat, magnopere elaborare atque ad concinnandas Deo laudes templum inibi super illud ædificare. Qualis etenim quantusque vir fuerit, tua fraternitas optime novit. Hic acquiescens monitis egregius Ludgerus, omni adhibita sollicitudine, agrum in quo thesaurus ille erat absconditus excolit pro viribus, similis homini bonam margaritam quærenti studiosus. Et quamvis minime quod desiderabat valeret invenire, mœstus oppido tamen intra spatium loci quo putabatur contineri, cœpit basilicam ædificare. Sed bono viro bona quærenti non defuit manifestatio bonitatis Domini. Visum denique ei est in somnis sanctissimum Christi sacerdotem Lebwinum secum loqui, et sui detergere locum sepulcri, seque ita affari : Laudabile, inquit, ac Deo placitum tuum approbo studium, mi frater amantissime Ludgere, quod ad honorem nominis Dei templum jam olim dirutum conaris restruere. Mei vero membra corpusculi reperies remoto hoc quem erigis, pariete australi. At servus Domini Ludgerus nihil hæsitans de visione, aggregati Christi plebisque plurima concione atque subruto quem erigebat pariete, in loco sibi præostenso, quod desiderabat, se

ius est invenisse. Oblata itaque Deo, ut dignum in hymnis et psalmis gratiarum actione, dilaecit spatium ædificii illius quatenus inibi lauur thesaurus a se, Domino revelante, repertus. itum denique sit pretiosus ab eo tempore A usque in præsens signis declaratur ac virtutibus quæ per ejus merita in suos fideles operari semper dignatur ineffabilis potentia benigni Jesu Dei et Domini nostri. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita sæcula sæculorum. Amen.

---

# MONITUM IN OPUS SEQUENS.

*mmentarium historicum de sancto Jonato ad diem 1 Augusti ediderunt Bollandistæ, in intermiscentur fragmenta sermonis Hucbaldi de eodem sancto, et ad calcem legitur histolevationis corporis sancti Jonati ab Hucbaldo scripta. Disquisitionem hanc eruditissimam xhibemus, quæ sunt Hucbaldi Italico charactere distinguentes.*

---

# DE SANCTO JONATO CONFESSORE

## ABBATE I MARCHIANENSI IN BELGIO

## COMMENTARIUS HISTORICUS.

(Apud Bolland., ad diem 1 Aug.)

---

I. — *Notitia loci et sancti, ejusque gesta et ætas.*

)e celebri hoc cœnobio, a vero Belgii apostoAmando cum tot aliis condito, quod *Martiafarceniæ* et *Marcenæ* aliisque modis inflectiam toties in Actis nostris loquendum fuit, præsertim cum de primo ejus auctore ad 6 arii, tam de ejus dotatore et dotatrice Adal- 2 februarii, et S. Rictrude 12 Maii fuse ac e disputatum est; quemadmodum et ubi de ia filia 16 Martii; toties, inquam, agendum ut hic pluribus supersedere possemus, nisi la saltem præmittenda forent, quæ cum loci abbate singulari quadam unione conitur. Et situm quidem satis breviter describit )ii ejusdem chronographus, in hac parte miuspectus, dum ait: « Marchianensem locum ifluentibus aquis et palustri arundine cirri, habereque versus aquilonem silvam em, ad Australem partem fluvium Scarpam, bitur ad orientem, ex cujus utraque parte nt prata herbis palustribus strata. » Jacet )uacum et Elnonem sive Amandapolim (non naropolim, ut cum aliis male scribit Mabil-) tribus circiter utrinque leucis dissitum. De rerum angustiis, deque amplissimis posiibus, quibus postmodum a S. Rictrude diest, consulenda ejus Vita, cap. 2.

'hronicon apud nos ms. ita rem explicat: dem vero loco primum sexus masculini persoserviendum delegatis, pastor vigilantissimus curator interius exteriusque vir fidelis et x Jonas donatus est eis. Qui beati Amandi B pontificis discipulorum unus, ejus sacra eruditione admodum informatus, ad hoc officium idoneus inventus est. Sed non post multum temporis altiori investigatione consultum est, ut quoniam gloriosa mater Rictrudis loci fundatrix, et universorum quæ ibi contradita fuerant, domina in illo sancto contubernio inter servos Dei famulari videbatur, congruentius foret secundi sexus fideles ibidem ad serviendum immittere, et illius sanctæ inhabitationis primatum sanctimonialium ordinem obtinere. Semoto siquidem, pace eorum, adhuc modico virorum converticulo, nobiles matronæ illuc undique certatim confluunt; religiosæ viduæ, quæ vere viduæ erant, alacriter concurrunt; puellaris etiam pudoris juventus casta in- C troducitur, spiritualis gymnasii palæstram omnes in commune aggrediuntur. Fit interim locus pudicitiæ domicilium, schola virtutum, ovile Dominicarum ovium, ad quæ omnia Rictrudis ter beatæ animus vehementer exsultat in Domino dominorum. »

3. Hæc ad aliquam seriem revocat Mabillonius, jam dato textu non plane conformi in Observationibus præviis sæc. II, pag. 938, ubi una lugendas præclari cœnobii vicissitudines paucis memorans, ait a SS. Amando et Autberto epp. VI Kal. Novembris solemniter dedicatum fuisse in honorem apostolorum Petri et Pauli: Cui monasterio, inquit, S. Jonatus abbas primus præfectus est. Duplex eo in loco a primo condita fuit congregatio, monachorum ac sanctimonialium; illis Jonatus, his Rictrudis præe- D rat. Monachos illic primum, deinde paulo post, hoc est anno circiter 647, virgines Deo sacras fuisse collocatas in gratiam S. Rictrudis dotatricis, tradit

chronographus Marchianensis. Vastato a Normannis monasterio an. 879, sanctimoniales paulatim ad deteriora lapsæ sunt, donec Balduinus, cognomento Barbatus, eliminatis feminis, monachos substituit, accito Lietuino, Vedastini cœnobii abbate clarissimo; qui postquam locum rexit annos novem, Alberico discipulo suo regimen Marchianense imposuit. Alberico anno 1048 mortuo, S. Poppo Stabulensis ac, decurso mense, Popponi Wido successit. Atque hinc satis recte fluit abbatum Marchianensium successio in Gallia Christiana, quam inter S. Jonatum et Lietwinum nusquam reperies.

4. Porro S. Jonatus, de quo hic potissimum agimus, ex Elnonensi cœnobio ad regendum Marchianense a S. Amando destinatus, non soli isti præfuit, sed et ipsi etiam Elnonensi, ut ex ejusdem monasterii chronico ostendit Cointius ad annum 643, num. 2. Chronici verba sunt: « Amandus de grege sibi commisso sollicitus, Trajectensem suam diœcesim visitare disposuit: antea tamen Elnone vices gerentem suas in abbatem suum ordinavit discipulum, nomine Ursum, qui annis aliquot laudabiliter rexit, ac tandem beato fine quievit. Cui a beato Amando ordinatus successor sanctus Jonatus, vir modestissimus, ipsius monasterii monachus, quem pridem Marchianis instituerat idem beatus Amandus primum abbatem. » Præclare meriti essent citati jam supra chronographi, si, quod ipsorum erat, gesta singula singulis annis innexuissent, quemadmodum et illud quod refert ex ipsis Cointius ad annum 653: Amando, liminibus apostolorum visitatis, Elnonensem repetente locum, Marchianas Jonathum repetisse reperimus, ubi post mortem etiam B. Amandi aliquot lustris regulariter vivens, diversos utriusque sexus ad religionem induxit et castitatem. Lustra illa satis apposita ratione exponere, non usque adeo obvium esse infra patebit manifestius.

5. Cæterum de jam dictis aliisque præclaris haud dubie sublimibusque S. Jonati virtutibus ac gestis plane illustribus, equidem minime dubitavero; verum ex chronographis nostris, sive Elnonensi sive Marchianensi; eruere nemo est qui studuerit hactenus, ut prorsus non intelligam quid sibi velit Silvii editor Bellecampius (vel ut eum Bollandus vocat, Beauchampius) dum in sua Marchianensi antiquitate, multa magnifice pollicitus, sic notanter scribit pag. 505: « Sed longe plura de nostro sanctissimo præsule Jonato Marchianensi suppeditare meditamur, cum de ipso in Hagiologiæ nostræ Marchianensi agetur. » Hæc, opinor, idea operis nunquam perfecti, quodque lucem non vidisse, ex eo colligere est, quod nec majores nostri, neque Mabillonius Hagiologiæ istius usquam meminerint. Susceperit fortasse Bellecampius hujusmodi provinciam, at morte præventus absolvere aut typis edere non potuerit, manseritque adeo conatus iste inter chartas Marchianenses, quas utinam consuluisset domnus sancto nostro Synonymus, hodiernus prædicti cœnobii prior, apud quem frustra per amicos institi; quorum repetitas preces æque ac meas modo certe non satis urbano, neque honesto vir iste non ita pridem repulit et respuit, non usitato in hujusmodi rebus exemplo, dum ea sola flagitarem documenta, quæ ad S. Jonati patroni sui gloriam conducere poterant. Cætera non prosequar.

6. Jam ad sancti ætatem quod attinet, eam æque dubiam et obscuram reliquere chronogrophi nostri, nusquam, vel remote, indicantes quo circiter anno in lucem editus sit, quo factus monachus, quo abbas institutus, quandiu solus, quandiu cum sancta Rictrude rexerit, quandiu utrumque cœnobium Elnonense et Marchianense, quo demum anno laborum præmium a Domino consecutus sit. Pugnat, certat, mirumque in modum luctatur Bellecampius, ut versiculum suum Blandiniensem, nescio a quo confectum, tueatur:

> In sexcenteno deno fundavit Amandus
> Anno Blandinium, patronum dans illi Petrum

Cum autem ejusdem omnino ætatis statuat cœnobium suum Marchianense cum dicto Blandiniano, ineluctabili consequentia se evicisse existimat, jam ab anno 611 exstitisse cœnobium suum Marchianense, eodemque anno, si Superis placet, S. Jonatum ibidem præfuisse, quo forte necdum natus erat: idque toties contra adversarios quoscunque repetit et inculcat, ut nauseam omnino creet legentibus. Nimirum a chronographo su didicerat sanctum Amandum obiisse anno 651, natumque adeo 571; quæ multorum satis diu implexa fuit opinio, pridem tamen ab Henschenio convulsa Commentarii sui § 11 et seq., unde et lustra ista ruunt, quibus S. Amando supervixisse S. Jonatum æque inepte statuit jam dictus chronographus, atque ex ipso Bellecampius.

7. Adverte, obsecro, paradoxum. Viri istius thesis est fuisse abbatem Marchianensem S. Jonatum ab anno jam dicto 610, vel 611, eam suam epocham pro aris et focis acerrime propugnans, ex præconcepto illo suo Achille, quod S. Amandus obierit jam nonagenarius anno 661, ubi jam demonstratum diximus, obiisse anno 684. Lustris porro aliquot, superstes ei statuatur S. Jonatus: lustra aliquot, saltem terna aut quaterna designant, unde necessario fiet consequens, sanctum istum ultra finem sæculi VII supervixisse; fuisseque adeo abbatem Marchianensem totis nonaginta et amplius annis, ut primis respondeant ultima: quod priusquam admisero, alia quam chronographi istius auctoritate a Bellecampio aut symmistis demonstrare cupio. Nonagenarium obiisse S. Amandum in confesso est: si autem mortem ejus innectas anno 661, natum oportet 571, cum vero quadragenarius circiter supponatur exstruxisse cœnobia, tam Blandiniense quam Marchianense, en tibi aptissime annum *sexcentenum et denum*: verum si ad annos septem et viginti omnia removeas, ut planissime removenda omnia demonstrat Henschenius, clarissime perspicies, machinas omnes Bellecampianas sic corruere ut tractatus ipsius bene longus in fumum abeat.

8. En modo aptiorem vitæ S. Jonati ex Henschenio chronotaxim. Statuit is loco citato, probatque evidenter, cœpta Gandavi monasteria, tum Bavonianum, tum Blandiniense anno 636, Elnonense exstructum 638, Marchianense vero anno demum 645, cui idem præsul Amandus discipulum suum eo tempore præfecit Jonatum venerabilem virum, ordine monachorum colligendorum præscripto. Quod vero supra diximus, commandatum etiam prædicto Jonato Marchianensi Elnonense cœnobium, id factum quando episcopalem curam renuntiavit Amandus, et limina apostolorum pro tertia vice repetiit, anno nimirum 650. Annis autem post duobus, occiso S. Adalbaldo, S. Rictrudi castitatem suasit, quæ non diu post ad Marchianenses accessit, eo quod supra dictum est modo, eaque sub S. Jonati directione, sanctimonialibus præfuit usque ad annum 688; Jonatus vero, laboribus et meritis plenus, sanctam illam secutus creditur anno circiter 690, ut verosimiliter deducit Cointius, ad dictum annum, num. 25, hoc argumento. Quod cum regimen istius monasterii penes moniales fuerit per annos trecentos triginta tres vel circiter, si ab anno quo inde pulsæ sunt 1024, vel, ut alii, 1028, retrocedatur, non videtur S. Jonato vita longior tribui posse : certe, quod sciam, necdum eo usque S. Jonati æstas illustrata fuit hactenus. Jam ad ejus cultum elogia procedamus.

## § II. — *Cultus sacer et brevia hinc inde elogia.*

9. Hic paucis complexurus sum omnia, quæ ad antiquum sancti cultum conducentia reperiam, iis scriptis sepositis, quæ longis ambagibus de sancti vita et gestis nil amplius ne certius memorant quam ea fideliter ex monumentis qualibuscunque Marchianensibus desumpserint Molanus et Miræus, quorum textus, uti et paucorum martyrologiorum mox referam. Ad chronici textum de lustris aliquot quibus S. Jonatus S. Amando supervixerit, diserte additur : « Ejus festivitas agitur Kalendis Augusti. » Ad ejus sepulcrum vero in ecclesia Marchianensi, hos versus legi loco supra citato testatur Cointius :

> Divi Jonati corpus his santissimum
> Reconditur, qui primus hanc rexit domum.

Versus reliqui huc non spectant. Ad unum subjicit Cointius : Post S. Jonati mortem, monachos quos rexerat Marchianis abscessisse, totumque monasterium cessisse monialibus, quibus Clossendis a triennio præerat abbatissæ. Quæ ipsissima est Molani aliorumque receptissima opinio, sic, ni fallor, intelligenda, ut monachi virginibus regendis substiterint, quo salvetur diploma Caroli imp. a Mabillonio adductum, ubi sæculo IX de fratribus æque ac sororibus mentionem fieri ostendit. Verum de hac re jam toties disputatum est, ut telam illam non lubeat denuo exordiri. Sancti cultum prosequamur.

10. De eo satis mirum est, in antiquioribus sacris fastis nullam usquam fieri memoriam, ne quidem in recentioribus tabulis ecclesiasticis, præterquam Belgicis, si Ghinium excipias, qui S. Jonatum canonicis suis satis liberaliter accensuit. De ætate Usuardi Aquicinctini alibi disputavimus, ubi ipsum ad sæculum circiter XIII referendum censuimus : atque hic primus ac vetustissimus, qui de S. Jonatō meminerit his plane verbis : Marcianas, depositio S. Jonati abbatis. » Paulo clarius Molanus, ex quo et Canisius : « Eodem die, natalis S. Jonati confessoris, discipuli S. Amandi; » quæ in posterioribus editionibus paulo brevius repetit. De eo etiam meminit Wion cum cæteris monasticis, quos inter nitide ipsum annuntiat Meinardus, hoc modo : « Marcianis, S. Jonati abbatis, discipuli, S. Amandi, et patris spiritualis S. Rictrudis ; » quibus verbis omnia ferme complexus est, quæ de S. Jonato memoriæ prodita sunt, cum de cætero gesta ejus aut nemo ex professo prosecutus sit, aut per vastationes interierint. Nam quæ sub Hucbaldi nomine circumferuntur, non Vitæ historia sunt, sed mera oratio in sancti honorem concinnata, præter aliam verbosissimam sub Gualberti nomine, ex qua id demum eruitur, sancti corpus Saliacum translatum fuisse, indeque Marchianas relatum, quodque in aliqua supplicatione exstinctæ faces, igne cœlitus emisso, reaccensæ fuerint, ut videbis § sequenti.

11. Elogio proprio Jonatum more suo ornat Saussayus : « Marcianis prope Duacum in Flandria diœcesis Atrebatensis, depositio S. Jonati abbatis et confessoris, qui discipulus S. Amandi, omni virtutum decore adornatus enituit, exemplisque et orationibus multos ad Christum adduxit. Beatæ siquidem Rictrudis religiosus informator, fratrumque et sanctimonialium loci ejusdem constitutus (ob fidei, doctrinæ et morum præstantiam), director ; utriusque vitæ præcepta, actis et moribus sic præbuit, ut immaculato calle, tramitem ad cœlum iisdem præmonstraverit ; demumque sanctæ conversationis ditatus meritis, exuta carne, spiritum supernis civibus in gloria sociandum, feliciter ad Dominum transmiserit. » Habeat hic locum citatus supra Ghinius, tametsi in anno obitus aberret ; sic ferme Molanum contrahit : « Marcianis, depositio sancti Ionati abbatis, sancti Amandi discipuli, qui omni virtutum decore adornatus, exemplis et orationibus multos ad Christum adduxit. Ibidem requievit in Atrebatensi diœcesi circa annum Domini 670. » Secutus hic haud dubie Ghinius eorum opinionem, qui S. Amandum obiisse censent anno 661.

12. Verum rem omnem et solidius et elegantius complexus est Molanus ipse in indiculo sanctorum Belgii, ut aliunde elogia accersenda non sint, ita habet : « Sanctus Jonatus confessor, discipulus S. Amandi, primus fuit abbas Marcianis sive Marcenis, ac ibidem elevatus quiescit. Fuit omni virtutum decore adornatus, exemplis et orationibus multos ad Christum adduxit. Post ipsum fuit is locus annis fere trecentis triginta tribus virginum monasterium, quibus prima præfuit sanctissima Rictrudis. Locus est

pietate et amœnitate celebris, haud procul a Duaco in Flindria, diœcesis Atrebatensis. Natalis incidit in Kalendas Augusti, elevatio in sextum Idnum Aprilis, ut eo die inter prætermissos notatum invenies. » Eadem ferme Molani verba sed multata tantillum phrasi, in Natalibus sanctorum Belgii etiam explicantur; in quibus omnibus aperte elucet Molani sententia de monachorum post obitum S. Jonati recessu, et post trecentos triginta tres annos, sub Balduino Barbato, pulsis sanctimonialibus, ad ipsum cœnobium reditu. Neque abs re erit hic adjungere quæ tradit Miræus in Fastis Belgicis, ut aliorum defectum tantisper suppleant. En ejus verba.

13. « Amandus Trajectensis et Autbertus Cameracensis episcopi monasterium Marchianense a sancta Rictrude, Adalbaldi, ducis Duacensis vidua, constructum, in honorem sanctorum Petri et Pauli VI Kalendas Novembris dedicarunt. In eo cœnobio primum monachis ad serviendum Deo constitutis, pastor vigilantissimus datus est Jonatus, beati Amandi discipulus. Verum postea rationi consentaneum visum est (quoniam sua bona beata Rictrudis huic loco consecrarat, ibique Deo deservire statuerat), ut ibidem et sanctimoniales collocarentur. Quæ quidem per annos trecentos triginta tres vel circiter ecclesiam Marchianensem rexerunt. Post Normannicam vastationem, Leduinus abbas Vedastinus, petente Balduino Flandriæ comite, monachos Benedictinos eo in loco collocavit, ut fusius in chronico manuscripto Marchianensi narratur, quod et exstat in Rubravalle : atque hæc sunt vulgata typis elogia quæ de S. Jonato describenda censuimus. » Pergit Miræus versus referre, qui in ambitu chori Marchianensis leguntur, quibusque enumerantur varia sanctorum corpora ibidem deposita, inter quos et illi duo quos supra ex Cointio dedimus. Qui cæteros nosse cupit, fontem ipsum adeat.

14. Nullam usquam exstare S. Jonati Vitam aut Legendam, inde omnino colligitur quod in Actis Sanctorum Benedictinis tam jejune de eo agatur, ut ex Actis ipsius sanctæ Rictrudis tomo II, a pag. 937, paucula assignentur, jam relatis adeo conformia, ut describi non mereantur. In Observationibus præviis inter cæteros sanctos Jonatum laudat editor quod in cœnobio Marchianensi floruerit. Pag. 944 refertur quod jam diximus, nempe S. Amandum perficiendo ordinandoque monasterio discipulum suum præfecisse S. Jonatum venerabilem virum, cujus adhuc in eodem monasterio sacrum corpus habetur reconditum: in quo et monachorum ordinem beatus Amandus haberi voluit, sed jam dictus abbas sanctimoniales (prout sibi visum fuerat) aggregavit. Quæ quomodo et quandiu isthic persistiterint, ex supra explicatis non obscure datur intelligi. Deploranda ea tempora successere, quibus et disciplina inter moniales omnino intercidit, et quidquid eo loco supererat, barbaris præda fuit, ut et ipsum cœnobium, et quæ de gestis sanctorum Marchianensium scripta erant, una perierint : id hic adducamus quod de S. Jonato præterea obiter in Chronico memoratur apud Mabillonium pag. 951.

15. « Dirutis quoque monasteriis, quæ super fluvium Scarp sita erant, etiam Marchianense cœnobium;..... accolis terræ fugatis et interfectis, deletum est. Corpora vero sanctorum, quæ in destruendis ecclesiis recondita fuerant, ad loca tutiora per divinam providentiam salva transportata sunt. In qua destructione deperiit omnis ornatus Marchianensis ecclesiæ, in chartis videlicet et privilegiis et libris et gestis sanctorum, et cæteris rebus ad decorem et usum loci pertinentibus..... Verum in disquisitione elevationis S. Jonati abbatis, qui fuit discipulus egregii confessoris Amandi, scriptum invenimus, quod tempore abbatissæ Judith, quæ Marchianensi monasterio præfuit tempore Lotharii regis Francorum, adhuc quiescebant in tumulis lapideis, altaribus antepositis, corpora sanctorum videlicet beatæ Rictrudis nobilis matronæ, et honorum confessorum Mauronti atque supradicti Jonati. » Nihil præterea suggerunt monumenta Marchianensia, quod ad sancti gloriam hic illustrandam spectet, præter paucula elogia, jam memoratis conformia, quæ ex Hucbaldi exhortatiunculis, seu apologia temeritatis, in lectiones quodammodo distributa, decerpi poterunt. Porro historia elevationis sacri corporis et accensorum cereorum erit materia, ut supra dicebam, sequentis paragraphi.

16. Sic igitur Hucbaldus lectione 3, adducto Scripturæ loco : *Si vis perfectus esse*, etc., de saucto nostro loquitur : *Cujus præcepti sanctus Jonatus non impiger effectus obtemperator, beatum Amandum præsulem sacrum et populis destinatum a Deo veredicum doctorem humiliter adiit; ut cujus informari cupiebat mirabili doctrina, opera sancta quæ magnificus ille operabatur, plena imitaretur obedientia. Quem idem præsul devote assumens, omnes eum Christiani dogmatis observantias docuit, et Dominicæ servitutis mandata ei prudenter injunxit. Qui tanti magistri præceptis obsecundans, seipsum fidelem exhibuit famulum, probaque conversatione multos excitavit ad divinum servitium.* Tum pergit lect. 4 : *Igitur hi viri sancti Amandus atque Jonatus, in domo Dei velut clara lucentes luminaria, densissimas infidelitatis et peccati pellentes tenebras, cœlestis lumine claritatis universos aspergebant; atque exemplis et orationibus multos ad regnum in cœlis repromissum feciliter introducebant.* Eamdem plane venam sapiunt, suntque ejusdem omnino sententiæ congesta ibidem reliqua elogia S. Amando æque ac S. Jonato communia, donec lectionibus 8 et 9 nonnulla prædicat Hucbaldus quæ huic paulo magis proprie adaptantur, in hunc modum:

17. *Per Martianas quippe monasterio sanctum virum et per cuncta laudabilem Jonatum ad perficienda quæ minus erant, et ad sanctitatis regulam omnibus conservandam præposuit, præcipiens ei, ut semper ad augmentandum quæque erant sancta, in dies amplificaret. Qui sanctus videlicet ad hoc ordi-*

*natus abbas Jonatus obediens, jussa implevit, et ob* A *id in recompensationem, æternæ gloriæ coronam accepit. Sane ad serviendum Domino S. Amandus monachos in Marcianis aggregare disposuerat, sed Jonatus, concessa sibi potestate ab ipso virginalem mentis et corporis diligens pudicitiam, sanctimoniales ibi esse instituit. Fecit hoc fortasse inspiratione superna edoctus, ut postmodum beatæ Rictrudi ejusque filiabus, sanctis utique virginibus aptus esset locus, et condigne a conventu sæculari remotus. Fervor itaque Dominicæ dilectionis in sancto Jonato laudabilis et multiplex, non modicam sanctorum virtutum segetem cumulaverat, atque bonitatis ipsius famam longe lateque diffuderat. Erat enim castus corde, humilis mente, vultu serenus, omnibus affabilis, universis amabilis.* B

18. *Quoddam denique speculum et exemplar sancta Rictrudis et omnes cum ipsa habitantes habebant in ipso, quas idem sanctus verbis demulcebat, exhortationibus animabat, atque operibus sanctissimis ad summa sanctitatis culmina provocabat. Quid plura? Ita in eo gratia singularis eminebat, ut quemadmodum gemma exquisita in auri fabrica laudabiliter et decenti ornatu composita, decoris sui gratiam ostentans, videntes ad se Amandam illicit; ita iste beatus, omni decore virtutum adornatus, Deo et bonis hominibus apparebat gratiosus. Talis igitur et tantus cum esset beatus et sanctissimus hic Pater noster Jonatus, vocationis suæ instante termino, abstractus a mundo, per divinam gratiam collocatus in cœlo,* C *una cum sanctis omnibus nomen Domini benedicendo, beatæ felicitatis gaudio confovetur sine fine lætando. Sepultus autem est Marcianis in eminentiori loco et veneratur ibi ab omni populo, ad laudem Christi, perque ipsius merita et orationes præstantur egentibus condigna remedia, ut appareat omnibus, quoniam in sanctis suis est omnipotens et mirabilis Deus.*

§ III. *Sacri corporis elevatio, translatio et relatio.*

19. Post exhortatiunculam de qua modo egimus subjungit idem Hucbaldus hunc titulum : *Qualiter elevatum est corpus sancti Jonati confessoris Christi*, totamque rei gestæ historiam prosequitur per alias novem, sed breviores lectiones, quas hic ordine suo fideliter describimus, obser- D vatis tribus voculis barbaris, quas explicare non negleximus. Ex LECTIONE I : *Marcianis est monasterii locus, a beato Amando in honorem S. Petri apostolorum principis consecratus. Ecclesia quidem honesto schemate et decore satis congruo perornata ; sed inde multo decentior et amabilior viris spiritualibus refulget, quod sanctorum inibi quiescentium pignora conservat, quorum suffragiis plebs devota mititur, gratia superni roris abundans et fecunda subministratur. Ibi monachorum ordo ad honorem sanctorum psalmis, hymnis et canticis spiritualibus divinæ majestati conjubilat, locumque sanctum ministratio angelorum frequens invisitat, et oratio devote petentium ad aures divini auditus evolando festinat.*

20 LEC. II. *In hac itaque ecclesia corpus beati Jonati in eminentiori et quasi sacratiori loco debito fidelium more sepultum est, ita tamen imis terræ visceribus commendatum, ut supra trabibus duplo et in transversum positis, magnoque apparatu lapidum et cæmenti mole composita, omnibus non pie quærentibus inveniendi illud facultas omnino negaretur. Loca sanctorum et sepulcra ibi absque tituli signo superposito solummodo altaribus ante positis venerabantur, sicut etiam fit adhuc in Italia et in ipsa Roma, sancti Petri ac sanctorum innumerabilium ossibus et pulvere gloriosa. Cum autem secreto divini consilii instinctu aliquoties sanctorum reliquiæ ad conspectus humanos subriguntur, ferventior utique et erga cultum ipsorum avidior animus incitatur ; sicut factum est in elevatione supradicti Patris Jonati, quando se, frequenter repetita admonitione, elevari jussit, et incolarum sui loci simulque totius plebis mentes et animos lætificavit. Cujus elevationis modus, ut cunctis legere volentibus innotescat, humili charactere et rustica locutione ita manifestius fiat.*

21. III. *Quoniam diu, sicut supra dictum est, sanctus Jonatus sanctaque Rictrudis et beatus Maurontus in imis terræ visceribus mandati, sine ullo titulo sepulcris superposito jacuerant, tamen aliquando Dei permissu et voluntate in vigilia quæ Dominica habebatur, beatus Jonatus procerus corpore, decorus aspectu, capite cygneo, vestimentorumque indumento reverendus, cuidam congregationis suæ presbytero, nomine Malgero, blandus et lætabundus apparens ait : « Vade, inquiens, de parte mea ; et abbatissæ Judith præcipe* (*tunc enim locus per sanctimoniales regebatur*) *ut ossium meorum reliquias elevari et ad conspectus omnium submoveri faciat* »

22. IV. *Cum vero presbyter, ad hoc manifestandum se minus idoneum esse, et neminem crediturum diceret, blandus iterum, post admonitionem repetitam, subintulit, dicens : « Vide ne jussui meo inobediens factus, dignus videaris inauditis verberibus. » Hoc factum est terna apparitionis admonitione ; sed negligentia ipsius presbyteri atque inobedientia ad effectum minime pervenit elevatio jussa. Idem tamen Malgerus, præcepto sancti multum stupens, atque ob illusionem factam ad se, timens videri mendax et falsiloquus, crebra ducens jejunia, orationibus et eleemosynis expetens et aperiens hujus oromatis* (visionis *vel* somnii) *mandata, cum ecce in alia Dominicæ observationis vigilia sanctus Jonatus eodem schemate quo supra, baculum manibus tenens, eumdem presbyterum super scapulas percussit et dixit : « Quia voci meæ inobediens factus, nequaquam reliquias meas elevari jussisti, ex hoc jam panis edulium non percipies, usque ad tempus tibi debitum.*

23. V. *Evigilans autem Malgerus, statim cœpit ossibus tremere et toto corpore, simul et panis edulium fastidiens, licet invitus, quod diu celaverat, confessus abbatissæ Judith quæ rectrix erat cœnobii, denuntiavit, ac multo suasu cum lacrymis efflagitabat elevationem tanti Patris celerrime perduci ad effectum. Ipse vero presbyter panis edu-*

*lium toto fere anno fastidiens, parvis et permodicis aliorum ciborum contentus refectionibus, non modice anxius diem elevationis advenire gaudebat. Sed impedientibus mundani negotii inevitabilibus causis, subrepente quoque negligentia, opus hoc aliquantulum est prolongatum.*

24. VI. *Transacto autem unius anni non pleno curriculo, abbatissa Judith a sede Cameracensi ministros et fideles suo pontifici accersens viros, ad corpus sancti Jonati submovendum debitam curam impendit, trabiumque connexionem, quam superius super ejus sepulturam diximus coaptatam, et lapidum atque cæmenti non modicam efferens molem, juxta quod summopere desiderabat, tandem inæstimabilem voti sui thesaurum, id est, corpus illud honestum positum in tumulo reperit, cujus ossa et cineres clericorum manibus in sericis indumentis excipi fecit.*

25. VII. *Quas postmodum reliquias in titulo super sepulcrum ejus posito, id est in illa apparione, quam repam* (feretrum pro operculo) *vulgari usu appellant, recollocavit. Ubi etiam sanctorum, matris videlicet et filii, id est, Rictrudis et Mauronti prolis venustæ, patrocinia pretiosa pariter sunt apposita venerantur ibi a superveniente populo devotione plenissima. Post hæc autem sanctus Jonatus abbatissæ Judith dignatus apparere, jussioni suæ dixit satisfactum esse, insuper totius congregationis, cui præerat, causas promisit se dispositurum fore.*

26. VIII. *Jam nunc ergo Domini magnalia erga sanctos suos hodierna die cum spirituali celebrantes jucunditate, fratres dilectissimi, oportet nos votis congruentibus venerantes suppliciter adorare, et nomen ipsius quod in universa terra est admirabile, fideliter prædicare, cujus magnitudinis pietas immensa et inæstimabilis evidenti ratione probatur in electis suis, quibus in æternum ministrat præmia suæ promissionis. Vos igitur sancti Dei, in confessione laudis Dominicæ positi super cœlestia, pariterque patrociniis beatæ societatis copula junctis in terra, sancte videlicet Jonate necnon et Mauronte confessoris beatissimi, atque beata et venerabilis matrona Rictrudis, qui pignoribus nostris* [an non *vestris?*] *hunc locum honorastis, laudis nostræ devotionem acceptare dignemini, omnique populo poscenti ad vota sanctæ petitionis succurrite, ut misericordissima omnipotentis Christi clementia peccata nostra pie indulgeat, oblivioni in perpetuum tradat, vestræque orationis intercessione, perennis vitæ januam nobis aperire, atque in eam nos introducere dignetur. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat unus Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.*

27. Atque hæc de mirabili sacri corporis elevatione, in fide scriptoris satis dicta sint; reliquum est ut de translatione ac de relatione pauca decerpamus ex grandi ms. pag. 24 in folio, quod annexum dicitur operi Gualberti monachi, de Vita et miraculis S. Rictrudis. Tædiosa oratio est, cujus totam substantiam nitidius traditam invenies ad diem 12 Maii, a pag. 104, ubi titulus cap. 3 rem ipsam indicat : *Varii malevoli divinitus puniti, candelæ ultro accensæ :* isthic vero paucis narrantur, quæ scriptionis hujus auctor verbosissimis tot figuris et parergis ornavit ampliavitque, ut sæpe quo tendat aut quid velit, nequeat intelligi. En titulum : *Prologus super miraculum quo Dominus illustravit confessorem suum Jonatam abbatem sanctissimum.* Voces sunt bombisonantes, ampullæ et sesquipedalia verba, ad quæ subsequitur tractatus ipsius miraculi de candelis exstinctis, sed cœlesti lumine reaccensis ; quæ omnia satis nitido compendio referuntur loco jam citato. Verbo dictum sit, post necem optimi Caroli Flandriæ comitis, ingruentia undique bella, bonorumque adeo Marchianensium direptiones, suaserunt abbati, sacras suas reliquias, atque eas inter S. Jonati, Saliacum transferret, ad loci custodiam, tanquam munimentum cœleste, quo multa incolis feliciter cessisse dicuntur.

28. Dum eo loco deposita essent sacra pignora ac sæpius processionaliter circumferrentur, accidit ut foces seu candellæ exstinctæ fuerint, patentique, ut aiunt, miraculo, igne cœlesti reaccensæ ; quæ res totius longæ compositionis medulla est, sed cui multa alia inopportune admiscentur. Hæc inter, quod ad sanctum proprius pertinet, notat orator Gualbertus suorum negligentiam in colendo S. Jonato, his plane verbis : « Verumtamen non sine nutu divino persæpe meditatus sum in corde meo, quod confessor Domini, sanctus videlicet Jonatus, de quo in nostro climate nunc habetur grandis sermo, juste habet causari de nostro huc usque, et maxime ab antiquis tam tepido, atque, ut dicitur in Apocalypsi, nec frigido nec calido servitio, præsertim in ejus festivo sacræ depositionis anniversario, carente proprietate lectionum, et miraculorum ejus frequenti eventu, necnon perstrepente tripudio. Unde timendum est valde, nequando favorem suum evomat ab hujus loci, quem sua sacra præsentia tandiu incoluit, munimine. Quo autem deinde cultu sanctum suum patronum venerati sint, aut modo venerentur Marchianenses, frustra qui me inde doceret, quæsivi hactenus. »

29. Sequuntur porro ibi confusa nonnulla venerationis argumenta, usque adeo ut sacra sanctorum corpora Marchianenses ad propriam sedem reportari curaverint. Audi denuo Gualbertum : « Cognoverunt tandem et reipsa experti sunt iidem fratres Marcenienses, præsentiam sanctorum locis humano solatio destitutis, salubriter præesse, non minimum prodesse, terrorem hostibus incutere, bonorum profectui aliquid in dies augere. Namque imminente messionis tempore, dignus Deo minister et digne successor, tam re quam nomine Amandus, monasterii pater, præmeditans minorem diligentiam, necessaria occupatione segetum præpediente, circa sanctum confessorem Domini Jonatum ruri adfuturam, demandavit referri condignam sanctarum reliquiarum sarcinam ad emeritum et quasi nativum, secrete ac sine strepitu fere mundano, Marceniensis cohabitationis domicilium. Igitur juxta edictum præfati spiritualis patris, relatus est san-

tus Jonatus ad habitationem debitam et congruam suæ pristinæ conversationis, atque cum debito honore prosequente favore multæ et maxime Saliacensis, quos sua defensione diu muniverat, plebis susceptus revisit sua, obvia læta necnon dealbata pompa totius congregationis. » Atque hic manum tabulæ subducimus, quando aliud nihil potuit impetrari.

---

# HUCBALDI MONACHI

## OPERUM PARS SECUNDA. — MISCELLANEA.

## OPUSCULA DE MUSICA.

(D. Gerbert., Scriptores de Musica, tom. I.)

### MONITUM.

Primus forte est Hucbaldus inter omnes antiquos, tam Græcos quam Latinos, qui aliquid scripserit de musica polyphona, quam harmonicam vocamus ex concentu plurium vocum ac diversarum consonantiarum. Ejuscemodi nimirum Hucbaldi in hanc rem sunt præcepta immediata consonantiarum quartæ, quintæ et octavæ consecutione, quam ii usurgi nostri omnino exclusam ex concentu harmonico volunt, dum econtra Hucbaldus totum artificium diaphoniæ suæ, ut vocat, seu organi, in mera puta hujusmodi consonantiarum perfectarum consecutione ponit.

Ad fidem mss. varias edimus ejus lucubrationes, quæ aut ejus nomen alicubi præferunt, aut cum ejus singulari methodo conveniunt, aut quia sine inscriptione continenter in codicibus ponuntur, cum veros auctores detegere non licuerit, separanda haud duximus. Primo loco ponimus ejus librum de harmonica Institutione ex mss. papyraceo bibliothecæ civicæ Argentoratensis collato cum mss. Bibliothecæ Cesenatensis ord. Minor. Conventualium. Sequitur continenter in cod. Argentor. *de harmonica Consideratione Boetius*, etc., ut in mss. San-Emeramensi sub tit. *Alia Musica*, usque : *Tonum octavum require ut supra*. Sequitur porro in codice Argentoratensi *Musica ἀπὸ τοῦ μῶσαι*, etc., quæ sparsim ex Aureliano sunt excerpta. Tum *De mensuris organicarum fistularum, de Cymbalorum ponderibus, de modis musicis, ac quinque symphoniis seu consonantiis*. Ad quorum omnium finem legitur *Explicit musica Ubaldi*. Ejusdem musicam enchiridialem edimus ad fidem mss. Einsidlensis, Tegernseensis, Salemitani, San-Blasiani, Casinensis, Argentoratensis, cum scholiis in tres partes divisis, quæ tamen desiderantur in codice Calinensi, Salemitano, San-Blasiano et Argentoratensi, necnon regio Parisiensi, qui, veluti etiam Florentinus bibl. Magliab. a principio usque ad finem scatet interpolationibus. Sequitur in nonnullis mss. *Commemoratio brevis de tonis et psalmis modulandis*. Ad calcem hujus opusculi in codice San-Blasiano legitur sequens distichon.

Mira vides, lector, junioris verba Catonis
Has cole virtutes, salva sit alma fides.

Opusculum hoc perscriptum est iis notis musicis, quæ Hucbaldo sunt singulares. Sequitur in cod. San-Emeramensi sine inscriptione in fine mancum schediasma, in quo, præmissa monochordi descriptione, auctori *Armonicam regulam enchiriadis describere placuit*.

---

## INCIPIT LIBER HUCBALBI

PERITISSIMI MUSICI

# DE HARMONICA INSTITUTIONE.

Ad Musicæ initiamenta quemlibet ingredientem, qui aliquam scilicet interim cantilenarum percipere intelligentiam quærit qualitatem sive positionem quarumcumque vocum diligenter advertere oportebit.

Et primo quæ sint æquales voces, atque uniformiter sibi similes : quæ deinde inæquales, et quibusdam spatiis a se discrepantes: ipsorum denique spatiorum quanta habeantur discrimina ; quotque etiam varietatibus ea moderari contingat. Post et

præterea, quot vel quibus sonis, qui vice habeantur elementorum, tota regatur cantilena.

Jam vero his non parvi temporis exercitiis tanquam pro foribus assuetum, ad ipsius demum penetralia disciplinæ, acie quodammodo visus obtusi paullatim, summota caligine, radiata admitti forte donabitur. Quomodo scilicet hæc omnia, vel quævis, de quibus ea tractat, consonantiarum rationabilitate congruentissima disponantur numerorum, atque in eorumdem sint exemplar universa composita atque compacta.

Et de æqualibus quidem vocibus, quoniam ipsæ per se patent, nihil aliud dicendum, nisi quod (605) communis vocis impetu proferuntur in modum soluta oratione legentis; et quod una tantum vox est, quotiescumque repetantur; veluti si unicam quamlibet litteram sæpius scribas, aut proferas : ut a. a. a. et quod nulla inter eas est consonantia : sunt enim æquisonæ, non consonæ. Nam in consonantia duæ voces a se omnimodo distantes simul concorditer sonant. In his autem vocibus etiamsi a pluribus eædem promantur, nullo tamen a se spatio distant, ut est in hac antiphona (606). A. *Astiterunt reges terræ.* A. *Dum sanctificatus fuero.* Et *Sebastianus dixit ad Nicostratum*, usque ad id : *Dignatus est suam exhibere.* Et in hujusmodi quidem locis, ubi tot syllabæ continuatim sub una voce junguntur, nulla eminentiori aut pressiori intercedente, quasi linea in directum deducta, facile æqualitas potest adverti. In quolibet autem diversi sono cantus, si quæratur quæ vox alii in eodem melo similis vel æqua habeatur, id nonnisi assuetiori tam ultro se ingerit. Quod tamen studiosum quemvis nullatenus morabitur : ut in hac antiphona : *Puer natus est nobis.* Si quæras quæ vox ejusdem introitus cum prima coæquetur, apparet in prima et in tertia hujusce syllabæ : *Datus est nobis, cujus, et Angelus.* Hæc tamen vocatur Cirus vel Circulus, cum in eamdem, quod ceptum est punctum convertitur. Rursus si quæram hanc, *Puer*, sunt hæc *Na Nobis. Et Fi hic ca N.* (607) Sic et de aliis. Interfinia quoque partium sive neumarum hujusmodi creberrimus observationis est usus : ut hoc : *Ave Maria, gratia plena.* Item *Beata Agnes in medio expansis.*

Inæqualium vero sonorum, qui disjuncti dicuntur, diversæ species offeruntur. Inæquales hæ appellantur voces, quæ binæ sibi conjunctæ, una acutiori, altera pressiori sono cum quolibet intervallo proferuntur : sed ipsa intervalla in quibusdam minora, in quibusdam majora existunt. Quæ tamen a parvissimo quodam exorsa, gradatimque per singulos ampliatione adjecta, usque ad novem modorum crementa consurgunt. Porro ea nunquam perfecte dinosci valebunt, donec series omnium xv sonorum, de quibus post dicetur, ex integro addiscatur. Ut tamen in præsenti breviter annotentur, geminis unoquoque pro acumine et gravitate monstrabo exemplis.

Primus modus est cum sibi duæ voces brevissimi spatii divisione cohærent, adeo, ut vix discrimen sentiatur inter eas, ut in antiphona *Missus est Gabriel* ad id loci *Mariam.* Item *Virginem.* Secundus jam perceptibilioris (608) est, ut in hoc *Missus est.* Item *ad Mariam Virginem.* Item *Angelus.*. Tertius adhuc parvo diductiori (609), ut in hoc : *Missus est Gabriel ad Mariam Virginem.* Quartus hoc quoque protensior : ut in hac antiphona : *Beati qui ambulant.* Quintus adhuc spatiosior : ut in hoc : *Ne timeas, Maria.* Et *In illa die fluent.* Sextus nihilominus amplior : ut in hoc responso : *Jam corpus ejus. Cujus pater feminam.* Item R. *Isti sunt dies, quos observare debetis temporibus.* Septimus hos quoque spatio proprio supervadit ut in hac antiphona: *Beata Agnes in medio flammarum minas.* Octavum vero in hoc reperies : *Tu vir Symphoriane suspende in tormentis.* Nonus prolixiori super omnes tensus spatio metam hujusmodi divisionum sortitur : nam nec amplius isto, nec strictius primo unquam vocam reperies divisionem ; et est ipse in hac Hantiphona :

*Ad te levavi animam meam. Deus meus in Te.* ℟. *Inter natos mulierum non.*

In his igitur intervallorum speciebus solers quique valet inspicere, quomodo æqualitate, quasi fonte quodam, materieque proposita, omnis hæc ab ea ratione (610) inæqualitatis profluxerit : ita ut primo, quam brevissimo potuit spatio ab ea digressum sit, deinde pedetentim facto augmento usque ad id excrescendo pervenit, quo modum naturaliter ipse humanus imponeret spiritus. Ultra hunc enim novissimum divisionis, si quas adhuc amplius distantiæ continentes voces quæsieris, nec in aliquo id rationabili cantu reperies, nec possibilitas humani appulsus hic accommoda erit : ut in tam longe distantibus vocibus uno quasi ictu tam facile e summo ad infima reflectatur ; quin potius pene in novam permutatio erit vocem. Has autem intercapedines hæ lineæ, diligenter tamen a transcriptore earum spatiis observatis, ostendere possint.

(605) Cæsenat. eod. *continuo*.

(606) Notas musicas textui superpositas, utpote nunc incognitas, haud adponendas duximus. Inservire poterunt harum rerum peritis moderna ecclesiæ *Romanæ* antiphonaria, notis musicis communibus expressa, quæ eædem fere sunt ac illæ antiquæ.

(607) Nimirum in tota antiphona hæ syllabæ in voce sunt æquales : *Puer natus* est *nobis.* Et *filius* datus est nobis : cujus imperium super *humerum* ejus ; et vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus, Ps. *Cantate* Domino, etc.

(608) Scil. intervalli, vel spatii.

(609) Id est paulo majori intervallo seu spatio.

(610) f. *ratio.*




*Probatio.*




In quibus videlicet spatiis attendendum quomodo sequentia semper ab antecedentibus nascuntur, exque prioribus posteriora consistunt. Primum ergo spatium cum ipsi, ex qua dicitur, sit æqualitati contiguum (611), semper bisfactum videtur efficere : sed hoc non omnino vere, de quibus post dicetur. Unde nonnisi quidam plus eo hic secundus habere putetur. Jam vero tertius ex primo constat et secundo ; id (est) quantum spatii illis inest utrisque, tantum his obtinet solus : quartus ex duobus secundis : quintus ex primo et duobus secundis: sextus ex tribus secundis: septimus ex primo et tribus secundis : octavus ex quatuor secundis : nonus ex primo et quatuor secundis. Subtilius quoque intuenti apparet, quomodo primi spatii quantitas ordinabili progressione singulis quibusque superadditur modis ; ita ut ipsi primo addas eumdem, et facias secundum, quamvis in hoc aliquid scrupuli, ut supra dictum est, videatur Porro ipsi secundo additur primus, et tertius procreatur : itemque quartus superadditione ipsius primi ad tertium : in quinto nihilominus et cæteris eadem augmentatio custoditur.

Vocantur autem prima duo spatia secundum musicæ disciplinam, primum quidem semitonium; aliud tonus : ex quibus duobus omnium reliquorum status perficitur. Constat enim tertius ex semitonio et tono. Quartus duos amplectitur tonos. Quintus semitonium duobus copulat tonis. Sextus tribus æque constat tonis. Septimus tonis tribus et semitonio. Quod si adjeceris tonum et semitonium, in (612) nonam vocem prosiliet.

Non autem putandum est, has vocum discrepantias reputari inter consonantias : de quibus musica pertractat auctoritas. Aliud enim est consonantia, aliud intervallum. Consonantia siquidem est duorum sonorum rata et concordabilis permixtio, quæ non aliter constabit, nisi duo altrinsecus editi soni in unam simul modulationem conveniant, ut

A fit, cum virilis ac puerilis vox pariter sonuerit; vel etiam in eo, quod consuete organisationem vocant.

Sunt autem ipsæ consonantiæ sex, ut tres quidem simplices; tres vero compositæ quæ propriis nominibus nuncupantur : diapason, diapente, diatessaron, et diapente diapason, et diapason diatessaron, bis diapason : quarum consonantiarum intervalla tantummodo inter hæc prædicta spatia duo sola reperiri possunt, id est diatessaron diapente, in quinta videlicet ac septima specie, et si duæ ipsarum voculæ simul enuntientur, consonantiam reddunt. Cæterum neque (in) ipsis neque in reliquis ulla est consonantia, sed tantum discrimina quædam sunt vocum, quæ hu-
B jusmodi certis terminorum spatiis cohibentur. De quibus tamen interim reticendum; præsertim cum perrarus scientiæ eorum fructus possit haberi, priusquam sonorum dispositio ex ordine demonstretur. Quibus ad perceptionem deductis et hæc omnia, et quædam simul alia utilitatis seu etiam jocunditatis non modicum afferentia pervidere licebit.

Hoc solum de eisdem novem modis addendum, quod septem dumtaxat vocibus continentur, et earum exempla hac autenti tetrardi abes antiphona : *Undecim discipuli in Galilea videntes Dominum adoraverunt:* ubi usque ad syllabam *ve-* ipsæ septem sunt voces. Nam ultima syllabarum, quæ octavo loco a prima deponitur, si comparetur cum ipsa
C prima, eodem modo sonabit, quamvis voce hæc virili, illa puerili. Et est hæc diapason consonantia, ideoque a ratione sequestratur intervallorum. Disponantur autem eædem voces gradibus suis ubi spatia earum propriis quantitatibus direpta, ubi tonum, ubi semitonium contineant, annotentur : iidemque modi lineari inter eas diductione signentur. Quæ exempla, cum ex media sonorum serie, ad quam autentus tetrardus cum plagis ejusdem pertinere videntur, in præsenti sint demonstrata : in aliis ni-

(611) Cæsenat. cod. *secundum.*

(612) Cod. Cæsenat. *novam.*

hilominus ordinibus seu etiam tonis eosdem scilicet cum ipsis æque spatiis reperire continget, quorum demonstratio interim deserenda : nunc ad sonorum seriem veniendum est.

Sonos, quibus per quædam veluti elementa ad musicam prisci æstimaverunt ingrediendum, Græco nomine phthongos voluerunt appellare, id est non qualescumque sonos, utputa quarumlibet insensibilium rerum, aut certe irrationabilium voces animalium ; sed eos tantum, quos rationabili discretos ac determinatos quantitate, quique melodiæ apti existerent, ipsi certissima totius cantilenæ fundamenta jecerunt. Unde et elementa vel phthongos eosdem nuncupaverunt ; quod scilicet, quemadmodum litterarum elementis sermonum cuncta multiplicitas coarctatur, et quidquid dici potest, per eas digeritur ; ita solerti procuraverunt industria, ut immensitas cantilenarum quædam haberet exordia, et ipsam certo moderamine comprehensa, per quæ, quidquid canendum foret, sine ullo errore procederet, nihil quoque in eis esset, quod non omni prorsus rationabilitate vigeret. Dicti autem phthongi ἀπὸ του φθέγγεσθαι quasi a similitudine loquendi : quod, quemadmodum locutione intelligibilia verba redduntur, ita (613), his subintellecto decidant soni, etiam et ipsos interdum irrationabiles sonos horum dijudicat (614) exercitata sagacitas.

Quocirca hujusmodi sonum, non generalem scilicet, taliter diffinire voluerunt. Sonus est vocis casus emmelos, id est melo aptus, una mensione productus, utputa cum qualibet voce depromitur, ut A. vel eum corda semel tensa sonuerit.

Cum primo igitur hujusmodi rationabiles phthongi pauci extitissent, principio siquidem non nisi quatuor repertis, hi tantum diutius in usu fuere canentibus. Postea diversis subsequentibus causis non irrationabilibus, paullatim numerus excrevit phthongorum, et primum quidem usque ad septem vel octo, deinde ad novem vel undecim, postremo ad quindecim usque terminus interim devenit. Quos phthongos chordarum nomine usitatius nuncupaverunt ; quod instrumentis, quibus apponebantur, promptius monstrarentur. De quarum mentione vel ordine, seu vocabulis singularum, cum cæteri perplures ejusdem disciplinæ scriptores tam Græci quam Latini, tum præcipue doctor mirabilis, omnium prudentissimus artium liberalium perquisitor Boetius in primo suæ institutionis Armonicæ libro sufficienter edisserit. In quibus denique phthongis vel chordis nullam consimilem putandum alteri esse, sed admodum scalarum de imis ad summa, vel a summis ad infima deducuntur, unaquaque ab alia proprii spatii quantitate discreta. Non unum tamen omnes disgregat spatium, sed semper (615) duos in superioribus intervallorum formulis modos primum positos, qui sci-

A licet vocantur tonus et semitonium, quolibet eorum duntaxat suo certo loco extante, cuncta eorum series incedendo decurrit.

Ac primo, quid tonus, quid semitonium, dicendum. His enim præcognitis, quæ quasi vice habentur elementorum, facile cuncta sequentia cognoscentur. Est ergo tonus cum vox ab alio seu gravi seu acuto sono modico deflectitur aut erigitur intervallo, veluti unius puncti direptione, ita ut omnino earum divisionem facile auditus advertat. Estque tonus spatium ipsarum duarum vocum sibi taliter cohærentium ; non voces ipsæ videlicet, quæ non aliud sunt quam soni, sed quod inter easdem est intervallum. In quolibet autem instrumento musico hujus exemplum inter primas

B duas chordas, bene duntaxat dispositas, vel in hydraulia (616) inter duas primas fistulas habet simul, et in hac probare poteris antiphona : *Ite dicite*, tonus in gravem. Tonus in acutum : *Ite dicite Joanni*.

Semitonium vero dictum videtur quasi medietatem contineat toni : sed si ita esset, tunc in duas æquas partes tonus posset partiri ; quod nullatenus fieri posse diligentiorum probabile reddiderunt ingenia. Dividitur siquidem tonus in duo, sed ita, ut utralibet ea pars aut medietatem transcendat, aut minor medietate remaneat ; et utræque illæ divisiones semitonia nuncupantur, unum majus, aliud minus : veluti si hoc dividas

Tonus Semitonium

C minus majus.

Quæ cum in unum convenerint, integrum reddunt tonum. Porro si duo majora semitonia junguntur, excedunt tonum : si duo minora, ejus mensuram nullatenus pertingunt. Estque semitonium nuncupatum, non quia toni sit medietas, sed quod semum dici solet unaquælibet pars rei alicujus, in duo licet non æqua divisæ : ut si dividas tres in unum et duo. Semitonium vero est, cum sibi duæ voces brevissimo valde juguntur spatio, ut vix aliquando discrimen inter eas sentiri possit. Aliquando autem dictum propter minus semitonium : majus etenim quamvis et ipsum valde sibi propinquas habeat voces, aliquantulum tamen distinctius inter eas percipitur intervallum : hoc

D nihilominus hic observato, ut non voces ipsæ (sed) spatium earum semitonium sit. Igitur semitonia duo, tonus nonnisi unus habetur. Quantumcumque enim sublimi vel depresso promatur sono, nec plus nec minus spatii continebit, ideoque unus idemque erit. Porro exemplum semitonii advertere potes in cithara sex chordarum, inter tertiam et quartam chordam, seu ascendendo seu descendendo ; quarum modus sic se habet scandendo, ut in antiphona. *Cum audisset populus. Acceperunt ramos*. Descendendo : ut in antiphona

(613) *f.* his subintellecta decidant soni. Etiam, etc.

(614) Cod. Cæsenat. *dividat*

(615) Cæs. *secundum*.

(616) Hydraulis a CICERONE, hydraulus a PLINIO vocatur organum, seu instrumentum musicum, quod aqua cietur ad sonos edendos, a græco ὕδραυλις. q. fistula aqua inflata.

*Hodie completi sunt dies Pentecostes*, similiterque A in hydraulis eodem loco. Designentur quoque exempla tam toni quam semitonii in quolibet cantu cum diductione sex chordarum, quarum vicem lineæ teneant, annotato semper inter chordas, ubi semitonium contineatur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | | ta | |
| Ton. | | | li/\ | |
| Ton.Ec | | Isra / | | in quo |
| Sem. | \ce | / \ he | | |
| Ton. | \vere/ | | | |

Ubicumque ergo quolibet melo hujusmodi reperies intervallum, quale hic inter syllabas *ec* et B *ce.* vel *ra. he.* vel *do. o.* vel *no. on.* semitonium esse non dubites. Ubi vero taliter discrepantes voces, ut *li. ta.* vel *lus. no.* vel *ce. ve.* vel ultima *non* et *est*, tonus sine dubio erit. Jam vero inter *re. is.* et *he* et *li* et *quo.* et *do.* semitonii atque toni est intervallum. Cætera æqualiter et in directum dicuntur : ut *vere.* et *Isra.* et *in quo.*

Secundum geminas igitur has qualitates, loco videlicet atque ordine suo eisdem constitutis, rata distribuitur omnis posteriorum integritas. Quindecim siquidem phthongorum super se invicem coadunatio taliter ordinatur, ut si scandendum uno fuerit, inprimis sono extra quasi posito, quem tono dividas a sequenti, deinceps per semitonium, tonum et tonum usque ad septem voces conscendas. Post quas disjunctione iterum toni admissa, superiores septem voces eodem modo per omnia decurras. In depositione vero, si a summo videlicet ordiaris, per tonum et semitonium, septem similiter vocibus deflexis, ejusdemque tono direptis, inferiores septem consimili habitudine dispones, ubi ultimam, quæ in scandendo primum tenuerat locum, spatio distinctam toni extra appone : sitque omnis eorum series his punctorum signis notata :

| | |
|---|---|
| o ⋛ o o ⋛ o o | \| ⋛ o ⋛ o o |
| To \| Se \| To \| To \| Se \| To \| To \| To \| | \| Se \| To \| To \| Se \| To \| To |
| o ⋛ o o ⋛ o o | ⋛ o o ⋛ o o |

Nec tamen aliquid affert scrupuli, si forte hydraulia, vel aliud quolibet musici generis considerans instrumentum, non ibi voces tali reperias schemate deductas, quoque numerum chordarum videantur excedere. Hæc enim distributio secundum viri disertissimi Boetii dispositionem, qui C commensurabili concordia numerorum hæc omnia diligenti examinat ratione, est instituta.

Cæterum non ideo eadem instrumenta intellectualis alicujus putanda sunt aliena ; cum et ex ipso longævitatis usu sub tot hucusque pertracta prudentibus, maximis utique constent exquisita ingeniis et probata. Sed et exemplar dispositionis præfixæ, eis advertat omnino inesse. Per easdem namque qualitates geminas rite per omnia diriguntur, nihilque aliis distare credantur, nisi quia initia non tali ordine metiuntur : incipiunt anim quasi a tertio dispositionis illius. Porro numerositas nervorum vel fistularum, utputa viginti unius aut plurium, non idcirco apponitur, quod soni ultra quindecim aut forte sexdecim extendantur, D sed ipsi iidem, qui sunt inferius, repetuntur ; et hoc pro varietate modorum, qui toni nunc appellantur, ut est autentus protus et cæteri ; ut quia scilicet non omnes ab imis eisdemque locis possunt ordiri, a quocumque inceptum fuerit sufficientem progrediendi reperiat facultatem.

Denique illorum talis est etiam dispositio, ut per tonum, tonum et semitonium, rursus tres tonos continuos et semitonium usque ad octo voces scandatur, et ab ipsa rursus octava incipiendo superior per eosdem similiter metiatur gradus ad hunc modum, cujus exemplum præbetur ex offertorio *Ange--lus Domini descen——dit.* Locus iste pro totis vocibus super se positis.

Hoc autem tam in hac quam superiori dispositione est attendendum, quod superiores octo voces eædem sunt, quæ et inferiores : excepto quod illæ quasi pueriles sint voces, hæ contra ipsa quasi viriles : et ideo postquam septimum protuleris sonum, continuo in octavam et nonam prosilies vocem. Itaque prima cum octava, secunda cum nona ; tertia cum decima, et ita per ordinem singulæ inferiores cum singulis superioribus pulsæ, dulci et concordabili suavitate omnimodis consonabunt, ac si unus, simplexque sit sonus : et hæc talis concordia diapason consonantia appellatur. Superiorem vero dispositionem Boëtius per quatuor tetrachorda dispertiens hoc modo digerit, ut duo tetrachorda sibi invicem per unum copulet nervum, et ab his alia duo inter se similiter juncta disjungat.

Tetrachordum vero est quatuor chordarum copulatio ; quas quidem chordas voces dicimus : itemque voces chordas promiscue nuncupamus. Hæc autem quatuor, sive chordæ, quibus omne constat tetrachordum, dispositæ hoc erunt modo, ut vicino sibi omnino hæreant spatio, ut nullus bidelicet alius sonus inter eas legitime possit interseri ; sed sono, tono vel semitonio distabunt, et his quoque locis competentibus positis. Hæc æqualitas soni quidquam sivi in eis defendet, sed lege scandendi omnes se superabunt acumine, aut certe depriment gravitate. Ad unius autem exemplar cæterorum status tetrachordorum procedit. Quorum tamen tetrachordorum positionem Boetius a summis vocibus ordiens, sibique ea mutuo supponens, unam velut extrinsecus chordam loco quintodecimo addit in infimis, eaque per tonum, tonum,semitoniumque distribuens,hoc modo diductæ, ut d. o superiora per unam vocem sibi connexa, ab aliis duobus superioribus, quæ simi-

liter sibi sunt (per) vocem copulata, spatio toni

o
No T
o
Ne T
No
OS.
No Duo conjuncta.
To
o
Ne T
No
OS
o
No T divisio duorum ordinum.
o
Ne T
No
OS
o
No T duo conjuncta.
o
Ne T
No.
OS
o
Ne T
Ultima adjecta

a A B C D E F G a ♮ c d e f g a b.

A disjungat. Itaque erunt quatuordecim tantum voces; sed ut consonantiarum perfectio suppleatur, quintadecima, ut dictum est, in gravissimam partem extra tetrachordorum seriem subrogatur. Hujus autem cujusque tetrachordi exemplum primæ quatuor voculæ ex melodia autenti proti monstrabunt, quæ ad hanc formulam se subinde subsequentur.

Quod si hanc eam seriem ab intus ordiri volueris, prima extrinsecus similiter relicta, in cæteris per semitonium, tonum et tonum ex contrario superioris procedis: ipsa duntaxat conjunctionis vel disjunctionis loca diligenter eodem modo servans. Quatuorque primarum vocum exempla ex responsorio *Redimet Dominus populum suum*, prima syllaba vel subsequenti in eodem *Et* B *liberabit eos*, submitto, quæ sic pernotantur. *Re. Et.* quas voces ita sibi per quatuor tetrachorda rato ordine superat. Sin autem penitus ab ipsa prima serie tetrachordorum cupias aggregare, summo ex invitatorio *Christus natus est nobis* exemplo ad id loci *Venite*: per tonum, semitonium et tonum usque ad septimam deduces, ubi cum disjunctione vocis superne exposita duo tenore eodem diriges tetrachorda: in supremo tamen una voce opposita ad subjectam formulam.

Ve Ve
Ve Ve

Duo No
e Ne
I
No
V
N
Re.. O
Ta iiij No
Ne
No
f. O

Porro hanc item si a summis ad ima deponere quæris, suprema extrinsecus relicta, per tonum, semitonium et tonum viam declinandi produces. Hujus quoque exemplum præbebit ex sequentia *Stans a longe* principium neumatis in annotatum. His ita se habentibus solet interseri aliquando in medio horum quoddam tetrachordum, quod (617) sineugmenon, id est, conjunctum scriptores artis dixerunt. Sicque tetrarchorda quinque constabunt. Quo tamen hydraulia vel organalia minime admisso in pluribus frequenter cantibus, modulandi (618) facilitate deficiunt. Collocatur vero tetrachordum post septimam superioris ordinis chordam: it uta ipsa sentima prima sit hujus: et hoc ordine tria tetrachorda mutuo sibi erunt conjuncta, et ideo post octavam semitonium sit, cum tonus in superioribus accederet, et erunt ipsa tria hoc modo disposita.

ſ t
A t t
t t
ſ t
a t s
t t
t t
a σ t
t s
t t
t t
ſ t
a t s
t t
t t

A' t f, t. | A | A

N I C D I V I S I O I O D V O C I V N C V

iij No
Ne
No
O
NO
Ne
NO
O
No
ij O
ij
T
T
T ij
Tu Re t.

Si autem istud non inseratur, tunc diezeugmenon item disjunctum vocatur illud tetrachordum, quod C in superioribus dispositionibus tertium ponitur post septimam passimque per diversarum modos canti-

(617) I. *Synezeugmenon* vel *Synemmenon*, quod etiam in sequentibus semper notandum.

(618) *Al.* facultate.

lenarum nunc hoc nunc illo melo reperies decurrentia. Interdum quidem quolibet uno eorum per se melos complente, aliquando ab uno in alterum vicissim reflexo; ut cum hic forte fuerit synemmenon, relabatur; cujus exemplum præbebit responsorium *Nativitas gloriosæ Virginis Mariæ*: in quousque ad id, quod canitur: *ex stirpe*, per diezeugmenon omnino procedit. At in tertio puncto syllabæ, quæ est *pe*. qui sic annotatur (619) in synemmennon inferius deducatur; totaque neuma, quæ est in nomine *David*, per synemmennon canitur. Item in Introitu: *Statuit ei Dominus*, secundum punctum in syllaba *sta*, quod a primo puncto quinto distat loco, tertio puncto sursum per synemmenon copulatur: estque semitonium inter ipsa duo puncta secundum et tertium. Iam vero syllaba *Do* in diezeugmenon se subrigente, rursus syllaba *mi* in synemmenon infra relabitur. Item syllaba *tes*. et *fe* synemmenon fit: et *fa* diezeugmenon; rursus *mi* synemmenon sibi vindicat alternatim.

Cujus tetrachordi exempla cum per omnes modos vel tonos se frequentius offerant, tamen præcipue in autento triti vel plagis ejus ita ubique perspici possunt, ut vix aliquod melum in eis absque horum permixtione tetrachordorum, synemmenon scilicet (et) diezeugmenon reperiatur. Quod in ipsa autenti triti melodia diligens quisque advertere quibit, quæ sic annotatur: NO EANE synemmenon. Diezeugmenon.

A Item (in) antiphona: *Ecce jam venit*. diezeugmenon. *plenitudo* synemmenon. ℟. *Paganorum multitudo*. ubi tantum in principio usque ad syllabam *tu* diezeugmenon ingresso reliqua usque ad finem synemmenon reflexibus moderatur.

Hæc igitur sunt quinque tetrachorda quibus singulis propria artigraphi nomina apponentes, primum ex his, quod et gravissimum vel infimum, hypaton (620) secundum meson; tertium synemmenon, quartum diezeugmenon, quintum hyperbolæon nuncupaverunt. Quorum primum a principali chorda ipsius tetrachordi, quæ hypate dicitur, secundum a media totius seriei mese, tertium quartum et quintum ex rationis significatione vocabula trahunt. Nam synemmenon conjunctarum;
B diezeugmenon divisarum, hyperbolæon excellentium interpretatur.

Ut autem plenaria eorum series ad cognitionem facilius veniat, jam nunc cunctarum nomina ex ordine chordarum sunt apponenda; quarum procul dubio sonos, puncta in superioribus jam distincte locata ordinibus, ad purum redire comprobantur. Primus tamen ordo, qui scilicet per semitonium, tonum et tonum progreditur, huic dispositioni proprie aptabitur. Sic enim a Viro clarissimo Boetio rata eorum contexitur modulatio. Sunt igitur hæc nomina quindecim sonorum, absque duntaxat synemmenon tetrachordo; illo enim annumerato octodecim redduntur (621).

| | | | |
|---|---|---|---|
| | A | F | Proslambanomenos, vel Prosmelodos. |
| | | | Tonus. |
| | ♮ | Γ | Hypate hypaton. |
| | | | Semitonium. |
| Unum Tetrachordum. | C | B | Parypate hypaton. |
| | | | Tonus. |
| | ) | F | Lichanos hypaton. Hic autentus protus cum suo subjugali finitur. |
| | | | Tonus. |
| | E | Π | Hypate meson. Hic autentus deuterus cum suo. |
| | | | Semitonium. |
| Secundum Tetrachordum. | F | C | Parypate meson. Hic autentus tritus cum suo. |
| | | | Tonus. |
| | G | M | Lichanos meson. Hic autentus tetardus cum suo. |
| | | | Tonus. |
| | a | l | Mese. |
| | | | Tonus. |
| | ♮ | ⊏ | Paramese, |
| | | | Semitonium. |
| Quartum Tetrachordum. | G | Θ | Trite Diezeugmenon. |
| | | | Tonus. |
| | d | U | Paranete Diezeugmenon. |
| | | | Tonus. |

(619) Hic notæ in MS.

(620) I. Hypaton. C D E. II. Meson. E F G. a. III. Synemmenon. a b c d. IV. Diezeugmenon. a c d e. V. Hyperbolæon. e f g a.

(621) Sequitur hic in codice tabella omnium octo differentiarum consuetas vocales *sæculorum amen*, præposito cuilibet antiphonæ vel Responsorii initio, et: quod schema omittimus, alias ob defectum notularum nulli usui futurum.

| | | |
|---|---|---|
| | e N | Nete Diezeugmenon. |
| Quintum Tetrachordum. | | Semitonium. |
| | y | Trite Hyperbolæon. |
| | | Tonus. |
| | H | Paranete Hyperbolæon |
| Tertium Tetrachordum. | | Tonus. |
| | y | Nete Hyperbolæon. |
| | l | Mese. |
| | | Trite Synemmenon. |
| | | Tonus. |
| Syneugmenon. | U | Paranete Synemmenon. |
| | | Tonus. |
| | | Nete Synemmenon. |

Unusquisque tonus autentus a suo finali usque A in nonum sonum ascendit. Descendit autem in sibi vicinum, et aliquando ad semitonium, vel ad tertium. Plagis (*l.* Plagius) autem usque in quartum descendens ad quintum ascendit.

Quod si inseratur synemmenon tetrachordum, cujus locus est inter mesen et paramesen: tunc post mesen locabuntur hæ tres hoc ordine. Mese. Trite synemmenon. Paranete synemmenon. Nete synemmenon. In quibus una tantum, hoc est trite synemmenon, diversum a superioribus obtinet sonum. Nam paranete synemmenon eadem, qua trite diezeugmenon, resonabit voce; nominibus enim tantum discrepant: sed propter hoc adscribuntur, quia quotiens melum quodlibet ita componitur, ita ut post mesen semitonium, totius et B totius fiant sursum versus, eodemque tenore per tonum, tonum et semitonium usque ad ipsam mesen redeatur; necesse est, ut suo nomine tetrachordo nuncupato dicatur decurrere, quod vocatur synemmenon, id est, conjectum, quia cum mese per semitonium jungitur. Quotiens vero post mesen toni intervallo diducto a paramese tetrachordum usque in neten diezeugmenon provehitur, alio ipsum tetrachordum oportet nomine appellari, id est, diezeugmenon, quod est disjunctum; quia inter mesen et paramesen tonus distantiam facit.

A supernis igitur ordine sumpto est unum tetrachordum a nete hyperbolæon usque in neten diezeugmenon: aliud vero ab ipsa nete diezeugmenon C usque in paramesen, suntque hæc duo conjuncta inter se. Nam nete diezeugmenon superioris ultima, quæ et gravissima, inferioris autem prima atque acutissima utrumque conglutinat. Constat utrumque tono, tono et semitonio, quorum talis est ordo.

| | | |
|---|---|---|
| a vel | d | Nete hyperbolæon. Tonus. |
| g | c | Paranete hyperbolæon. Tonus. |
| f | ♮ | Trite hyperbolæon. Semitonium. |
| e | a | Nete diezeugmenon. Hæc communis utrorumque. |
| d | g | Paranete diezeugmenon. Tonus. |
| c | f | Trite diezeugmenon. Tonus. |
| ♮ | e | Paramese. Semitonium. |

Ab his autem divisa duo inferiora eisdem sunt intervallis tonorum vel semitoniorum discreta: estque unum, quod et tertium, a mese usque in hypate meson. Aliud quartum, scilicet ab hypate meson rursus in hypate hypaton. Suntque hæc inter se conjuncta hoc modo.

| | | |
|---|---|---|
| g | Mese. | Tonus. |
| f | Lichanos meson. | Tonus. |
| e | Parypate meson. | Semitonium. |
| d | Lichanos hypaton. | Tonus. |
| c | hypaton Tonus. | Hæc communis utrorumque. |
| | Parypate hypaton. | Semitonium. |
| a | hypate hypaton. | Tonus. |

Restat igitur Proslambanomenos, quam superadditam pro ratione bis diapason symphoniæ Boetius affirmat. Sin autem tria tetrachorda conjuncta velimus, ponetur synemmenon inter mesen et paramesen, de quo supra ubertim dictum est. Soni autem harum earumdem chordarum jam superius abunde sunt distributi, ubi scilicet exemplum primarum vocum quatuor ex melodia proti autenti posuimus, id est. No. Ne. no. y.

Interpretatio autem horum nominum succincte quidem a Boetio attracta, planius autem Martianus exsequitur. *Proslambanomenos* acquisitus, quoniam post omnes hic additus est nervus. *Hypate* gravis vel principalis, parypate (622) hypaton. *Lichanos:* quia Græce index digitus sic nominatur; et in cithara, si minimo digito primam chordam, quæ est proslambanomenos, tangas, ipse index ad eam chordam venit, ideo ipsa quoque hoc nomen sortita est. *Mese* medium significat: hæc medio totius ordinis collocatur; est enim octava utriusque regionis. *Paramese* juxta mesen. *Trite* tertia a mese vel a nete. *Nete* acuta; *Paranete* juxta neten. Primo autem solummodo octo chordæ fuerunt his nominibus: hypate, parypate, lichanos, mese, paramese, trite, paranete, nete. Ex his postea dum nervorum crevit adjectio, ea, quæ dicta superius, sunt chordarum substituta vocabula: de quarum inventione vel adjectione plenius nosse volentem primus harmonicæ disciplinæ liber Boetii diligentius instruere poterit.

Nunc ad notas musicas, quæ unicuique chordarum appositæ non minimum studiosis melodiæ conferunt

(622) Videtur hiatus, forte ita supplendus: *Parypate* juxta ypaten, vel principalem.

fructum, ordo vertatur. Hæ autem ad hanc utilitatem sunt repertæ, ut sicut per litteras voces et distinctiones verborum recognoscuntur in scripto, ut nullum legentem dubio fallant judicio; sic per has omne melum annotatum, etiam sine docente, postquam semel cognitæ fuerint, valeat decantari. Quod his notis, quas nunc usus tradidit, quæque pro locorum varietate diversis nihilominus deformantur figuris, quamvis ad aliquid prosint, remunerationis subsidium minime potest contingere : incerto enim semper videntem ducunt vestigio, utputa, si adjectam formulam respicias.

77 ι J ι

AEVIA. Primam enim notulam cum aspexeris, quæ esse videtur elatior, proferre eam quocumque vocis casu facile poteris. Secundam vero, quam pressiorem attendis, cum primæ copulare quæsieris, quonam modo id facias, utrum videlicet uno vel duobus aut certe tribus ab ea elongari debeat punctis, nisi auditu ab alio percipias, nullatenus sic a compositore statutam esse pernoscere potes. Idem et de cæteris constat. Si vero, quas subsequens ratio demonstrabit, chordarum notulis eandem formulam consignatam videris, mox procul dubio, qualiter procedat, advertas utique hoc modo

IM pm cf
Alle lu ia

Est enim I mese, M lichanos meson : inter quas toni spatium patet. p. parypatemeson, quæ a lichanos meson similiter distat tono. *m*. similiter lichanos meson, supra parypatemeson inclinatur. C autem est hypatemeson semitonio a parypatemeson distans. *f*. ultima lichanos hypaton servans tonum ad hypatemeson.

A In hac autem proti usitata melodia, qua n notulis ejusdem superscribimus, qui superiores sint toni planius elucebit

Im m p im pc f
No Nc NO e A NE

quamcunque enim ex his notulam sive litteram in superiori formula videris, similiter proferre non cuncteris. Hæ autem consuetudinariæ notæ non omnino habentur non necessariæ; quippe cum et tarditatem cantilenæ, et ubi tremulam sonus contineat vocem, vel qualiter ipsi soni jungantur in unum, vel distinguantur ab invicem, ubi quoque claudantur inferius vel superius pro ratione quarundam litterarum, quorum nihil omnino hæ artificiales notæ valent ostendere, admodum censentur proficuæ. Quapropter si super, aut circa has per singulos B phthongos eædem litterulæ, quas pro notis musicis accipimus, apponantur, perfecte ac sine ullo errore indaginem veritatis liquebit inspicere : cum hæ, quanto elatius quantove pressius vox quæque feratur, insinuent : illæ vero supradictas varietates, sine quibus rata non texitur cantilena, menti certius figant.

Sunt igitur notæ quidem chordarum plurimæ antiquitatis usui habitæ, quæ a Boetio per singulos octo modos binæ singulis chordis appositæ, in CCLXXXVIII, tenduntur : eædem quoque Græcis quibusdam litteris rectis, quibusdam varie immutatis expressæ, plurimum paginæ videntur spatium occupare. Unde in præsenti eas tantum, quæ C sunt Lydii modi assumimus, quasdam supernas, quasdam subterjacentes. Et has prout strictius fieri potuit decursatas, quæ scilicet brevius atque succinctius possunt affigi, easque usui præsentium putamus sufficere.

| | | | |
|---|---|---|---|
| V | Nete hyperbolæon itaque habet I iota extensum sic | V | F |
| Π | Paranete hyperbolæon Π græcum extensum | Π | E |
| Y | Trite hyperbolæon Y simplex | Y | D |
| N | Nete diezeugmenon N contractum | N | C |
| O | Paranete diezeugmenon ω quadratum | ΰ | B |
| E | Trite diezeugmenon E simplex | E | A |
| ⊐ | Paramese Π græcum jacens | ⊐ | G |
| | Nete synemmenon eadem, quæ paranete diezeugmenon | ΰ | B |
| | Paranete synemmenon eadem, quæ trite diezeugmenon | E | A |
| Θ | Triste synemmenon Θ græcum | Θ | G |
| I | Mese I simplex | I | F |
| M | Lichanosmeson M simplex | M | E |
| | ro | | |
| P | Parypatemeson P græcum simplex | P | D |
| C | Hypatemeson C sigma græcum simplex | C | C |
| F | Lichanos hypaton F digamma simplex | F | B |
| B | Parypate hypaton B beta simplex | B | A |
| Γ | Hypate hypaton Γ gamma simplex | Γ | G |
| F | Proslambanomenos F dasian rectum | F | F |

His igitur hucusque productis, quo jam inde ab initio cuncta prospectant; quod his procreetur, quodque sparsorum fructus assurgat seminum, planius abhinc declarandum. Spatiis quippe vocum primo punctorum discrimine post tetrachordum, dehinc ipsarum chordarum nominibus, postremo notis ea- D rundem dispositis ad purum ; qualiter hæc eadem sibi commisceantur, seu qualiter in diversos modos procedant, jam locus est aperire.

Quatuor a primis tribus, id est, lichanos hypaton, hypate meson, parypate meson, lichanos meson, quatuor modis vel tropis, quos nunc tonos dicunt,

hoc est, protus, deuterus, tritus, tetrardus, perficiendis aptantur : ita ut singulæ earum quatuor chordarum geminos sibi tropos regant subjectos, principalem, qui autentus, et lateralem, qui plagius appellatur : lichanos hypaton scilicet autentum protum et plagium ejusdem, id est, primum et secundum : hypatemeson autentum deuterum et plagium ejus, id est, tertium et quartum ; Parypatemeson autentum tritum et plagium ejus, id est, quintum et sextum : lichanos meson autentum tetrardum et plagium ejus, id est, septimum et octavum : ita ut ad aliquam ipsarum quatuor (623) quantavis ultra citraque variabiliter circumacta, necessario omnis, quæcumque fuerit, redigatur cantilena. Unde et eædem finales appellatæ, quod finem in ipsis cuncta, quæ canuntur, accipiant. Eas cum notulis paullo (624) præsentibus positis annotamus. In graviorem

•<br>
m<br>
p<br>
e<br>
f.

Item acutiorem

m.<br>
p<br>
c<br>
f

Ad quarum exemplar cætera nihilominus tetrachorda, quorum unum inferius, tria superius eminent, spatia, vel qualitatem deducunt sonorum. Quæ omnia sufficiens superiorum exemplorum monstravit adjectio. Illud nihil attendendum, quod synemmenon tetarchordo summoto, quinta semper loca his quatuor superiora quadam sibi connexionis unione junguntur, adeo, ut pleraque etiam in eis quasi regulariter mela inveniantur desinere, nec rationi ob hoc vel sensui quid contraire, et sub eodem modo vel tropo recte decurrere. Hæ ergo socialitate continentur lichanos hypaton cum mese ; hypate meson cum paramese ; parypate meson cum trite diezeugmenon, quæ quinto scilicet loco singulæ a se disparantur. Lichanos meson cum paranete diezeugmenon cum inferioribus quoque quartis, et in quibusdam quintis, parem quodammodo obtinent habitudinem, quamvis non fini, sed initiis deputentur. Usque ad has enim metam inchoandi declinant : hæ sunt Proslambanomenos ad lichanos hypaton, hypate hypaton ad hypate meson, sed id raro; parypate hypaton ad parypate meson ; lichanos hypaton ad lichanos meson : meson in hoc aliquando usque ad parypate hypaton descenditur, id est, usque ad quintum locum ; in cæteris rarissime. Et omnis omnino tonus a finali suo nec supra quintum superiorem, nec infra quintum inferiorem unquam ordiendi facultatem habebit sed intra eas novem voces, vel aliquando octo partim principales, partim laterales, fines vel initia cohibebunt. Per singulos igitur tonos suis id expediatur exemplis. Et autento quidem proto et plagiis ipsius hæ aptantur octavæ a quibus mela ordiri hoc ordine pervidebis.

I m i m p m i p e f<br>
Γ Mese — I A. (Antiph.) *Erunt primi novissimi*<br>
m b f f<br>
Γ Lichanos meson — ni Ant. *Ave Maria.*<br>
p c f f<br>
Γ Parypate meson — p A. *Volo pater.*<br>
S Hypate meson — c A. Ab hac ordiri vix aliquid (f. solet) afferunt enim hujusmodi ex antiphona : *Et minister meus.*<br>
f f b p m p m i i<br>
Γ Lichanos hypaton — F A. *Ecce nomen Domini.*<br>
b f f f f<br>
T Parypate hypaton — B A. *Ductus est Jesus.*<br>
S Hypate hypaton — G A. Et hac fere nusquam : et est simile superiori antiphonæ<br>
p c f f f b f a f c cf ff<br>
*Circumdantur. Vindicabor in eis.*<br>
f b f b p pc<br>
T Prosalambanomenos — F A. *Veni et ostende nobis.*

Item Autentum deuterum cum laterali suo hæ regunt octo.

S Paramese — ⌑ A. *Notam fecisti.*<br>
T Mese — I A. *Orietur diebus Domini.*<br>
T Lichanos meson — M A. *Justi autem.*<br>
T Parypate meson — P A. *Maria et flumina. Qui de terra est.*<br>
S Hypate meson — C A. *Hæc est quæ nescivit. Sinite me inquit.*<br>
T Lichanos hypaton — F A. *Vigilate animo.*<br>
T Parypate hypaton — B A. *Rubum quem viderat.*<br>
S Hypate hypaton — Γ A. *Iste cognovit.*

His quoque Tritus autentus, ejusque ducitur subjugalis.

T Trite diezeugmenon — E A. *Ecce Dominus veniet, et omnes Sancti ejus cum eo*<br>
S Paramese — ⌑ A. *Aspice in me Domine.*<br>
T Mese — I A. *Solvite templum hoc.*

(623) I. *quantavis variabilitate, vel quantumvis.*<br>
(624) I. Cæs. *præsentes*, sed legendum *præcedenter*.

| | | |
|---|---|---|
| .ichanos meson | M | A. *Haurietis aquas.* |
| 'arypate meson | P | A. *Puer ille.* |
| Iypate meson | C | A. |
| .ichanos hypaton | F | A. *Hodie scietis* |
| 'arypate hypaton | B | |

Autenti rursus Tetrardi, plagiique ejus confinia horum novem coercentur examine.

| | | |
|---|---|---|
| 'aranete diezeugmen | ʊ | A. *Ecce sacerdos magnus.* |
| 'raite diezeugmenon. | E | A. *Quomodo fiet istud. Beatus venter.* |
| 'aramese. | ꟷ | A. *Dixit Dominus Domino meo.* |
| [ese | I | A. *Erumpant montes. Beati quos elegisti.* |
| ichanos meson | M | A. *Dirupisti Domine.* Ant. *In illo die.* |
| arypatemeson | P | A. *Vitam petiit.* |
| [ypate meson | C | |
| ichanos hypaton | F | A. *Spiritus Domini replevit.* |
| aræpate hypaten | B | A. *Stabunt justi.* Ant. *Dum venerit filius hominis putas.* |

hoc enim duntaxat usque ad nonum inflecti- ı primo supremo, et a finali, quæ est lichanos ›n, in quintum phthongum utraque regione ıctus protenditur. In hoc enim duntaxat usque *itus Domini replevit.* In PRIMO DIAPASON E ha- otum F et ejus octavum, id est sesquioctavum. ›tum E et ejus octavum, id est, epogdoum. C. n F et ejus tertium, quod est sesquitertia vel ita, id est, diatessaron. B totum C. et ejus vum, quod est tonus; vel totum E et ejus ter- , quod est diatessaron; vel totum F. et ejus ium, quod est diapente. A totum B et ejus vum, id est tonum; vel totum D. et ejus ter- , quod est diatessaron; vel totum E et ejus ium, quod est diapente. G. habet totum E. et tertium, quod est diatessaron. G autem quod [rite synemmenon, habet totum D. primum ason, et ejus medium, quod est diapente. In ‹DO DIAPASON F totum G. habet, et ejus octa- , quod est tonus; vel totum B. et ejus tertium, l est diatessaron, vel totum C. et ejus medium, l est diapente; vel aliud F duplo, quod est ason. E totum F et ejus octavum, id est, m; vel totum A. et ejus tertium, quod est ssaron; vel totum B. et ejus medium, quod iapente; vel aliud E duplo, quod est diapa- D. totum E et ejus octavum, id est totum; otum A. et ejus medium, quod est diapente; liud D. duplum, quod est diapason. C. totum ejus tertium, quod diatessaron; vel totum G ɪs medium, quod est diapente; vel aliud C. o, quod est diapason vel primum F duplo, et duas tertias, quod est diapason simul et dia- ron. B. totum C. et ejus octavum, id est, m; vel totum E et ejus tertium, id est, dia- ron; vel totum F. et ejus medium, id est ente; vel aliud B. duplo, id est diapason, vel F triplo, id est, diapason simul et diapente. um B. et ejus octavum, quod est tonus; vel n D. et ejus tertium, quod est diatessaron; otum C. et ejus medium, quod est diapente; liud A. duplo, id est, diapason. G. totum C. us tertium, id est, diatessaron; vel alium G o, id est, diapason. F. totum G. et ejus octa- , id est, tonum; vel totum B. et ejus tertium,

A id est, diatessaron; vel totum C. et ejus medium, quod est diapente; vel aliud F duplo, id est, diapason; vel tertium F. quadruplo, id est, bis diapason.

CITA ET VERA DIVISIO MONOCHORDI IN DIATONICO GENERE.

Dimidium proslambanomenos est mese. Hujus autem dimidium est Nete hyperbolæon, cujus tertia pars ei addita est nete diezeugmenon. Ejusdem nete hyperbolæon medietas similiter ei addita est paranete diezeugmenon: cujus quarta pars eidem sublata et paranete hyperbolæon. Hujus autem medietas sibi addita est trite diezeugmenon. Hujus autem quarta pars eidem sublata est trite hyperbolæon. Nete diezeugmenon

B autem tertia pars sibi addita est paramese. Ecce habes octo divisiones, quarum unicuique da suam diapason, scilicet usque proslambanomenos, et habes quindecim sonos in his diapason constitutos. Primos species diatessaron constat ex tono, semitonio, tono. Secunda ex duobus tonis, et semitonio. Tertia ex semitonio et duobus tonis. Quarta ex prima specie diatessaron, adjuncto tono inferius. Prima species diapente constat ex prima specie diatessaron, adjecto tono superius. Secunda ex secunda diatessaron, adjecto tono superius. Tertia ex tertia, adjecto tono inferius. Protus constat ex prima specie diapente, et prima specie diatessaron superius. Subjugalis ejus ex eadem diapente, et eadem specie diatessaron

C inferius. Tritus constat ex tertia specie diapente et tertia specie diatessaron superius. Subjugalis ejus ex eadem specie diapente, et eadem specie diatessaron inferius. Tetrardus constat ex quarta specie diapente, et prima specie diatessaron superius. Subjugalis ejus ex eadem specie diapente, et eadem diatessaron inferius.

Si secunda primam totam in se, et ejus octavam partem habuerit, tono a se distabit. Si secunda tertiam et ejus partem quartam decimam, ad se invicem toni reddunt consonantiam. Si quarta tertiam et ejus octavam et octavæ octavam, semitoni facit symphoniam. Si quartam quinta et suiquintanam, quintæque quintam, diapente erit ad priman. (Si) septima

sextam, et sui partem septimam, resonat semitonium, quod est synemmenon.

DIMENSIO MONOCHORDI.

Im primis censeo, totum Monochordum in directum dividi quatuor lineis : quarum prima cum suo spatio concedenda est generi diatonico : secunda chromatico : tertia enarmonico. Quæ tria dissimili dimensione constant in monochordi ratione. Sed ut facilius cæterorum mensura possit consequi, primum scribatur mensura diatonici, ut per hujus regularem dimensionem, artificialiter melius in cæteris decernere valeamus rationem. Primum in quatuor æqua dividatur, in quorum prima F finali littera proslambanomenos cum numero VIIII. CCXVI. Secundo B lichanos hypaton VI. d. CCCCXII. Tertio F mese IIII. d. CVIII. Quarto F nete hyperbolæon ij. cciiij, ascribatur.

A qua F. id est, nete hyperbolæon, linea in chromaticum et enarmonicum genus ducatur, et F. ut in diationica in utroque constituatur. Illa pars, quæ in F. nete hyperbolæon ascribatur, in octo dividatur, et nona interius sumpta. E. quæ est paranete hyperbolæon, cum numero IJ d. XCII. adnotetur. Iterum E. a paranete hyperbolæon usque ad extremum, octava sumatur, nonaque respiciente interius. D. quæ est trite hyperbolæon cum numero II. d. CCCCXVI. assignatur. Intraque E. id est, paranete hyperbolæon, et trite hyperbolæon D. dividatur superius cum linea chromaticum genus : et fit in chromatico genere inter E et F. tonus. et D et E. semitonium. Duobus integris tonis inter D et E et E et F in diatonico existentibus : fit in enarmonico inter E et F integer tonus.

Rursus in diatonico ab F. nete hyperbolæon tribus ad extremum sumptis, quarta interior fit C. id est, nete diezeugmenon cum IIJ LXXIJ, et sic lineæ ducantur D. E. et C. in diatonico. At C et D in enarmonico. et C et D et E in chromatico. Itaque quod intra C. et D. in diatonico, est semitonium : fit etiam ea parte superius in chromatico intra C. et D. semitonium. Quod ipsum semitonium in enarmonico fit intra C. et D. divisum. Iterum in diatonico a para-

I E

nete hyperbolæon usque in extremum ternis mensuratis occurrit quarto spatio inferiori B. id est nete synemmenon, paranete diezeugmenon, cum IIJ. CCCCLVI. Rursus in diatonico a trite hyperbo-

D

læon, tribus ad ultimum sumptis quarta inferior pervenerit, A. id est, paranete synemmenon, trite diezeugmenon. Intra quæ id est A. et D. diatonicum dividatur superius chromaticum, et fit ibi intra AB. semitonium. B C. tonus. In enarmonico intra B C tono existente, quod dividat totum ab A. diatonico ducta linea in enarmonicum. Tribus iterum a nete diezeugmenon ad finem datis, quartum fit G. id est paramese IIIJ XCVI. ab eo, id est, diatonico paramese fit in enarmonicum genus ductio lineæ, et fit in diatonico G et A. semitonium, quod etiam per eadem G A. contingit in chromatico : ipso semitonio tamen divisio in enarmonico ; sicque fit, ut videatur semitonium tonus, tonus, intra G. A. B. C. et in chromatico similiter. Sed contrario modo, id est, intra G. A. B. C. semitonium. semitonium, tonus. Similiterque in enarmonico intra G. A. B. C. semitonium, semitonium, tonus.

A

Rursus a paranete synemmenon, Trite diezeugmenon VIII. in extremum datis VIIII. inferius erit G. trite synemmenon cum IIIJ CCCLXXIIII. ex quo fit in chromaticum ductio lineæ, et notetur chromaticum, G. simili ratione. His tali sumptis ordine, duæ aliarum, quas in primis posuimus, partium consumptæ sunt integræ : sequentiarum ordinem per hujus unius mensuræ dicemus rationem. Ubi in divisione quatuor partium mese cum IIIJ d. CVIII. poni jussimus, ibi incipiat duarum partium ordo posterius. Sed sic, ut quod in minore divisione constat simplum, in hujus sequentis genitura proveniat duplum. Verbi gratia : spatium, quod inter nete hyper-

i. F

bolæon, et paranete hyperbolæon simplificatur, id

F E

inter mese et lichanos mesen diplicatur. Quod li-

F

chanos meson cum V CLXXXIIIJ. numero ad mese integro tono. Sic per hujus ordinis consequentiam eamdem in cæteris inevitabiliter verificam provenire sententiam.

Ne id in solo sic duplicatur diatonico, verum etiam per easdem litteras, non tamen in eodem loco in chromatico et enarmonico. Igitur quia tædio deputaretur, si de singulis sufficienter jam dictis iterato tractaretur : inde ratione postposita priorum tantum nomine cum numero remanentium ascribatur tonorum cum prioribus duplicandorum. Ergo

E

post lichanos meson D. Quod est parypate meson cum numero V. d. CCCXXXII. post illum hypate meson cum VI. CXLIII. Post quem lichanos hypaton B. cum numero, quem jam diximus. Hinc sequatur A. parypate hypaton cum numero VII. d. CCLXXVI. Retro illum G hypate hypatum cum VIII. CXCII. Post quem in ipso monochordii initio assignetur F. proslambanomenos cum numero supradicto. Et hæc in omnibus, id est, his tribus generibus ratio servetur, ut quod in alterioribus chordis simplum habetur. in inferioribus semper infirmum convenienti loco duplicetur. His ita ordinatis, si diligens mensoris adsit cura, nunquam fallet mensura.

Tertia in principio diatessaron, qui in fine habet semitonium : (625) asperiorem, qui in medio lenior est ; ipse enim tropus vix per synemmenon currit. Secundus tropus habet tetrachorda duo, mesen et

(625) Hic principium deest de primo tono, de quo aliqua explicantur in sequenti pagina.

hypaton : Distinctiones proprias parypate hypaton, lichanos hypaton, aliquando mese et lichanos mese in propriam, interdum et parypate meson, ipse nunquam per synemmena currit. Tertius tropus habet tetrachorda tria : paramese, mese, hypaton : distinctiones sex vel potius quinque, trite diezeugmenon usque ad hypate meson, scilicet trite diezeugmenon, paramese, mese, lichanos meson hypate meson. Ex his solæ certæ mese et lichanos meson : hic licite per synemmena currit. Quartus habet tetrachorda duo, meson et hypaton : distinctiones quinque : lichanos hypathon, hypate meson, lichanos meson, parypate meson : frequenter ad parypate hypaton, usque ad paramesen, vel trite diezeugmenon, paranete diezeugmenon, hic quoque licite per synemmena currit. B
Quintus tropus habet tetrachorda tria, hypate meson, et frequenter hyperbolæon : distinctiones sex; quarum certiores existunt trite diezeugmenon, paranete diezeugmenon ; cæteræ lubricæ a paranete diezeugmenon usque parypate meson ; reliqui per enarmonica incedunt : licete per synemmena hic quoque currens. Sextus quinque tetrachorda habet, hypaton et meson, unam firmissimam distinctionem retinens, id est, parypate hypaton, tres reliquas non tantæ firmitatis, scilicet lichanos meson, lichanos hypaton, et hypate hypaton, per synemmena licite transiens. Septimus tropus habet tetrachorda tria, diezeugmenon, meson et synemmenon : distinctiones quinque, hyporbolæon, paranete hyperbolæon, et nete diezeugmenon, trite diezeugmenon mese, lichanos C
mese ; cui tropo raro synemmena conceduntur. Octavus habet tetrachorda quatuor, hypaton, meson, diezeugmenon, hyperbolæon : distinctiones tres, meson, lichanos hypaton perfectam parypate meson raram et imperfectam. Cavendum, diapente ex diatessaron in graviorem et in acutiorem partem reddi : omnis species diapente vel diatessarum continue vel disgregatim, intense vel remisse modulantur.

In primo tono dicit (626) esse tria tetrachorda, quorum illud, quod ad gravem partem a paramese incipit, quidem diatessaron symphoniam excedit, illic enim tres toni se sequuntur continui. Rursus ut ait in eodem tropo sunt distinctiones quinque secundum se, quia eodem modo distinguitur cantilena quo et sententia : quippe tenor spiritus humani per cola et commata discurrendo requiescit. D
Verum cantilenæ corpus arsi et thesi, id est, elevatione tonorum et positione completur, donec periodo, id est, clausula sive circuitu suis membris distincta terminetur. Verbi gratia : *Alleluia*, quod est *justus germinabit sicut lilium* : habet distinctionem in lichanos hypaton : *Et florebit in æternum* similiter. De symphoniis, quomodo in hoc tropo VIII. sint, videat, cui facultas est intelligendi.

ALIA MUSICA.

De harmonica consideratione Boetius ita disseruit quia neque solum in terminis speculationem proportionis habet, neque solum in differentiis ; sed in utrisque communitur. Quærit enim, ut quemadmodum sunt ad se extremi termini, sic majoris ad medium differentia contineat differentiam medietatis ad ultimum. Ipsarum quoque musicarum consonantiarum, quas symphonias nominant, proportiones in hac pene sola medietate frequenter invenies. Namque symphonia diatessaron, quæ princeps est, et quodammodo vim obtinet elementi, in hujusmodi harmonicis medietatibus invenitur. Ut sunt VI. ad VIII. sint ergo hujusmodi medietatis termini, quorum extremi sint dupli, et alii, quorum extremi tripli sint ita.

| VI. | VIII. | XII. || IIII. | VI. | XII.

Duodenarius igitur ad senarium duplus est ; et in alia dispositione XII. ad IIII. triplus est. Horum si differentias colligamus, et ad se invicem comparemus, epitrita proportio, id est, diatessaron symphonia colligitur. Inter VI. enim et XII. senarius est, et inter IIII. et XII. octonarius : quia scilicet octonarius ad senarium sesquitertiam efficit proportionem. In eadem quoque medietate et diapente symphonia componitur. In duplici videlicet XII. ad VIII. et in triplici VI. ad IIII. sesquialtera est. Post hunc autem diapason consonantia est, ut VI. ad XII. In triplici quoque dispositione simul diapente et diapason symphonia componitur : ut sunt VI. VIIII. XVIII. Et quoniam triplus duas continet consonantias, diapente scilicet ac diapason, in differentiis ejusdem triplicis eumdem triplum reperiemus. Nam inter VI. et VIII. tenarius differentia est, et inter VIIII. et XVIII. novenarius, qui ad ternarium triplus est. In dupla vero dispositione major terminus ad medii termini contra se differentiam triplus est. Et rursus minor terminus ad differentiam sui et medii termini triplus est. Nam inter VIII. et XII. quaternarius est, qui ad eumdem duodenarium triplus est, et inter VI. et VIII. binarius, qui rursus ad eumdem senarium triplus est. Illa autem maxima symphonia, quæ vocatur bisdiapason, velut bis duplum, ex duplici proportione colligitur. Quoniam medius terminus ad minoris suique differentiam quadruplus invenitur, ut inter VI. et VIII. binarius, qui ad eumdem octonarium quadruplus invenitur. In triplicibus quoque extremitatibus major differentia ad minorem differentia quadrupla est. Siquidem inter VI. et XVIII. duodenarius est, extremorum scilicet differentia ; et inter IIII. et VI. ternarius, qui ad duodenarium est quadruplus. In duplici etiam dispositione, qua medius terminus ad minorem resonat diatessaron, ad majorem vero diapente, si extremitates in unum redigantur, et a medietate multiplicentur, duplus erit ab eo numero, quem solæ extremitates multiplicatæ perfecerint, ut VI. VIII. XII. Hinc junctæ extremitates VI, et XII. conficiunt X. VIII. qui per octonarium multiplicati in CXLIIII.

(626) Nota expositorem ; sed quæ exponit ad primum tonum, ut diximus, desunt.

excrescunt, cujus summæ medietas est LXXII. qui conficiuntur ex multiplicatis in se VI. et XII.

Hanc quoque habet naturam talis dispositio, ut medius alius sua parte minorem præcedat, et alia sua parte ad majorem præcedatur; eadem autem parte minoris minorem superet, qua parte majoris a majore superatur. Si vero dupli dispositio talis sit, ut medius ad minorem resonet diapente, ad majorem diatessaron, ut sunt VI. VIIII. XII. quoniam differentiæ eædem sunt, proportiones vero non eædem, arithmetica potius medietas dicenda est, quam harmonica. Illa est enim vere harmonica medietas, quæ cubi determinatione colligitur. Omnis enim cubus habet latera XII. angulos VIII. superficies VI. qui disponantur ita | VI. | VIII | XII.

His præmissis ad VIII. troporum, quos Latini modos nuncupant, dispositionem veniamus. Primoque sciendum, quod tropus de Græco in Latinum conversio dicitur idcirco quod excepta sua proprietate alter in alterum convertitur. Toni vero ideo dicuntur, quod exceptis semitoniis ipsi omnium troporum communis mensura sint. Modi etiam dicti sunt, eo quod unusquisque troporum proprium modum teneat, nec mensuram excedat. Siquidem facta una constitutione, quæ intexatur duplis, triplis, quadruplis, sesquialteris ac sesquitertiis cum XV. nervorum vocibus interjectis hos VIII. tropos vel modos designari necesse est.

Erit ergo primus modus omnium gravissimus hypodorius ex prima specie diapason, et terminatur eo, qui meses dicitur, medio nervo. Secundum modum hypophrygium secunda species diapason efficit, quæ in paramesen finit. Tertium modum hypolydium tertia species diapason determinat in eum, quem vocant triten diezeugmenon nervum. Quartum modum Dorium quarta species diapason reddit, quæ finit in paranete diezeugmenon. Quintus modus Phygius quinta specie diapason finitur, cui nete diezeugmenon nervus est ultimus. Sextum nihilominus modum Lydium sexta species diapason exerit, cui trite hyperbolæon est finis. Septimum quoque modum mixolydium septima species diapason informat; eum paranete hyperbolæon determinat. Verum, quia unus duplus, hoc est, una diapason octo vocibus pollens, plures species non recepit; quandoquidem omnis symphonia unam vocem pluresque species admittit: octavum modum hypermixolydium Ptolomæus adjecit, quem secundi ac tertii modi proprietatibus informavit. Est enim diatessaron IIII. chordarum, et trium specierum. Diapente quoque V. chordarum et IIII. specierum. Quapropter et diapason VIII. chordarum et VII. specierum. Denique prima species diatessaron tertio loco habet semitonium; secunda species secundo; tertia species primo, semperque sive per disjunctum, sive per conjunctum tetrachordum quartis locis eadem species redit quintis locis: non tamen semper diapente sibi invicem succedit. Unde constat quod tres species diatessaron tres primas species diapente uno tono adjecto

A constituunt. Quarta vero species semitonio terminatur, et prima a nete diezeugmenon sumit initium.

Restat ut proprietates specierum diapason investigemus. Prima itaque species tertio et sexto loco utitur semitonio: secunda quarto et septimo: tertia primo et quinto: quarta secundo et sexto: quinta tertio et septimo: sexta primo et quarto: septima secundo et quinto: octava sicut et prima tertio et sexto.

Cæterum ut ad ipsas species diapason redeamus, quoniam lichanos hypaton hypodorii est, proslambanomenos dorii, meses dorii, quæ est paranete diezeugmenon hypodorii, integra consonantia diatessaron acutior est a mese ejusdem hypodorii.

B Similiter differentia est inter Phrygium et hypophrygium, Lydium quoque et hypolydium. Nam mixolydius ab hypermixolydio tantum distat tono.

Nunc de cubicis numeris, qui harmonicam considerationem suggerunt, qualiter prædictas octo modorum species differre faciant, paululum est disserendum, Prælibato tamen, quod diatessaron per VII. id est per III. et IIII. diapente vero per V. id est, per II. et III. in harmonica regula mensuratur. Nam et ex minoribus numeris majores, et ex majoribus minores in eadem proportione numeros cognoscimus. Atque hoc est, quod ait Boetius in libro 2. cap. 9: si duos numeros eorum differentia integre fuerit permensa, in eadem sunt proportione numeri, quos sua differentia mensa

C est, in qua erunt proportione et numeri, secundum quos eos sua mensa est differentia: ut inter VI. et VIII. binarius est, qui senarium ter, octonarium quater metitur. Similiter inter VIIII. et XII. est ternarius, qui novenarium ter, duodenarium quater mititur. Sicque fit, ut in quantiscumque numeris, licet magnis, proportio sesquitertia incurrat, eam ternarius, et quaternarius non relinquant, qui primi et quasi radices sunt sesquitertiæ proportionis. Eodem modo in sesquialtera proportione inter VI. et VIIII. est ternarius, qui senarium bis, novenarium ter metitur. Quæ omnia in harmonica regula fiunt circino notiora; siquidem eo instrumento omnis duplus in æqua parte partitur: et propositis ad duplum fa-

D ciendum quibuslibet numeris, semper medius invenitur, qui æquis differentiis ab utrisque extremis segregetur: ut inter II. et IIII. ternarius, qui ab utroque extremo singulis differt unitatibus. Inter IIII. et VIII. senarius eodem modo est medius: Inter VI. et XII. novenarius; et inter XII. ac XXIIII. sunt XVIII. et utrique dupli distant a medio, ille quidem ternario, hic vero senario. Sunt enim prædicti numeri aliqualiter sibi incommensurabiles, quia binarium, quo mensurantur VI. VIII. XII. novenarius respuit, et contra ternarium, quo mensurantur VI. VIIII. XII. octonarius non recipit. Quaternarius octonarii et duodenarii, est mensura communis: et ob id juxta quosdam triplus hypodorii a quaternario incipit, et in duodenarium desinit.

Itaque melodia primi tropi, quæ est NONANOEANE. VIII. et XII. videntur claudere : sed eidem clausulæ, quæ constat diapente, quidam addunt tonum, ut prius in eadem melodia resonet prima species diatessaron : deinde secunda, ut postmodum intendatur tertia : ad extremum ex ordine remittatur ab VIII. ad XII. prima species diapente

Hic incipit melodia secundi tropi, quæ est NOEAGIS, et non ad VIII, sed ad VIIII, pertingit, sicut omnes cantilenæ ejusdem tropi. Clauduntur enim duabus diatessaron consonantiis. De reliquo senarius, qui simplex est in Dorio, triplicatus in hypodorio et Phrygio, quadruplicatur in Phrygio et Lydio. In quibus vero senarius ad Dorium triplicatur, octonarius ad eumdem dupliciter habetur. Et rursus in quibus ille quadruplicatur, iste triplicatione repetitur. Tandem novenarius, qui in Dorio est simpliciter, in reliquis est dupliciter, excepto Lydio, qui ejus quadruplicatione et duodenarii triplicitate gaudet. Hypophrygius duodenarii repetitione lætatur, sicut et hypolydius. Contra quam repetitionem hypolydii senarius sexies, octonarius ter, novenarius quater respondet. Mixolydius duodenarium et novenarium semel uno tenore repetit, senarium et octonarium triplicare contendit. Altero autem tenore duodenarium et octonarium triplicat, senarium et novenarium quadruplicat, sua vero propria consonantia duodenarium quater exhibet, senarium octies, octonarium sexies. Ad extrenum hypermixolydius una serie duodenarium et novenarium semel repetit, senarium et octonarium triplicatos exponit. Altera vero serie duodenarium et octonarium triplicat ; senarium quoque et novenarium quadruplicat. Denique sciendum, quod post symphonias ex arbitrio musici propositas, id est, diapason, diapente ac diatessaron, aliquando unus tonus ad gravem vel acutam partem additur, qui emmeles, (ἐμμελής) id est, aptus melo vocatur. Sane in illa constitutione, ubi XV. nervos dicimus, serie proportionaliter dispositos, diapason, id est, bis sex, vel bis VIII. vel bis XI, (627).

Tandem in cujusdam expositionem, de præfatis tropis vel modis veniamus, ut eidem expositioni, Deo juvante, aliquid lucis infundamus. Omnis, inquit, primus tonus, quem Dorium dicimus, aut ter sex habebit in dupla proportione, id est, diapason : ut est : *Rorate cœli desuper :* aut quater V. quod est XX. id est, II. de VIII. et III. de XII. in sesquialtera proportione faciens diapente ; ut est, *Et nubes pluant justum : aperiatur :* aut ter VII. quod est XXI. id est, III. de VIIII. ad III. de XII. qui in sesquitertio faciunt diatessaron : ut est : *terra, et germinet Salvatorem.* Quam gradalem antiphonam per singulas incisiones singulis symphoniis subditam, hoc modo pandimus. Inter VI. et XII. qui faciunt XVIII. senarius est differentia, quia melodia primæ incisionis ascendendo

A totam percurrit, a lichanos hypaton videlicet in paraneten diezeugmenon, præmisso ad gravem partem tono, qui emmeles dicitur, id est, melo aptus. Denique eamdem differentiam tenarius in æqua partitur, et ita a senario in novenarium diapente terminatur. Quæ symphonia quoniam constat diatessaron et tono, secundum incisionem antiphonæ excurrit omnino, ita ut ibi sint II. de VIII. et III. de XII. quia octonarius senarium binario excedit, ut sesquitertia proportio esse possit. Novenarius vero senarium ternario præterit, qui medietas est ejusdem senarii, et ob id quarta pars duodenarii. Tres ergo de VIIII. æquales sunt ad III. de XII. dum illius pars tertia sic fiat inter eos diatessaron consonantia, quæ a novenario in

B duodenarium concludat, tertiæ antiphonæ incisiuncula sequetur. Hæ antiphonæ gradales eodem modo currunt : *Gaudete in Domino*, et *inclina Domine*, et *justus es Domine*. Similiter autem antiphonæ nocturnales : *Posuerunt super caput. Jesus autem cum jejunasset. Traditor autem.* Et hoc videndum, quod sæpe evenit, ut bis aut ter, aut totum etiam in antiphonis, aut in quocumque cantu primi toni ; aut per VI. et XII. quod est diapason ; aut per V. et. X. quod est diapente : aut per VI. et VIII. totum, quod est diatessaron, decurrit. Quod, ait (628), bis diapente respicit. Dum enim duorum quorumlibet numerorum ad se invicem sesquialtera ratione comparatorum alter, id est, minor nunquam medietate careat ;

C certum est, quod minor in duo æqualia dividitur, cujus medietate a majore superatur. Unde fit, ut sicut ille binario, ita semper iste partiatur ternario. Et hoc est, quod ait, diapente fieri per quinque et X. quia II. et III. reddunt quinarium, et duplicati denarium. Nam IIII. et VI. perficiunt X. Per VII. quoque, qui constant ex III. et IIII. partiri omnem sesquitertiam proportionem jubet, quoniam duorum quorumlibet numerorum ejusdem proportionis alter, id est, minor in III. æquis partibus, alter, id est, major in IIII. distribuitur. Quo fit, ut quia hypophrygius consonantia diatessaron totus explicari perhibetur, per septenarium dimensus esse credatur. In hypodorio vero vel Lydio contingit denaria demensio, porro Dorius decurrit, *Alleluia*, quod est *Fulgebunt justi*, a

D XII. in VI. per diapason. *Alleluia* idem sicut et *fulgebunt justi*, et *tanquam scintillæ*, per diapente a XII. in VIII. *in arundineto discurrent in æternum*. ab VIII. vel potius a VIIII. in VI. Nec abest ab hoc tropo responsorium gradale, quod est : *posuisti Domine.*

### ITEM CUJUSDAM DE EADEM RE NOVA EXPOSITIO.

A prima quoque specie diapason, quæ est mese, id est O. inchoatur primus tropus : finiturque in diapente remissum, quod est E. et hæc est forma NOANNOEANE. habet enim V. differentias et VIIII.

(627) Hic aliquid deest ad sensum complendum.
(628) Leg. *Quod ait, per V. et X. bis diapente respicit.*

loca in nocturnis. Est namque prima differentia in A O. quæ habet duo, primum in se : *Veniet Dominus*, secundum in I. enarmonico remisso : *apertis thesauris suis*. Secunda vero differentia in M. lichanos meson, quæ habet tria loca in se : *canite tuba*. Diatessaron remissum in E. *ecce nomen Domini*. diapente remissum in C. *Intempesta nocte*. Tertia differentia in I. quæ habet unum locum in se, diatessaron scilicet remissum in C. *O beatum pontificem*. Quarta differentia est in H. quæ habet unum locum in se : *inclinans se Jesus*. Quinta differentia est in C. quæ habet duo loca in se : *euge serve bone*. sesquioctavum remissum in E. *Sint lumbi vestri*. Concluditurque hujus tropi forma intra integrum diapente : et singulæ chordæ singulas differentias, et prima differentia duo ha- B bet loca, secunda tria, tertia unum, quarta unum quinta duo : unde constat ut hic tropus quinque habeat differentias, et novem loca in nocturnis. In diurnis autem hic tropus tres habet differentias : primam in I. quæ habet unum locum in C. ut : *inclina*. Secunda H. quæ habet locum in P. *Statuit*. Tertia in C. quæ habet locum in se : *Gaudete*. Unde apparet, ut singulæ in diurnis differentiæ singula habeant loca. Propter admirabilem igitur hujus tropi differentiarum naturam a quibusdam in symphonia ejus C. non additur ; quia ea nulla differentia insignitur. Hujus enim in nocturnis sic currit versus (629). *Gloria Patri*, etc. In diurnis sic currit versus : *Gloria*, etc.

DE SECUNDO TONO.

Sequitur in eadem expositione troporum modus secundus, ter VI. id est XVIII. ad XII. qui faciunt simul XXX. per sesquialteram proportionem reddunt diapente. Ad VI. autem de primo tono isti ter VI. de secunda tripla proportio est, quia triplicatus eum superat. Item bis VIII. ad XII. sunt XXVIII. id est, quater VII. et faciunt per sesquitertiam proportionem diatessaron. Ipsa ergo proportio numeri, id est, bis VIII. ad VIII. de primo tono, duplum est, et ideo in diapason cadit XXIIII. id est quater sex, et bis XII. Item bis VIIII. qui sunt XVIII. ad XII. faciunt diapente, ut supra. Omnis enim melodiæ secundi toni, aut per diapente denarium numerabis totum, ut est Ant. *Ecce advenit*. in quo sunt V. vel X. aut per diatessaron to- D tum, id est, per VII. ut est Ant. *Veni et ostende*. Item ant. diapentica : *Omnipotens sermo tuus*. et diatessaron, ut est : *Dominus Deus auxiliator meus*. Si autem in diapason venerit proportio secundi toni, id est, XII. ad VI. et bis VIIII. ad VIIII. et bis VIII. ad VIII. primum tonum efficit : quoniam singuli modi suam propriam habent constitutionem : semper se gemini e latere respiciunt, ut aliquando fraterna concordia alter in alterum segregatus reclinet, alter in alterum ascendendo se exaltet. Nam hypodorius in Dorium transit, si sua diapason excesserit. Et hoc est, quod ait, si XII. ad VI. pervenerint : quandoquidem. hypodorius ad illum comparatus triplo gravior existit. Si enim in hac plaga nete hyperbolæon ascribantur VI. meses habebit XII. lichanos hypaton XVIII. proslambanomenon XXIIII. et erit XII. differentia inter XII. et XXIIII. Hanc igitur differentiam vix excedit hujus plagæ melodia ad acutam partem in antiphonis, sed inferius, sive diatessaron per VII. sive diapente per X. numerabis. Est autem integra diatessaron consonantia inter utrumque modum : dum lichanos hypaton hypodorii sit, proslambanomenos dorii. Siquidem ex duplo et triplo hanc consonantiam procreari Boetius ita dicit. Sint hujusmodi medietatis termini, quorum extremi sint dupli, et alii, quorum extremi sint tripli ita.

VI. | VIII. | XII. | IIII. | VI. | XII.

Duodenarius igitur ad senarium duplus est, et in alia dispositione XII. ad IIII. triplus est. Horum si differentias colligamus, et ad se invicem comparemus, epitrita proportio, id est, diatessaron symphonia colligitur, et reliqua. Cum hæc ita sint, certum est quod paranete diezeugmenon hypodorii, cui adscribuntur sex, sit meses dorii. Adquam meses dorii si pervenerit cantus secundi tropi, jam potius dicetur dorii, quam hypodorii, ut est in responsorio gradali : *universi, qui te expectant*. Quod responsorium per differentiam, quæ est XII. passim excurrit inter bis XII et XII. cujus versus habens in primodio intensum diapente, a XVIII. videlicet C in XII. percurrit VIIII. qui sunt in differentia a bis VIIII. in VIIII. Responsorium quoque nocturnale, quod est *Circumdederunt me*, cum suo versu unum tonum ultra differentiam, quam diximus constare inter XXIIII. et XII. acuendo peragit.

ITEM DE SECUNDO TONO NOVA CUJUSDAM EXPOSITIO.

A quarta specie diapason, quæ est in C. ubi finitur primus tropus, inchoatur secundus ; ibique finitur, ubi et inchoatur. Concluditur autem ejus forma intra diapente, quod est ab M. ad C. Hujus enim hæc est forma NOEAGIS. Habet hic tropus differentiam unam in e. quæ habet tria loca : Diatessaron remissum in A. ut *lætentur cœli ; sesqui* octavum remissum in C. ut *juste et pie*. Unde constat, ut hic tropus unam habeat differentiam in nocturnis, et tria loca. In diurnis hic tropus ipsam habet differentiam et ipsa loca : diatessaron remissum in A. ut : *ecce advenit*. Tonum remissum in C. *sitientes*. *Servite*. *de necessitatibus*. Hujus tropi in nocturnis sic currit versus *Gloria Patri*, etc. In diurnis autem sic currit versus : *Gloria Patri*, etc.

DE TERTIO TONO (630).

Tertius tonus duo A habet, unum propter mensuram autenti deuteri, alterum propter (631) plagam ejus, in cujus diapason suum semitonium expli-

(629) Notulas veteres musicas textui impositas omittimus.

(630) Cod. *S. Em.* Sequitur tonorum expositor.

(631) Scil. *plagium* : uti in antecedentibus quoque legendum.

cat, et alterum semitonium in diapason secundi tropi, propter triplam, ut dictum est, et quadruplam, propter quater VI. ad unam III. de primo. Quater enim VI. ad quater III. de XII. quater IX. sunt, qui sunt XXXVI, diapason, id est sexies sex. et III. XII (632). similiter ter VIII. ad XII, quia duplæ proportiones sunt. Bis VIIII. ad XII. sesquialtera proportio est, id est, diapente in XXX. Unde iste tertius tonus aut diapason erit, aut diapente : ut sunt gradales antiphonæ : *Confessio et pulchritudo. Dispersit dedit.* et *Cognovi Domine.* Nocturnales antiphonæ : *qui de terra est. Quando natus es. Malos male perdet.*

Tonus, inquit (633), tertius duo O habet, id est bis XII. O enim pro XII. accipitur. Unum, inquit, propter mensuram autenti deuteri, id est phrygii, et alterum propter plagam ejus, id est hypophrygium. Nam meses phrygii, id est XII. est nete diezeugmenon hypodorii, ubi quinta species diapason incipit, et idcirco hujus hypate meson est illius proslambanomenos. Porro hypate meson phrygi: est meses hypophrygii : atque ob hoc ait : in cujus diapason suum semitonium explicat; quia meses uniuscujusque constitutionis diapason perficit, et ab eodem hypate meson hic vel illic semper incipit melodia quarti tropi. Siquidem hujus initium est melodiæ tertii, extremum, quandoquidem mollitiem chromatici generis imitatur, in quo frequentius per totam diapason diapente (634) recipitur. Nam paramese incipiens quarto loco suam diapason, suumque semitonium explicat. Sed euphoniæ causa eidem diapason tonum adjicit, sicut in melodia primi tropi, ut a mese diatessaron remissa, cum tono, quod est diapente, esse possit. Quod vero ait : suum semitonium ; certum est quod unaquæque species diapason secundo suis semitoniis insignitur, quæ si loco mota fuerint, totam qualitatem tropi transmutant, suo loco servata conservant. Ad id quoque multum soni prosunt, quos dicunt protum et deuterum,

A et reliqua. Propter triplum et quadruplum, quod ait : sciendum est quod secundus tropus ter VI. in lichanos hypaton consumat ; tertius vero quater VI in proslambanomenon determinat, qui superiori nervo una sesquioctava brevior constat. Subjungit, quod quater VI. ad quater III. de XII. diapason sit, quia primus duodenarius, id est bis sex, ad suam mesen pervenit, cujus quartam partem (635), id est III. frequentius percurrunt mela ejusdem tropi, descenduntque per quartam partem de bis XII. ut ita diapason compleri possint. Hoc quoque senties canendo AIANEOANE. Siquidem a paramese, peracta quarta specie diapente, ad lichanos meson per singulas chordas ascendendo diapente intendit : rursusque ad triste diezeugmenon
B gravando remittit : ad extremum in sua finali, hoc est, hypatemeson desinit. Quam finalem primam tangit gradalis antiphona, quæ est : *Confessio et pulchritudo,* et sic usque ad III. de XII. ascendit : ac deinde ad finalem suam redit. Quo etiam incipit semitonio intenso antiphona *Cognovi Domine.* et *Dum clamarem ad Dominum.* Nocturnales quoque antiphonæ vel responsoria eodem modo currunt *malos male perdet.* et *Peccavi super numerum. Alleluia.* et *Spiritus Domini.* et Offertorium : *Deus tu convertens.* Sic in eodem tropo non tantum per diapason XXXVI, vel diapente infra XXX. sed etiam per diatessaron, frequentius intensam vel remissam canitur.

DE QUARTO TONO.

C Aristoxenus musicus non voces ipsas, ut Pythagoras, dimetiens, sed inter voces differentiarum mensuras colligens, singula tetrachorda tribus numeris distinxit, qui nec LX. excederent, nec infra subsisterent. Nam in quatuor tetrachordis inter primam et secundam chordam, secundamque ac tertiam eundem numerum posuit : inter tertiam vero et quartam, quod residuum erat de LX. superadjecit ita :

VI. VI. XLVIII. | VIII. VIII. XLIII. | VIII. VIIII. XLII. | XII. XII. XXXVI.

Restant duo tetrachorda, quorum alterum habet | XII. XVIII. XXX. | alterum | XII. XXIV. et XXIV | Est autem eorumdem numerorum hæc ratio : quod XXIV. pro tono posuit, XII. pro semitonio, VIII. pro tertia parte toni, VI. pro quarta; quod est diesis ; IX. vero ex quarta parte toni, quod est VI. et octava, quod est III. constituit. Et primum quidem tetrachordum dixit enarmonii, secundum chromatici mollis, tertiam chromatici (636) emolii, quartum chromatici tonici (637), quintum diatonici mollis, sextum diatonici (638) incitati. Major autem in omnibus tetrachordis extremus numerus est, quam duo reliqui, nisi in duobus ultimis, quæ sunt diatonici

generis. Igitur secundum majorem extremitatem tetrachordorum est commensuratio symphoniarum, quoniam XLVIII. sunt bis XXIIII, id est bis
D diapason (639), quod est quidem quater VI et ter VIII. et octies VI. Similiter bis XII. hoc est bis diapason, sunt XXIIII. quod est quater VI. et ter VIII. Bis autem VIII. ad quater VI. quod est diatessaron, XLII. sunt, et bis VI. ad bis IX. quod diapente, XXX. sunt. Ad ultimum bis VI. ad quater VI. quod est diapason sunt XXXVI.

Quapropter præmissus expositor adjecit. Tonus quartus, quem nos hypophrygium dicimus, habet bis XII. ad bis VIIII et ter VIII. ad ter VI. in una

(632) Scil. ter duodecim.
(633) Hæc iterum expositio est alterius.
(634) C. Em. *repetitur.*
(635) C. *Em.* vel tertiam.
(636) Leg. hemiolii, seu sesquialteri. Vid. Aristoxenus *lib. II. Harmonicor.* p. 50. edit. Meibom.
(637) Sive toniæi, Græce τονιαίου.
(638) Meibom l. c. p. 51. vocem Græcam Aristoxeni συντόμου reddit *contenti.*
(639) C. *Em.* hoc est diapason, quod est quater XII. et sexies VIII. et octies VI.

consonantia numerorum ; est enim bis diatessaron. In diapason vero VI. ad XII. id est XVIII. conveniunt. Idcirco ter VI non ad bis XII. comparatur, quoniam per ter non dividitur, sed ,ut dictum est, ter VIII. ad ter VI; et bis XII. ad bis VIIII. ad sesquitertiam proportionem, qui sunt XLII. Nam totus iste tonus erit per diatessaron semper. Consonantiam autem diapason, id est VI. ad XII. faciunt ter VI. et bis VIIII. et ter VIII. et bis XII. quorum proportio, id est comparatio majoris ad minorem et minoris ad majorem, diatessaron habens, semper septenario mensurabitur, ut in gradalibus antiphonis : *Resurrexi. Misericordiæ Domini.* et *In voluntate tua Domine.* In nocturnalibus quoque : *Rubum quem viderat. Turba multa. Tria sunt munera.*

In hac expositione hoc tantum quærendum videtur, quod ait : ter VI. non ad bis XII. comparari, quoniam per te non dividitur : ac si bis XII. id est XXIIII. per tertiam partem metiri impossibile sit. Dum autem XXIIII. et per binarium et per ternarium metiri possit, certum est, quod binarium binario, ternarium ternario in eadem consonantia respondere voluit, ubi ternarium binario respondere contradixit. Quod vero adjecit, VI. ad XII. diapason fieri, cum jam posuisset bis XII, recolendum est, quod non solum in vocibus, sed etiam inter voces differentiarum mensura colligenda sit. Nam quia bis XII. dixit VI. ad bis XII. quadruplum constituit, atque idcirco inter VI. et XII. senarius differentiam facit. Rursus inter XII. ac bis XII. duodenarii differentia existit. Quas tandem differentias ad se invicem comparatas, diapason reddere nullus ignorat. Et hoc est, quod ait, consonantiam diapason, id est VI. ad XII. faciunt ter sex, et reliqua. Differentia ista, quæ est XII. utramque consonantiam, id est bis diatessaron retinet, nec eam in minoribus antiphonis excedit. Quod si fecerit, jam vim phrygii obtinebit. Cæterum ejus melodia, quæ est NOEAGIS ab hypate meson, hoc est, a semitonio intenso incipit, et in eadem, finale transcurso, diapente desinit. Quomodo autem omnis diatessaron septenario mensuretur per IIII. et III. sunt quater VI. et in bis IX. sunt ter VI. Sequuntur gradales antiphonæ, quarum prima est *Resurrexi*. Cujus est initium lichanos hypaton, medium et finis hypate meson, acuminis summitas mese. Gradale quoque responsorium *Hæc dies*. Nocturnale *Rex noster*, quod acuendo paramesen præterit. *Alleluia* etiam *Pascha nostrum* in hoc tropo consistit, quod pene ad suum diapason pervenit.

DE TERTIO ET QUARTO TONO NOVA CUJUSDAM EXPOSITIO

A prima specie diapason et primus, propter quamdam naturam, inchoatur, et tertius tropus, finiturque in diatessaron : in hoc scilicet concluditur ejus forma intra diapente O ad e et diatessaron O ad cc. Hujus enim tropi talis est forma NOEOEANE. Habet enim hic tropus in nocturnis differentias tres, unam in M. quæ habet unum locum, scilicet *qui odit animam*. Alteram in O. quæ habet unum locum, diatessaron remissum in hoc : *qui de terra est*. Tertiam in X. quæ habet enarmonicum remissum in M. *Et respicientes*. In diurnis enim hic tropus easdem habet differentias, et eadem loca M. ut *Ego autem*. cum O. differentia, et hunc locum : *Dum sanctificatus*. Hujus autem tropi in nocturnis sic currit versus : *Gloria Patri*, etc. (940) In diurnis enim sic currit versus *Gloria Patri*, etc.

DE QUARTO.

A quinta (641) specie diapason, ubi finitur tertius tropus, inchoatur et quartus, ab H. scilicet et finitur in eadem H. Concluditur hæc ejus forma intra diapente, quod est ab O. ad e. addito sesquioctavo remisso c. ad e. Hujus enim tropi hæc est forma NOEAGIS. Habet enim hic tropus in nocturnis differentias II. Primam in h, quæ habet quatuor loca in c. *O quam clarus est*, id est, *Jerusalem* ; sesquioctavum remissum in C. *Rubum quem viderat*. Secunda differentia est in c. quæ habet unum locum in *C. Betleem non es minima*. Unde constat, ut hic tropus duas habet differentias et dedicata loca in nocturnis. In diurnis enim hic tropus unam habet differentiam in M. ut *Resurrexi*. Hujus enim in nocturnis sic currit versus : *Gloria Patri*, etc. (642) In diurnis sic : *Gloria Patri*, etc.

ITEM DE QUINTO.

Tonus quintus, quem nobis Lydium dicimus, totus per denarium, semper est diapenticus : quia ter VIII. per sesquialteram proportionem in diapente cadunt, quorum consonantia diapason est in XII. Nam quater VIIII. et ter XII. ad quater VI. et ter VIII (644) faciunt LX. In quibus sunt gradales antiphonæ *Circumdederunt me*. Et *Domine in tua misericordia*. et nocturnales. ant. *Solvite templum hoc*. Et *Salve crux*. Et *Exultet Spiritus meus*. Hic nihil aliud quærendum video, nisi quod ait, numeri ad bis diapente faciendum propositi, faciunt consonantiam diapason ad XII. Duo enim tantum, id est, quater VI. et ter VIII. ad eundem numerum diapason faciunt. Nam quis intelligat, quod quater VIIII. et ter XII. in prædicta proportione sint? Unde intelligendum est quod ex duodenario oriatur diapason ad numerum bis XII. qui ad XLVIII, alteram diapason perficit, in quorum medio hic tropus suam proprietatem requirit, quandoquidem illa consonantia, quæ est ter XII. ad ter VIII. hinc XII. illinc ad XLVIII, respicit, et ad ter VIII. uterque numerus diapason facit. Porro ter XII. ad partem gravem observat metas ejusdem tropi, quoniam a trite diezeugmenon, sub tertia specie diatessaron, in-

(640) Totum cum notis.
(641) C. *Em.* quarta.
(642) Totum cum notis.

(643) F. *ter VIII. ad ter XII.* ex contextu seq.
(644) I. e. quater VIIII. ad quater VI. et ter XII. ad ter VIII.

choans, tertiam speciem diapente deorsum in sua A melodia, quæ est NOEOEANE, peragit usque in parypate meson, quæ est sua finalis. Gradalis enim antiphona *Domine refugium* ad eamdem chordam bis redit, et sicut *Circumdederunt* incipit, ita et offertorium: *Immittit angelus*. Nocturnale quoque responsorium *obsecro Domine* a mese enarmonico remisso inchoat, ut statim chromaticum intensum se ingerat. Secunda species enim diapason, quæ a paramese incipit in eo est singularis, quod tres tonos deorsum absque semitonio una serie directim digerit, nec in eadem diapason inter VI. et XII. octonarius incurrit, atque idcirco ibidem adjuvat plurimum synemmenon tetrachordum. *Alleluia* etiam *Beatus Vir* a finali chorda ejusdem tropi, ad octavam sursum versus, totam B quintam speciem diapason percurrit. In prædictis vero numeris consonantia diapente sub mensura quinaria cadit: quoniam ter VIII. et quater VI. ab bis XII. rediguntur. Quater vero VIII, ad ter XII. ut binarius et ternarius qui faciunt V. conservent suum diapente.

DE QUINTO TONO NOVA CUJUSDAM EXPOSITIO.

A tertia specie diapason, quæ (est) Y. inchoatur quintus tropus, finiturque in diapente, quod est I. concluditur enim ejus forma diapente, quod est. I (645) ad DD. Hujus enim tropi hæc est forma NOEOEANE. Habet enim hic tropus duas differentias in nocturnis, unam in O. quæ habet duo loca, scilicet ant. *Obsecro Domine*, enarmonicum remissum in I. *Vox clamantis*. Alteram differentiam in C Y. quæ habet unum locum, scilicet *hodie nobis*. In diurnis enim hic tropus quatuor habet differentias et tria loca, scilicet *Exaudi Deus*. Alteram in M. quæ habet unum locum in I. *Circumdederunt me*. Tertiam in Y. *Justus Dominus*. Hujus tropi in nocturnis sic currit versus: *Gloria Patri*, etc. In diurnis sic currit versus: *Gloria Patri*, etc.

ITEM DE SEXTO TONO (646.)

Tonus sextus est species sexies VI, ad sexies IIII, de bis XII. et (647) quater VIIII. ad quater VI. de bis XII. quia sesquialtera proportio in diapente cadit et sexies IIII. de ter VIII. sicut sexies IIII. de bis XII. in consonantia diapason, id est (648). ad XII. perveniunt per bis XII. et quater VIIII. qui D sunt XLVIII, sicut sexies VI. et quater VIIII. sunt LXXII. Totus enim iste tonus aut per diapason consonantiam, id est, VI. ad XII. aut per diapente, denario scilicet, mensurabitur, ut in gradalibus ant. *Os justi. Omnes gentes. Quasi modo geniti*. In nocturnalibus quoque ant. *O admirabile. Vade Satana. Virgo hodie fidelis. O quam gloriosum est*. Quia sunt octo tropi, quorum quatuor dicuntur autentici vel principales; reliqui plagii vel subjugales. Sciendum est, quod a se invicem, hoc est, principalis a suo subjugali non discrepet, aut ratione numerorum, aut natura symphoniarum. Quapropter hujusmodi mensuræ et numeri magis lydio principali competunt, quam subjugali: quoniam ille sextam partem de bis XII. quod est IIII. et quartam, quod est VI. frequentius percurrit: iste vero in quibusdam antiphonis more subjugalium vix ab bis XII. pertingit. Denique quod bis XII. id est XXIIII. sexta parte vel quarta metiri præcepit: hoc est, quod post modum ait ejusdem tropi consonantiam, quod est diapente, denario mensurari: quandoquidem VI et IIII denarii mensuræ competit. Quod vero sexies VI. ad sexies IIII. quod est LX. comparari voluit, idem valet, ac si diceret, XXXVI. ad XXIIII, per diapente consonantiam comparari. Deinde ter VIII. et bis XII. in consonantia dixit diapason fieri per VI. ad XII. quod nihil est aliud, nisi quia ter VIII. et bis XII. idem valent ad XII. quod prædicta diapason in minoribus numeris, hoc est VI. ad XII. Nam a sua finali, quæ est parypate meson, diapente superius et diatessaron inferius currit. Ex quibus utriusque consonantiis semper diapason existit, sicut animadvertere potes in ant. quæ est: *Omnes gentes*. Quandoquidem et ad parypate hypaton descendit et ad trite diezeugmenon, ut dictum est, diapason existit. Eodem modo ascendit et descendit offertorium: *Stetit angelus*. Nocturnale quoque responsorium cum suo versu, quod est *Aspiciebam*, et *Esto nobis*: ad nete hyperbolæon videntur ascendere. *Alleluia* Etiam *Omnes gentes*, ejusdem tropi melodia, quæ est AANNES. intonando retinet. Siquidem ipsa melodia ascendendo mesen tangit, ac postea tertiam speciem diatessaron descendendo remittit.

ITEM DE SEXTO TONO NOVA CUJUSDAM EXPOSITIO.

A sexta specie diapason, ubi finitur quintus tropus, inchoatur sextus, ab I. videlicet. Concluditur tamen ejus forma diapente, quod est O. ad E. addita sesquioctava proportione ad gravem partem scilicet E. ad C. hujus enim tropi hæc est forma NOEAGIS. Habet enim hic tropus in nocturnis differentiam unam, quæ habet tria loca, scilicet *Aspiciebam*. Enarmonicum intensum in O. *Modo veniet*. Diatessaron remissum in C. *Per memetipsum*. Itaque hic tropus una differentia cum tribus insignitur locis. In diurnis enim ipsa differentia duo habet, loca, scilicet *Os justi*. Diatessaron remissum in C. *Qui manducat*. Hujus tropi in nocturnis sic currit versus: *Gloria Patri*, etc. In diurnis sic: *Gloria Patri*, etc.

DE SEPTIMO TONO (649).

Tonus septimus, quem nos mixolydion dicimus; in proportione quarti toni habet totum diatessaron, in proportione quinti toni totum diapente, et in

(645) C. Em. *y ad i addito, enarmonio, quod est y ad DD.* melius; nam ab i ad y continetur diapente, et ab y ad DD. enarmonicum, id est, duo toni. Hinc hæc verba, quæ addit C. Em. in contextu per errorem sunt omissa.

(646) C. *Em.* Sequitur idem expositor de sexto Tono.

(647) C. *Em.* ter.

(648) C. *Em.* VI. ad XII. veniunt.

(649) C. *Em.*, sequitur Expositor de septimo tono.

proportione propria habet quater XII. quod est A diapason. Quod ait, ex quarti et quinti toni proportionibus mixolydium fieri, qui idcirco dictus est, eo quod ex Lydio mixtus sit, scire oportet, quod in quarto tono bis VIIII. ad bis XII, et ter VI. ad ter VIII, per XLII. diatessaron consistit. In quinto vero sexies VI. ad sexies IIII. de bis XII et quater VIIII. ad quater VI. de bis XII. per LX. diapente producit, in proportione autem propria habet diapason, quod est quater VI.ad quater XII. et sexies quatuor de bis XII. ad sexies VIII. qui numeri simul juncti faciunt XLVIII. siquidem a paranete diezeugmenon melodia hujus tropi inchoans, in lichanos meson, quæ est sua finalis, desinit per diatessaron et tonum, faciens primitus diapente remissum : tum deinde tertiam speciem B ipsius diapente infra eam consonantiam videatur consistere : et quia sursum versus a sua finali hic septimus tropus septimam speciem diapason exsequitur, sicut quartus diatessaron septenario, et sicut quintus diapente denario mensurabitur. Hujus enim speciei paranete hyperbolæon est ad acutam partem finis. Ubi autem melodia hujus tropi, quæ est NOEOEANE desinit, melodia octavi tropi, quæ est NOEAGIS, per diatessaron intensum incipit : quod statim remittit, nec a suo principali propter hanc differentiam discrepat quod suo nomine hypermixolydius designat; hypermixolydius sane dicitur, quod myxolydium transcendit, qui juxta Ptolomæum octavam speciem diapason, omnibus reliquis acutiorem, percurrit, C constans quarti et quinti toni proprietatibus, sicut myxolydius. Cantatur autem myxolydius in gradalibus ant. *Puer natus est nobis.* et *Audivit Dominus.* Et nocturnalia responsoria eodem modo incipiunt ℟. *Iste est frater vester.* et *Dixit Judas fratribus suis.* Cæterum prima antiphona. *Puer natus est* diapente ad paranete diezeugmenon intendit, ubi melodia hujus tropi tale habet initium, quale et responsorium : *Ecce dies veniunt* ℟. *Nascetur nobis.* de hoc tropo eodem modo incipit. Porro cantilenæ octavi tropi more subjugalium infra quartam speciem diapason decurrunt : sunt enim a mese superius quatuor chordæ, quæ synemmenæ sunt proximæ, et e latere (650) intimæ, quæ dant ab excellentiori parte exordium quatuor pri- D mis speciebus diapason, atque melodiis quatuor troporum. Quorum videlicet troporum sive etiam sonorum, primus Græca lingua dicitur Protus ; secundus Deuterus ; tertius Tritus ; quartus Tetradus ; qui singuli a suis finalibus deorsum pentachordo, quod est diapente, differunt. Superius vero tetrachordum, quod est diatessaron requirunt, ut unusquisque suam speciem diapason teneat, per quam evagando, sursum ac deorsum libere currat. Cui scilicet diapason plerumque exterius additur, qui emmelis, id est, aptus melo vocatur.

Sciendum quoque, quod Dorius maxime proto regitur, similiter Phrygius deutero, Lydius trito, mixolydius tetrardo. Quos sonos in quibusdam cantilenis suæ (651) plagæ quodammodo tangendo libant, ut plaga proti tangat protum, deuteri deuterum, triti tritum, tetrardi tetradum. Et id fas est experiri in gradalibus antiphonis. In responsoriis namque nocturnis vel diurnis, seu quibuslibet ecclesiaticis cantilenis, ipsæ plagæ eorum sonorum limites ad placidum transcendunt, ac species diapason, quas a graviore parte inchoaverant, prout libuerit, percurrunt : quippe singulæ chordæ finales singulas adoriuntur species. Quarum videlicet specierum metas principalium troporum superius et inferius observantium prima Dorii est, secunda Phrygii, tertia Lydii, quarta mixolydii ; siquidem omnes species diapason et superius et inferius inchoari possunt, v. g. prima ab O in A vel ab A. in O. Secunda ab x. in b. vel a b. in x. Tertia ab y in c. vel a c in y. Quarta a cc in e. vel ab e in cc. Quinta a dd in h. vel ab h in dd. Sexta ab ff in i. vel ab i in ff. Septima ab nn in m. vel ab m in nn (652). Sunt igitur quatuor superiores, id est, O. X. y. cc. et (653) tres inferiores H. i. M. Et superiores quidem excellentiori parte (654) fiunt: hypodorium, hypophrygium, hypolydium, hypermixolydium. Inferiores vero fiunt ex graviore parte, Dorium, Phrygium, Lydium, mixolydium, unde et finales dictæ sunt. Quapropter modulatio cantilenæ infra speciem hypodorii decurrens, sua est, superius ascendens, Dorii est. Eodem modo infra speciem hypophrygii, sua est, superius ascendens, Phrygii est. Intra quoque speciem hypolydii, sua est, superius ascendens, Lydii est. Et de hypermixolydio similiter intelligendum est. Ergo modulationem cantilenæ Dorii ad excellentiorem partem finit CC. modulationem Phrygii finit dd. modulationem Lydii finit ff modulationem mixolydii finit nn. unde fit, ut Dorius ab o. aut descendat in e. aut ascendat in cc. Similiter Phrygius ab X. aut descendat in h. aut ascendat in dd. Eodem modo Lydius ab y aut descendit in I. aut ascendit in ff. Mixolydius nihilominus ab cc. aut descendit in M. aut ascendit in nn. et semper unusquisque principalis tropus inferius habet diapente a media chorda, superius diatessaron ; ac si VIII. sint inter VI. et XII. subjugalis vero unusquisque tropus a finali chorda superius habet diapente, inferius vero diatessaron : ac si VIIII. sint inter VI. et XIII. Quod si superius vel inferius alicui tropo extra speciem dupli tonus accesserit, non erit absurdum emmelim ponere, ut si a prædictis medietatibus, ubicunque tetigerit hinc vel inde, diapente et tonus, vel diatessaron et tonus.

Restat dicere de tribus directaneis tonis, quorum tenorem synemmenon tetrachordum recidit, dum

(650) C. *Em.*, vicinæ.
(651) i. e. plagii seu obliqui.
(652) Videtur pro *nn.* legendum *hh.* ut et in seq.
(653) C. Em. *quatuor inferiores, id est e. n. i. m.*
(654) C. Em. *finiunt.*

inter O. et X. trite synemmenon, id est, q. intervenit; vix tamen unquam ratio post paramesen sonare permittit: sed aut post O. aut post T. invenitur: post O. sicut in tertio sono hujus antiphonæ: *Justus es Domine*. Tandem octavus tropus tenet eamdem speciem diapason, quam et primus, tamen eo differt, quod ille habet m. mediam chordam suæ qualitatis custodem: hic vero O. sub proti nomine. Quam differentiam qui nescit, nunc in istum, nunc in illum vitiosus incurrit. Ut est in antiph. *Urbs fortitudinis*, quæ a primo tono incipit, et in octavum desinit propter semitonium, quod chordæ, quæ est m. imprudens non suo loco subjunxit eo, ubi *Aperite portas* intulit. Cæterum in gradalibus antiphonis habet octavus tropus *Ad te levavi*. et *Domine ne longe*. In nocturnis antiph. *Repleti sunt omnes*. et *Lux de luce*. Nocturnalia responsoria *Montes Gelboe*. et *Dixit Ruben*. Diurna responsoria *Dilexisti*. et *Qui sedes*. Offertorium *Si ambulavero*.

ITEM DE SEPTIMO ET OCTAVO TONO NOVA CUJUSDAM EXPOSITIO.

A quarta specie diapason, quæ est supra mese, inchoatur septimus tropus, id est, cc. et finitur in diapente m. Concluditur ejus forma intra diapente, quod est cc. ad m. addita sesquioctava proportione, quod est ab m. ad i. Hujus tropi hæc est forma NOEOEAGIS. Habet enim in nocturnis differentias tres, unam in cc. quæ habet unum locum, diapente remissum in m. ut *Summæ Trinitati*. Alteram in y. quæ habet duo loca in se. ut *Dixit Judas*. tonum intensum in cc. ut *Aspiciens*. Tertia differentia est in O, quæ habet duo loca in se. *Attende Domine ad me*. tonum remissum in m. ut *Missus est Gabriel*. Et de hac differentia sunt omnes antiphonæ, quas vitio finis in quarto ponimus: ut *Benedicta tu*. In diurnis huic tropo una differentia in m. quæ habet unum locum in se, scilicet *Puer natus est*. Sic enim in nocturnis currit versus: *Gloria Patri*, etc. In diurnis: *Gloria Patri*, etc.

DE OCTAVO TONO.

A septima specie diapason, quæ est M. ubi finitur septimus, inchoatur octavus: ibi finitur, ubi inchoatur. Concluditur ejus forma intra diapente intensum m. ad cc. addita sesquioctava proportione, remissum m. ad i. Hujus tropi talis est forma NOEAGIS. Habet hic tropus in nocturnis differentiam unam, quæ habet quinque loca in se. *Ecce dies veniunt*. Sesquioctavum remissum in I ut *Doceam iniquos*. Sesquioctavum intensum in O. ut *Quodcunque*. Diatessaron remissum in y. *Ecce ancilla Domini*. Unde apparet quod hic tropus in nocturnis differentia cum quinque locis insignitur. In diurnis enim hic tropus unam habet differentiam, quæ habet duo loca in se, ut *In virtute tua*. diatessaron remissum, ut *Domine ne longe*. Hujus tropi in nocturnis sic currit versus: *Gloria Patri*, etc. In diurnis autem taliter currit versus: *Gloria Patri*, etc.

SEQUITUR PRÆMISSUS EXPOSITOR.

Ut Vitruvius dixit in libro de Architectura, secundum physicos non plus sunt, quam octo venti: principales quatuor, et subjecti quatuor. Quatuor vero, qui adduntur ut sint duodecim, sic sunt ut quatuor semitonia ad octo tonos. Nam in undis maris et fluminum semper magis sonat prima unda, quam septem sequentes. Nona vero octavæ similis est. Similiter in tonitruis octo discrimina, a quibus Pythagoras philosophus hac octo tonorum consonantias præfatas ad harmoniam cœli in Atlante monte, qui est proximus cœlo, adinvenit, cujus proportiones instar quinque Zonarum cœli perfecit, quarum temperie mundus iste moderatur. Omnis enim musicæ consonantia aut ad unum II. habet in duplici, aut III. in triplici, aut IIII. in quadruplici, aut V. in sesquialtera, aut VII. in sesquitertia. Denique, ut supra dictum est, ex V tonis et duobus semitoniis octavum perficitur diapason, qui est primus tonus: ut VI. XII. ad quem omnis musicæ consonantia refertur. Quicunque enim numerus ad XII. partiri potest, ita ut ad ipsum duodenarium sive per ter et quater, sive quater et ter dividatur, musicus est, constans in supradictis proportionibus. Nam Pythagoras aptavit duplam in VI. sesquialteram in VIII. sesquitertiam in VIIII. ad XII. Unde ex quinque tonorum simplicium, id est, diapente, diatessaron, diapason; compositorum (655), ut diapason simul et diapente, ut tertius tonus et sextus; et diapason ac diatessaron in eodem quinto, et dupla diapason in octavo tono, unacum duplo et triplo. Quod tonos ventis comparavit, congrua ratione factum est; quippe ad sonum eliciendum, aut plectrum aut statum necessarium esse constat. Quod quatuor semitonia eisdem tonis inesse proposuit, scire convenit, quia excepto illo, quod a mesen conjunctum est, quatuor sunt tantum directa tetrachorda, quæ singulis semitoniis finetenus ad graviorem partem sunt insignita. De undis maris et fluminum, quomodo redeant, physicorum peritia pertractat. Siquidem et Hyginus de concordia annorum, dierum et mensium, aliquando post VII. annos, octavo videlicet recurrentium, aliquando post VII. dies, in Astrologia disputat propter excellentiam octonarii numeri, quo partitur sphæra cœlestis, superius et inferius in circulo æquinoctiali. De eadem etiam sphæra tunc temporis quatuor partes superius patent, quatuor inferius latent. Porro quod adjecit, nona unda octavæ similis est, nihil mirum, cum et nona chorda octavæ adeo similis sit, ut æquisona reddatur, si altera pro altera tangitur. Verbi gratia, in singulis speciebus diapason prima et octava chorda eodem sono, non loco, nec longitudinis aut brevitatis spatio; quippe in heptachordo absque ullo confusionis errore respondet prima pro octava, secunda pro nona, tertia pro decima; atque idcirco in octochordo erit prima pro nona, ut sit octava

(655) Hic videtur aliquid omissum.

eidem (656) similis, nec non æquisona, et ob hoc nisi propter acumen superflua. A

De tonitruis sicut et de undis humanæ philosophiæ unam disputationem ponere supersedi. De quinque symphoniis et de quinque zonis non spernenda est comparatio, quoniam illic in relatione est speculatio totius musicæ, hic vero (657) evolutio cœlestis sphæræ. Ponamus itaque senarium pro unitate, ad quem duo senarii habebuntur pro duplo infra XVIII. et VIII. Ad eumdem tres senarii pro triplo infra XXIIII. Ad eumdem quatuor senarii faciunt proportionem quadruplam infra XXX. Ad duos senarios tres senarii comparati erunt infra XXX. sesquialteræ proportionis. Similiter tres senarii ad Quatuor proportionaliter constituti infra XLII. respondent epitritæ rationi. Quapropter primus tropus erit in dupla, secundus in tripla, tertius in quadrupla, quartus in epitrita, quintus in sesquialtera, sextus sicut tertius in diapason simul ac diapente : diapason quoque ac diatessaron in septimo : dupla diapason in octavo, unacum duplo triplo. Horum omnium rationem superius per unumquemque tropum singillatim complexus sum. B

Nunc duodenarii potentiam præterire non debeo, ad quem omnis numerus, qui per ter et quater dividitur, musicis consonantiis aptatur. Nam duodenarii membra sive partes sunt sex (658), quarum prima est unitas, secunda senarius, tertia quaternarius, quarta ternarius, sexta binarius. Habet quoque hoc proprium, ut quia a primo impari surgit, ejus, id est, senarius, medietas constat tribus membris, et est primus perfectus in numeris. Si ergo XII, duplicentur, qui ad VI. procul dubio pro duplo accipiuntur, in hac duplicatione colligitur, quod qui duplicantur per impares numeros se sequentes, sua membra, hoc est, suas partes sortiuntur. Verbi causa, a ternario duplicantur hi VI. XII. XXIIII. XLVIII. et horum primus tribus membris insignitur, secundus quinque, tertius septem, quartus novem. Si vero a quaternio duodenarius sumat initium, qui duplicantur, quaternario excrescunt. Nam in XXIIII. sunt VIII. qui producti sunt ex duplicato quaternario, et in LXVIII, adduntur ad eosdem VIII. sic quater XII. in XLVIII. Et hoc est, quod ait : musicos esse numeros, qui per ter et quater dividuntur, comparati eidem duodenario. Nam VIII. qui per quater, et VIII. qui per ter dividuntur, ad eumdem sub epitrita vel hemiola proportione comparantur. Tandem quia dixit tonorum alios esse compositos, alios simplices, sciendum est quod eorum compositio talis sit qualis est apud grammaticos ex duabus partibus integris, ut est magister equitum. Dum enim primus tonus diapason consonantia nobilis, sit, quintus autem diapente fiat singularis : secundus ex utraque consonantia componitur, cum tripla proportione dilatatur. Siquidem, ut dictum C D

est, gradale ℟. *Universi, qui te exspectant*, totam speciem diapason hypodorii, et insuper diapente percurrit, quatenus quintus per triplum perficere possit; est enim triplus, quando comparatur major numerus ad minorem ; subtriplus vero, quando minor ad majorem. Quapropter XXIIII. ad VIII. et XVIII. ad VI triplus esse necesse est, quorum alterum perficit cum suo versu cantilena præfati responsorii. Simplices vero tropi sunt, qui una symphonia contenti sunt, quales sunt quartus et quintus : quartus quidem cum per VII. hoc est per III. et IIII. quod est diatessaron, decurrit. Quintus quoque per X. hoc est per IIII. et VI. quod est diapente, de quo Boetius, hic, inquit, est simplicior ac princeps, quem Lydium nuncupamus. Unde Plato præcepit minime oportere pueros ad omnes modos erudiri, sed potius ad valentes et simplices.

*Cod. S. Emeram.*

| | | |
|---|---|---|
| Dorius. | Tonus primus. | |
| | a | |
| | XII. | Diapason. |
| | c | |
| | VI. | Diapente. |
| | B | |
| | VIII. | Diatessaron. |
| | d | |
| | VIIII. | |
| Hypodorius. | Tonus secundus. | |
| | a | |
| | XII. | Diapente. |
| | c c c | |
| | VI. VI. VI. | Diatessaron. |
| | B B | |
| | VIII. VIII. | Diapente. |
| | d d | |
| | VIIII. VIIII. | |
| Phrygius. | Tonus tertius. | |
| | a | |
| | XII. | Diapason. |
| | c c c c | |
| | VI. VI. VI. VI. | Diapason. |
| | B B B | |
| | VIII. VIII. VIII. | Diapente. |
| | d d | |
| | VIII. VIII. | |
| Hypophrygius. | Tonus quartus. | |
| | a a | |
| | XII. XII. | Diatessaron. |
| | c c c | |
| | VI. VI. VI. | Diatessaron. |
| | b b b | |
| | VIII. VIII. VIII. | Diatessaron. |
| | d d | |
| | VIIII. VIIII. | |
| Lydius. | Tonus quintus. | |
| | a a a | |
| | XII. XII. XII. | Diapente. |
| | c c c c | |
| (659) | VI. VI. VI. VI. | Diapente. |
| | b b b | |
| | VIII. VIII. VIII. | Diapente. |
| | d d d d | |
| | VIIII. VIIII. VIIII. VIIII. | |

(656) C. *Em.* pene.
(657) C. *Em.* revolutio. Mox legendum *quinta.*

(658) C. *Em.* habet V et sic consequenter pro *sexta.*
(659) Cod. *Argent.* quater ponit VIII.

Hypolydius.

Tonus sextus.

a a
XII. XII. Diapente.
e c c c c c
VI. VI. VI. VI. VI. VI. Diapente.
B B B
VIII. VIII. VIII. Diapente.
d d d d
(659*) VIIII. VIIII. VIIII. VIIII.

Mixolydius.

Tonus septimus.

a a
XII. XII. Diatessaron.
c c c
(660) VI. VI. VI. Diatessaron.
B B B
VIII. VIII. VIII. Diatessaron.
d d
VIIII. VIIII.

(661) Item de eodem.

a a a
XII. XII. XII.
c c c c
VI. VI. VI. VI.
B B B
VIII. VIII. VIII.
d d d d
VIIII. VIIII. VIIII. VIIII.

Item propria et consonantia diapason.

a a a a
XII. XII. XII. XII.
c c c c c c c c
VI. VI. VI. VI. VI. VI. VI. VI.
B B B B B B
(662) VIII. VIII. VIII. VIII. VIII. VIII.

Hypermixolydius.

Tonns octavus.

a a
XII. XII. Diatessaron.
c c c
VI. VI. VI. Diatessaron.
B B B
VIII. VIII. VIII. Diatessaron.
d d
VIIII. VIIII.

Item ex eodem.

a a a
XII. XII. XII. D'apente.
c c c c
(663) VI. VI. VI. VI. Diapente.
B B B
VIII. VIII. VIII. Diapente.
d d d d
VIIII. VIIII. VIIII. VIIII.

Hic continentur proportiones octo tonorum, qui efficiuntur ex V. tonis, et duobus semitoniis, et

A sex symphoniæ speciebus, et quinque proportioni-
a c B d
bus XII. VI. VIII. VIIII. Primus tonus est in XVIII. diapason, VI. ad XII. et XX. diapente, VIII. ad XII. et in XXI. diatessaron, VIIII. ad XII. Secundus to-
a c c c b b d d
nus est XII. VI. VI. VI. VIII. VIII. VIIII. VIIII. et in XXX. per ter VI. ad XII. et per bis VIIII. ad XII. in quibus est diapente. et in XXVIII. diatessaron per bis VIII. ad XII.

a c c c b b
Tertius tonus est XII. VI. VI. VI. VI. VIII. VIII.
b d d
VIII. VIIII. VIIII, In XXXVI. diapason, per quater VI. ad XII. aut in XXX. diapente per bis VIIII.
B a a c c c b
ad XII. Quartus tonus est XII. XII. VI. VI. VI. VIII.
b b d d
VIII. VIII. VIIII. VIIII. Diatessaron per ter VI. ad ter VIII. et per bis VIIII. ad bis XII. qui sunt XLII.
a a a c c c b b
Quintus tonus est XII. XII. XII. VI. VI. VI. VIII. VIII.
b d d
VIII. VIIII. VIIII. (664) et est diapenticus per ter VIII. ad ter XII. qui sunt XXXVI. et quater VI. ad quater VIII. qui sunt LX. Sextus tonus est
a a c c c c c c b b b d
XII. XII. VI. VI. VI. VI. VI. VI. VIII. VIII. VIII. VIIII.
d d
VIIII. VIIII. (665) et est diapason per sexies VI. ad
C bis XII. qui sunt LX. et per ter VIII. ad bis XII. qui sunt XLVIII. aut diapente per quater VIIII. ad bis XII. qui sunt LX

a a c c c b b
Septimus tonus est XII. XII. VI. VI. VI. VIII. VIII.
b d d a a a c c c c
VIII. VIIII. VIIII. Item XII. XII. XII. VI. VI. VI. VI.
b b b d d d d
VIII. VIII. VIII. VIIII. VIIII. VIIII. VIIII. Item propria.
a a a a c c c c c c c c
XII. XII. XII. XII. VI. VI. VI. VI. VI. VI. VI. VI.
b b b b b b
VIII. VIII. VIII. VIII. VIII. VIII. et constat ex quarti toni et quinti, et sua proportione. Diatessaron per XLII. sicut quartus, aut diapente per LX. sicut
D quintus aut in propria diapason, ut duodecies XII. qui sunt CXLIIII. quod est octies VI. et sexies VIII. ad quater XII.

Octavus tonus est, qui constat ex supradictis
a a
quarti et quinti toni diatessaron et diapente XII. XII.
c c c b b b
VI. VI. VI. VIII. VIII. VIII. VIIII. VIIII. qui faciunt VI. ad ter VIII. et bis VIII. ad bis XII. in septenario

(659*) Tantum ter ponit VIIII. cit. cod.
(660) Arg. bis tantum VI. ponit.
(661) Inscribitur tonus octavus in Argent. qui ter tantum habet VIIII.

(662) Omittit omnia VIII. Argent.
(663) Argent. ponit. tantum ter VI.
(664) Addendi sunt duo VIIII.
(665) Deest VIIII.

a a a c c c b
diatessaron. Item XII. XII. XII. VI. VI. VI. VI. VIII.
b b d d d d
VIII. VIII. VIIII. VIIII. VIIII. VIIII. qui faciunt quater VIIII. ad quater VI. et ter VIII. ad ter XII. in sesquitertia (666) proportione denarii numeri. Octavus tonus aut sicut quintus per LX. et LX. habens CXX. in numero. Tonus primus VI. ad XII. id est XVIII. qui sunt ter VI. quæ proportio diapason dicitur.

EXPOSITIO EORUMDEM TONORUM.

Item VIII. ad XII. sunt XX. quæ proportio sesquialtera dicitur ad XII. ideo, quia XII. habet in se VIII. et alteram ejus partem, id est, IIII. et facit diapente. Item VIIII. ad XII. XXI. sunt, quæ proportio sesquitertia dicitur, quia XII. habet VIIII. et B ejus tertiam partem, id est, III. et fit diatessaron, id est ter septem, qui sunt XXI. Omnis igitur primus tonus aut ter VI. habebit in dupla proportione, id est, diapason ; ut est *Rorate cœli desuper*, aut quater V. id est ter, (668) de VIII. et III. de XII. in sesquialtera proportione faciunt diapente, quod est XX. ut est : *Et nubes pluant justum. aperiatur.* Aut ter VII. id est, III. de VIIII, et ad IIII. de XII. in sesquitertia, qui faciunt diatessaron, ut est : *Terra, et germinet Salvatorem.* Item introitum : *Gaudete in Domino*, etc. et *Inclina Domine.* et *Justus es Domine.* Antiph. *Urbs fortitudinis. Jesus autem. Traditor autem.* Et hoc videndum, quod sæpe evenit, ut bis aut ter aut totum etiam in antiphonis, aut in quocumque cantu primi toni C sit, aut per VI. et XII. quod est diapason, aut per V. et X. quod est diapente, aut per VII. totum, quod est diatessaron, decurrit : ut *urbs fortitudinis.* et *Joannes autem.*

Tonus secundus per ter VI. id est XVIII. ad XII. per sesquialteram proportionem fiunt XXX. reddunt diapente. Ad VI. de primo tono ad ter VI, de secundo tripla proportio est, quia triplicatus eum superat. Item bis VIII. ad XII. per sesquitertiam proportionem XXVIII. fiunt, id est, quater VII. quod est diatessaron. Sit ergo ipsa proportio numeri, id est, bis VIII. ad VIII. de primo tono duplum est, et ideo in diapason cadit XXIIII. quod est quater VI. et bis XII. Item bis IX. qui sunt ter VI. id est, XVIII. per sesquialteram proportionem fiunt XXX. ut su- D pra diapente. Omnis enim melodia secundi toni aut per diapente denarium numerabit totum, ut est Ant. *Ecce advenit* in qua sunt LXV. (668). aut diatessaron totum, vel ter VII. ut est : *Veni et ostende.* Item antiphona diapentica *Omnipotens sermo tuus Domine.* et diatessaron : ut *Dominus Deus auxiliator meus.* Si autem in diapason venerit proportio secundi toni, vel VI. ad XII. ad primum est ut ter VI.

A ad VI. primi, et bis VIII. ad VIII. (669) primi toni efficit.

Tonus tertius est, qui duo A. habet propter primam mensuram autenti deuteri, et secundum A. propter plagam autenti deuteri, in cujus diapason suum semitonium explicat, et secundi toni, qui ambo sunt semitonia, propter triplam, ut dictum est, et quadruplam, propter quater VI. ad unum VI. de primo. Quater enim VI. ad quater III. de XII. quater (670) octo sunt, qui sunt XXXVI. diapason, id est, sexies VI. et ter XII. Similiter VI. ad XII. quia duplæ proportiones sunt : bis VIIII. ad XII. quia sesquialtera proportio est XXX. diapente fiunt. Unde iste tertius tonus aut diapason erit per VI. ad XII. aut diapente, id est XXX. ut B in Introitibus : *Confessio et pulchritudo.* et *Dispersit dedit.* et *Cognovi Domine.* et Antiph. *Qui de terra est.* et *Quando natus es.* et *Malos male perdet.* et *Homo quidam fecit.*

Tonus quartus bis XII. ad ter VIII. et ad ter VI. bis VIII. (671) una consonantia numerorum in diapason VI. ad XII id est XXIIII, conveniunt. Idcirco ter VI. non ad bis XII. comparatur, quoniam per ter non dividitur. sed ter VIII. ad ter VI. comparatur ; et bis VIIII. ad bis XII. per sesquitertiam proportionem. Totus iste tonus erit diatessaron semper, consonantia autem diapason, id est, sex VI. ad XII. ter VI. et bis VIIII. et ter VIII. et bis XII. faciunt. Quorum proportio, id est, comparatio majoris ad minorem, et minoris ad majo- C rem semper diatessaron, id est, septenario mensurabitur : ut introitus. *Resurrexi.* et *Misericordia Domini.* et *In voluntate tua.* et Antiph. *Rubum quem viderat.* et *Turba multa. Tria sunt munera.*

Tonus quintus totus semper diapenticus per denarium est, quia ter VIIII. ad ter XII. et quater VI. ad quater VIII. id est, per sesquialteram proportionem in diapente cadunt, quorum consonantia diapason est, id est, in duodenarium quater VIIII. et ter XII. et quater VI. et ter VIII. ut Introitus : *Domine refugium. Circumdederunt me.* et *Domine in tua misericordia.* Et antiph. *Solvite templum hoc. Salve Crux. Exultet spiritus meus.* Et similia.

Tonus sextus est sexies VI. ad sexies IIII. de bis XII. et quater VIIII. ad quater VI. de bis XII. quia D sesquialtera proportio in diapente cadit. et sexies IIII. de ter VIII. et sexies IIII. de bis XII. in consonantia diapason, id est, VI. et XII. veniunt per VIII, qui sunt XLVIII. sicut sexies VI. et quater VIIII. in LXXII. Totus enim iste tonus aut per diapason consonantiam, id est, VI. et XII. aut per diapente, id est, denarium mensurabitur. Ut introitus : *Os justi. Omnes gentes.* Et *Quasi modo geniti.* Et Antiph. *O Admirabile.* et *Virgo hodie fidelis.*

(666) Sesquialtera.
(667) S. Emer. habet II. Ita legi debet, cum non III et III, sed II et III sint in proportione sesquialtera.
(668) Nescio cur hic ponatur, LXV., ex antecedentibus autem colligo, quod melius legatur LX.

(669) S. Emer. addit : et bis VIIII. ad VIIII.
(670) S. Emer. VIIII, melius, ita enim legi debet, non quater VI. et quater III. sunt XXXVI., seu quater VIIII.
(671) S. Emer. VIIII, melius, ut patet ex iis quæ sequuntur.

Tonus septimus ut in proportione quarti toni habet totum diatessaron, et in proportione quinti toni habet totum diapente, et in proportione propria habet duodecies XII. diapason, qui sunt CXLIIII. Tonum octavum require ut supra (672)

DE MENSURIS ORGANICARUM FISTULARUM.

Prima habeat octies suum diametrum. Secunda habeat primam et ejus octavam, et diametri octavam. Tertia secundam et ejus octavam et diametri octavam. Quarta primam et ejus tertiam et diametri tertiam. Quinta primam et ejus mediam, et diametri mediam ; vel quartam et ejus octavam, et diametri octavam. Sexta habeat quintam in se, et ejus octavam, et diametri octavam. Octava primam habeat duplam in se.

*Item unde supra aliter.*

Prima per octavam metiatur E.T. (673) Secunda sesquioctava sit primæ D. T. Tertia sesquioctava secundæ C. S. Quarta sesquitertia primæ B. T. Quinta vel sesquialtera primæ, vel sesquitertia secundæ, vel sesquioctava quartæ A. T. Sexta sesquioctava quintæ, vel sesquitertia tertiæ, vel sesquialtera secundæ G. S. Septima sesquioctava sextæ, vel sesquitertia quartæ, vel sesquialtera tertiæ F. Octava sesquioctava septimæ, vel sesquitertia quintæ, vel sesquialtera quartæ, vel dupla primæ E. Nona sesquioctava octavæ, vel sesquitertia sextæ, vel sesquialtera quintæ, vel dupla secundæ.

*Item.*

Prima quantæcumque quantitatis. Secunda sesquioctava primæ. Tertia sesquioctava secundæ. Quarta sesquioctava tertiæ. Quinta sesquitertia secundæ. Sexta sesquioctava quintæ. Septima sesquioctava sextæ. His itaque dispositis, in secundo loco una inferenda est, quæ sub sesquitertia sit illi, quæ prius quarta fuit.

*Item inde.*

Data igitur primæ vel minori fistulæ qualibet longitudine ; sed melius videtur, si latitudo foraminis diametri fuerit longitudini octies data : ubicumque deinceps tonus faciendus, major habeat minorem totam et diametri ejus octavam. In diatessaron major minorem, et ejus tertiam, et insuper diametri tertiam. In diapente major minorem et ejus mediam, insuper et diametri mediam. In diapason major minorem duplo, et totum insuper diametrum. Cæteræ vero facile per numeros occurrent. Est autem diametrum, vel quæ est in foramine ea amplior parte medietas, vel foraminis transversitas ex diductiori parte, qua inspiratur fistula, et cui subjacet foraminis via.

*Aliter.*

Si tonum quæris, major fistula minorem habeat, et ejus octavam, et ipsius octavæ octavam. Si dia- A tessaron, major minorem, et ejus tertiam et tertiæ undecimam, et undecimæ sextam. Si diapente, major minorem et ejus mediam, et medietatis octavam, et octavæ octavam. Si diapason, major minorem duplo, et insuper ejus unam octavam, et octavæ octavam. Si diapason et diapente, major minorem triplo, et ejus duas octavas, id est, quartam. Si bis diapason, major minorem quadruplo, et insuper ejus tres octavas.

*Item.*

Si fistulæ æqualis grossitudinis fuerint, et major minorem in sua longitudine bis habuerit, et insuper concavitatis ejus diametrum : diapason consonantiam invicem resonabunt.

Si fistula major fistulæ minoris longitudinem B quater in se habuerit, et insuper diametri, quod in cavo est, ter mensuram contineat : bis diapason consonantiam resonabunt.

Si fistula major minorem in se totam habeat, et insuper ejus tertiam partem, nec non et diametri, quod in cavo est, diatessaron consonantiam resonabunt.

Si fistula major minorem in se habuerit, et insuper ejus longitudinis medietatem, simul cum medietate diametri, quod in cavo est, diapente consonantiam resonabunt.

Si fistula major fistulam minorem in se totam habuerit, et insuper longitudinis partem XVI. cum diametri sextadecima : hæc consonantia semitonium erit. Sed melius per diatessaron sumitur C semitonium.

DE CYMBALORUM PONDERIBUS.

Primum quanticumque ponderis. Secundum sesquioctavum primi. Tertium sesquioctavum secundi. Quartum sesquitertium primi. Quintum sesquioctavum quarti. Sextum sesquioctavum quinti. Septimum sesquitertium quarti.

*De Modis*

Autentus auctoralis, et auctoritate plenus. Protus id est, primus : deuterus secundus : tritus tertius : tetrardus quartus. Quibus ordinatim supponuntur quatuor laterales, quos vocant plagis proti, plagis deuteri, plagis triti, plagis tetrardi. Item in Græco ANNANEANE. NANANEAGIES. D AGIANNEAGIES. NENOTEANES. NOEAGIS. Item parapteres NENNOTENEAGIS. Ant. *mea nox.* Ant. *o mors.* Ant. *miserere mei Deus.* ANAIETANENAGIS AIANNEAGIES. Ant. *Nos qui vivimus.* Item parapteres, qui supra scripti sunt, necesse est, ut teneamus, qui in antiphonis minutis comprobantur, maxime de psalmis, qui non finiuntur ita ut inchoant. Parapteres dicti, eo quod iter præparant versibus descendi in antiphonis. NENOTENARSIS Parapter primus contingit tonum secundum, et intrat in versum, ut tonus secun-

(672) Hucusque codex San-Emeramensis : Sequitur in Argentoratensi *Argumentatio cujusdam musica.*

(673) Littera T. atteri abjecta notat tonum, uti s. semitonium.

dus. et finit sicut tonus primus, ut est illud : *Miserere mei Deus.* Et *A delicto.* Et aliæ plures. ANOS Parapter secundus contingit tonum quartum, et ibi finit. Hæ sunt antiph. *Quia mirabilia. Sede a dextris. Speret Israel. Omnis terra.* Et aliæ plures. ANAGETANENAGIS Parapter tertius contingit tonum septimum, et finit in tono quarto. Sunt vero multæ antiphonæ, quæ ibi descendunt, quas nobis dinumerare longum est. Sed in aliquantulum dicamus; Ant. *Benedicta. Rorate.* Erit etiam AIANNEAGIES. Parapter vero quartus contingit tonum octavum, sed non ascendit in alteram vocem, et mediocris in ipsam finitur, et parumper inveniuntur, nisi quatuor aut quinque antiphonæ : *Nos qui vivimus. In ecclesiis. Martyres Domini. Angeli Domini. Virgines Domini.*

DE QUINQUE SYMPHONIIS, TRIBUS SIMPLICIBUS, ET TRIBUS COMPOSITIS.

| | |
|---|---|
| Diapason symphonia est, quæ fit duplo, ut est hoc. | II. |
| Diapente vero est, quæ his numeris constat. | DIAPENTE III. Sesquialtera. |
| Diatessaron vero est, quæ in hac proportione consistit. | Diatessaron IIII. Sesquitertia. |
| Tonus vero sesquiocta- va proportione concluditur VIII. | Tonus Sesqui- VIIII octava |
| Diapason et diapente tripla comparatione colligitur hoc modo. | Diapason ac Diapente. Tri pla Dia Dia pason pente II. IIII. VI. Tripla. |
| Bis diapason quadrupla collatione perficitur. | Quadrupla Bis Dia pason II. IIII. VIII. Dia Dia pason pason. Bis diapason. |
| Diatessaron ac diapente unum perficiunt diapason hoc modo. | Diapason, Dia pa son II. III. IIII. Sesquialtera Sesquitertius. Dupla. |

*De consonantiis tribus.* (674)

h gfe hf efgh hghgf fe f g
Symphonia dicta æolice diatessaron tono constat
g g g h hhh hghgf fff fc f g
tonoque cum copula semitonii taliter aptam ratam
g g g g f h e e e e
dulcemque melodia resonans.
g fed de fggd. edd fcfed
Hæc secunda forma modulatur tono ac hemitonio
g f e f g g d fed c e c d e d
tonoque pulchre sonans. Tertia quæ symphonia hu-
f edcdd ff ff dff f e
jus semitonii tono tono species constat.

A h g f e d h d e f e h h d e d h g
Consonantia dicta sesquialtera diapente prima
h g f f e f g g g g h h h h h g h g f
species tono constat tonoque cum copula semitonii
f f f f e f g g g g g f h e f d d f
addito quoque tono amplius tota diatessaron pul-
e h g f d h f d
chre distinguens carmina.

h gh hdhgfeddefghhd d d e de dc
Diapente - - - - et diatessaron sympho-
dd c d e f g f e d c d d d e f gh hg
niæ et intense et remisse pariter consonantiam dia-
h h g f e dc ba cd e f ghhd g f ed ed
passon - - - modulatione consona red-
d
B dunt.

Si ejusdem, inquit, proportionis, id est, sesquiseptimæ, decimæ, alium numerum, quæ sesquiseptima decima intelligitur in XVIII. numeri XVII^ma^ parte, quæ est unitas ; et decima septima pars unitatis, XVII^mi^ numeri VIII^va^ pars duo, et octava pars unitatis, qui duo, et VIII^va^ pars unius si addatur ad XVII. XVIII. fient XVIII. et octava pars unius, qui numerus est sesquioctavus ad XVII. id est, tonus. Nam XVII. et XVIII. sesquiseptimam decimam proportionem inter se habent, quia sesquiseptima decima in sola unitate intelligitur.

Si iterum alteram sesquiseptimam decimam proportionem I. addidero, erunt duo, et si duo addam C super XXII^dam^, id est, bis sesquiseptimam decimam, erunt XVIIII, quæ XVIIII. non faciunt sesquioctavam proportionem ad XVII. Nam deest octava pars unitatis, et ex hoc intelligitur, quia faciunt duæ sesquiseptimæ decimæ tonum integrum.

Si vis scire XVI^mam^ partem in XVII. collige numerum, qui perveniat ad XVII. de quibus unum subtrahe, et remanebunt XVI. unitates. Ex quibus XVI. unitatibus recipe XVI^am^ unitatem, et divide in XVI. partes. Ex quibus XVI. partibus XVI^ma^ pars est unitatis, diviso VII^mi^ numeri, quem prius tulisti de XVI. antequam illum divideres in XVI^cim^ partes.

Beatus Augustinus perhibet quia pœnaliter peccat, quem in divinis canticis altitudo magis quam sensus (verborum) delectat ; quia ideo non voce, sed corde canendum est. Hoc enim usus psallendi constitutus est ; ut sicut David in citharizando nequam spiritum in Saule compescebat : ita cantores modulando vel jubilando, quælibet diabolica desideria de cordibus audientium expellant, et cœlestibus harmoniis interesse persuadeant. Qua propter satagendum est, ne usum canendi deseramus, et per vocis exaltationem ne delinquamus. Hinc David : *Beatus populus, qui scit jubilationem.*

Cognitum esse debet omni musicam scientiam habere cupienti, quod omnes musicæ consonantiæ aut

(674) Hic in MS. litteris semper subjunctæ sunt notulæ antiquæ, quas utpote aliunde jam incognitas, ex formarum defectu omisimus.

in duplici: ut II. ad III. aut in triplici: ut II ad VI. A aut in quadrupla: ut sunt II. ad VIII. aut in sesquialtera: ut III. ad II. aut in sesquitertia: ut IIII ad. III. proportione consistunt. Quæ enim in arithmetica dicitur sesquitertia, diatessaron vocatur in musica; quæ in numeris sesquialtera, diapente appellatur in melodia. Quæ vero dupla est in proportionibus, diapason in consonantiis. Tripla vero diapente ac diapason; quadrupla vero bis diapason. Consonantia, quæ omnem musicæ modulationem regit, propter sonum fieri nequit. Sonus vero propter quemdam pulsum percussionemque non redditur; pulsus vero atque percussio nequaquam esse potest, nisi præcesserit motus; et hæc species climax dicitur.

Simplicem legimus principio fuisse musicam, adeo, ut quatuor nervis tota constaret, et hoc C usque ad Orpheum permansit, ut primus quidem nervus et quartus diapason consonantiam resonarent, medii ad se invicem atque ad extremos diapente ac diatessaron, ut nihil in his esset inconsonum ad mutationem mundanæ scilicet musicæ, quæ ex IIII. constat elementis; cujus quadrichordi Mercurius dicitur inventor.

Fertur a quibusdam, tempore quodam Nilum multipliciter redundasse, ita ut terræ circa ejus littus operirentur, post cujus recessum pisces innumerabiles absque aqua per campos relictos periisse, acciditque eo tempore Mercurium (cochleam) invenisse, quam cochleam Mercurius accipiens nihil præter nervos quatuor ejus piscis, qui in ea fuerat, invenisse dicitur: quos singillatim tangens hoc tetrachordum primus reperisse narratur.

Sed omnis hujus artis summa, sicut nobis videtur in regularis monochordi divisione patescit. In qua divisione majus spatium chordæ, et major multitudo numeri sonos graviores efficiet. At si fuerit nervi longitudo contractior, vel paucioribus signata numeris, tanto gravior sonus, vel acutior invenitur, ubi chordarum spatia sonosque metimur; naturam rerum insequi necesse est, majorique chordarum longitudini ex istis ampliores, minori vero, ex qua vocis acumen nascitur, dare breviores. Proslambanomenos ad G. B. quæ est hypatemeson, diapente consonantiam facit. Rursus A. B. proslambanomenos ad C. B. hychanos hypaton diatoniam diatessaron. Sicque in numeris chordarum rationabiliter digestarum peritus musicæ lector tonos legitimos invenire gaudebit. Tam difficillimum opus nequit explicari, quod vel nunquam in longo tractatu minus peritis aperte patescit. Hinc liquet, quosdam non inconvenienter contendisse: musicam cum Boetio cœlum veraciter ascendisse.

Explicit Musica Ubaldi.

# HUCBALDI MUSICA ENCHIRIADIS

Sicut vocis articulatæ elementariæ atque indivi- C duæ partes sunt litteræ, ex quibus compositæ syllabæ rursum componunt verba et nomina, eaquæ perfectæ orationis textum; sic canoræ vocis phthongi, qui latine dicuntur soni origines sunt, et totius musicæ continentia in eorum ultimam resolutionem desinit. Ex sonorum autem copulatione diastemata porro ex diastematibus concrescunt systemata. Soni vero prima sunt fundamenta cantus. Phthongi autem non quicunque dicuntur soni, sed qui legitimis ad invicem spatiis dispositi melo sunt apti. Eorum siquidem sic et intendendo et remittendo naturaliter continuatur ordo, ut semper quatuor et quator ejusdem conditionis sese consequantur, At singuli horum quatuor sic sunt competenti inter se diversitate dissimiles, D ut non solum acumine differant et gravitate, sed enim suo acumine gravitate proprias naturalitatis suæ habeant qualitates. Quas rursus his singulis ratum ab invicem acuminis et laxioris spatium format. Exempli gratia hæ in ordine notæ D E F G.



Primus, qui et gravissimus, Græce protos dicitur vel archoos. Secundus deuteros, tono distans a proto. Tertius tritos semitonio distans a deutero. Quartus tetrardus tono distans a trito. Horum sontinua multiplicatione sonorum infinitas texitur, et tandiu quarternis quarterni ejusdem conditionis succedunt, donec ascendendo vel descendendo deficiunt: ita;



*Graves. Finales. Superiores. Excellentes.*

Ut enim hæc descriptiuncula ostendit, sive sursum sive jusum (deorsum) sonos in ordine ducas, usque in defectum vocis hujusmodi velut tetrachordorum successio non cessabit. Horum etiam quatuor sonorum virtus octo modorum potestatem creat, ut postea suo loco dicetur. Horum sociali diversitate tota adunatur harmonia.

Verum quia, ut dictum est, eorum multiplicatio in immensum procedit, ex hac immensitatis confusione certum sibi numerum elegit ratio disciplinæ et in decem et octo sonis sibi speculationem posuit, ubi quater quatuor continentur, et usuper duo. In quibus primum et humillimum constat tetrachordum gravium: huic proximum tetrachordum finalium: post quos tetrachordum superiorum: deinde excellentium. Ultimi remanent duo, quorum descriptio en ista est. (675).

(675)



| | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| T | A | B | C | D | E | F | G | a | b | c | d | e | f | g | a a | b b | c c |

Graves. Finales. Superiores. Excellentes.

Nota, lector, B. b. hic et deinceps accipi, quod quadratum oliem fuit dictum, postquam distinctio B. mollis et duri fieri cœpit, ut suo loco palam fiet.

## CAPUT II.

*De phthongorum figuris, et quare sint octodecim.*

Igitur quia, ut dictum est, ejusdem conditionis quatuor et quatuor natura statuit, ita et notæ pene sunt eædem. Solummodo tetrachordorum differentia versis in varium characteribus indicatur. Primus finalis seu terminalis D. F dansian, inclinum s. ad caput, ita ꝑ. Secundus finalis, c. versum ad caput, ita Ϝ. Tertius finalis *l* simplex et inclinum, ita /. Quartus finalis, c. dimidium ad caput ita Ϝ'. Graves retroversi finales ita ꝗ ʔ N ꞁ. Superiores demissi capita finales, ita ɟ J ל J. Excellentes demissi capita graves, ita Ꝉ Ⱡ V Ꝉ. Excepto trito; quia in gravibus notam habet N. inclinum *N*: in superioribus N versum ל. ɤ (676) In excellentibus iota præfixum (alias perfixum) X. Duo residui signa habent ⌐ ⌐ jacentis proti et deuteri. Sunt omnes XVIII, quo videlicet singuli extremam suam symphoniam attingant, id est, quintum demum sonum, unde post dicetur. Sunt et alia plura plurium sonorum signa inventa antiquitus, quibus evitatis has faciliores hic inserere curæ fuit *notas*.

## CAPUT III.

*Unde dicatur tetrachordum finalium et cæterorum.*

Terminales sive finales dicuntur, quia in unum aliquem ex his quatuor melos omne finiri necesse est. Etenim primi toni melum et subjugalis sui sono archoo ꝑ regitur et finitur. Secundus tonus cum subjugali suo, sono Ϝ deutero regitur et finitur. Tertius ejusque subjugalis sono / trito regitur et finitur. Quartus cum suo subjugali sono ꝑ tetrardo regitur et finitur. Vocatur autem autentus major quilibet tonus, plagis (seu plagius) minor.

## CAPUT IV.

*Quare unum solum tetrachordum sub finalibus sit, et duo supra.*

Finales seu terminales soni sub se habent unum tetrachordum, quod dicitur Gravium. Supra se autem duo, id est, Superiorum et Excellentium, cum residuis duobus sonis : videlicet quod simplex et legitimus cantus inferius non descendit, quam usque ad sonum quintum a finali suo. In primo duntaxat modo et secundo ab Ϝ' archoo vel proto finali usque in eundem gravem ꝗ. In tertio et quarto modo a Ϝ deutero finali usque in eundem gravem ʔ. In quinto et sexto a / trito finali usque in eundem gravem *N*. In septimo et octavo a Ϝ' tetrardo finali usque in eumdem gravem ꞁ. At vero in acumine a quocumque finali suo usque tertium ejusdem nominis sonus efferri valet, id est, in usque Excellentes.

## CAPUT V.

*Quid distet inter autentos et minores tonos.*

Præterea cum eodem sono autentus quisque tonus, et qui sub ipso est, regantur et finiantur, unde et pro uno habentur tono, in hoc tamen differunt, quod minoribus tonis minora sunt in elevando spatia, et inferior quisque tonus nomini ad quintum usque sonum a finali suo ascendit. Sed et hoc raro.

## CAPUT VI.

*De proprietatibus sonorum : et quotis locis ab invicem distent ejusdem qualitatis soni.*

Igitur quem in his studere delectat, det operam quatenus propriam cujusque soni vim valeat dinoscere, dehinc in miscendis sonis quotumcunque phthongum sive in gravem sive in acutam partem celeriter capere, ut et virtute et charactere quotusquisque sit sonus a sono, liquido contempletur. Omnis sonus musicus habet in utramque sui partem quinto loco suimet qualitatis sonum (677) : tertio loco utrumque latus sonum eumdem, et quem in hoc vel in illo latere secundum habet, in altero habet quartum. Dandum quoque aliquid eis est, qui minus adhuc in his exercitati sunt, quod vel in noto quolibet melo sonorum proprias discant discernere qualitates, vel ignotum melum ex nota eorum qualitate et ordine per signa investigare. Non parum enim ad investigationem hanc proficit, dum singulorum ipsorum per vicinos sonos græca suo ordine modulantur vocabula hoc modo (678)

ꝑ Ϝ / Ϝ'
archoos, deuteros, tritos, tetrardos.

Sic itaque sonus quisque dum suo semetipsum nomine canit, facile in canendo sentitur, quis ille vel ille sit. Exempto sit inferius descriptum carmen, quod superscriptæ syllabus notæ musicæ modulantur, ipsarum desuper notarum appellationibus assignatis ad hunc modum (679) :

(676) Pro eo nos in sequentibus ponimus lamed habræum ל.

(677) In codice Einsidlensi ad oram nota : *Falsa regula. Habet suæ qualitatis characterem, non solum*. Recte.

(678) In MS. omnia confusa, neque ullus codex cum altero convenit. Forte melius ita :

| *Archoos.* | *Deuteros.* | *Tritos.* | *Tetrardus.* |
|---|---|---|---|
| ꝑ ꝗ ɟ Ꝉ<br>fin. grav. sup. Excell. | Ϝ ʔ J Ⱡ<br>f. gr. S. Ex. | / N ל X<br>f. gr. S. Ex. | Ϝ' ꞁ J Ꝉ<br>f. gr. S. Ex. |

(679) Codex regius Parisiensis in exemplum affert primam stropham hymni de communi Martyrum.

Ϝ Ϝ Ϝ Ϝ'
Æterna.
Ϝ ɟ J N J
Christi munera,
ɟ ל J ɟ Ϝ' J Ϝ ɟ
Laudes Ferentes debitas,
N J ɟ ɟ ɟ
Et Martyrum
Ϝ ɟ ל J ɟ Ϝ' Ϝ'
victorias.
J Ϝ ɟ Ϝ / ꝑ Ϝ ɟ Ϝ / Ϝ ꝑ
Lætis canamus mentibus.

## CAPUT VII.

*Descriptiunculæ de sonorum pro . . etatibus . d exercendum.*

| | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tetrardus gravis<br>ꞁ<br>Rex | Archoos finalis<br>ꝑ<br>cœ | Deuterus finalis<br>ƒ<br>li | Tritus finalis<br>/<br>Do | Tetrardus finalis<br>f'<br>mi | Tetrardus finalis<br>f'<br>ne | Archoos superior<br>ɖ<br>ma | Archoos superior<br>ɖ<br>ris | Tetrardus finalis<br>f'<br>un | Tritus finalis<br>/<br>di | Archoos finalis<br>ꝑ<br>fo | Deuterus finalis<br>ƒ<br>ni | | | | |
| Tetrardus gravis<br>ꞁ<br>Ti | Archoos finalis<br>ꝑ<br>ta | Deuterus finalis<br>ƒ<br>ris | Tritus finalis<br>/<br>ni | Tetrardus finalis<br>f'<br>ti | Tetrardus finalis<br>f'<br>di | Archoos superior<br>ɖ<br>squa | Archoos superior<br>ɖ<br>li | Tetrardus finalis<br>f'<br>di | Tritus finalis<br>/<br>que | Archoos finalis<br>ꝑ<br>so | Deuterus finalis<br>ƒ<br>li | | | | |
| Tetrardus finalis<br>f'<br>Te | Tetrardus finalis<br>f'<br>hu | Archoos superior<br>ɖ<br>mi | Deuterus superior<br>J<br>les | Tritus superior<br>ƅ<br>fa | Tritus superior<br>ƅ<br>mu | Deuterus superior<br>ƒ<br>li | Tetrardus finalis<br>f'<br>mo | Deuterus superior<br>J<br>du | Archoos superior<br>J<br>lis | Tetrardus finalis<br>f'<br>ve | Archoos superior<br>ɖ<br>ne | Tetrardus finalls<br>f'<br>ran | Tritus finalis<br>/<br>do | Archoos finalis<br>ꝑ<br>pi | Deuterus finalis<br>ƒ<br>is |
| Tetrardus finalis<br>f'<br>Se | Tetrardus finalis<br>f'<br>iu | Archoos superior<br>ɖ<br>be | Deuterus superior<br>J<br>as | Tritus superior<br>ƅ<br>fla | Tritus superior<br>ƅ<br>gi | Deuterus superior<br>J<br>tant | Tetrardus finalis<br>f'<br>va | Deuterus superior<br>J<br>ri | Archoos superior<br>ɿ<br>is | Tetrardus finalis<br>f'<br>li | Archoos superior<br>ɖ<br>be | Tetrardus finalis<br>f'<br>ra | Tritus finalis<br>/<br>re | Archoos finalis<br>ꝑ<br>ma | Deuterus finalis<br>ƒ<br>lis |

Sed dum forte in sono aliquo dubitatur quotus . it, tum a semitoniis, quibus constat semper deu- . rum tritumque disjungi, toni in ordine rimen- . ır (680) et mox, quis ille fuerit, agnoscetur : do- . ec sonos posse notare vel canere, non minus, . uam litteras scribere vel legere, ipse usus efficiat. . t hæc utcumque dicta sint ad studia incipientium . djuvanda.

### CAPUT VIII.

*. uomodo ex quatuor sonorem vi omnes toni producantur.*

Demonstrandum nunc, quomodo hæc quatuor A phthongorum vis modos, quos abusive tonos dicimus, moderetur, et fiat dispositio talis. Sternantur in ordine veluti quædam chordæ, sonorum notis singulis e regione positis procedentes. Sint autem chordæ vocum vice, quas hæ significent notæ. Inter quas chordas exprimatur neuma quælibet, ut puta hujusmodi.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | ɖ | Al | | | |
| T. | f' | | le | u | |
| T. | / | | | lu | i |
| S. | ƒ | | | | a |
| T. | ꝑ | | | | a |

(680) Tegerns., *qui ordo superius est dispositus, ubi a gravibus ad excellentes ascendit.*

Ergo ut quod dicitur et audiendo et videndo comprobetur, alia rursus descriptiuncula per neumam eamdem fiat. Similiter enim chordis a parte in partem ductis, quaterna inter chordas series continuatim describatur, ita ut unaquæque series suo proprio sit insignita colore. Primæ quidem neumæ series a ɉ sono incipiat, et in sonum ꝑ finiat. Secunda a J sono inchoet, et ƒ sono compleatur. Tertia a sono ♭ incipiat, et in sonum / desinat. Quarta a sono ɉ ordiatur, et in sono ƒ' consistat, ita :

| | |
|---|---|
| ɉ | Al\ |
| T. ♭ | al\ le\ u\ |
| S. J | al\ le\ lu/ u\ i\ |
| T. ɉ | al\ le\ lu/ u\ i\ ia\ |
| T. ƒ' | le\ lu/ u\ i\ ia\ a |
| T. / | lu/ i\ ia\ a |
| S. ƒ | ia\ a |
| T. ꝑ | a |

Hæ quatuor descriptiunculæ dum solo ab invicem semitonio vel tono, id est, harmonico spatio distant, eo sono a genere in genus singulæ transponuntur. Primam dispositionem cum cecineris, poteris dinoscere, quia vis primi soni ꝑ primi toni virtutem creat, qui protus autentas dicitur. Secundam cum cecineris, senties tonum deuterum a sono ƒ deutero gubernari. Tertiam assumens, videbis similiter in sono / trito triti toni consistere potestatem. Quartam cum modulatus fueris, intelliges toni tetrardi genus a sono tetrardo procedere. Igitur primæ modulationi quæcumque primi toni mela aptari poterunt, et subjugalis sui, sua similiter secundæ, sua similiter tertiæ, sua similiter quartæ, ad subjecta singulorum exempla : quæ dupliciter ad evidentiorem intellectum describere conatus sum, et linealiter quidem veluti chordarum usu, et singulatim notarum appositione per syllabas. *Modulatio ad principalem protum, et subjugalem ejus* (681).

a G FG FED F Ga G E E G F E D D
Al ɉ le ƒ' lu/ ƒ' ia ƒ ꝑ. Lau/ da ƒ' ɉ te ƒ' Do ƒ mi/ num ƒ' de/ ƒ cœ ꝑ lis. ꝑ

| | | | |
|---|---|---|---|
| ɉ | a\ | | |
| ƒ' | d/ te\ num\ | | |
| / | Lau/ \ mi/ de\ | cœ\ lo | e |
| ƒ | do/ e\ | li\ rum | te |
| ƒ' | cœlis | cœ/ lau da | Deum |
| ɿ | | u | |
| ƒ | | | |

cœ/ li ƒ cœ ꝑ lo/ rum ƒ lau ꝑ ɿ da ꝑ te ƒ / De ꝑ um ꝑ

*Sequitur modulatio ad principalem deuterum modum et subjugalem ejus*

a GaG FE
Al J le lu ƒ' ƒ' ia/ . Con ƒ' ti J te ♭ bor J ƒ' Do mi no ƒ' ni J mis in (682) J o ƒ' / re me ƒ - o. ƒ.

| | | |
|---|---|---|
| ♭ | te\ | |
| J | ti/ bor\ ni\ | |
| ɉ | / domi\ / mis\ | e\ |
| ƒ' | Con/ no/ in o | me/ um\ vita\ |
| / | o\ | lauda\ um/ in/ a\ |
| ƒ | \ meo | a\ de/ mea |
| ꝑ | re/ | bo\ |

Lau/ da/ ƒ bo ꝑ De ƒ um/ me ƒ' ɉ um ƒ' in/ vi ƒ' ta ƒ' / me ƒ a ƒ (683).

*Sequitur modulatio ad principalem tritum modum, et subjugalem ejus :*

e ♮ a ♮ a a F
Al ♭ le ƒ lu ɉ J ɉ ia ꝑ/. . In ♭ tel ♭ li ♭ J ge ɉ (684) cla ɉ mo ɉ rem ɉ me ɉ um ꝑ Do ɉ mi ƒ' ne/.

| | | |
|---|---|---|
| ♭ | Intelli\ | |
| J | i | |
| ɉ | ge clamorem me\ Do\ | re\ e\ |
| ƒ' | um mi\ | se/ re\ me/ i\ |
| / | ne | Mi/ e/ Deus |

Mi/ fe ƒ' re ɉ re ƒ' / me ƒ' ɉ i ƒ' De/ us/.

(681) Titulus hic ex Teg. IX et Sal. codd. desumptus.

(682) Teg. ita : in ƒ' o ƒ' ƒ re ƒ.

(683) Teg. C. Lau ƒ' da ƒ' / bo ꝑ De ƒ um me ƒ' ɉ um ƒ' in ɿ / vi ƒ' ta / me ƒ a ƒ.

(684) Sal. Cod. In ♭ tel ♭ li ♭ J ge J.

*Sequitur modulatio ad principalem tetrardum et subjugalem ejus modum :*

d c c a e

Al ɗ le ɥ lu J ɥ J ia ɗ Ϝ. Sit J no J men ɥ Do J J mi J ni ɥ be ɥ J ne ɗ di J ɥ ctum ɗ in ɗ se Ϝ cu Ϝ la Ϝ.

| | | |
|---|---|---|
| Ŀ | o\ | |
| ɗ | Sit Do/ mi\ | |
| ɥ | men/ ni be\ i | In\ ter\ |
| J | no/ e\ di/\ | æ/ \ e\ |
| ɗ | ne/ ctum in\ | num se/ culum se\ |
| Ϝ | secula | e\ in/ e\ uli |
| / | | t/ cu/ |

In ɥ æ J ter ɥ num ɗ et Ϝ / in Ϝ se ɗ J cu ɗ lum ɗ se ɗ Ϝ cu / Ϝ li Ϝ.

Ad hunc modum consuetis utuntur modulis ad investigandam toni cujusque vim, eadem ratione compositis : quorum principales quique a suis sonis superioribus ordientes desinunt in finales, minores vero in finalibus et inchoant et consistunt, nec superiorem attingunt locum; utpote *Noannoeane* et *Noeagis* (685) et cætera, quæ putamus non tam significativa esse verba, quam syllabas modulationi attributas (686).

## CAPUT IX.

*Quid sit inter phthongos et sonos : inter tonos et epogdoos. Quid etiam toni et modi sive tropi, particulæ quoque. Quid diastema et systema?*

Sed his veluti præexercitaminibus quibusdam ac vilioribus licet initiis ante cognitis, dehinc faciliori via harmonicas prosequimur rationes.

Harmonia est diversarum vocum apta coadunatio, in quibus vocibus quia plerumque sonos et phthongos indifferenter accipimus, sonos et phthongos et epogdoos, (687) quæ singulorum sit proprietas, intimandum. Sonus quarumcunque vocum generale est nomen: sed phthongos dicimus vocis canoræ sonos. Tonus est spatii legitima magnitudo (688) a sono in sonum, hocque spatium musicorum sonorum, quia in sesquioctava proportione est, Græco nomine dicitur epogdous. Namque ut sescupla sive sesquialtera vel hemiolia proportio dicitur, quando majus minoris medietatem superat : sesquitertia, ubi majus tertia minoris parte præcellit ; sesquiquarta, (689) dum minus quarta sui portione a majore transcenditur: sesquiquinta, dum quinta parte alterum altero majus est: sesquisexta, dum sexta : sesquiseptima, dum septima : ita sesquioctava comparatione sonus ad sonum sese habet, dum gravioris altior in se quantitatem teneat, et octavam insuper ejus partem. Semitonium non plenum toni intervallum, idem interdum limma vel diesis dicitur. Modi vel tropi sunt species modulationum, de quibus supra dictum est, ut protus autentus vel plagis, deuterus autentus vel plagis, sive modus Dorius, Phrygius, Lydius, et cæteri, qui ex gentium vocabulis sortiti sunt nomina. Particulæ sunt sua cantionis cola vel commata, quæ suis finibus cantum distinguunt, sed cola fiunt coeuntibus apte commatibus duobus pluribusve, quamvis interdum est, ubi indiscrete comma vel colon dici potest. At ipsa commata per arsin et thesin fiunt, id est, elevationem et depositionem. Sed alias simplici arsi et thesi vox in commate semel erigitur ac deponitur, alias sæpius. Discrimen autem inter summam et infimam vocem commatis appellatur diastema, quæ diastemata nunc quidem minora sunt, ut est illud, quod vocamus tonum ; nunc majora, ut duorum triumve, ac deinceps aliquot tonorum habentia intervallum. Porro autem sicut cola commatibus constant, sic commatum spatia dicimus diastemata : quæ in colis vero spatia fuerint, vel integro quolibet melo, systemata nominamus.

## CAPUT X.

*De Symphoniis.*

Præmissæ voces non omnes æque suaviter sibi miscentur, nec quoquo modo junctæ concordabiles in cantu reddunt effectus; ut litteræ, si inter se passim jungantur, sæpe nec verbis nec syllabis concordabunt copulandis. Sic in musica quædam sunt certa intervalla, quæ symphonias possint efficere. Est autem symphonia vocum disparium inter se junctarum dulcis concentus.

(685) S. Bl. Cod. utpote primus Nonenoeane, secundus Noeàis.

(686) In Cod. Regio Patris. 7202. sequentem in modum exprimuntur omnes octo toni.

J J J N J ɗ Ϝ. Autent. IIII. J
ɗ Noe o e anne.

N J J ɥ ɗ Ϝ /. Aut. III. N
N. No e anne.

J J N J ɗ Ϝ ɗ J Ϝ ɗ Ϝ Ϝ
Aut. II. J J No e o No e an ne.

ɗ Ϝ / Ϝ Ϝ / Ϝ Ᵽ. Aut I. ɗ.
ɗ Noan no e ane.

Ϝ ɥ J ɗ Ϝ Subjugalis IIII. Ϝ
Ᵽ Noe ais.

/ / Ᵽ ʒ / Ϝ ɗ Ϝ /. Subjugalis III. /.
/ No e a is.

Ϝ Ϝ Ᵽ Ϝ Ϝ / Ϝ Ᵽ. Subjugalis I. Ϝ
Ϝ No e a is.

Ᵽ ʒ Ᵽ / Ϝ / Ϝ Ᵽ. Subjugalis II. Ᵽ Ᵽ

(687) Bl. *accipimus, sonos etiam et tonos, et epogdoos, quæ*, etc.

(688) Bl. *Legitima discretio.*

(689) Bl. *Sesquiquarta, dum quarta : sesquiquinta, dum quinta : sesquisexta, dum sexta : sesquiseptima, dum septima sui parte minus a majore transcenditur : ita sesquioctava*, etc.

Symphoniæ simplices ac primæ sunt tres, quibus reliquæ componuntur, ex quibus una est, quam diatessaron vocant, altera diapente, tertia diapason.

Diatessaron interpretatur ex quatuor, quod vel quartanas ad invicem resonat voces, vel in ordine A quatuor sit sonorum compositio, utputa si ad subjectam descriptionem aut remittas usque in quartum quemlibet sonum, aut quatuor in ordine recenseas ita : Descriptio Diatessaron symphoniæ.




Ita in utramvis partem quaterna varietate procedunt, ac rursus nova processione redeunt.

Diapente interpretatur ex quinque, quod vel quinque sonorum connexione constet, vel a quinto B loco concordes sibi voces respondeant, ad subjectas descriptiones has.

Descriptio Diapente symphoniæ.



Ad hanc descriptionem a quocunque sonorum quatuor usque ad quintum, qui ejusdem est nominis, per arsin et thesin, vel per solam utramlibet singulos ducas in ordine, diapente potest vocari C symphonia. Porro secundum quaternas et quaternas sequentes descriptiunculas, si quid cecineris, idem consonanter quinta regione respondet, quod proprium est diapente. Item alia descriptio diapente.




Sic et Diapason, quod *ex omnibus* interpretatur, octavi ad octavum fit consonantia, duas (id est diatessaron et diapente) superiores in suo systemate continens. Quæ symphonia ideo *ex omnibus* dicitur, quod antiqui non plus quam octo chordis utebantur. In hac ergo non tam consonæ voces, quam æquisonæ dici possunt, et in ea vox denuo innovatur. Quod dum promptius in musicis instrumen- D tis appareat, si non (690) tamen adfuerint, teneat alius vocem in sono quolibet, aliusque sive sursum sive jusum quatuor et quatuor in ordine rimetur, dum novissimus sonuerit, senties eum ad primum, id est, octavum ad octavum, perfectam consonantiam reddere. Igitur quod his æquisonis vocibus modulatur hujusmodi fit collatione, hoc modo:

(690) Bl. melius ita: *si duo tamen adfuerint*, etc.




## CAPUT XI.

### *Quomodo ex simplicibus symphoniis aliæ componuntur.*

Ex his quidem simplicibus aliæ symphoniæ componuntur, ut diapason et diatessaron, diapason et diapente, (690*), disdiapason quæ et disdiplasion : (691) upote si duabus virilibus vocibus per diapason consonantibus tertia puerilis æquisona adjungitur. Sic denique acutisssima et gravissima disdiapason ad se invicem reddunt. Quam symphoniam quindecima collata regione consonant




(690*) Teg. addit : *quæ consonat in duodecima.*

(691) Bl. *bis diapason, quæ et disdiapason* etc. *Figura simpliciter diplasion nominatur.*

voces : media autem diapason ad utrasque respondet, ut hæc descriptio designat : (692)

Sane uon ab una tantum quolibet sono ad quartum vel quintum aut octavum consonantia fit, sed singuli pene soni, et ad gravem et ad acutam partem, quartis a se sonis diatessaron, et singuli quintis respondent diapente, et sonus quisque in utramque sui partem ad octavum a se sonum diapason resonat. Quique rursus in utramque partem oetavi, sicut ad medium diapason, ita, ut dictum est, ad se invicem quinto decimo loco resonant disdiapason, fitque ut semper diapason spatium diatessaron ac diapente compleatur. Medii namque duo soni in hoc spatio dum ad utrumque latus diatessaron ac diapente respondeant, evenit, ut uter eorum ad hoc latus diapente fuerit, ad illud diatessaron fiat, et qui huic diatessaron, illi sit lateri diapente. Sic namque maxima symphonia duabus completur minoribus. Porro maxima symphonia diapason dicitur, quod in ea perfectior exteris (693) cansonantia fiat, ut sive ab acutiore sive a graviore incipias vox, quam octavo ordine in celsiorem vel humiliorem mutaveris ad primam vocem unisona habeatur, ita canendo

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | es |
| | | tris sempiternus/ | \ |
| | pa/ | | fi\ |
| | / | | li\ |
| A | Tu | | us. |
| B | | | |
| C | | | |
| D | | | es |
| E | | tris sempiternus/ | \ |
| F | pa/ | | fi\ |
| G | / | | li\ |
| A | Tu | | us. |
| B | | | |
| C | | | |
| D | | | es |
| E | | tris sempiternus/ | \ |
| F | pa/ | | fi\ |
| G | / | | li\ |
| A | Tu | | us. |

Sic enim in infinitum sonorum consequentia D progreditur, ut ab unoquoque sono locis octavis renata, ut ita dicam, voce, ordo novus emergat, et dierum more octava, sit, quæ prima, prima quæ octava. Unde et in Virgilio, apud Elisium Orpheus *Obloquitur numeris septem discrimina vocum*, quod scilicet sonorum ordo disparibus septem continuetur vocibus, at in octavis in novam mutetur. Etenim sicut denario numero qui fuerit additus, intra eum positus, integer inviolatusque servatur, cum in cæteris id ita minime eveniat, ita

A etiam in hac concinentia : nam si duos tribus adjicias, quinque continuo reddis, et numeri species immutata est. Si vero eosdem denario addas, duodecim feceris, et binarius junctus denario conservatus est. Item ternarius, et cæteri eodem modo. Ita igitur symphonia diapason aliam, quam susceperit, consonantiam servat, nec immutat, nec ex consona dissonam reddit. Hinc fit, ut sicut quindecim, quod sunt bis octavi, consonanter sibi miscentur, ita et phthongus quisque per diapason ad duodecimum, sicut ad quintum diapente resonat ; et quemadmodum ad quartum, sic ad undecimum resonat diatessaron. Attendenda quoque in hoc mira ratio, ut quamvis absolute canendo vel in ordine sonos rimando, idem inveniuntur noni

B ad nonos, non octavi ad octavos : in symphonia tamen non modo diapason, quæ octava incedit regione, sed et in bisdiapason mutatione mirabili octavi et octavi idem sunt.

## CAPUT XII.

### *Item de eisdem symphoniis.*

Quatuor moduli, in quibus prima symphonia invenitur, quæ diatessaron dicitur, dum singuli ab invicem concordi proprietatis diversitate differant, eorumque, ut dictum est, tetrachordo veluti elemento harmonia contexatur utique quaternis et quaternis continuatim sese consequentibus necesse est quintos semper sonos ejusdem conditionis emergere, et quintorum collatione ejusdem, ut monstratum est, conditionis vel qualitatis sibi

C symphoniam respondere, quæ dicitur diapente. De cujus vi quamvis aliquid jam prolatum est, sicut et de aliis, ut tamen quæ deinceps sunt dicenda lucidius explanari possint, subjecta iterum chordarum descriptione ejus ratio contemplanda tradatur. Sic ut prius ex sonorum signis e regione positis chordarum progressio, et inter chordas diapente symphonia disponatur ita :

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | ℒ | | | es |
| T | ℐ | | tris sempiternus/ | \ |
| T | ɥ | pa/ | | fi\ |
| S | ℐ | / | | li\ |
| T | ℐ | Tu | es | us. |
| T | ℱ | tris sempiternus/ | \ | |
| T | / | pa/ | fi\ | |
| S | ℱ | / | li\ | |
| T | ℱ | Tu | us. | |

D

Igitur cum ad rationem hujus descriptionis quinta regione aliud post aliud modulatur, senties per diapente symphoniam id ad se invicem ejusdem qualitatis genere consonare. Verum quod in illis quatuor sonitibus, quos singulos ab invicem naturalis ratio per quadrifariam tonorum, semitoniorumque positionem propria qualitate discrevit, hoc evenire nequeat, ut melos ullum ejusdem conditionis vel modi

(692) Scriptura hujus figuræ ista est ; superius quidem :

Autentus tibi diplasion hoc ordine signat
Atqui hic binas non voces sequitur diapente
Absonia ginc natura fugat, quæ jam tibi notat
Dùcitur ast binis, sed nondum redditur una
Affert hâs tibi concordes proportio dupla

(693) I. *cætcris.*

Inferius autem :

Ac vox extremis perpende ut redditur una.
Attende ut dictu̓m Ptolomei regnet in ore.
Atque mela istarum panduntur in ordine cuncta.
Dum gemino vox ut soli pulchro additur una.
Æquisonis sub his septem sunt absona signa.

manere possit, si ab aliis ad alios sonos transponatur, hoc et in superioribus aliquantulum tetigimus, et nunc iteratis exemplis plenius repetendum. Sternatur ut prius veluti disposita tetrachordorum series, et idem melos, quod nunc in diapente symphonia designatum est, quaternis vel quinis colorum descriptionibus exprimatur, videbisque eadem melodiæ formam in transpositione sua manere non posse, sed per epogdoi vel semitonii distantiam modum unumquemque in alium transmutari ita :




Primam namque descriptionem, quæ a sono inchoat et finitur, primoque deputatur modo, si toto ductu vel spatio uno feceris altiorem, ut inter chordam paginula interjecta designat, mox in modum mutatur deuterum, qui a sono incipit, ac desinit in eundem. Fac duobus acutiorem a sono /incipiens, et tritus modus erit; si tribus, modus nascetur quartus. Si adhuc uno altius spatio efferatur, erit quinta regione denuo primus ; similiter et in cæteris a quinto prior ordo redit.

## CAPUT XIII.

*De proprietate symphoniarum* (694).

Monstratum est nunc, qualiter unusquisque sonus in tetrachordo propria sit conditione dispar ab altero, ex eorumque concordi diversitate diversæ prodeant modorum seu troporum species. Dictum quoque, quotis locis voces ab invicem distante singulas consequenter symphonias reddant. Nunc id, quo propriæ symphoniæ dicuntur et sunt, id est qualiter eædem voces sese invicem canendo habeant, prosequamur. Hæc namque est, quam Diaphoniam cantilenam, vel assuete, organum, vocamus. Dicta autem Diaphonia, quod non uniformi canore constet, sed concentu concorditer dissono. Quod licet omnium symphoniarum sit commune, in diatessaron tamen ac diapente hoc nomen obtinuit. Ac imprimis per diatessaron organici meli ponatur exemplum, utpote si ad subjectam descriptionem duobus sonis interpositis, quarto loco, in unum canendo, vox voci respondeat ita :




Sic enim duobus aut pluribus in unum canendo modesta duntaxat et concordi morositate, quod suum est hujus meli, videbis nasci suavem ex hac sonorum commistione concentum.

## CAPUT XIV.

*De acutiore diaphonia per diatessaron, ejusque scriptio.*

Nec solum hac collatione vox simplex si simplici conferatur, sed et simplex organum respondeat duplæ, aut dupla simplici, vel si ambas per diapason duplicaveris, senties hujusmodi proportionum voces suaviter ad invicem resonare, ad subjectam descriptionem.




(694) Abhinc multum variat Codex Patris. Biblioth. Reg. deque diaphonia seu organo regulas alias suc-

*Ratio descriptionis ejusdem*

A Sive namque simplici cantui duplex organum adjungas, quod potest significare primus versus ac tertius, qui ad secundum versum vicem tenent organi ; sive ad duplicem cantum simplex organum referatur, quod versus secundus designat et quartus, organum in sui medio continentes, seu et organum gemines et cantum, sive etiam triplum utrumque facias, descripta ad invicem consonat ratione. Possunt enim et humanæ voces, et in aliquibus instrumentis musicis non modo binæ et binæ, sed et ternæ ac ternæ hac sibi collatione misceri, dum utique uno impulsu, vel tribus in unum vocibus actitatis, totidem voces respondent organum. Ubi attendendum, ut vox media inter duas ne æquo spatio se ad utrasque habeat, quippe cum in octavo numero unitatis medietas non sit ; verum si ab inferiori latere ad cantum diatessaron spatio respondeatur, a superiore vero spatio diapente.

Et ut hoc clarius insinuetur nescientibus sine fastidio scientium, si voce virili organizetur simul cum voce puerili, sunt hæ duæ voces sibi per diapason consonæ : ad eam autem vocem, quam inter se mediam continent, ad quam scilicet utræque organum respondent, auctior, quæ est puerilis, quinto exstat loco superior, ea quæ virilis, quarto loco gravior. Sic enim cognato nexu sese mutuo symphoniæ ligant : ut quicumque sonus ex hac parte quartana collatione sese habet ad alium, ex illa parte per diapason quinta regione ad eumdem respiciat.

CAPUT XV.

*Diaphoniæ acutioris descriptio per Diapente.*

Rursus ubi perdiapente diaphonia tribus seu B quatuor vocibus modulatur, vox quæ ab inferiori latere quinto loco est, hanc a superiore latere per diapason necesse est quarto loco ad mediam respondere hoc modo :

| | |
|---|---|
| | do \ |
| T | / mini \ pe \ su \ |
| Org. S | Sit \ oria in \ cula bitur dominus in o \ ri \ is |
| T | glo / do / sæ / \ ta / bus |
| T | / mini \ læ / pe / su \ |
| Princip. | Sit oria in cula bitur dominus in o / ri \ \ is. |
| | glo / sæ / \ ta / bus |
| | Do \ læ / |
| | / mini \ pe \ su \ |
| Org. | Sit \ oria in \ cula bitur dominus in o / ri \ is. \ |
| | glo / do \ sæ / \ la / bus |
| | / mini \ læ/ pe \ su \ |
| Princip. | Sit \ oria in\ cula bitur dominus in o / ri \ is. |
| | glo / sæ / \ ta / bus |
| | læ \ |

*Ratio descriptionis ejusdem.*

Quadripartita hujus descriptionis series eodem digesta ordine, quo superior, in primo quoque ac tertio versu organum respondet ad medium in secundo et quarto : tertius, qui est in medio, sese cum simplici organo diapason miscet consonantiæ, vel certe geminum portendit organum cum cantu duplici. Ubi etiam aspicis ab inferiore parte tertium versum quinta regione conferri ad secundum, ac rursus tertiam quarto, primumque secundo quartana consonare distantia. Hisque rationibus hæ duæ symphoniæ varias miscent dulcesque cantilenas.

CAPUT XVI.

*Quid de his Ptolomæum sensisse Boetius narret : de consonantia nempe diapason et diatesssaron.*

Hic advertere possumus veriorem videri Ptolomæi C assertionem, qua eum Boetius contra Pithagoricos sensisse memorat, qui dicunt diapason ac diatessaron non esse consonantias. Certe utramvis harum descriptionem duplo et cantu et organo cecineris, ita duplæ voci dupla vox sociatur, tanquam si simplex addatur simplici. Nec non si canentes in unum, secundum et quartum prioris descriptionis versum jungamus et quintum, quarto duntaxat loco ad gravem partem, et sic rite ad diapason simpliciter consonat diatessaron. Canamus ad sequentem descriptionem, quartum et secundum, adjungentes et primum, et similiter cum diapason eadem consonantia concordat. Prosequitur id ipsum ex Ptolomæi sententia præfatus Doctor magnificus in quinto musicæ rationis volumine hoc modo, acu- D tos quidem sonos in citeriore parte ponens, ulteriore graves, hoc modo :

cinctius quidem, sed obscure admodum tradit. Potiora in opere nostro de cantu et musica lectori divinanda proposuimus L. II. P. II. c. 1.

Dia-tessa-ron. { S. Hypate hypaton / T. Parypate hypaton / T. Hypate lichanos / S. Hypate meson }

Dia-pa-son. { T. Parypate meson / T. Lichanos meson / T. Mese } Dia-tessa-ron.

Dia-tessa-ron. { S. Paramese / T. Trit. diezeugmenon / T. Paranet diezeug. / S. Net. diezeugmenon } Dia-pa-son.

T. Trite hyperbolæon / T. Paranete hyperbolæon / T. Nete hyperbolæon. } Dia-tessa-ron.

Quoniam inquit, diapason consonantia talem vocis efficit conjunctionem, ut unus atque idem nervus esse videatur, idque Pythagorici quoque consentiunt. Quocirca si qua ei consonantia fuerit addita,integra inviolataque servatur. Ita enim diapason consonantiæ additur diatessaron, tanquam uni nervo. Sit igitur Diapason consonantia, quæ contineatur inter hypate meson, et nete diezeugmenon. Utraque hæc ita sibi consentit atque conjungitur sono, ut una vox quasi unius nervi, non quasi duorum mixta, pellat auditum. Quamcunque igitur huic diapason consonantiæ consonantiam junxerimus, servatur integra, quia ita jungitur tamquam uni voculæ ac nervo. Si igitur Hypate meson et Nete diezeugmenon, duæ in acutum diatessaron fuerint junctæ, sic jungitur Nete quod est diezeugmenon, ea quæ est Nete hyperbolæon; Hypate autem meson, ea quæ est mese : utraque ad utramque consonabunt, et mese ad neten diezeugmenon, et eadem mese ad hypate meson ; item nete hyperbolæon ad neten diezeugmenon, et ad hypate meson. Item si ad graviorem partem utrisque diatessaron consonantiæ relaxentur, erit ad mesen, quod est hypaton, diatessaron retinens consantiam hypate hypaton, ad neten autem diezeugmenon paramese: consonabitque et hypate hypaton et hypate meson ad nete diezeugmenon. Ad paramesen autem nete diezeugmenon, et hypate meson, sed eo modo, ut gravior, quæ est ad sibi quidem proximam, diatessaron retineat consonantiam : ad ulteriorem vero diatessaron ac dia-

A pason, ut hypate hypaton ad hypate meson diatessaron, ad neten diezeugmenon diatessaron ac diapason. Item nete hyperbolæon, quæ est acutior ad sibi proximam neten diezeugmenon, diatessaron consonantiam. Ad hypate meson diatessaron ac diapason, et cætera. Hæc quidem Boetius.

## CAPUT XVII.

*De ordine consonantiarum, consonantia et inconsonantia.*

Præterea de diapason vel disdiapason non est opus amplius descriptione, quæ ita naturaliter omni ætati in canendo occurrunt, ut arte tradi non egeant, constatque satis dictum in symphonia dis- B diapason, mediam ad utrasque octava regione conferri, extremas sibi loco quinto decimo respondere. Dicendum tamen, quæ sit mensura in singulis symphonis propria. Constat namque diatessaron symphonia ex duobus tonis ac semitonio, ex quibus duabus constat symphonia diapason. Igitur absolutissime in diapason symphonia majore præ cæteris perfectione diversæ ad invicem voces resonant.

Secunda ab hac est symphonia diapente. At in diatessaron, quoniam non per omnem sonorum seriem quartis locis suaviter sibi phthongi concordant, ideo nec absolute ut in cæteris symphoniaca editur cantilena. Ergo in hoc genere cantionis sua quadam lege vocibus voces divinitus accomodantur ; per omnem enim sonorum seriem tritus C subquartus (695), deutero solus a symphonia deficit,et inconsonus ei efficitur, eo quod solus diatessaron symphoniæ mensuram excedens, tribus integris tonis a præfato sono elongatur, cui exstat subsquartus. Quapropter et vox, quæ organalis dicitur, vocem alteram, quæ vocatur principalis, eo modo comitari solet, ut in quolibet tetrachordo, in qualibet particula, nec infra tetrardum sonum descendat positione, nec inchoatione levetur, obstante triti soni inconsonantia, qui tetrardo est subsecundus. Quæ ut lucidiora fiant, exempli descriptione statuantur, prout posssit fieri sub aspectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ꝺ | maris\ | squali\ |
| T | ꝭ | mine/ un\ | tidi/ di\ |
| T | / | do/ di\ | ni/ que\ |
| S | ꝭ | li/ maris\ \ ni | nis/ squali\ \ li. |
| T | ꝭ | • cœ/ mine/ un\ so\ | ta/ tidi/ di\ so/ |
| T | ך | Rex/ cœli do/ di/ | Ty/ tanis ni/ que/ |
| T | ɥ | | |

Ad hanc descriptionem canendo facile sentitur, quomodo in descriptis duobus membris, sicut subtus ך retrardum sonum, organalis vox responsum incipere non potest, ita subtus eumdem non valet positione progredi, et ob hoc in finalitate positionum a voce principali occupetur, ut ambæ D in unum conveniant, quod modo altiora, modo summissiora loca organum petat.

## CAPUT XVIII.

*Quomodo altiora, modo submissiora loca organum petat.*

Ergo quoniam prædicti limitis ך oppositione brevi

(695) *Bl. tritus quartus subquartus, etc.*

diastemate coarctatur, et nisi in tribus vel quatuor sonis organalis vox spatium habet; idcirco secundum particularum positionem et loca mutat vagantibus enim particulis, dum modo cantilena in sursum prodat, modo in ima deponatur, et nunc quælibet particula positionem habeat circa superiores sonos, nunc circa terminales, aliquando A circa graves, semper vox organalis positionum finalitatem eo jure subsequitur, ut subtus tetrardum sonum, in quem vel finalitas particulæ devenerit, vel qui pro[illegible]us ipsi finalitati [illegible]erit, nec ordiri levationem valeat, n[illegible] rite finalitatem deponere ceptum carmen exempli gratia:

| | | |
|---|---|---|
| | ꝧ | famu\ |
| S | ɟ | les/ li du\ |
| T | ꝑ | mi/ \ lis\ ne\ |
| T | ꝩ | Te hu/ mi les famu li mo \ ve/ r n\ |
| T | / | do |
| S | ꝑ | dulis\ ne\ \ is. |
| T | ꝑ | ve/ ran\ pi/ |
| T | ꝩ | do/ |
| T | ꝧ | flagi\ |
| S | ɟ | as/ tant\ ri\ |
| T | ɟ | be/ \ / is\ be\ |
| T | ꝑ | Se ju/ be as flagitat va li/ ra\ |
| T | / | \ re |
| S | ꝑ | riis\ be\ \ lis. |
| T | ꝑ | li/ ra\ ma/ |
| T | ꝩ | re/ |

Quemadmodum in binis prioribus membris *Rex cœli Domine maris undisoni, et Tytanis nitidi*, primæ tres syllabæ, quæ sonant tetrardum ꝩ, archoum ꝑ, deuterum ꝑ responsum organale sub retrardo non habent, videlicet propter deuteri soni inconsonantiam ad sonum tritum, qui tetrardo est subsecundus; sic et in sequentibus his commatibus: *Te humiles famuli, et se jubeas flagitant*, dum excelsioris exstent levationis ac positionis; celsiori quoque loco, eadem lege et organum coarctatur. Similiter enim in tribus principalibus sonis tetrardo ꝑ, archoo ɟ deutero ɟ vox organalis rite sub tetrardo respondere nequit, sed moram in eodem agit, dum in subsecundo ejus ratum responsum non invenit.

Et ut ad liquidum dignosci valeat, quantum in diatessaron symphonia præfatorum duorum sonorum inconsonantia dominetur, statuamus aliquid quadrifaria transpositione canere, ut appareat quomodo in diversis transpositionibus diverso quidem modo, sed non diversa lege vox vocem comitetur. Sit ergo hæc prima descriptio, quæ et supra digesta est, a sono ꝑ incipiens, et in eumdem finiens, ubi simul cum voce principali organalis vox consequatur

| | | |
|---|---|---|
| | ɟ | es |
| T | ꝑ | tris sempiternus/ \ |
| T | / | pa/ fi\ |
| S | ꝑ | / es li\ |
| T | ꝑ | Tu/ tris sempiternus/ \ us. |
| T | ꝩ | pa/ fi\ |
| T | ꝧ | / li/ |
| S | ꝩ | Tu us. |
| T | ꝩ | |

D

Sic canendo senties, quomodo non obstante deu-

B teri ꝑ tritique / soni absonia, consonanter regione subquarta imponatur vocis organalis levatio, sed rursus eadem absonia impediente tetrardum sonum non transit positio. Sumamus et secundam transpositionem, quæ a sono ꝑ incipit, et in eumdem finit.

| | | |
|---|---|---|
| | ɟ | es |
| T | ɟ | tris sempiternus/ \ |
| T | ꝑ | pa/ fi\ |
| T | / | / es li\ |
| S | ꝑ | Tu\ tris sempiternus/ \ us. |
| T | ꝑ | pa/ fi\ / |
| T | ꝩ | li |

Sic canendo senties, quomodo et in levatione et positione sono ꝑ deutero responsum organale C deficiat, ideoque ultra ꝩ tetrardum non descendat.

Sumanus et tertiam transpositionem, quæ a sono / trito incipit et finitur:

| | | |
|---|---|---|
| | ꝧ | es |
| S | ɟ | tris sempiternus/ \ |
| T | ɟ | pa/ fi\ |
| T | ꝑ | / li |
| T | / | Tu/ us. |

Hæc transpositio, dum potissimum sono vadat ꝑ deutero, responsum organale apte non recipit. Sumanus et quartam transpositionem, quæ a sono ꝑ tetrardo inchoat, et in eumdem finitur.

| |
|---|
| ɟ es |
| ꝧ tris sempiternus/ \ |
| ɟ pa/ fi\ |
| ɟ / es\ li/ |
| ꝑ Tu/ pa tris sempiternus/ fi li us. |

Sic canendo senties, quomodo a ꝑ tetrardo sono

vox organalis incipiat, et in eo finiatur, nec infra ipsum possit progredi, trito / videlicet obstante sono, qui, ut jam sæpe dictum est, ad deuterum exstat inconsonus.

Superficies quædam artis musicæ pro ornatu ecclesiasticorum carminum utcunque in his designata sit. Quæ certe non minus venerabilem sui speculationem et interius gerit. Cur namque aliqua tam dulci ad invicem commistione consentiant, alii vero soni sibi misceri nolentes insuaviter discrepent, profundioris divinæque est rationis, et in aliquibus inter abditissima naturæ latentis. Constant plurima super hac ratione scripta veterum, in quorum labores et in hac parte nos Dominus intrare concessit, ubi probatissimis argumentis astruitur, quod ejusdem moderationis ratio, quæ concinentias temperat vocum, mortalium naturas modificet, quodque iisdem numerorum partibus, quibus sibi collati inæquales soni concordant, et vitæ cum corporibus et compugnantiæ elementorum, totusque mundus concordia æterna coierit.

## CAPUT XIX.

*Quod in aliquibus rationis hujus profunditas minus sit penetrabilis.*

Fictum est ab antiquis, Aristeum Eurydicem nympham Orphei conjugem adamasse, quemque dum illa se sequentem fugeret a serpente exstincta sit. Orpheum, cujus nomen Oreophone, id est, optima vox, sonat, in cantore perito seu dulcisono cantu intelligimus, cujus Eurydicen, id est, profundam dijudicationem, si quis vir bonus, quod Aristeus interpretatur, amando sequitur, ne penitus teneri possit, quasi per serpentem divina intercipitur prudentia. Sed dum rursus per Orpheum, id est, per optimum cantilenæ sonum, a secretis suis ac si ab inferis evocatur, imaginarie perducitur usque in auras hujus vitæ, dumque videri videtur, amittitur. Scilicet quia inter cætera, quæ adhuc ex parte et in ænigmate cernimus, hæc etiam disciplina haud ad plenum habet rationem in hac vita penetrabilem. Si quidem dijudicare possumus, sitne, rata factura meli, dignoscere qualitates sonorum atque modorum, et reliqua hujus artis. Item possumus musicorum sonorum spatia vel vocum symphonias ad numerorum rationem adducere, consonantiæ atque discrepantiæ quasdam rationes reddere. Quomodo vero tantam cum animis nostris musica commutationem et societatem habeat, etsi scimus, quadam nos similitudine cum illa compactos, edicere ad liquidum non valemus, nec solum dijudicare melos possumus ex propria naturalitate sonorum, sed etiam rerum. Nam affectus rerum, quæ canuntur, oportet ut imitetur cantionis affectus, ut in tranquillæ sint neumæ, lætisonæ in jucundis, mœrentes in tristibus, quæ dure sunt dicta vel facta, duris neumis exprimi, subitis, clamosis, incitatis, et ad cæteras qualitates eventuum et affectuum deformatis. Item ut in unum terminentur particulæ neumarum atque verborum. In talibus cum judicatio nostra esse possit, plura sunt tamen, quæ nos sub causis occultioribus lateant.

Sunt interdum res, quæ et hoc tono, et illo tono æque congruenter recipiuntur, ut cantari possint: sunt interdum res, quæ minime suum sensum æque huic et illi tono attribuant, ita ut si transponantur aut priorem dulcedinem non servent, aut ad sensum indecentes fiant. Dicuntur feræ et aves modis quibusdam delectari magis quam aliis; sed quare aut quomodo hæc aliave sint, non facile investigatur. Igitur quæ in hac arte Deo donante sapimus, utamur eis tantum in Dei laudibus, et ea, quæ laboriosa veterum indagatione nobis inventa sunt, assumamus in jubilando, celebrando, canendo, quæ in prioribus generationibus non sunt agnita filiis hominum, sed nunc revelata sunt sanctis ejus.

Pandit multa musicæ artis miracula præstantissimus auctor Boetius, magisterio numerorum enucleatim cuncta comprobans. Cujus, si Deus annuerit, sequens opusculum aliquod continebit excerptum. Hujusce oratiunculæ ponamus hic finem.

---

# INCIPIUNT SCHOLIA ENCHIRIADIS

## DE ARTE MUSICA.

*Discipulus*, Musica quid est ?

*Magister*. Bene modulandi scientia.

*D*. Bene modulari quid est ?

*M*. Melos suavi sono moderari. Sed hæc quantum ad artem. Cæterum non bene modulari video, si quis in vanis suavitate artis abutitur; quemadmodum nec ipse, qui, ubi oportet, arte uti non novit: quamvis quilibet devoto tantum corde Domino dulce canit.

*D*. Ita puto.

*M*. Recte putas, non nisi, bono usu dulcia mela benefieri: nec rursum sacris melis bene uti, si sine disciplina injucundius proferantur. Quocirca cum ecclesiasticis canticis hæc disciplina vel maxime necessaria sit, ne incuria vel imperitia deturpentur, videamus, quibus rebus opus sit ad bene modulandi facultatem.

*D*. Video plura esse, quæ cantorem observare oporteat; quæ si non noverit, peritus esse non po-

terit. Sed tuum est, hæc certius exponere. A

*M.* Alia sunt, quæ sibi sonorum proprietas postulat ; alia, quæ numerositatis poscit ratio : alia, quibus extrinsecus occurrentibus disciplina canendi sese apte conformat.

*D.* Hi soni qui sunt ?

*M.* Sonos hic phthongos dicimus, id est, voculas in canore concordes, quæ sunt harmoniæ elementa. Etenim sicut loquela litteris, ita constat phthongis harmonia.

*D.* Quæ sunt, quæ sibi sonorum proprietas poscit.

*M.* Ne quid in eis vitiata naturali qualitate obsonum fiat.

*D.* Quomodo fit hæc absonia in phthongis ?

*M.* Si aut ignavius pronuntientur, aut acutius, B quam oportet Primo namque hoc vitio in humanis vocibus et sonorum qualitas, et tota læditur cantilena. Quod fit, ubi, quod canitur, aut segni remissione gravescit aut non rite in sursum cogitur. Quod vitium in quibuslibet musicis instrumentis nequit fieri ; eo quod, disposito semel phthongorum ordine, vox sua sonis singulis manet. Alia fit dissonantia, quando sonus a sono falso metitur, id est, alius pro alio. Tertia dissonantia fit, quando sonus non respondet sono, quoto loco oportet. Et hæc duo vitia ex eadem quidem causa nascuntur ; sed in hoc differunt, quod illud in eadem fit neuma, hoc vero in præcinendo et respondendo.

*D.* Hæc duo vitia quomodo eveniant, expone.

*M.* Quatuor sonitibus competenter sibi diversis C dum constet harmonia, quisque in suo tantum ordine propriam retinet qualitatem, nec in sua sede alteri dat locum : quorum seriem puto jam notam tenes.

*D.* Tuæ potius insinuationi omnia committo : eos sonos te canente audiam.

*M.* Ecce canam :




D

Indita sunt eis antiquitus nomina. Primo, id est, gravissimo, Protos vel archoos : Secundo Deuteros, qui tono distat a Proto : Tertio Tritos, qui semitonio distat a Deutero : Quarto Tetrardos, qui rursus a Trito tono distinguitur. Signis quoque hujusmodi notantur. Primo est nota F dasian, inclinum S. ad caput, ita ꟼ. Secundo c. versum ad caput, ita ſ. Tertio iota simplex et inclinum. ita /. Quarto c. supinum ad caput, ita ſ.

*D.* Quomodo his quatuor tantum harmonia, ac non potius sonorum constat multitudine ?

*M.* Videlicet innumerabiles sunt cantilenarum soni. Sed quaternis et quaternis ejusdem conditionis in levando et deponendo sese consequentibus sonorum pluralitas accrescit ; id quoque me canente proba : T. ⅎ т. J s. / т. J т. ⅎ т. J

Sic ergo in omni concordi sonorum serie per hæc veluti tetrachorda et in sursum cantilena, et in insum vadit, et quaternæ socialiter sibi diversæ voculæ tamdiu competente sibi successione cohærent, donec vel nimium attenuatæ deficiant, vel gravatione conticescant. Præterea soni singuli ex prædictis quatuor suis tetrachordis præsident suis item pentachordis. Tetrachordis scilicet, dum per unumquemque eorum quaterni in ordine deponuntur ita :




Pentachordis autem ; dum uno ad superiorem partem addito, idem fit primus, qui est extremus ita :




Quod itaque sono archoo ꟼ incipit ac finitur, Pentachordum primum vocamus, et constat, duobus tonis, semitonio et tono. Quod sono ſ deutero, pentachordum secundum ; et constat tribus tonis et semitonio. Quod sono / trito, pentachordum tertium ; et constat semitonio atque tribus tonis. Quod sono tetrardo, pentachordum quartum ; et constat tono ac semitonio, et duobus tonis.

*D.* Quid vero semitonium ?

*M.* Semitonia vel limmata dicimus non plena A sonorum spatia : quæ tamen suo loco posita et suam sonis proprietatem tribuunt, et in concordiæ suavitate cantilenam continent, non suo autem loco posita, dissentire faciunt mela. Nam sciendum, in sonorum serie tunc naturalem ordinari qualitatem, dum naturali ad invicem spatio metiuntur. At si falso metiatur sonus a sono, in aliam mox qualitatem migrat, ceptumque transvertit ordinem. Et hæc ex supradictis duobus vitiis prior dissonantia est.

*D.* Lucida, quæso, exemplificatione aperias, qualiter hujusmodi absonia sese habeat ?

*M.* Tentabo, prout possum, tu attentus adsis. Sonus deuterus ƒ cum semper intervallo semitonii subjugatur trito / ; tritus vero a superiore sui B parte ƒ' tetrardo, deuterus ƒ vero ab inferiore parte sui habeat ϸ (protum) ita : | ƒ'

| /

| ƒ

| ϸ

notabis in quolibet tetrachordo hos duos phthongos ϸ tetrardum et ϸ protum. Si enim ascendendo in sursum proxime post ϸ protum sonum metiatur tritus, veluti post ƒ deuterum, hæc una erit absonia. Item si descendendo in jusum proxime post ƒ' tetrardum sonum metiatur ƒ deuterus, veluti post / tritum, hæc altera erit absonia.

*D.* Qualiter ?

*M.* Dic recensendo in sursum pentachordum a ƒ' tetrardo, ut eisdem descendas gradibus. C



*D.* Dixi.

*M.* Idem et ergo dicam : mox subjungens aliud, ubi aliquid a priori ordine transmutetur, videlicet loco tertio, quasi post deuterum, metiendo tritum, ita D




Num quidnam sentis, hæc gemina pentachorda ad invicem non consentire ?

*D.* Sentio plane, et deprehendo, non redire pentachordum secundum ordinem, quo cœptum est.

*M.* Ita est : a tetrardo ʅ enim incipiens, in ϸ archoon devenit, quia in priori latere non pervenit ad mensuram deuteri ƒ ; sed breviori intervallo sonus / tritus loco deuteri mensuratur, quod linea non paginula interjecta designat. Dic etiam pentachordum a ϸ proto



*D.* Dixi.

*M.* Dicam et ego hoc idem ; dehinc paululum ab hoc ordine declinans in sequenti latere ƒ deuterum sonum ƒ' tetrardo quasi trito / subjungam ita :



Sensisti, et hic pentachordum ab ordine declinasse, nec reverti, ut cepit ?

*D.* Sensi utique

*M.* Vides ne ϸ proto sono inchoatum ʅ tetrardo finiri ?

*D.* Prorsus video.

*M.* Attente etiam, quomodo, si utrumque latus per hæc non plena intervalla læsero, rursus ad sonum, a quo cœpit, redeat ? Sit pentachordum tetrardi.




Hoccine sensui tuo patuit ?

*D.* Patet prorsus et describendo oculis, et sonando auribus, in neutro latere ordinem perstitisse.

*M.* Limmata ergo hæc non plena spatia vocari solent, et per ea interdum idem modus a modo

transfertur, vel per eadem restituitur. Sicut in A cantibus satis observari poterit.

*D.* Num pro vitiis ea reputabimus ?

*M.* Vitia nimirum sunt. Sed sicut barbarismi et solœcismi metris plerumque figuraliter intermiscentur, ita limmata interdum de industria cantibus inseruntur. Sed adhuc alia videamus. Tertia enim fit absonia primæ contraria : utpote si in priore latere a deutero ƒ veluti a proto ϸ alius metiatur deuter abusivo spatio, id est, justo longiore. Sit itaque rursus pentachordum tetrardi, cui hæc vitii species subjungatur.




*D.* Deprehendo et absoniam istam.

*M.* Vide et quartam absoniæ formam in hoc genere, quæ est contraria secundæ, id est, si in sequenti latere / a trito quasi a tetrardo ℸ tritus alius metiatur. Sit pentachordum a ϸ proto :




*D.* Et id dinosco, quia pro eo, quod a / trito sono deuterus ƒ metiretur, abusive tritus a / trito, quasi a ℸ tetrardo longiori, quam oportuit, spatio metiatur.

*M.* Quod si etiam tale pentachordum subjungamus, quod his vitiis utroque lædatur latere, hujus modi absonia erit. Sit pentachordum tetrardi :




*D.* Absonum certe, nec suave quid resonas.

*M.* Hoc ergo intellecto, qualiter sonus a sono falso metitur, videamus, quomodo et hoc eveniat ut si, quotis locis oportet, soni ad sonos non respondeant, concordantia ad invicem mela non resonent.

*D.* Et id utique posco.

*M.* Huc, inquam, ades, ac vide, quomodo in tetrachordis vel pentachordis quaternæ varietatis ordo disponitur, ut quotus ab alio quolibet constet sonus, liquido contempleris. Nam sicut in coloribus, si sint quaterni et quaterni locati ex ordine, in lineaque dispositi, verbi gratia, rubeus, viridis, gilbus, niger, necesse est, ut quisque color tribus aliis interpositis per quintana loca reperiatur : ita et in sonis evenit, ut dum sese nova semper itera-
B tione consequuntur, cuique in utramque partem quintis locis a suo compare respondeatur.

*D.* Quomodo, inquis, compares, qui acumine et gravitate dispares sunt ?

*M.* Acumine quidem sunt et gravitate differentes, quadam tamen sibi sunt naturali socialitate concordes. Deinde sonus quisque, quem in hoc aut illo latere secundum habet, in alio latere habet quartum : quem tertium in hoc latere, eumdem tertium in alio. Sed hæc dixerim juxta quod in continuatione tetrachordorum quaternæ varietatis ordo disponitur.

*D.* Ad dignoscendum autem, quis sonus ille vel ille sit, velim cognoscere in singulis suæ proprietatem qualitatis.

C *M.* Jure id poscis. Etenim luculenta prius sonorum proprietatis qualitate, minus erratur in cæteris. Sed hæc posse dignoscere, facile exercitatione obtinebitur. Ergo sume aliquid canere, quod in sonum, verbi gratia, ϸ archum finiat. Aliud mox subjungendum, quod ab eodem sono incipiat, vel a suo compare superiore sive inferiore ; sive inchoet a sono ƒ' tetrardo, aut a sono ƒ deutero. Igitur nisi id, quod subjungendum est, et sono ϸ archoo incipit, aut æquale ponas cum finali sono præcedentis meli, eodem dumtaxat archoo ϸ aut quinto loco superius, seu quinto loco inferius. Id autem quod a sono ƒ' tetrardo inchoat aut secundo loco inferius, aut tertio loco superius. Porro id quod a sono / trito inchoat, aut tertio loco infe-
D rius, aut tertio loco superius. At vero illud quod a sono ƒ deutero incipit, aut secundo superius, aut quarto loco inferius, ad subjectam sonorum descriptionem ; minime id, quod subsequitur, concordare potest cum eo, quod præcedit.

ℸ ƒ' / ƒ ϸ ℸ N ℸ ℸ

Et in omnibus sonis idem evenit, ut scilicet in uno concordiæ corpore convenire nequeat, quod subinfertur, quodque præcinitur, si supra vel infra mutuo copulentur, qua finem hujus et initium illius mensura propria metitur. Quapropter ubi oportet, ut hæc concordia observetur, necesse est, finientes et incipientes soni naturali ad invicem ordine metiantur, ubi vero id negligitur, vel opus non est observari, in semetipsis quidem, quæ canuntur, sonis

concordibus ire possunt : sibimet vero subjuncta concordabiliter ad invicem uniri non possunt, sed cantoris peritiæ esse debet ad sciendum, ubi aliud post aliud concorditer subjungi conveniat, vel ubi necesse non sit. Et de hac quoque discrepantia satis dictum. Sciendum tamen, quod prima concordatio hæc est, quæ fit præfato modo ad meli ductum. Altera est concordatio paulo minor, dum vel elationis diffficultatem mitigare volentes, vel submissiorem gravitatem erigere, aut in sursum aut in jusum quintana transpositione subjungimus. Est et tertia concordatio, quæ fit octava regione sonorum, id est, dum in novam vocem vel acutionem melos mutamus. Atque his collationibus cantionum quædam unanimitas servari potest, aliter autem non potest, nisi forte ex inte- B gro melum quodlibet in modum alium transponendo mutetur. Si melum quodlibet in eadem sonorum serie unius aut duorum seu trium sonorum spatio acutius aut gravius transposueris, simul etiam tropi modus in aliam speciem migrat.

*D.* Da exemplum hujus migrationis.

*M.* Quomodo si tetrachorda vel pentachorda quina in ordine cecinero hoc modo :



C

Quemadmodum, inquam, ita canendo proti modi pentachordum uno spatio acutius factum in deuteri pentachordum mutatur, a deutero in tri- D tum transit, a trito in tetrardum, a tetrardo rursus redit in protum : ita quidquid uno vel duobus seu tribus tonis ex integro altius graviusque transposueris, simul in modum alium transmutabitur.

Exempli gratia, usitata neuma regularis ad primum tonum hæc est :

No ꝗ an ꟼ no / ꝑ e ꝑ a / ꝑ ne ꝑ.

Ergo hujus neumæ regularis si totam constitutionem uno spatio altiorem fecero, mox ex proto tono deuterus fiet. Similiter a deutero transposita, in tritum modum deveniet. Rursus a trito tono si uno levetur spatio, tetrardus succedit. Adhuc unius spatii acumen si acceperit, protus denuo nascitur. Quid si descriptiunculis quoque hæc eadem exem- A plificarentur, nonne apertiora quæque fierent, veluti posita sub aspectum ?

*D.* Ita nimirum est.

*M.* Quinas ergo descriptiunculas linealiter disponamus, quæ gradatim sibi cohærentes hujusmodi tonorum transpositiones exprimant hoc modo.



Prima descriptiuncula proti modi ꝑ, secunda deuteri ꝑ, tertia triti / quarta retrardi ꟼ ; quinta rursus ejusdem quæ prima. Atque ad hunc modum, ut dictum est, quodcumque melum transposueris, in aliam modi speciem mox vertetur. Et si major sit tropi mutatio, major quoque tropus erit, in quemcumque fuerit transmutatus.

Tropi autem vel modi sunt, quos abusive tonos dicunt. Quorum singulorum differentiam numerumque puto jam didiceris.

*D.* Atqui didici.

*M.* Dic mela quælibet ad primum modum, ad secundum quoque et reliquos.

*D.* Ecce modus primus. Ecce secundus. En tertius. En etiam quartus.

*M.* Dic nunc, quomodo quadam diversitate ab

invicem differre auribus judicantur, quæ sit causa diversitatis ?

*D.* Diversi quidem ab invicem discernibili quadam suæ proprietatis specie sentiuntur. Sed qua ex causa eveniat, miror.

*M.* Ut hoc aliquantulum patere incipiat, da tetrachordum, vel certe pentachordum primum.

*D.* ʃ Ecce cecini.

ƒ' *M.* Huc adhibe proti, quos volueris,
/ modos, et videbis omnia, quæ ad
ƒ protum modum canuntur, sono proto
ƥ finiri.

*D.* Sic equidem video.

*M.* Da nunc aliud pentachordum, quod sit uno spatio altius, incipiens a sono ƒ deutero, et in eo consistens.

*D.* Et hoc ita canitur :

*M.* Cane et mela modi deuteri, et confer J
cum sono ƒ deutero, si in ipso forte finiantur. ƥ ƒ'

*D.* Faciunt utique. /

*M.* Da nunc tertium pentachordum, bino ƒ altius spatio, quod scilicet a sono trito / incipiat, et in idipsum deponatur.

*D.* Et hoc hujusmodi est. /

*M.* Huc adhibe tritos modos, et trito sono / terminari invenies. ƒ ƥ

*D.* Ita certe. ƒ'

*M.* Da nunc altius spatiis tribus, id est a sono ƒ' tetrardo pentachordum quartum. /

*D.* Id hoc modo fit : ƒ'

*M.* Vide nunc tetrardos modos, an eos sentias in tetrardo sono ƒ' consistere. / ƒ

*D.* Sentio verissime. ƥ

*M.* Da nunc pentachordum quintum, et ƒ' rursus novo tetrarchordo idem sonorum ordo modorumque revertitur.

*D.* ɖ Et hoc certe mirandum.

J *M.* Virtus ergo sonorum quæque mela
ɥ modificat. Quapropter nota nunc tibi
J quatuor illis phthongis vim varietatis
ɖ mirabilem et suam cuique faciem, qua singuli ad invicem diversitate differant, et secundum se modorum faciant differentias.

*D.* Hæc quidem utcumque videre me videor. Miror autem, cum octo computari soleant, tu his sonis non magis quam quatuor procreari dixeris.

*M.* Octo constat modos nos solere computare, ita tamen, ut bini modi, id est, major cum minore a singulis in tetrachordo sonitibus moderentur, et ob hoc uni deputentur modo, qui eodem reguntur sono, scilicet ƥ archoo vel proto, autentus protus et plagis : ƒ deutero deuterus autentus et plagis : / trito autentus tritus et plagis : ƒ' tetrardo tetrardus autentus et plagis. Sane autentum dicimus auctoralem, plagin subjugalem

A seu lateralem. Sic igitur singuli et suæ proprietatis qualitate sunt dinoscibiles, et suis quique tetrachordis et pentachordis præsident, et, ut dictum est, tonos modosve discernunt.

*D.* Ergone solius soni finalis virtus quemlibet modum efficit, ut ob id tropus vel modus illius aut illius soni dicendus sit, quod in eo finis meli constiterit ?

*M.* Præcipue quidem videtur vis cujuslibet tropi ob id in quolibet finali sono consistere, quod in eo tropus finiendo constiterit ; additur hoc tamen, quod sonus idem finalis et sociales sui frequentiores in commatum vel colorum fine versantur. Sociales autem suos quisque sonus non solum quintis habet regionibus, sed et quartis locis alios

B sibi-quærit compares, qui tertiæ symphoniæ locus est. Itaque in particulis, quæ membra sunt cantionis, pene semper cola vel commata has in levando aut in deponendo sonorum socialitates petunt, et in eas vel arsis quærit attingere, vel thesis. Exemplorum satis legitima mela adferunt, quæ ne longius quæramus, aspice quam in manibus tenemus neumam regularem, vel particulam, quam duo commata perficiunt.

No ɖ an ƒ' no / ƒ' e ƒ' a / ƒ' ne ƥ.

Ac vide, quomodo in quartos sonos utriusque commatis positio vergat, et particula a quo sono initium levat, in eumdem in fine deponat. Cola autem dicimus majores particulas, duo seu tria vel plura commata continentes, quæ etiam

C opportunas quasdam sui distinctiones præbent. Porro commata, sibi in levationibus ac positionibus cohærentia, colon peragunt ; tamen est interdum, ubi indifferenter colon sive comma dici potest.

*D.* Quid inter se majores minoresve toni differunt, eodem quidem sono finiti, eodem gubernati ?

*M.* Quæ super his dicenda sunt, commodius dicemus, si prius proprias sonorum notulas describamus. Decem et octo namque sonis notas ponimus, id est, tetrachordis quatuor, et dimidio tetrachordo. Primum quidem, quod est humilius, grave tetrachordum nuncupamus, secundum

D finale, tertium seperius, quartum excellens. Sane illas voculas, quas finales vocamus, eis notulis designamus, quas supra descripsimus, ita ƥ ƒ / ƒ' ; graves autem eisdem fere, sed retro spectantibus figuris, ita ʃ ʔ N ʅ ; Superiores gyratis in jusum finalibus, ita ɖ J ɥ J ; Excellentes gyratis in jusum gravibus, ita ƚ J X ƚ. Tritus sonus excipitur, qui in gravibus habet N inclinum N ; in superioribus N versum et inclinum ɥ ; in excellentibus iota transfixum X. Residuas binas voces jacentibus notis exprimimus ɤ ʯ qui in ordine disponatur ita :

ʃ ʔ N ʅ | ƥ ƒ / ƒ' | ɖ J ɥ J | ƚ ƚ X ƚ | ɤ ʯ.

*D.* Unde possum dinoscere, qui sint finales, qui superiores, vel illius aut illius ordinis ?

*M.* Omne musicum ad aliquid esse constat : nam nec sonus musicus esse potest sine adjunctione alterius soni, ad quem naturali spatio musicum sonat. Sicut ergo ad aliquid per se non intelligitur, ita

cum aliquot soni absolute numerantur, nec superiores jure possunt, nec finales dici, seu alterius cujusque ordinis. Sed cum necesse sit, ut, quidquid rite canitur, altius graviusque in uno ipsorum quatuor finiatur, in quolibet eorum finiendum est, ipse cum cæteris sui tetrachordi sonitibus finalis obtinet nomen. Et hinc alia tetrachorda sumunt ordinem. Ab eodem etiam sono, ut sit major tonus aut minor, mensuram accipit. Cum enim inferiorem quemque tonus non quinto loco valeamus altiorem ponere, et superiorem quinto loco graviorem, ut supra monstratum est, profecto non secundum id superior dicitur aut inferior, quod altius aut inferius alter canatur ab altero ; sed secundum id, quo sese utrique toni ad sonum finalem habent; habent autem hoc modo. A finali sono æqualis potestas est minori tono in superiora atque inferiora, id est, in utroque latere pertingendi usque ad sonos quintos. Non quod semper id eveniat, sed quod hæc spatii ejus sit potestas. Jam vero si ad superiorem partem quintum sonum systemate transierit, majori tono deputari solet. Major autem systematis duplum habet spatium in superioribus, id est usque in nonum sonum.

*D.* Systema quid est?

*M.* In colis vel commatibus diastemata dicimus, systemata in particulis perfectioribus, seu tota periodo. Nam diastema est spatium quodlibet sonorum, quo particula complectitur, id est quo acuta et gravior vox includitur : systema totius spatium meli. Item systemata sunt species tetrachordorum, pentachordorum, octochordonorum, quæ modis singulis suas dant species (696).

*D.* Quare unum tetrachordum sub finalibus sonis constituitur, super finales duo?

*M.* Quia sive altiore sive submissiore voce canatur quodlibet simplex ac legitimum melos, nonnisi ad quintum sonum a finali suo deponitur, nec nisi in nonum usque ascendit.

Et hactenus de discrepantiarum generibus devitandis superius dicta terminata sunt : nunc deinde quæ pro exornatione melodiæ donante Deo dicenda sunt, prosequemur. Ac imprimis videndum, ut numerose quodlibet melum promatur.

*D.* Quid est numerose canere?

*M.* Ut attendatur, ubi productioribus, ubi brevioribus morulis utendum sit. Quatenus uti quæ syllabæ breves, quæ sunt longæ, attenditur; ita qui soni producti quique correpti esse debeant, ut ea, quæ diu, ad ea, quæ non diu, legitime concurrant; et veluti metricis pedibus cantilena plaudatur. Age canamus exercitii usu; plaudam pedes ego in præcinendo, tu sequendo imitabere.



Ego sum via ve ri tas et vi ta



Al le luia Alleluia.

Solæ in tribus membris ultimæ longæ, reliquæ breves sunt. Sic itaque numerose est canere, longis brevibusque sonis ratas morulas metiri, nec per loca protrahere vel contrahere magis quam oportet, sed infra scandendi legem vocem continere, ut possit melum ea finiri mora, qua cepit. Verum si aliquotiens causa variationis mutare moram velle, id est, circa initium aut finem pro tensiorem vel incitatiorem cursum facere, duplo id feceris, id est, ut productam moram in duplo correptiore seu correptam immutes, duplo longiore.

*D.* Puto, tentare horum quæque expedit, et in usum vertere.

*M.* Recte putas : ob hoc sumamus melum quod vis canere, nunc correptius, nunc productius; ita ut morulæ, quæ nunc sunt productæ correptis suis, nunc item fiant pro correptis ad eas, quæ fuerint productiores se. Canamus modo : prima fit mora correptior, subjungatur producta, tunc correpta iterum.



Ego sum vi a ve ri tas et vi ta



Al le luia Alleluia (697).

Hæc igitur numerositatis ratio doctam semper cantionem decet et hac maxima sui dignitate ornatur, sive tractim sive cursim canatur, sive ab uno seu a pluribus. Fit quoque, ut dum numerose canendo alius alio nec plus nec minus protrahit aut contrahit, quasi ex uno ore vox multitudinis audiatur. Item in alternando seu respondendo per eamdem numerositatem non minus moræ concordia servanda est, quam sonorum.

*D.* Quomodo per moras oportet, ut cantiones concordent?

*M.* Concordabilis cantionum copulatio, qualiter per propriam quorumque sonorum sedem eveniat, supra monstratum est; morarum vero concordia fit, si id, quod subjungendum est, aut æquali mora respondeat, seu pro competenti causa duplo longiore mora, aut duplo breviore.

*D.* Constat peritæ cantioni accidere omnia, quæ prædicta sunt. Prosequere, si qua adhuc bonæ modulationi necessaria sunt.

*M.* Observandam quoque dico distinctionum rationem, id est, ut scias, quid cohærere conveniat, quid disjungi. Videndum etiam, quæ mora illi aut illi melo conveniat. Nam hoc quidem melum celerius cantari convenit, illud vero morosius pronuntiatum fit suavius. Quod mox dinosci valet ex ipsa factura meli, utrum sit levibus gravibusve neumis composita. Ergo moram, quæ cuique melo conveniat, aptam exhibebis duntaxat secundum temporis ac loci et causæ cujuslibet extrinsecus occurrentis rationem : ipsam etiam altitudinem ad congruentiam moræ cum apertis et suavibus neu-

(696) Teg. C. addit : *quando enim cantilena altius incipit tono vel semitonio in tetrachordis vel in pentachordis seu duplis, mox altera species efficitur.*

(697) In Cod. textus idem ter supponitur iisdem notis, absque ulla variatione quod tamen juxta propositam regulam fieri deberet.

mis. Atque hujusmodi observationibus honestam beneque moratam musicam moderabis. Præterea A congrua symphoniarum commistio maximam suavitatem cantilenis adjiciet.

*Finit pars prima.*

# INCIPIT SECUNDA PARS

## DE SYMPHONIIS.

*D.* Symphonia quid est ?

*M.* Dulcis quarumdam vocum commixtio ; quarum tres sunt simplices, Diapason, et Diapente, ac Diatessaron. Tres sunt compositæ Disdiapason, Diapason et Diapente, Diapason ac Diatessaron.

*D.* Quæ ex Diapason symphonia ?

*M.* Quæ sex sonis interpositis per octavo loca canitur.

*D.* Quæ est Diapente, quæque Diatessaron ?

*M.* Diapason per quinta loca fit, Diatessaron per quarta, sicut in pentachordis et tetrachordis extrema sibi conveniunt.

*D.* Unde dicitur Diapason ?

*M.* Diapason Græce, Latine interpretatur *ex omnibus*, eo quod octo solas chordas antiqua cithara continebat.

*D.* Quare Diapente vel Diatessaron vocatur ?

*M.* Diapente dicitur *ex quinque*, eo quod quinas voces continet. Diatessaron interpretatur *ex quatuor*, quia quaternas complectitur voces.

*D.* Quomodo canitur diapason ?

*M.* Ubi talis vel in jusum vel in sursum vox a voce transmutatur, ut altior graviorque non tam consonæ quam æquisonæ sint, hoc adsensu concordantes, Diapason concinunt. Tanquam si ab H B deponatur in A, vel ab H levetur in P, ad subjectam descriptionem :

A B C D E F G H I K L M N O P

| Diapason remissum | Diapason intensum |
|---|---|

Sive enim alia post aliam per octava loca sumatur, sive in unum binis æquisonis vocibus canatur, fit hæc ratione cantio Diapason simplicis. At vero tres in unum trinis descriptis canamus vocibus, et fit hoc modo cantio Diapason duplicis. Si quoque dempta voce media per quindecima loca canatur, nihilominus Disdiapason erit. Canamus omnia ad supra scriptum modum :

De Diapason ac Disdiapason.




Hæc igitur symphonia, quia facilior et apertior, est, maxima et prima appellatur.

DE DIAPENTE.

Sequitur symphonia Diapente. Ea autem est, ubi per quintanas regiones vel alia post aliam sumitur, vel in unum ambæ ducuntur ad infrascriptum modum.



Hoc ergo modo est simpliciter Diapente pangere. Prima vero compositio fit Diapente, si vox organalis ita per Diapason geminetur, ut sit media Principalis, veluti quinta inter primam et octavam. Principalem enim vocem absolutam cantionem dico, organalem vero, quæ huic subjungitur, symphoniæ ratione. Canamus ad infrascriptum modum :




Altera ejus est compositio, si vox, quam principalem diximus, ita per Diapason geminetur, ut sit media organalis veluti octava inter quartam ac undecimam. Canamus ad infrascriptum modum :




Tertia est Diapente compositio, si vox organalis ad inferiora per Diapason geminetur, ut sit celsissima principalis, veluti duodecima adversus octavam et primam. Hæc quoque consonantia et per duodecima loca, dempta voce media, concordat. Item quarta est Diapente compositio, si vox principalis ad superiora per Diapason geminetur, ut sit gravissima organalis veluti I contra quintam et duodecimam. Hæc similiter et media voce dempta concordiam habet.

Item quinta est Diapente compositio, si ambabus vocibus per Diapason geminatis quaterno vocum diversitate canatur, ut videlicet ad quintam et duodecimam organum prima et octava respondeant. Canantur omnia ad infrascriptum modum.



Sexta est Diapente compositio, si sit vox celsissima organalis, veluti quindecima ad duodeci- A mam atque quintam, ad infra scriptum modum.

/ os\
Or. XV. ꝑ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\
mi\ / et us\
os\ num que secu\
Pr. XII. ɟ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\ \ / lu\
ꝼ mi\ / et us\ in um.
/ num que secu\
ꝑ \ / lu\
ꝺ in um.

os\
Pr. V. ɟ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\
ꝼ mi\ / et us\
num que secu\
\ / lu\
in um.

Potest etiam vel altera vel utraque voce per Disdiapason triplicata, multiplici specie eadem symphonia variari.

De Diatessaron symphonia.

Sequitur Diatessaron symphonia. Ea est, ubi quaternis locis in unum pangitur. Sed sciendum, quia B non ita simpliciter, ut in cæteris, quæ majores sunt; sed et alia quadam naturali lege organum exinde derivatur, unde et post dicitur. Verumtamen modesta morositate edita, quod suum est maxime proprium, et concordi diligentia procurata, honestissima erit cantionis suavitas.

J os\
P. ɟ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\
ꝼ mi\ / et us\
/ os\ num que secu\
OR. ꝑ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\ \ / lu\
ꝼ mi\ / et usque in \ in um.
ꝭ num seculu

Componitur quoque Diatessaron symphonia eisdem modis, quibus et Diapente. Prima enim ejus compositio est, si vox organalis ita per Dia- C pason geminetur, ut sit media principalis, veluti quarta, inter primam et octavam, ad infra scriptum modum.

X os\
Or. VIII. ƀ No/ qui vivimus benedicimus do\ \ ex hoc nunc\
mi/ / et us\
os\ num que secu\
Pr. IIII. ɟ No\ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\ \ / lu\
ꝼ mi\ / et us\ in um.
/ os\ num que secu\
Or. I. ꝑ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\ \ / lu\
mi\ / et us\ in um.
ꝺ num que\ / /
ꝭ in seculu

Altera est ejus compositio, si e contrario vox principalis ita per Diapason geminetur, ut sit me- D dia organalis, veluti octava inter quartam et undecimam.

J os\
Pr. XI. ɟ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\
ꝼ mi\ / et us\
/ os\ num que secu\
Or. VIII. ꝑ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\ \ / lu\
ꝺ mi\ / et us\ in um.
ꝭ num que in seculu/
ɟ os\
Pr. IIII. ꝼ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\
mi\ / et us\ seculu\
num . que in/ um.

Tertia est Diatessaron compositio, si vox organalis ad inferiora per Diapason geminetur, ut sit celsissima principalis, veluti undecima adversus octavam et primam.

Item quarta est Diatessaron compositio, si vox principalis ad superiora per Diapason geminetur, ut sit gravissima organalis, veluti prima contra quartam et undecimam. Item quinta est Diatessaron compositio, si ambæ voces, et principalis videlicet atque organalis, per Diapason geminentur, ut ad quartam et undecimam organum prima et octava respondeat.

J os\
P. XI J No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\
F mi\ / et us\
/ os\ num que secu\
Or. VIII F No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\ \ / lu\
F mi\ / et usque in\ um.
F num seculu/
J os\
Pr. IIII. J No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\
F mi\ / et us\
/ \os num que secu\
Or. I F No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\ / / lu\
F mi\ / et usque in \ um.
1 num seculu/

Sexta est Diatessaron compositio, si sit vox celsissima organalis, velut decima quinta ad undecimam atque quartam. Canatur ad infra scriptum modum.

X os\
Or. XV. ɫ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\
mi\ / et usque in\ um.
num seculu/

os\
Pr. XI. ɫ No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\
F mi\ / et us
/ num que secu\
F \ / lu\
F in um.
1

J os\
Pr. IIII. J No/ qui vivimus benedicimus do\ ex hoc nunc\
F mi\ / et us\
/ num\ que secu\
F \ / lu\
1 in um.

Et notandum, quod sive principali sive organali sive utraque voce per Diapason geminata, semper altioris vocis locum vox puerilis supplere potest.

*D.* Quid differt rogo inter primam Diapente compositionem, et Diatessaron secundam, cum hic et ibi æquali interstitio extremæ voces a medio disjungantur? Similiter quid inter compositionem Diapente secundam, et Diatessaron primam?

*M.* Si quæris, cur in prima Diapente compositione sit potius vox media principalis, quam organalis, in secunda vero Diatessaron compositione sit potius vox media organalis quam principalis, cum hic et ibi iisdem intervallis vox media sese habeat ad extremas : et rursus in secundo Diapente composito quare dicatur vox media organalis, in primo autem Diatessaron compositio vox media principalis ; sciat, hanc quidem esse rationem, quod in Diatessaron symphonia non ita simpliciter et absolute, sicut in Diapente vocem principalem organalis vox comitatur, verum sua quadam naturali lege certis locis subsistit, nec ulterius valet consonanter procedere, sicut et descriptionibus supradictis ostenditur, quomodo infra sonum F tetrardum non descendat. Verum sciendum, in prædictis compositionibus et alia quadam proprietate diatessaron ac diapente differre ; siquidem dum quintis et octavis locis semper sit troporum vel tonorum reversio, necesse est, ut dum vox inferior ad superiorem vocem eodem tropi modo Diapente respondet, utrique rursus voci ab octava sua eodem tropo respondeatur. Fitque ut organali voce per diapason geminata, et principali voce media vox organalis inferior quintis locis a media separetur, et superior quartis ; quod est compositum diapente primum : principali au-

tem voce per diapason geminata et organali media, A vox principalis inferior quartis locis a voce media distinguatur, et superior quintis, quod est compositum Diapente secundum. Econtrario vero in diatessaron dum vox inferior ad superiorem vocem quartis locis non eodem respondeat tropo, necesse est, ut principali et organali voci non eodem, sed singulis a sua octava suo tropo respondeatur. Fitque, ut organali voce per diapason geminata, et voce principali media, vox organalis inferior quartis locis distet a media, et quintis superior; quod est compositum diatessaron primum. Principali autem voce per Diapason geminata, et voce organali media, vox principalis inferior quintis locis a voce media disjungatur, et superior quartis: quod est compositum diatessaron secundum, quæ B omnia supradictæ descriptiones ostendunt.

*D.* Sed quid adhuc? quia disserebas, quod Diapente quidem symphonia eosdem tropos concinit, diatessaron vero non eosdem, ideoque in prædictis utrarumque symphoniarum compositionibus vox media quamvis simili ad extremas interstitio separata, dum non et hic ei ibi ejusdem sit tropi, hic quidem sit principalis, ibi sit organalis. Quæro, quid sit inter principalem atque organalem vocem diapente symphoniæ, cum tropi non sint dissimiles?

*M.* Hoc nunc quoque dictum recole; namque organali voce in Diapente geminata, si voci mediæ videlicet principali, simile intervallum esset C ad extremas, nihil interesse videretur inter principalem vocem et organalem. Nunc vero cum vox organalis quinto loco ad vocem principalem extet inferior, sed per diapason quarto loco superior, sicut versa vice in diatessaron vox organalis ad vocem principalem quarto loco extat inferior, sed per diapason quinto loco superior: similiter principali voce per diapason geminata, cum non sint eadem ad extremas voces voci mediæ intervalla; patenter poteris intelligere, qualiter virtus diapason symphoniæ, quæ utrasque voces multiplicat, etiam quæ principales, quæque sint organales, per certa intervalla disponat.

*D.* Quare in Diatessaron symphonia vox organalis sic absolute convenire cum voce principali D non potest, sicut in symphoniis aliis?

*M.* Quoniam, ut dictum est, per quartanas regiones non iidem tropi reperiuntur, diversorumque troporum modi per totum ire simul ire nequeunt, ideo in diatessaron symphonia non per totum vox principalis voxque organalis quartana regione consentiunt.

*D.* Vellem quoque dinoscere, quomodo per quartana loca troporum sit genus dissimile?

*M.* Facile id senties; sive enim uno tono altius transponatur, seu quarto loco inferius, modus diversi tropi aperto auditu fit discernibilis. Canatur ad infra scriptum modum:



*D.* Discerno plane, tonum autentum protum in autentum deuterum hanc transpositione transire. At vero dabis nunc rationem, quare per alias regiones voces ita consonæ, per alias vero vel discrepantes sint, vel non adeo consentientes.

*M.* Equidem pertentare licet, quas Dominus concesserit rationes, quo causas dulciter convenientium vocum atque discrepantium, naturam quoque diversorum troporum aliquantulum deprehendamus, et quare transponendo in alias species migrent, vel in suas denuo revertantur. Etenim sicut absolute computando simplex est series numerandi, et facilitate sui etiam pueris patens, ut I. II. III. IIII. et cætera: aliud vero alii inæqualiter collatum in varias inæqualitatis species cadit; ita phthongi in musica, cujus mater est Arithmetica, id est numeralis scientia, facili quidem ordine recensetur. Ad aliquid autem prolati non modo suavium dant concinentiarum species, sed et earundem concinentiarum suavissimas rationes.

*D.* Quomodo ex Arithmetica matre gignitur harmonia, et an eadem harmonia, quæ et Musica?

*M.* Harmonia putatur concordabilis inæqualium vocum commixtio. Musica ipsius concordationis ratio. Quæ sicut per omnia numerorum rationi conjuncta est, atque cæteræ Mathesis disciplinæ, ita per numeros oportet ut intelligatur.

*D.* Quæ sunt Mathesis disciplinæ?

*M.* Arithmetica, Geometrica, Musica, Astronomia.

*D.* Quid est Mathesis?

*M.* Doctrinalis scientia.

*D.* Quare doctrinalis scientia?

*M.* Quia abstractas considerat quantitates.

*D.* Quæ sunt abstractæ quantitates?

*M.* Quæ sine materia, id est, admixtione corporali, solo intellectu tractantur. In quantitatibus vero multitudines, magnitudines, paucitates, parvitates, formæ, æqualitates, habitudines, et cætera, quæ, ut Boetii verbis loquar, ipsa quidem natura incorporea sunt, et immutabiles substantiæ, ratione vigentia, participatione vero corporis permutantur, et tactu variabilis rei in convertibilem insconstantiam transeunt. Porro hæ quantitates aliter in Arithmetica, aliter in Geometrica, aliter in Astronomia conside-

runtur. Hæ enim quatuor disciplinæ non sunt humanæ inventionis artes, sed divinorum operum aliquantæ investigationes, et in creatura mundi intelligenda mirabilissimis rationibus ingenuas mentes ducunt, ita ut sint inexcusabiles, qui per hæc cognoscentes Deum, et sempiternam ejus Divinitatem, non sicut Deum glorificaverunt, et gratias egerunt.

*D.* Arithmetica quid est?

*M.* Disciplina quantitatis numerabilis secundum se.

*D.* Quid est Musica?

*M.* Disciplina rationalis consentanearum vocum atque discrepantium juxta numeros, qui ad aliquid sunt his, qui inveniuntur in sonis.

*D.* Quid est Geometrica?

*M.* Disciplina magnitudinis immobilis, atque formarum.

*D.* Astronomia quid est?

*M.* Disciplina magnitudinis mobilis, quæ cursus cœlestium siderum, quæ figuras contemplatur omnes, et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

*D.* Quomodo per numerabilem scientiam tres cæteræ constant?

*M.* Quia omnia, quæ per has disciplinas comprehenduntur, numerorum constant ratione formata, nec sine numeris possunt vel intelligi aut pronuntiari. Qui enim insinuari potest, quid sit triangulus vel quadrangulus, et cætera, quæ Geometrica sunt, nisi prius sciatur, quid sint tria vel quatuor?

*D.* Nullo modo.

*M.* Quid in Astronomica ratione sine numero sciri valet? unde ortus occasusque, tarditates, velocitates errantium siderum noscimus? unde ætatem lunæ, et multiplices variationes ejus agnoscimus, quotam partem signiferi sol aut luna teneat, vel alia quælibet ex planetis? Nonne sicut omnia certis numeri legibus aguntur, ita sine numero incognita sunt?

*D.* Etiam.

*M.* Quæ causa in Musica facit, ut octavis locis æquisonæ sint voces, quintis et quartis consonæ? Itemque per quindecimas regiones æquisonanter respondeant, per duodecimas et undecimas consonanter? Quæ sunt vero mensuræ istæ, quæ voces vocibus sic apte conjungunt, ut si paulo acutior aut laxior vox cum voce fuerit, ad invicem concordare non possit?

*D.* Mirum certe, quæ sint hujusmodi commensurabilitates vocum, quibus et symphoniæ tam suavisonæ sibi assentiunt, et soni reliqui tam competenter sibi in ordine copulantur. Sed tuum est, quæ proposuisti, exponere.

*M.* Dico, quoniam ideo per octava loca, id est, in diapason æquisonantia est, quia dupla habitudine voces hæ conferuntur, ut VI. ad XII. ut XII. ad XXIIII. Similiter in quindecimis locis æquisonantia est, quod disdiapason dicitur, quia in quadrupla constat proportione ut VI. ad XXIIII. Ideo in quintis regionibus sibi consonanter respondent, quod est Diapente, quia sunt in ratione sesquialtera. Sesquialterum autem est, ubi minus partes duas continet, et majus tres, ut VI. adversus VIIII. ut octo contra XII. Ideo quartanæ voces consonæ sunt. quod est diatessaron, quia in epitrita sunt ratione. Epitritum vel sesquitertium est autem, ubi minus habet tres partes, et majus quatuor, ut sunt VI, contra VIII. ut VIIII. contra XII. ideo duodecima collatione concordant, quia ad diapason diapente respondet, id est, sesquialterum ad duplum. ut XVIII. contra XII. et VI. ut VIII. contra XII. et XXIII. Vel quia per loca duodecima fiunt triplæ, ut XVIII. contra VI. ut XXIIII. contra VIII. Ideo et undecima regione consonabiles sunt quoniam ad diapason resonat diatessaron, id est, epitritum ad duplum, ut XVI. contra XII. et VI. ut VIIII. contra XII. et XXIIII. Item voces, quæ præfatas symphonias complent, utpote diatessaron quatuor, quinque peragunt diapente, hac habitudine concordant, quia diatessaron et diapente ad invicem connectuntur, videlicet epogdoo, id est, sesquioctavo: nam semper differentia sesquialteri et sesquitertii epogdous est. Qua enim proportione sunt VIII, ad VIIII. fiunt XVI. ad XVIII. fiunt XXXII. ad XXXVI. et sic in infinitum.

Horum descriptio, quæ dicuntur.




Præterea perfectiores sunt symphoniæ in diapason ac disdiapason, quam in diatessaron et diapente, quia hæ sunt multiplicis inæqualitatis, illæ superparticulares. Perfectior est autem multiplex inæqualitas superparticulari inæqualitate. Voces vero prædictarum proportionum, id est duplæ, tri-

plæ, quadruplæ sesquialteræ, sesquitertiæ, sesquioctavæ, constat idcirco consonas vel æquisonas, quia nimirum hi relativi numeri soli in omnibus disciplinis commensurati sunt et connumerati, et ob hoc symphoniis et reliquis musicis vocibus deputantur, imo voces modulatæ his numeris procreantur. Sentis igitur, nonnisi arithmeticis rationibus posse musicam explicari ?

*D.* Sentio plane Arithmeticam musicæ cognitioni necessariam.

*M.* Necessaria prorsus, cum ad numerorum exemplar musica penitus deformata sit. Etenim si nervum a nervo æquæ grossitudinis, sive fistulam a fistula, duplo feceris longiorem, ut XII. ad VI. ut XXIIII. ad XII. diapason ad invicem resonant. Si nervum aut fistulam æquæ concavitatis tertia minoris parte longiorem feceris, ut VIII. ad VI. ut XVI. ad XII. seu quarta parte majoris facias breviorem, ut VIIII. ad XII. ut XVIII ad XXIIII. erit quidem diatessaron consonantia VIII. ad VI. et XVI. ad XII. Ac similiter VIIII. ad XII. XVIII. ad XXIIII. Porro VIIII. ad VI. et VIII. ad XII. similiterque XVIII. ad XII et XVI. ad XXIIII. diapente erit. Atque hoc fit modo, ut sicut in duplo sesquialter ac sesquitertius continetur, utpote inter VI. et XII. continentur XVI. et XVIII. alternatim videlicet, ut qui minori numero sesquialter, veluti VIIII. ad VI. et XVIII. ad XII. fiat subsesquitertius majori, ut VIIII. ad XII. et XVIII. ad XXIIII. Ac rursus qui ad minorem sesquitertius est, ut VIIII. ad VI. ut XVI. ad XII. sit ad majorem subsesquialter, ut VIII. ad XII. ut XVI. ad XXIII. Ita inter duos sonos diapason ad invicem resonantes, quarta semper et quinto loco symphonias natura disposuit, ut quæ huic lateri quarto loco diatessaron est, sit quinto loco alteri lateri diapente ; et quæ ad illud quarto loco resonat diatessaron, huic diapente resonet. Porro ut sesquioctava proportione VIIII. superant VIII. ut XVIII. XVI. ut XXXVI. XXXII, ita si fistula

A major aut fidicula parte octava minorem supergreditur, ad invicem resonant tonum. Igitur quidquid in modulatione suave est, numerus operatur per ratas dimensiones vocum : quidquid rhythmi delectabile præstant sive in modulationibus, seu in quibuslibet rhythmicis motibus, totum numerus efficit. Et voces quidem celeriter transeunt, numeri autem, qui corporea vocum et motuum materia decolorantur, manent. Quapropter, ut ait sanctus Augustinus, ratio, quæ in rhythmis, qui latine dicuntur numeri, sive in ipsa modulatione, intellexit numeros regnare, totumque perficere, inspexit diligentissime, reperiebatque divinos et sempiternos. Deinde ratio eadem cœlum terramque conlustrans, sensit nihil aliud, quam pulchritudinem

B sibi placere, et in pulchritudine figuras, in figuris dimensiones, in dimensionibus numeros. Hæc quoque distincta et disposita in disciplinam redegit, appellavitque Geometricam. Motus eum cœli multum movebat, et ad se considerandum diligenter admonebat, etiam ibi per constantissimas temporum vices, per astrorum ratos definitosque cursus, per intervallorum spatia moderata intellexit nihil aliud, quam illam dimensionem, numerosque dominari. Quæ similiter diffiniendo ac secernendo in ordinem nectens, Astrologiam genuit. Hoc itaque modo in matheseos disciplinis occurrunt omnia numerosa, et immortalium numerorum, qui cogitando atque volvendo intuentur, hi qui sentiuntur, umbræ potius et imagines sunt. Qui ergo ra-

C tionem numerorum mutabilem dixerit, aut artem quamlibet non per hanc constare ?

*D.* Sufficienter nunc videtur insinuatum, non musicam solum, sed et alias tres disciplinas magisterio constare numerorum. Sed quæso plenius incipias de numerorum natura tractare, repetasque singula, quæ præmissa sunt, quo utcunque ad intuenda musicæ rationis penetralia numerorum ducatu perveniam.

*Finit pars secunda.*

# INCIPIT TERTIA [PARS]

*Disc.* Rogo, imprimis edicas, quid sit quantitas ?

*M.* Quantitatem dicimus et in numeris, et in mobilibus. Nam quantitas numerabilis proprie dicitur multitudo, quæ unitatibus congregatur. Quantitas specialis, quæ in mobilibus fit, dicitur magnitudo, quæ in unitates dividitur. Nam multitudo infinita pluralitate succrescit, magnitudo infinita partitione minuitur. Hoc est, multitudo ad unum ex pluralitatibus tendens augeretur spatio ; magnitudo ab uno in pluralitatem tendens unitatum spatiis minuitur : utpote lapis, arbor, quo minore dividitur numero, divisionum spatia majora fiunt ; quo autem in plura partiuntur, eo ipsa minuuntur spatia : ut verbi gratia de viginti quatuor dimidium duodecim, pars tertia octo,

D pars quarta sex : item de duodecim medietas sex, pars tertia quatuor, pars quarta tria. Utrarumque ergo similitudine quantitatum arithmetica ex sese musicam fundit, et miro modo per utrarumque contrarias passiones melodas voces suavi concordatione disponit. Quod enim vox ad vocem aut duplo crescit aut triplo aut quadruplo, quod sonat diapason, diapason ac diapente, bisque diapason, naturam servat numeralis quantitatis. Quod vero vel dimidio majoris superat, vel parte tertia, vel quarta, vel octava, quod sonat diapente, diatessaron et tonum, continuæ habet quantitatis imaginem. Cum ergo vocum varietates in quantitate consistant hoc modo, secundum contrarias bifariæ quantitatis naturas dulci ad invicem commixtione assentiunt.




Quæ si jam liqueant, restantia prosequamur.

*D.* Liquet quidem, quod hoc genus ideo numerali deputatur quantitati, quia numerorum ordine ipsæ auctiones crescunt. Hoc autem idcirco continuæ quantitati convenit, quia numerorum æque ordine diminutionibus decrescit. Nam sicut illud duplo superat, ita istud simpli dimidio vincit; sicut illud triplo vel quadruplo majus fit, ita istud regione tertia vel quarta fit parte propensius. Restat, ut quomodo et quo ordine per has bifarias quantitates sonorum disponatur concordia, prosequaris.

*M.* Ad hæc donante Domino explicanda, pauca, ut proposuimus, de numerorum natura præmittamus. Diximus, quantitatis duas esse species, multitudinem et magnitudinem. Rursus multitudinis vel magnitudinis alia sunt immobilia, alia mobilia; alia sunt per se, ut populus, chorus mons, mille, duo millia, tria millia; alia per se ipsa non constant, sed ad aliud referuntur, ut duplum, triplum, quadruplum. Sed de immobilibus tractat Geometrica; mobilem vero quantitatem Astronomica speculatur. Illam itaque, quæ per se est, speculatur arithmetica: eam vero, quæ ad aliquid est, quia per eam divinitus harmonica moderatur suavitas, contemplemur. Omnis numerus, et quodcunque secundum numerum dicitur, aut per se est, aut cum relatione aliqua dicitur. Per se numerus est, qui sine relatione dicitur, ut I. II. III. IIII. et cætera. Porro quodcunque relative dicitur, aut æquale est, aut inæquale. Et æquale quidem est, quod ad aliquid comparatum neque minore summa infra est, neque majore transgreditur ut denarius denario, vel ternarius ternario, vel cubitus cubito, vel pes pedi, et his similia. Hanc autem partem relate ad aliquid quantitatis, id est, æqualitatem, constat naturaliter indivisam. Nullus enim dicere potest, quod æqualitatis hoc quidem tale est, illud vero hujusmodi.

*D.* Certum est; quæ ibi enim esse alia species potest, ubi unum tale est, quale et aliud?

*M.* At inæqualis relationis quæ sint divisiones, videto. Primum quidem secatur in majus atque minus; deinde majoris quinque sunt species. Est enim una, quæ vocatur multiplex, alia superparticularis, tertia superpartiens, quarta multiplex superparticularis, quinta multiplex superpatiens. His vero quinque partibus majoris inæqualitatis oppositæ sunt singulatim aliæ quinque partes minoris, ita ut iisdem nominibus nuncupentur, sola *sub* præpositione distinctæ. Dicitur enim submultiplex, subsuperparticularis, subsuperpartiens, multiplex subsuperparticularis, multiplex subsu-

A perpartiens. Has nunc utriusque inæqualitatis species, quæ sint singulæ, videamus.

*De multiplici inæqualitate.*

Multiplex est inæqualitas, ubi major numerus habet in se minorem bis aut ter aut quater aut multipliciter: ut duo ad unum dum comparata fuerint, duplex est; tria ad unum triplex; quatuor ad unum quadruplex, et deinceps. Comitatur submultiplex, qui scilicet infra multiplicem continentur bis, aut ter aut quater, aut multipliciter. Verbi gratia, unum a duobus continetur bis, et vocatur subduplus; a tribus ter, et vocatur subtriplus; a quatuor quater, et vocatur subquadruplus; et reliqua ad id genus; unde, ut cognoscis, paulo nobis superius sermo fuit.

*D.* Recognosco equidem hanc inæqualitatem de
B illo esse quantitatis genere, cujus majorem partem posse in infinitum crescere supra dictum est.

*De superparticulari.*

*M.* Attende et aliam inæqualitatem de illo quantitatis genere, cujus e contrario majorem partem constat in infinitum decrescere. Hæc est enim, quæ superparticularis vocatur, in qua numerus ad numerum comparatus habet in se totum minorem, et ejus aliquam partem. Qui si minoris habeat medietatem, vocatur sesquialter; si partem tertiam, vocatur sesquitertius; si quartam, vocatur sesquiquartus: et si quintam, vocatur sesquiquintus: atque ita in infinitum superparticularium forma progrediente nomina in infinitum ducentur. Minores vero, qui comitantur et habentur
C toti, et eorum aliqua pars, unus subsesquialter dicitur, alter subsesquiquintus, atque secundum majorum normam multitudinemque progreditur. Hocque genus satis nunc a superiore differre dignoscis.

*D.* Dignosco utique, quia non sicut in primo genere tota sui quantitate majorem numerum metitur minor: sed unaqualibet parte, vel dimidia, sicut duo, tria, sicut VI. VIIII. sicut XII. XVIIII. seu tertia, sicut VI. VIII. sicut VIIII. XII. sicut XII. XVI. vel quarta, sicut IIII. V. sicut VIII. X. sicut XII. XV. Sed major est ad minorem suum pars media quam tertia, tertia quam quarta, quarta quam quinta, et sic in infinitum pars a majore numero dominata ipsa decrescit.

*De superpatiente.*

*M.* Attende et tertiam inæqualitatis formam, quæ
D superpartiens appellatur, quæ fit, ubi numerus ad alium comparatus inferiorem numerum totum in se continet, et super hoc alteras partes ejus, duas, aut tres, aut quatuor, aut quinque, aut quotlibet alias; ut verbi gratia, III. continentur. a V. cum aliis duobus, et vocatur superbipartiens. IIII. continentur a VII. cum tribus partibus suis, et vocatur supertripartiens. V. continentur a VIIII. cum quatuor partibus suis, et vocatur superquadripartiens: et sic deinceps. Minor vero, qui a majore concluditur, subsuperpartiens appellatur. Et de hac quoque inæqualitatis forma, si videtur, ista sufficiant.

*D.* Puto sufficere.

*De multiplici superparticulari.*

*M.* Post tres simplices habitudines sequuntur.

duæ, quæ ex superioribus componuntur, quarum A prior multiplex superparticularis dicitur, quæ ex utriusque consistit, ut II. ad V. et III. ad VII. et IIII. ad VIIII. et V. ad XI. quod enim comparatum numerum plus quam semel habet, multiplicis est, quod minorem in habenda parte transcendit, superparticularis. Dicitur autem, qui duplicem habuerit alium numerum, et ejus mediam partem, duplex sesquialter; qui tertiam, duplex sesquitertius, qui quartam, duplex sesquiquartus; et deinceps. Si ter habuerit, et ejus mediam partem, vel tertiam, vel quartam, dicitur triplus sesquialiter, triplus sesquitertius, triplus sesquiquartus, et deinceps. Et de hac etiam inæqualitate satis sit.

*D.* Utique satis.

*De multiplici superpartiente*

*M.* Quinta est inæqualitas, quæ multiplex superpartiens appellatur. Ea fit, quotiens numerus ad numerum comparatus habet in se alium numerum totum plusquam semel, et ejus duas vel tres vel quotlibet plures particulas, secundum numeri superpartientis figuram, vocabunturque hi secundum proprias partes duplus superbipartiens, ut VIII. ad III. comparati; continent enim bis ternos cum duabus partibus suis: similiter XVI. ad VII. collati. Item duplus supertripartiens, duplus superquadripartiens; ac rursus triplus superbipartiens, et triplus supertripartiens, triplus superquadripartiens.

Igitur quidquid in mundo impariter confertur ad aliquid, quæcunque quantitas inæqualiter comparata quantitati, secundum unamquamlibet harum inæqualitatum sese habet in invicem. Et multiplicem quidem inæqualitatem constat, ut dictum est, ad numeralem pertinere quantitatem; quantitas vero in spatiis quatuor reliquis imparitatibus deputatur. Item voces musicæ, id est, concordi suavitate convenientes, mixtim secundum multiplex superparticulare genus exprimuntur: discrepantes autem voces reliquas imitantur imparitates. Imparitatum vero hujusmodi dum sit innumerabilis et infinita confusio, discrepantiarum quoque infinitas sequitur inæqualitatem infinite confusam; solæ, inquam, duæ, quod imprimis diximus, ad musicam pertinent, tres reliquæ secernuntur.

*D.* Quo ergo modo hæ solæ musicæ adjacent?

*M.* Quia omnis phthongorum convenientia secundum hos numeros formatur: quia aut multiplices sunt, aut superparticulares. Quæque vero voces inconsonæ secundum reliquas inæqualitates fiunt.

*D.* Qua ratione voces consonæ vel inconsonæ hos aut illos numeros imitantur?

*M.* Quoniam eo pacto diversi soni sibi consentiunt, et secundum eas imparitates differunt.

*D.* In quo fit hæc differentia?

*M.* In Acumine et gravitate, in elatione ac submissione.

*D.* Quomodo secundum præfatos numeros interse differunt, et differendo consentiunt?

*M.* Omnes phthongi, id est, voculæ sibi convenientes, aut duplo ab invicem distant, aut triplo aut quadruplo intervallo, quæ species sunt multiplicis imparatis: sive sesquialtero, sive sesquitertio, sive sesquioctavo; quæ species sunt superparticularis imparatis. Intervallum vero est non silentii inter pthongos, sed spatii, quo alterum alteri præstat.

*D.* Qui phthongi duplo distant?

*M.* Quiqui semper per octavas regiones, quod Diapason dicitur.

*D.* Qui distant triplo?

*M.* Quiqui semper per duodecimas regiones, quod dicitur Diapason et diapente.

*D.* Qui distant quadruplo?

*M.* Quiqui semper per quindecimas regiones, B quod diapason dicitur.

*D.* Qui phthongi sunt sescupli?

*M.* Quiqui semper per quintana loca sunt distantes; quod dicitur Diapente.

*D.* Qui sunt sesquitertii?

*M.* Qui quartana distant regione, quod diatessaron apellatur.

*D.* Qui phthongi sesquioctavum habent intervallum?

*M.* Unusquisque in alterutrum, ut chorda ad chordam, quod dicitur tonus. His quoque distantiis et semitonium additur, quod est non plenum toni intervallum. His ergo distantiarum temperamentis concordabilem sonorum diversitatem divinitas ordinavit, his harmonica suavitas moderatur C Quidquid ultra aut infra sonat, quam harum proportionum mensuræ poscunt, cadit in quaslibet reliquarum inæqualitatum formas, fitque dissonum, et cantilenæ inconveniens.

*D.* Unde cognoscuntur phthongi musicorum prædictas habere mensuras, nec sub oculis nec sub tactu positi?

*M.* Primum ex eo cognoscitur, quod hæ solæ habitudines, id est, multiplices et superparticulares connumeratæ ad invicem sunt et commensuratæ suaque commensuralitate quodammodo cognatæ. Nec sunt aliqua in mundo in mobilibus, in potentiis, quæ sibi concorditer copulantur, si non ea hæc germana proportionum habitudo connectat. Hæ quoque solæ sunt proportiones, quibus C per diversos pedes metra concorditer currunt. Inantum enim jugabilis earum natura valet, ut ipsæ contrariæ quatuor elementorum potentiæ harum proportionum socientur consortio; sicut in Timæo et aliis philosophis revelatur. Hinc et illud est:

> Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis,
> Arida conveniant liquidis.

Quapropter nec soni musici in unum modulamen tam dulce coirent, si non eos per congrua et consona intervalla præfata proportionum commensuralitas sociaret.

*D.* Quid est commensurale vel connumerale?

*M.* Ubi majoris minorisque communis quadam mensura est, utpote II. ad IIII. II ad VI. II. ad VIII.

Nonne binarius quaternarium bis metitur, senarium ter, octonarium quatuor ?

*D.* Etiam.

*M.* Ad hunc ergo modum in multiplicibus quotienslibet simplum duxeris, totiens idem simplum majorem summam metitur : ut tria duplicata dant senarium, triplicata novenarium, quadruplicata duodenarium, et deinceps. Quid vero in superparticularibus, ut sunt IIII. ad VI? nonne binarius minorem his metitur, majorem, ter, quod sescuplare est ? Item VI. ad VIII. binarius minorem ter metitur, majorem quater, quod epitritum est. Item X. ad VIII. binarius minorem quater metitur, majorem quinquies, quod sesquiquartum est. Sic itaque in infinitum, quota parte major præcedit numerus, tota parte utrique ad invicem metiuntur : veluti VIII. octava sui parte præitur a novenario, id est, unitate, et eadem unitas, qua ad invicem differunt, utrosque metitur. Jamque intelligis. ut hæ inæqualitates, communi qualibet dimensione tam augmentationem capiant, quam solutionem.

*D.* Intelligo quidem, quare istæ commensurales vel connumerales dicantur. Sed insinua, qualiter cæteris inæqualitatibus eadem connumeratio vel commensuratio desit.

*M.* Et hoc, ut postulas, contemplemur. Pone III. ad V. quæ est superbipartiens comparatio, ac vide, quota parte ternarii quinarius præcedat.

*D.* Non invenio, quomodo dicam, tota vel tota parte præcedere.

*M.* Non certe invenitur. Non enim in hujusmodi genere vel quantitate minoris major pars metitur, ut in multiplicibus, aut una qualibet parte, quæ sit utrorumque differentia, ut in superparticularibus. Cum enim in sesquialtera proportione, ut sunt IIII. ad VI. binarius, qui eorum differentia est, utrosque metiatur, in sesquitertia quoque proportione, ut sunt VI. ad VIII. binarius, qui eorum est differentia, utrosque metiatur : in superpatiente proportione, ut sunt III. ad V. binarius, qui differentia est, neutrum metitur. Idem fit et in multiplici superparticulari, ut sunt II. ad V. qui est duplus sesquialter : ut sunt II. ad VII. qui est triplex sesquialter : ut sunt III. ad X. qui est triplex sesquitertius. Idem fit et in multiplici superpartiente : ut sunt III. ad VIII. qui est duplus superbipartiens : ut sunt III. ad XI. qui est triplus superbipartiens : ut sunt IIII. ad XI. qui est duplus supertripartiens. Vide igitur, ut hujusmodi proportiones nec simpla quantitate, nec suis differentiis metiuntur, nec partibus, quibus differunt, augmentantur, nec in eas resolvuntur : atque idcirco incommensurati et inconnumerati jure nominantur. Porro autem sicut oculis torta ac recta discernimus, et quælibet visui subjacentia, ut cum præfatis natura nostra partibus compacta constet, voces commensurabilibus intervallis convenientes auditum oblectant; cæteræ sunt dissonæ. Sed visne ampliora de hac commensuralitate cognoscere ?

*D.* Tuum est, de hoc judicare.

*M.* Diximus, qualiter multiplices sua ipsorum quantitas, superparticulares qualiter sua metiatur differentia : nunc ipsi multiplices cum superparticularibus quam habeant cognationem, videamus. Pone ratum multiplicis ordinem, ac simul superparticularis ordo texatur : sive sint principales, quorum est unitas differentia ; qui radices sunt multiplicium ac superparticularium numerorum : sive sint majores ab hac complicatione derivati. Principales sunt I. II. III. IIII. Quaternarius enim numerus omnes symphonias perfecte absolvit. Duo enim ad unum duplum est, quod est diapason : tria ad unum triplum, quod est diapason ac diapente : quatuor ad unum quadruplum, quod est disdiapason : tria ad duo sesquialterum, quod est diapente : quatuor ad tria sesquitertium, quod est diatessaron. Derivales sunt VI. XII. XVIII. XXIIII. et deinceps. Nam XII. ad VI. duplum, XVIII. triplum, XXIIII, quadruplum. Triplum autem ad duplum sesquialterum, quadruplum ad triplum sesquitertium. Similiter quincuplum ad quadruplum sesquiquartum : sescuplum ad quincuplum sesquiquintum : septuplum an sescuplum sesquisextum : et sic in infinitum. Superparticulares cum multiplicibus comitantur, ut non immerito ex utrisque simul musica procreari dicatur.

*D.* Apparet proculdubio et connumeratio et cognatio hujusmodi numerorum.

*M.* Quia ergo patuit, qualiter multiplices in ordine digesti ad seipsos superparticulares sint : ita etiam tibi pateat, qualiter superparticularibus ex sesquialteris et sesquitertiis multiplices dupli vel quadrupli componantur. Ut enim a senario incipiamus : ad VI. numerum adcrescat sesquialter, et fit VIIII. Ad novem ascrescat sesquitertius, et fit XII. Duodenarius itaque ad senarium duplus, sesquialtero et sesquitertio completur. Item XII. numero adcrescat sesquialter, et fit XVIII. XVIII. numero adcrescat sesquitertius, et fit XXIIII. At XXIIII. ad duodenarium duplus, sesquialtero et sesquitertio completur. Et alternatim VI. numero accedat sesquitertius, qui est VIII. Sesquitertio accedat sesquialter, qui est XII. Duodecim itaque ad senarium duplus, sesquitertio et sesquialtero completur. Similiter XII. numero accedat sesquitertius, qui est XVIII. sesquitertio accedat sesquialter, qui est XXIIII. Viginti quatuor itaque ad XII. duplus, sesquitertio et sesquialtero completur. Et sic deinceps semper unum duplum sesquialtero et sesquitertio incremento perficitur. Porro sesquialter ac sesquitertius ita communi epogdoi mensura connectuntur, ut sesquialtero epogdoum auferas, sesquitertius fiat, sesquitertio rursus additus restituat sescuplarem. Constat igitur, convenientes sibi sonos ex convenientibus sibi numeris concordiam sumere.

*D.* Id manifesta panditur ratione.

*M.* Attende vero, quia convenientes sunt non uniquilibet ad seipsos, sed sicut verbi gratia XXIIII. numerus constat ad XII. duplus, ad VIII. tribus, ad VI. quadruplus; ad XVI. sesquialter, ad XVIII. epi-

tritus, ad XLVIII. subduplus, ad XXXII. subepitritus, ad XXXVI. subsescuplaris : ita quilibet phthongus ad alium quidem diapason sonat, ad alium diapason et diapente, ad alium disdiapason, ad alium diapente, ad alium diatessaron, ad alium subdiapason, ad alium subdiatessaron, ad alium subdiapente ; quod non fieret, nisi ad rationem multiplicis et superparticularis habitudinis sua essent commensuralitate cognati, unde sciatur, secundum quam proportionem quælibet formetur symphonia.

*D.* Cum satis monstratum sit, quod commensuralitatis ratio musicas voces adinvicem associet, unde tamen sciri valet, cui proportioni quæque symphonia deputanda sit ? Ex quo enim cognoscitur, diapason duplæ habitudini deputando, diapente sesculæ, diatessaron epitritæ, diapente ac diapason triplæ, disdiapason quadruplæ ?

*M.* Est prima hujus rei probatio, quod quemadmodum semper unum duplum sesquialtero et sesquitrito completur, ut modo dictum est, ita unum diapason, quod octo voculas continet, duæ minores symphoniæ, id est, diapente atque diatessaron complent. Sive enim a graviore, sive ab acutiore parte, vel quartam voculam metiaris, a quarta metiaris quintam, vel quinta metiatur cum quarta, ita completur semper duabus symphoniis una.

Sesquialterum. Sesquitertium.



Sesquitertium. Sesquialterum.

Quod non fieret, si essent vel aliæ quæ complerent, vel aliæ quæ complerentur. De his quoque Boetius, inter omnes, inquit, quas retulimus, consonantias habendum judicium est, et in aure, et ratione, quam harum meliorem oporteat arbitrari, Eo namque modo auris afficitur sonis, vel oculus aspectu, quo animi judicium numero, vel continua quantitate. Proposito enim numero vel linea, nihil est facilius, quam ejus duplum oculo vel animo intueri : veluti XII. contra VI. Item post dupli judicium sequitur dimidii, post dimidium tripli, post triplum partis tertiæ ; atque ideo quoniam facilior est dupli descriptio, illi consonantiæ merito deputatur, quæ facilior est, quamque sensus apertior comprehendit. Ea ergo est prima, suavisque consonantia, quæ octava fit regione, et diapason dicitur : post duplum inquam exstat, quod vincit medietate subdupli, id est, sescuplum ; veluti VIIII. contra VI. et illud, quod bina superat quantitate, hoc est, triplum, veluti XVIII. contra VI. Ergo cum hæ duæ proportiones proximæ post duplum, contraria licet divisione, sequantur, recte illis symphoniæ ascribuntur, quas aure sentimus post diapason esse secundas, id est, diapente, itemque diapason et diapente. Dum minimum vero consonantes sint soni, quia diatessaron spatium tenent, ei proportioni hanc rite concinentiam damus, ubi major numerus tertia minoris parte transcendit, quæ est epitritra ; veluti VIII. contra VI. Quia maxime vero distant soni, qui disdiapason concinentiam resonant, ei merito proportioni assignamus, quæ qua-

A drupla intervalli dimensione discedit : veluti XXIIII. contra VI. Ac stat deinceps concinentiarum modus, qui neque ultra quadruplum possit extendi, neque infra partem tertiam coarctari. Sicque hunc ordinem consonantiæ sumpserunt, quem dant in numeris multiplicatis augmenta, et e regione superparticularitatie detrimenta. Datur quoque et aliud idoneæ probationis argumentum, quod non auditu modo, sed et visu fidem prædictæ astruat ratione.

Fidiculæ sive fustulæ, si æqualis grossitudinis fuerint, et major minorem in sua longitudine bis habuerit diapason, ut supra dictum est, ad invicem consonabunt : si ter habuerit, diapason et diapente respondent : si quater habuerit, disdiapason B consonantiam facient. Si major dimidia minoris parte super habuerit, diapente fit consonantia. Si tertia minoris parte præcelluerit, diatessaron erit. Si octava minoris parte supergreditur, tomo concordant.

*D.* Quare non plures multiplicatis species ad musicam pertineant, quam tres : non plures superparticularitatis, quam tres, patet jam uberi assertione probatum : non solum ut ex connumeratis vel commensuratis numeris musica gignatur : sed etiam quibus quæque symphoniæ connumeratorum numerorum speciebus adjaceant. Mirum vero, quid causæ sit, quod non nisi tres multiplicitatis, nec nisi tres superparticularitatis formæ ad musicam admittantur, sed sola dupla, tripla, et quadrupla habitudo, sola sesquialtera et sesquitertia C cum sesquioctava consonantias modulentur ?

*M.* Ideo ultro disdiapason, id est, ultra quadruplum non extenditur, quia hunc modum sonis natura tribuit : ut si per singula septenarum in diapason vocum discrimina singulæ disdiapason consonantiæ disponantur, jam ultra progredi duplæ symphoniæ non possint. Ideo vero infra partem tertiam, hoc est, infra epitritum intervalla non coarctantur, quoniam cum minor sit pars tertia quam dimidia, quarta quam tertia, quinta quam quarta, sexta quam quinta, et deinceps ; cumque sesquialterum, quod medietatis est intervallum, tres tonos capiat cum semitonio, epitritum vero, quod partis tertiæ intervallum est, duos tonos cum semitonio capiat ; evenit, ut minora deinceps intervalla nec duorum tonorum ac semitonii possint esse capacia, nec cum duobus tonis sive uno ac dimidio commensurabilia. Solum sesquioctavum intervallum, quia tonum metitur, admittitur.

*D.* Quare tota mensura in hanc solam proportionem cadit ?

*M.* Quia hæc proportio solius sesquialteri ac sesquitertii comparatione procreatur.

*D.* Quomodo ex comparatis sesquialteri ac sesquitertiis nascitur.

*M.* Nonne facile intelligitur, ut numerus verbi gratia senarius sui medietate in suum crescat sesquialterum, id est, novenarium ? sui parte tertia in suum concrescrat epitritum, id est, octonarium ? Sed novenarius sicut sesquialter est senario, ita sesqui-

octavus est epitrito. Item duodenarius sui medietate suum metitur sesquialterum, qui est octavus decimus; sui tertia parte suum metitur epitritum, qui est sextus decimus. Sed XVIII. numerus sicut ad duodecimum sesquialter est, sic ad epitritum sesquioctavus efficitur.

*D.* Intelligo.

*M.* Quapropter simul intellige, quod inter sonum et sonum nec minus nec majus toni integri poterit esse intervallum, quam quod semel fuerat sesquialteri ac sesquitertii differentia permensum. Igitur solis sesquioctavis intervallis cum sesquialteris ac sesquitertiis commensuralitas est: quorum scilicet intervalla toni cum semitonio, ut dictum est, commensurabiliter complent. Sola rursus sesquialtera ac sesquitertia intervalla cum duplis et quadruplis commensurata sunt, quibus similiter eorum intervalla complentur. Sesquiquartis vero ac sesquiquintis et reliquis decrescentibus intervallis nec cum duplo, nec cum triplo, nec cum quadruplo, nec cum sescuplo quidquam commensurationis est, et idcirco propter musicam seponuntur. Quodsi etiam chordarum et fistularum dimensionibus præfatarum proportionum, quæ ad musicam admittentur, cognatam commensurabilitatem comprobare libet, facies chordam ad chordam, seu fistulam ad fistulam sescuplo majorem; sescuplari appones epitritam, et sic effecisti duplam. Nam quæ ad secundam epitrita est, duplo exstat ad primam longior. Rursus conversim chordam ad chordam, fistulam ad fistulam metiaris epitritam, epitritæ appones sesquialteram, et dupla effecta est. Has pones in ordine, velut VI. VIII. VIIII. XII. inveniesque inter duas medias epogdoum rite dimensum, id est, longiorem chordam aut fistulam octava minoris parte præcellere. Item alio modo. Metieris fistulam ad fistulam duplo longiorem. Ad brevem fistulam metieris epitritam, ad longam fistulam metieris subepitritam, ponesque in ordine subduplam epitritam, subepitritam duplam.

Subdupla. Subepitrita.

XII. | XVI. | XVIII. | XXIIII.

epogdous.

Dupla. I. Diapason.

Sicque inter duas medias epogdous naturaliter cadit. Cujus intervallo utraque fit ulteriori suo lateri sescuplaris, utraque proximiori sibi lateri epitrita. Et amplius, si epitritam et sescuplam duplamque duplices, simul aliud diapason spatium eodem quo prius ordine effecisti.

*D.* Quo pacto cæteræ superparticulares habitudines cum duplo et quadruplo commensuralitatem non habent?

*M.* Ut et hoc tibi patefiat, a duodenario, quo minimo numero potest exemplificari, incipiam. Is numerus enim XXIIII. numerum sui quantitate metitur, parte sui dimidia, XVIII. parte sui tertia, XVI. parte sui quarta XV. Sed XVIII, numerus, qui est ad XII. sesquialter, fit ad XXIIII. epitrita ratione commensurabilis. Porro XVI. numerus, qui est ad XII. epitritus, fit ad XXIIII, sescupla ratione commensuratus. XV. vero numerus, qui est ad XII, sesquiquartus, cum XXIIII, commensuratus non est, sed supertripartiente figura inconsonus. Item XXIIII. numerus sui quantitate XLVIII. metitur, parte sui dimidia XXXVI, numerum, parte sui tertia XXXII. numerum, parte sui quarta XXX. numerum. Sed XXXVI, numerus, qui est ad XXIIII. sescuplaris, fit ad XLVIII, epitrita ratione commensurabilis. Porro XXXII, numerus, qui est ad XXIIII. epitritus, fit ad XLVIII, sescupla ratione commensuratus. XXX, vero numerus, qui est ad XXIIII. sesquiquartus, commensurari cum XLVIII. non potest. Vides ergo, quia mox ut intra sesquitertium intervalla coarctari incipiunt, connumerationem superparticulares cum duplis non habent, et idcirco nec consonam commistionem.

*D.* Qua ratione evenit, ut in sonorum serie per quarta loca voces sint epitritæ, per quinta sesquialteræ, per octava duplæ, et aliæ suis locis?

*M.* Cum constet, vel epitrito vel sesquialtero vel duobus epitritis medio epogdoo intervallum duplum compleri, epogdois rursus ipsa epitritorum intervalla complentur. Siquidem duæ mediæ in diapason intervallo voculæ, id est, quarta et quinta, dum singulæ ad aliud latus diatessaron, ad aliud resonent diapente, utræque ad suum latus epitrito distant. Sed utrumque rursus epitritum ea ratione epogdoi stipant, ut in quatuor scindantur voculas intervalla tria: ut scilicet singula duo intervalla singulos capiant epogdoos, id est, tonos, tertium compleatur limmate, quod est semitonium. Sic contingit, ut quartis locis voces sesquitertiæ, quintis inveniantur sesquialteræ, octavos locos sortiantur duplex, quindecimos bisduplæ capiant, duodecimos triplæ.

*D.* Quæso qua ratione vel ordine in sonorum serie toni cum semitoniis contexantur?

*M.* Id apertius contueri poteris, si prius, quæ arithmetica medietas, quæ geometrica, quæque harmonica sit, pandam.

*D.* Pande rogo.

*M.* Post proportiones proportionalitates considerantur. Nam proportio est duorum terminorum habitudo, proportionalitas vero non minus quam trium. Ergo proportionalitas aut arithmetica medietate conjungitur, aut geometrica, aut harmonica. Medietatem autem dicimus, ubi duæ extremitates duorum vel minus limitis nexu in concordiam vinciuntur. Limites autem seu terminos dicimus numerorum summas. Igitur arithmetica medietas est, ubi æquales erunt distantiæ inter terminos, sed non sunt ejusdem proportionis ipsi termini, sicut cernis. I. II, III.

*D.* Cerno equidem, I. ad II, duplum, II. ad III. sesquialterum.

*M.* Item geometrica medietas est, in qua non æquales differentiæ, sed æquales proportiones considerantur, ut vides I. II. IIII.

*D.* Video utique sicut ad I. II. duplum, sic ad II, IIII.

*M.* At harmonica medietas est, in qua nec eædem proportiones quæruntur, nec eædem differentiæ, sed sicut ab invicem sunt extremi limites, ita eorumdem limitum differentiæ, sicut cernis III. IIII. VI.

*D.* Cerno scilicet et extremos limites, eorumque differentias duplo distantes.

*M.* Hæc itaque præmitti oportuit ad videndum, secundum quam medietatem sese habeant tonorum mensuræ ; dum singulæ enim medietates singulis sint propriæ, tamen ex omnibus musica videtur intexta. Namque geometrica medietas omnes ad invicem duplorum terminos nectit, ut sicut ad VI, sunt XII. sic ad XII. sint XXIIII. Et rursus sicut ad XII. XXIIII. sic ad XXIIII. sint XLVIII. Hæc deinde duplorum intervalla duobus dum compleantur terminis, alius ex his arithmetica, alius medietate harmonica duas sibi extremitates copulat. Quo enim numero VIIII. præcellit VI, limitem, eo præcellitur a XII, limite. Quoque item numero XVIII, limes præcellit XII. limitem, eo præcellitur a XXIIII, limite, arithmetica duntaxat medietate. Rursus quota parte VI, limes VIII. præcellit, tota parte sui a XII, præcellitur. Vides enim, quia tertia parte VI, numeri major est numerus VIIII et tertia parte sui major est ab VIII, numerus XII. Similiter se habet XII. ad XVI. et XVI. rursus ad XXIIII. harmonica videlicet medietate.

*D.* Etiam video, quia tum quota parte VI, numeri differt VIII. tota parte sui XII, ab. VIII, differt, evenit, ut in ea proportione differentiæ sint, qua ipsi ad invicem extremi sunt termini. Ut enim VI. ad XII. ita II. ad IIII. Inter VI. enim et VIII. binarius differentia est, inter VIII. vero et XII, quaternarius.

*M.* Recte prorsus intelligis. At nunc attende, qualiter ipsi toni, qui prædictorum terminorum intervalla complent, non arithmetica medietate, velut dies ad dies æquis ad invicem partibus minuuntur et crescunt : nec ad harmonicam medietatem dissimilium proportionum sunt, sed geometrica permensi medietate epitrita et (698) sesquialtera intervalla complent. Sicut enim secundus sesquioctavus est ad priorem se, sic exstat tertius ad secundum. Sicut ad LXIIII. sesquioctavus est numerus LXXII. sic ad LXXII. sesquioctavus est numerus LXXXI.

*D.* Cognosco quidem nunc, qualiter horum numerorum modo toni metiantur a tonis. Sed dic, qua causa hos numeros pro exemplo legeris.

*M.* Quoniam id minori numero monstrari non potuit, quam octonario octies ducto. Is autem est LXIIII. hic enim quia secundus est octuplus, sesquioctavos duos ex se producit. Nam octava LXIIII. numeri eidem addita LXXII. numerum reddit. Porro octava pars LXXII. eidem addita reddit LXXXI. Et ita fiunt sesquioctavi duo, LXIIII. LXXII. LXXXI. Verum quoniam propositum fuit, plenius explicare, qualiter et in epitrito intervallo duo toni cum semitonio, nec non in tota sonorum serie cum tonis semitonia disponantur, deberet quartus limes apponi, qui esset epitritus ad primum. Inter quem ac tertium limitem semitonium collocaretur. Sed cum LXIIII. numerus non possit in tria æqua partiri, epitritus ei non adjungitur. Ducatur ergo per tria, et mox ei epitritus accedit. Ter itaque LXIIII. quem numerum reddunt ?

*D.* CXCII.

*M.* Etiam. Ab hoc ergo numero principium sumamus, ad ea, quæ cepimus, explicanda. Dabis itaque mihi duplum ejusdem.

*D.* Bis CXCII. fiunt CCCLXXXIIII.

*M.* Utique : habes ecce duos hos numeros in duplici intervallo CXCII. CCCLXXXIIII. Hoc nunc duplum intervallum duobus oportet epitritis impleamus. Da ergo CXCII. numeri epitritum.

*D.* CXCII. numeri pars tertia, id est, LXIIII. eidem addita CCLVI. reddit. Qui numerus cum sit ad subduplum terminum epitritus, exstat ad duplum sesquialter.

*M.* Da ejusdem CXCII. numerum sescuplarem.

*D.* CXCII. pars dimidia, id est XCVI. eidem addita CCLXXXVIIII, perficiunt. Qui numerus cum sit ad subduplum terminum sescuplaris, exstat epitritus ad duplum.

*M.* Ita profecto est. Sint nunc in ordine dispositi quatuor hi termini CXCII. CCLVI. CCLXXXVIII. CCCLXXXIII. Cum sit igitur inter primum ac secundum terminum intervallum epitritum, similiter inter tertium quartumque intervallum epitritum : ipsa nunc epitritorum intervalla tonis ac semitoniis compleamus. Sumam octavam partem CXCII. numeri, quæ est XXIIII. et fit per hanc toni additionem CCXVI. numerus, secundus tonus. Sumam CCXVI. numeri partem octavam, quæ est XXVII. et fit per hanc toni additionem CCXLIII. numerus, sonus tertius. Sumere non possum CCXLIII. numeri partem octavam, quia inter hunc et quartum terminum, qui est CCLVI, quique est epitritus ad primum, tredecim tantum unitates inveniuntur, quæ distantia est in semitonii ratione. Et finita est diatessaron modulatio duobus tonis ac semitonia supputata. Rursus quoniam sescuplus est epogdoa ratione major, tollam de sono quarto, id est, CCLVI, numero octavam suam, quæ est XXXII. et fit per hujus toni adjectionem CCLXXXVIII. numerus, sonus quintus. De sono quinto auferam octavam suam, quæ est XXXVI, et fit per hujusmodi adjectionem CCCXXIIII. numerus, sonus sextus. De sono sexto auferam octavam suam, quæ est XL. et semis, fitque per hanc toni adjectionem CCCLXIIII. numerus, sonus septimus. A sono autem septimo adversus CCCLXXXIIII. et semis numerum, qui octavus est sonus, restant in semitonii ratione XVIII, unitates, et finita est modulatio diapente tribus tonis ac semitonio supputata.

Horum descriptio.

(698) Salemit., *sescupla.*

| Tonus. | Tonus. | Semitonium. | Tonus. | Tonus. | Tonus. | Semitonium. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| XXIIII. | XXVII. | XIII. | XXII. | XXXVI. | XL. | XVII. |
| CX II. Epogdous. | CCXVI. Epogdous. | CCXLIII. Limma. | CCLVI. Epogdous. | CCLXXXVIII. Epogdous. | CCCXXIIII. Epogdous. | CCCLXIIII. Limma. |
| Epitritum. | | | | Epitritum. | | |
| Sescuplare | | | | Sescuplare | | |
| Duplum | | | | | | |

Atsi mensionum quoque probationem desideras, facies chordam ad chordam, sive fistulam ad fistulam epitrito majorem, quæ quarto loco ponenda sit. Facies et sesquialtero longiorem, quæ loco quinto locetur. Facies duplo longiorem, quam octavam pones. Item primæ chordæ seu fistulæ octavam partem sumens appones secundæ. Octavam secundæ sumens appones tertiæ; octavam tertiæ sumere non poteris ad emetiendam quartam, quæ jam mensurum accepit a prima, contra quam scilicet facta est epitrita. Similiter non opus est, quintam iterato metiri per quartam, quia dum sit sescuplaris primæ, sesquioctava efficitur epitritæ. Quintæ rursus octavam tollens metieris sextam, sextæ octavam tollens metieris septimam. Per septimam octavam metiri non poteris, quia dum octava contra quintam facta sit epitrita, septimæ et octavæ distantia semitonium erit. Atque hoc intervallorum modo voces diversæ suavi junctura conveniunt.

*D.* Mirum certe, non posse aliter voces concordare, nisi nunc intra epitritum, nunc intra sesquialterum spatium semitoniorum intervalla coarctentur; ita ut nec ad medietatem præcedentis toni perveniant.

*M.* Vere mira et deifica hoc evenit ratione. Sed ut ad liquidum cuncta dignoscas, tentemus et monochordi divisionem per easdem regulas sumere. Hoc ergo prius cognito, quod productiores chordæ seu fistulæ sonos graviores edunt, et eo acutiores quo fuerint breviores; ut contrario modo medietas duplum sonet, quarta pars quadruplum. Sit ergo chorda intensa, veluti ab a. in z. tollam hujus dimidium spatii, veluti ab h. in z. et pulsa medietas diapason resonat ad totum. Tollam medietatem dimidii, veluti ab h. in p. et resonat disdiapason. Item in utroque diapason spatio minores symphoniæ disponantur, id est, ab a. z. in a. h. et rursus ab h. z. in h. p. Tollam quartam partem a. z. spatii, et respondet d. z. diatessaron. Tollam tertiam partem a. z. et respondet e. z. diapente. Similiter in h. p. spatio sublata quarta parte diatessaron sonat; sublata parte tertia diapente erit.

Nunc diatessaron et diapente spatia epogdois
A disponamus. Enim vero nona parte demta a. z. spatii, erit b. z. tonus. Demta nona parte b. z. spatii, erit c. z. tonus, et d. z. semitonium. Cum vero diatessaron et diapente differentia sit tonus, erit quoque d. z. ad e. z. tonus, demta nona parte e. z. spatii, erit f. z. tonus; demta nona parte f. z. spatii, erit g. z. tonus, et h. z. semitonium, et finitum est diapason intervallum. Eodem modo in alia diapason, id est, ab h. z. in h. p. spatium per diatessaron et diapente intervalla tonos cum semitoniis ordinabis diaconici modulaminis ratione.

| Bisdiapason. | | | |
|---|---|---|---|
| Diapason. ABCDEFG | | Diapason. HIKLMNOP | |
| t. t. s. | t. t. t. s. | t. t. s. | t. t. t. s. |
| Diatessaron. | Diapente. | Diatessaron. | Diapente. |

B

*D.* Cum sint quator tetrachordorum species sibimet succedentes, quomodo possunt singulæ eadem tonorum ac semitoniorum positione constare?

*M.* Minime possunt. Nam cum unum sit tetrachordum, quod per duos tonos et semitonium constat, quod proximum et uno tono fit altius, evenit constare tono, semitonio, atque tono. Quod
C huic tertio loco sequitur, et semitonio altius est, constat necessario semitonio atque duobus tonis. Deinde quod quarta vice succedit, et uno tono a priore distat, contingit esse sonorum trium. Rursus quod quinto loco fuerit, primo ordine redeunte duorum tonorum erit atque semitonii.

*D.* Numquidnam hæ singulæ positiones singulis tetrachordorum speciebus sunt propriæ?

*M.* Sunt certe, idcirco namque per quinta loca eadem redit cantionis qualitas, quia positionis ejusdem ordo circumagitur.

*D.* Qua ergo ratione semitonium inter quos sonos cadit?

*M.* Superiori formam da triti, inferiori formam deuteri, reliquis vero, prout quis a semitonio tonus

abfuerit. Nam a quo sono tonus unus ad superio- A rem partem usque ad semitonium fuerit, ad inferiorem vero partem duo toni, erit is sonus, quem vocamus archoum vel protum. Qui vero ad superiorem partem tonos duos habuerit, ad inferiorem partem tonum unum, fit ille, quem tetrardum nominamus. Jamque facile inter tetrachorda discernis, quia quod duobus tonis ac semitonio in sursum disponitur, constat his sonis, tetrardo, proto, deutero, trito. Quod disponitur tono, semitonio atque tono, constat sono proto, deutoro, trito, tetrardo. Quod disponitur semitonio atque duobus tonis, constat deutero, trito, tetrardo, proto. Quod disponitur tribus tonis, constat trito, tetrardo, proto, deutero. Idque ut manifestius fiat, sit hoc modo singulorum descriptio.



In hac igitur quatuor tetrarchordorum descriptione cum interjectis paginulis tonorum distantiæ designentur, interpositæ vero sonis lineæ semitoniis eos differre pronuntient, in aperto est proprietas singulorum.

*D.* Utique in promptu patens. Sed unum tetra- D chordum quare fit tonorum trium ?

*M.* Sed et hoc ex prædictis datur intelligi. Cum etenim tetrachorda duo unum diapason compleant, singula vero tetrachorda binis tonis ac semitonio compleantur, medius vero tonus integer duo dividat tetrachorda, evenit, ut quarti tetrachordi species, quando jam diatessaron excessit spatium, id est, duos tonos cum semitonio, tribus tonis integris compleatur. Quod etiam præsenti descriptione manifeste apparet.

*D.* Id jam patenter intelligo et descriptione et ratione, et, ut video, ipsa semitonii transpositio fit troporum mutatio.

*M.* Haud equidem dubie. Nam hinc sua cuique phthongo discernibilis qualitas et tetrachordis et pentachordis suæ sunt species, et, ut fatebaris, troporum omnium formæ, ipsumque idem semitonium, quodammodo cor atque animus efficitur cantilenæ. In tantum ergo semitonii vis valet ad phthongorum speciem deformandam, ut, si infra B duos eosdem phthongos sesquitertio differentes diversum semitonii ordinem ponas, ipsi simul in diversam transeant formam. Exempli gratia : feceris chordam ad chordam longiorem epitrito, quæ scilicet ad invicem diatessaron resonent. Hæc consonantia cum alios duos inter se tonos contineat, sumatur a graviore parte, id est, a longiore chorda sive fistula, et inter primam ac secundam tonus ponatur ; similiter inter secundam ac tertiam. Tertiam vero a quarto semitonio disjungamus, eritque tetrarchordum his sonis dispositum, tetrardo, proto, deutero, trito. Rursum si ab acutiore parte incipiatur, primamque ac secundam tonus discernat similiter secundam ac tertiam ; inter tertiam vero et quartam semitonii mensura sit, alia C tunc tetrachordi species erit, sicut tonorum positione, ita etiam sonorum proprietate, fitque primus, qui est acutior, protus, deinde tetrardus, tunc tritus, quarto loco deuterus ; ut hæc descriptio monet :



Præterea sciendum est, quia tritus sonus et deuterus discernibilem inter se habent suæ proprietatis qualitatem, quibus solis videlicet semitonium differentia est, reliquis vero tono distantibus sonis non adeo per se fit discreta proprietas, sed magis colligitur ex ordine ; ex circumstantia quippe facile dinosci valet quotus ille vel ille sit. Inde est, quod pro artis introductione ipsa græca phthongorum vocabula modulatur in usque tertios levantes ac deponentes, quo videlicet sonorum proprietas dinoscatur ex ordine ad hunc modum.



*D.* Ubertim omnia constant exposita, vel quibus A causis vel quot modis positiones tetrachordorum varientur : vel quomodo singulis positionum varietatibus modorum sive troporum species generentur. Locus tamen adhuc inquisitioni vacat. Dixisti siquidem, idcirco per quintas regiones eumdem tropi modum redire, quoniam idem positionis ordo revertitur.

*M.* Dixi plane et propter sesquialteram habitutudinem per quintas regiones consonare symphoniam, et ejusdem modi tropum ob ejusdem ordinis positionem reverti. Atque idcirco dum in alieno loco quid sumitur, aut tropi qualitatem retinens discrepat ab eo quod præcepit, dum sui ordinis positionem non invenit ; aut alienos sedens ordini tropi qualitatem transpositione convertit. Sed B quod inquirere potueris, pande.

*D.* Quæro equidem, cum non aliud videatur ejusdem tropi modus, quam in eodem melo tonorum cum semitoniis idem ordo ; cumque ejusdem ordinis positio per octavas non redeat regiones, quare voces octava regione distantes eodem tropo concordent ?

*M.* Verum quidem est, quod quemadmodum quintæ, ita nonæ sit regionis potius quam octavæ, in eadem sonorum constitutione eamdem positionem referre : ut sicut primus ac secundus tono distinguitur ita tonus sit inter (699) nonum ac decimum sonum : sicut inter secundum ac tertium, ita inter (700) decimum atque undecimum, semitonium autem sicut tertium et quartum, ita (701) C undecimum dividit atque duodecimum. Sed sciendum ; quod in hac maxima symphonia vox, quæ ad vocem superior graviorque octavis locis accesserit, non sequitur sui loci ordinem, sed ejus, cui consonanter responderit. Nec enim consonantiam præstaret, si vel tonus in semitonium, vel semitonium e regione offenderet in tonum.

*D.* Quomodo toni in semitonia offenderent ?

*M.* Si phthongos octava regione distantes, illos semitonium distingueret, hos tonus, exempli gratia, si dum sit tonus inter primum ac secundum contra octavum atque nonum sonum, sit tonus inter secundum ac tertium contra nonum atque decimum, sit vero semitonium inter tertium et quartum sonum, tonus e contrario inter decimum atque undecimum ; tonus item inter quartum et quintum, e contrario semitonium inter undecimum atque duodecimum sonum : Sic profecto semitoniis contra tonos dissentientibus nec inter quartum sonum atque undecimum, nec inter quintum atque duodecimum vel dupli habitudo esse posset, vel consonantia aut tropus idem. Nunc vero cum sit tonus inter octavum et nonum sonum contra primum ac secundum, tonus inter nonum ac decimum contra secundum ac tertium, semitonium vero inter decimum et undecimum, quomodo inter tertium et quartum : per hujusmodi tonorum et semitoniorum e regione concordiam dupla proportio et symphoniam servat, tropique retinet modum.

Scholica Enchiriadis finit (702).

(699) S. octavum ac nonum :
(700) S. nonum et decimum.
(701) S. decimum dividit atque undecimum.
(702) Cod. Teg. *Finit liber musicæ artis.*

# INCIPIT

# COMMEMORATIO BREVIS DE TONIS ET PSALMIS MODULANDIS.

Debitum servitutis nostræ, qui ad ministerium laudationis deputamur, non solum integrum debet esse et plenum, sed decenti quoque convenientia jucundum, atque suave. Et ideo peritos nos esse convenit officii nostri, ut scienter et ornate confiteamur Nomini sancto ejus, et gloriemur in carminibus suis : quatenus et Deo nostra jucunda sit decoraque laudatio, et audientes in operum Dei laudem et reverentiam exardescant. Quamvis enim Deo magis placeat, qui corde, quam qui voce canit ; utrumque tamen ex ipso est, et dupliciter prodest, si utrumque fiat, si scilicet et animo apud Deum dulciter canitur, et homines canoris dulcedo sancto affectu commovet. Licet quoque multorum devotio Deo valde placet, qui in psalmodia nec ipsa verba rite effari queant ; nequaquam tamen integræ est ille devotionis, qui, quod exhibere debet, quam optime et quam reverentissime id possit, Deo non exhibet.

Citharœdæ et tibicines, et reliqui musicorum vasa ferentes, vel etiam cantores et cantatrices sæculares omni student conatu, quod canitur sive citharizatur, ad delectandos audientes artis ratione temperare. Nos vero, qui meruimus verba majestatis in os sumere, nosne sine arte et negligenter proferimus cantica sanctitatis, ac non magis artis decorem in sacris assumimus, quo illi abutuntur in nugis ? Quapropter parvam hinc notitiam exercitiis vestris ex me destinatam suscipite, ut ex parvorum scientia fiatis capaciores majorum.

Itaque in octo tonos, quos ita nominamus, melodiam dividimus, quorum differentias et proprietates ecclesiasticum cantorem, nisi ingenii tardidate obstante, culpabile est ignorare. Ex quibus quatuor sunt principales, alii vero quatuor singulis principalibus ex latere subjunguntur.

Primus itaque tonus principalis apud cantores autentus protusi id est, auctoralis primus vocatur : cui subjungitur, qui plagis protus, id est, lateralis vel obliquus primus dicitur. Secundus tonus principalis autentus deuterus, id est, auctoralis secundus nominatur ; cum quo incedit plagis deuterus, id est, lateralis secundus.

Tertius principalis autentus tritus, id est, auctoralis tertius, et cum eo plagis tritus, hoc est, lateralis tertius. Quartus principalis autentus tetrardus, cujus subjugalis est plagis tetrardus, id est, lateralis quartus. Secundum horum octo tonorum proprietates singulis suis modulationibus ad responsoria nostrates utuntur, suis item ad majores antiphonas, quæ scilicet in Introitu ad Missas canuntur, sive in fine celebrationis ad Communionem. Porro illos modos, per quos psalmi ad antiphonas modulantur, in hoc opusculo habeo utcunque edicere, reliquis prioribus ob prolixitatem vitatis. Quos ad evidentiorem intellectum aut sonorum signis aut per sonorum chordas singulas subtus annotare curavi.

Assumatur itaque primi toni neuma regularis, quæ ita se apud nos habet :

No ɟ a F no / Ϝ e Ϝ a/ Ϝ ne P 1 · / F ɟ · F ɟ F / Ϝ ɟ / · Ϝ / Ϝ P ·

Sequitur modulatio psalmi, quæ ascendit usque deuterum tetrachordi superioris in sex consistens sonis

J T. nc
ɟ T. a et nu et se per n secula seculo
F T. ri m e i ru ame
/ S. Glo t m
Ϝ T.
P E P / Ϝ u P ge P F ser P ve/ bo P ne F. n.

TONUS SECUNDUS SUBJUGALIS PRIMI.

No P 1 P / e F a/ J is P // P 1· P Ϝ /· P / P 1· P F Ϝ P·

Sequitur modulatio psalmi, quæ in tetrardum terminalem elevatur, et descendit in tetrardum gravium nixa sonis quinque.

F T. nc et\ m\
/ S. et\ nu/ se/ per\ e n secula secu\ ru\
Ϝ T. t/ r/ \ / lo/ m
P T. ria Ma P 1 P / P // P num P. t i \ men.
1 Glo/ a/

TONUS TERTIUS, ID EST, AUCTORALIS SECUNDUS.

No ɟ J e J a ƅ J ɟ ɟ no F e ɟ J a F ɟ ne F / Ϝ. F ɟ J ƅ J ƅƅ J F / ɟ ƅ J F /· ɟ F ɟ F F Ϝ·

Sequitur modulatio psalmi elevata in tetrardum superiorem in septem complexa sonis.

J T. nunc
ƅ S. et per lo
J T. a et sem e n secula secu m
ɟ T. ri i ru a
F T. Glo t me
/ S.
Ϝ T. Qui Ϝ de Ϝ P ter F ra ɟ J est J de J ƅ ter J ra J J lo ƅ qui J tur J F n.

SEQUITUR TONUS QUARTUS, SUBJUGALIS TERTII.

No Ϝ / Ϝ P F e ɟ a/ F i Ϝ s/ Ϝ. // F. P 1. P. / F. / F / Ϝ.

Sequitur modulatio psalmi erecta in deuterum superiorem :

J T. nc et\ m\ ru\
ɟ T. a e\ u/ se/ per e\ n secula seculo/ m\
F T. ri/ t nu/ t ı/ a
/ S. / *u*\ *fra* \
Ϝ T. Glo *s a/ tem vos/* \ s\ me
P T *ne/* *tre/ es*\ \
1 T· *Om/* *tis.* n.

SEQUITUR TONUS QUINTUS, ID EST, AUCTORALIS TERTIUS.

No ƅ J J ƅ e ɟ a F ne/ ɟ. ƅ. J ƅ ƅ J ɟ. F ɟ ƅ J ɟ. F F /.

Sequitur modulatio psalmi, quæ erigitur usque in tetrardum superiorem, sex conclusa sonis :

| | | |
|---|---|---|
| ɟ | T. | nc lo |
| ʖ | S. | et nu et per secula secu rum a |
| J | T. | sem et in |
| ɫ | T. | ri me |
| | | ɼ ɼ \ |
| ɼ | T. | a |
| | | claman \ |
| / | S. | Glo / ɫ ʖ ʖ ʖ ʖ ʖ J ʖ J ɫ ʖ / ɫ ʖ ɟ / \ / n |

Paganorum multitudo fugiens ad sepul. Vox / tis

TONUS SEXTUS SUBJUGALIS QUINTI.

A / / ɼ ɫ ɼ n ne / / ɼ ʅ / ɼ ɫ ɼ ɼ /.

Sequitur modulatio psalmi, sonis consistens quatuor

| | | |
|---|---|---|
| J | T. | n c |
| ɫ | T. | a et nu et se per n secula secu m |
| ɼ | T. | ri m et in lorum a |
| / | | Glo *O Quam.* men. |

SEQUITUR TONUS SEPTIMUS, ID EST, AUCTORALIS QUARTUS.

No ɫ ʖ ʖ ɫ ʖ e ɟ ʖ a ɫ ne ɼ ɫ ʖ ɟ ʖ ʖ J ɫ ɼ / ɫ ʖ J ɫ ɫ ɼ

Sequitur modulatio psalmi elevata usque in deuterum excellentem.

| | | |
|---|---|---|
| J | T. | nc |
| ƚ | T. | et se per lo |
| ɟ | T. | a et nu m et n secula secu rum |
| ʖ | S. | Glori t i a |
| J | T. | men. |
| ɫ | T. | |
| | | ɼ ɼ ɼ ɫ ʖ ɟ ʖ ƚ ɟ ƚ ƚ ƚ ɟ ʖ ƚ ɼ J ɫ ʖ ɫ ɼ ɼ |
| ɼ | T. | |

Joseph filii David noli timere accipere. Sub throno

SEQUITUR TONUS OCTAVUS, QUI EST SUBJUGALIS SEPTIMI.

ɼ ʖ J ɫ ɼ ɫ ʖ ʖ J ɫ ɼ / ɫ ʖ J ɫ J ɫ ɫ ɼ

Sequitur modulatio psalmi pertingens ad quartum tetrachordi superioris.

| | | |
|---|---|---|
| ɟ | T. | nc et m |
| ʖ | T. | e nu se pe e n secula secu ru |
| J | T. | t r lo m |
| ɫ | T. | ria t i a |
| | | Glo ɼ ʖ ɫ ɼ ɫ ɼ / ɼ ɫ ɫ ʖ ɟ J men |
| ɼ | T. | |

Per viscera misericordiæ Dei nostri.

Hæ sunt modulationes, quas ad antiphonas, accipimus octo tonorum, qui ordinem acceperunt ab ordine sonorum sursum numeratorum. Quas tamen modulationes, ubi morosiori cantu est opus, utpote ad cantica Evangeliorum, cum ad hoc vacat, secundum quod superius expressum est, assumere solemus. Porro ad cursum canendum iisdem quidem, sed expeditioribus melodiis utimur; quas nihilominus in hac subjecta notatione significare curavi. *Noane* vero non sunt verba aliquid significantia, sed syllabæ ad investigandam melodiam aptæ.

/ ɼ ɫ ɫ ɫ ɫ ɫ J ɫ ɼ ɼ / ɼ ɫ——ɫ ɼ / ɼ ɫ ɼ ɼ
I. TONUS. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

ʅ ɼ /——————ɼ ɼ ɼ ɼ ɼ / ɼ / / ɼ / / ɼ / ɼ ʅ ɼ ɼ
II. TONUS. Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.

ɼ ɫ J——————ʖ ɟ ʖ J ɫ J——ɫ——————ʖ ʖ ɫ J J ɼ
III. TONUS. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.

ɼ ɼ ɼ——————ɫ ɼ ɫ J ɫ ɼ ɫ ɫ ɫ ɼ / ɼ
IIII. TONUS. Tu mandasti, mandata tua custodiri ni mis.

/ ɫ ʖ ʖ——————ɟ / / J J J ɫ ʖ ʖ——————ɟ ʖ J ʖ ɫ ɼ
V. TONUS. Utinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas justificationes tuas.

/ ɼ ɫ——————ɫ J ɫ ɫ ɼ / ɼ ɫ——————ɼ / ɼ ɼ / /
VI. TONUS. Tunc non confundar, dum perspicio in omnia mandata tua.

ʖ J ʖ ɟ——————————ƚ ƚ ɟ ƚ ɟ——————ƚ ɟ ɟ ʖ J
VII. TONUS. Confitebor tibi Domine in directione cordis, quod didici judicia tua

VIII. TONUS. Justificationes tuas custodiam non me derelinquas usquequaque.

Extra has quoque ad plerosque de supradictis tonis et aliæ psalmorum modulationes aptantur ; utpote ad antiphonas istas : *Benedicta tu in mulieribus* : et *Ex Ægypto vocavi filium meum*, et reliquas his similes, quæ per duos diversos modos alternatim valent inter choros cantari, ut suo modo unus chorus suum versum pronuntiet, et alter alio modo respondeat.

Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui

Be ne / di ctus Dominus / De us Is rahel, quia / vi sitavit et fecit redemptionem ple bis fu / / . Et e / rex it cornu salu tis nobis in do / mo Da vid pu / e ri fu / i

Item tono sexto hoc quoque modo psalmi ad antiphonas modulantur :

Notum fecit Dominus alleluia. Cantate Domino canticum no vum, quia mirabilia fecit Dominus. Sal va bit sibi dexteram ejus, et brachium sanctum ejus. Notum fe cit Dominus salutare su um, ante conspectum gentium revelavit justitiam suam, et rel.

Sunt etiam propriæ ad quasdam antiphonas modulationes suæ, sicut in hac secundi toni antiphona:

A ni ma mea exsultabit in Do mino delectabitur in salu ta ri suo. Judica Domine nocentes me expugna impugnantes me. Adprehende arma et scutum et exurge in adjutorium mihi. Effunde frameam et conclude adversus eos qui me persequuntur, dic animæ meæ, salus tua ego sum, et cætera.

*Item ad tonum novissimum :*

In templo Do mi ni omnes dicent gloriam. Afferte Domino filii Dei afferte Domino fi li os arietum.

*Similiter ad Antiphonas.*

Nos qui vivimus, benedicimus Do minum. Martyres Domini Dominum benedicite in æternum. Et alia hujusmodi, si qua sunt.

Præterea pro diversitate antiphonarum, quæ psalmis adjunguntur, per omnes pene octo tonorum melodias finis versuum variatur, quarum diversitatum in primo tono hæ formæ sunt.

PRIMUS TONUS.

Gloria seculorum a men. Ecce no men Domini.

II. Seculorum a men. Euge serve bone.

III. Seculorum amen. Apertis thesauris suis.

IIII. TONUS. Seculorum a men. Sol et luna.

Similiter et medietates seu distinctiones in versibus pro diversa dispositione verborum diverse habent. Exempli causa.

PRIMUS MODUS.

Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego. Propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere. Myrra et gutta et casia a vestimentis tuis a gradibus.

SECUNDUS MODUS.

Lingua mea calamus scribæ velociter. Speciem tuam et pulchritudinem tuam intende. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem. Propterea.

TERTIUS MODUS.

Speciosius forma præ filiis hominum diffusa. Sedes tua Deus in sæculum sæculi.

QUARTUS MODUS.

Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam et dedisti. Sagitte tuæ acutæ potentissimæ populi.

QUINTUS MODUS.

Nam et testimonia tua meditatio mea est, et consil.

SEXTUS MODUS.

Gloria. sæculorum amen.

I MODUS.

Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam. Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciora. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et e mundabor. Et erunt, ut complaceant eloquia o ris mei, et meditatio.

II MODUS.

Cœli enarrant gloriam Dei et opera. Nam et servus tuus custodiet ea, in custodiendo. Fiant dies ejus pauci, et episcopatum.

III MODUS.

Magna est gloria ejus in salutari tuo, gloriam. Invenietur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera.

IV MODUS.

Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audientur verba. Quoniam alieni insurgunt in me, et fortes quæsierunt animam meam, et non proposuerunt Deum.

V MODUS

Lex Domini irreprehensibilis convertens animas testimonium. Justitiæ Domini rectæ lætificantes corda, præceptum Domini.

VI MODUS.

Domine, in virtute lætabitur rex, et super. Deus Deus meus respice in me.

Sunt præterea multa, quæ conferri magis quam scribi oportet, quæ scilicet in principiis vel distinctionibus et membris versuum pro accentuum aut euphoniæ ratione observanda sunt. Accentuum duntaxat, ut melo dorio canens dicat.

Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito, *vel inferiore*: Et propter hanc in altum regredere Domine, judica, *vel ita potius*: Diligam te Domine virtus mea, Dominus firmam. *Item*: Salvum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ.

Quamvis superdoctus quisque supervacue admonetur.

Item pro euphoniæ causa, ut ubi in distinguendo vocales coeunt, hiatus quantum valet vitetur ut. Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum. Exsurge, Domine, in ira tua, et exaltare. Exsurge, Domine Deus meus, in præcepto, quod mandasti et synagoga. Corripuit me justus in misericordia, et increpavit me, oleum autem.

Pro euphonia quoque, sive colis :

Et propter hanc in altum regredere, Domine, judica populos. Arcum suum tetendit et paravit eum, et in ipso paravit vasa mortis sagittas suas. Lacum aperuit et ef fo dit eum, et incidit in foveam. Confitemini Domino secundum justitiam ejus, et psallam nomini Domini.

Similiter in tertio, vel et in quarto, et in cæteris eadem attendantur. Tonus sextus imitatur primum, et secundum novissimus.

Gloria seculorum amen.

Tu Bethlehem terra Juda. Sæ culo rum a men.

Quando natus est. Deus judicium tuum Regi da, et justitiam tuam filio regis. Suscipiant montes pacem populo tuo, et colles justitiam. In s u a justitia judicabit pauperes hujus populi, et salvos faciet filios pauperum.

II MODUS.

Et humiliavit calumniatorem, et permanebit cum sole et ante lunam, in sæculum sæculi. Et descendit sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram. Et vivet et dabitur ei de auro Arabiæ, et adorabunt de ipso semper, tota die benedicent. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mi ra bi li a solus magna, et benedictum nomen majestatis ejus in æternum in sæculum sæculi. Hic accipiet benedictionem a Domino et misericordiam a Deo.

III MODUS.

Coram illo procident æthyopes et inimici. Reges Tharsis et insulæ munera offerent reges Arabum. Parcet pauperi et inopi et animas pauperum.

IV TONUS.

Gloria seculorum amen. Innuebant patri ejus. Seculorum amen. Vigilate animo. Seculorum amen. Hymnum dicite. Seculorum amen. Omnes autem vos fratres estis. Seculorum amen. Laudabo Deum meum.

I MODUS.

Dies d i e i e r u c t a t verbum, et nox nocti. Desiderium super aurum et lapidem pretiosum multum Si mei non fuerint dominati, tunc immacu la tus ero, et emundabor.

II MODUS.

Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum. Nam et servus tus custodiet ea, in custodiendo illa.

III MODUS.

Magna est gloria ejus in sa lu ta ri tuo, gloriam et magnum. Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua.

IIII MODUS.

Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur. Hic ac ci piet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo. Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæsierunt animam meam, et non proposuerunt.

V MODUS.

Ju sti tiæ Domini rectæ lætificantes corda, præceptum Domini.

VI MODUS.

Deus Deus meus rescipe me, quare me dereliquisti.

QUINTUS TONUS.

Gloria. seculorum amen. Solvite templum hoc. Seculorum amen. Vox clamantis. *Psalmus*: Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua, quoniam. In quacumque die invocavero te exaudi me, multiplicabis. Confitebor tibi, Domine, omnes reges terræ, quoniam. Quoniam magna est gloria Domini, quoniam. Si ambulabis in medio tribulationis vivificabis me, et super iram inimicorum meorum extendes manum tuam, et salvum me fecit. Domine, retribue pro me, Domine, misericordia tua in seculum, et opera manum. Dominus regnavit, exultet terra, lætentur. Nubes et caligo in circuitu ejus, justitia et judicium. Ignis ante ipsum præcedet, et inflammavit. Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ, vidit. Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini, a facie. Annuntiaverunt cœli justitiam ejus, et viderunt omnes. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, et qui gloriantur. Adorate cum omnes angeli ejus, audivit. Quoniam tu es Deus altissimus super omnem terram, nimis. Qui diligitis Dominum, odite malum, custodit Dom. Lux orta est justo, et rectis corde læ ti tia, lætamini.

DE TONO SEPTIMO.

Gloria seculorum amen. O ra bat Judas. Seculorum amen. O ran te sancta Lucia. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebis suæ. Et e re xit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum. Gloria seculorum amen. Venite post me.

DE TONO OCTAVO

Seculorum a men. Omnes gentes per gyrum. Hodie scie tis. Seculorum amen. Propitius esto peccatis nostris.

Hæc itaque propter tardiores fratres exempli causa congesta sunt, abundantiore fortasse copia, quam decuerit. Non frustra tamen, si quis hæc curat, nec supervacuæ diligentiæ objurgat. Hoc vero admonendum, quia quædam non ejusdem toni antiphonæ indiscretam initiorum similitudinem habent, ut in sequentiis, cui melo quæque aptanda sit, videatur: et maxime cujusque cantus attendatur finis, in quo cujusque toni proprietas evidentius claret, verbi causa.


A bi ma tu et in fra occidit multos pueros Herodes propter Dominum. Am bu la bunt


mecum in al bis, quoniam digni sunt, et non delebo nomina eorum de libro vi tæ.

Hæ quidem antiphonæ simili principio ordiuntur, sed mox in processu discrepant, et una secundi, altera quarti toni malo deputanda apparet. Similiter in multis. Sunt etiam, ad quas canendi sunt psalmi juxta principalis melodiam, cum subjugalis habeant finem : aut juxta subjugalem modulentur, et in principalem desinant. Sunt, qui non in finalem sonum terminantur sed in graviorem, qui sub se est. Repetit autem neuma finalis illum, in quo legitime cantus consistit, et finit, ut :


Sci mus quoniam di li gen ti bus Deum om nia co o pe ran tur in bonum h i s, qui secundum


propo si tum vocati sunt sancti.

Sunt quædam notæ, ad quas psalmi proprio modo non aptantur, quæ conferendo magis insinuari possunt. De cætero ante omnia sollicitus observandum, ut æqualitate diligenti cantilena promatur; qua utique si careat, præcipuo suo privatur jure, et legitima perfectione fraudatur. Sine hac quippe chorus concentu confunditur dissono, nec cum aliis concorditer quilibet cantare potest, nec solus docte. Æquitate plane pulchritudinem omnem nec minus quæ auditu, quam quæ visu percipitur, Deus auctor constare instituit, quia in mensura et pondere, in numero cuncta disposuit.

Inæqualitas ergo cantionis cantica sacra non vitiet, non per momenta neuma quælibet aut sonus indecenter protendatur aut contrahatur, non per incuriam in uno cantu, verbi gratia, responsorii vel cæterorum, segnius quam prius protrahi incipiatur. Item brevia quæque impeditiosiora nont sint, quam conveniat brevibus. Verum omnia longa æqualiter longa, brevium sit par brevitas, exceptis distinctionibus, quæ simili cautela in cantu observandæ sunt. Omnia, quæ diu, ad ea, quæ non diu, legitimis inter se morulis numerose concurrant, et cantus quilibet totus eodem celeritatis tenore a fine usque ad finem peragatur. Hac tamen ratione servata, dum in cantu qui raptim canitur, circa finem, aut aliquando circa initium longiori mora melos protendendum est, aut cantus, qui morose canitur, modis celerioribus finiendus ; ut pro modo brevitatis prolixitas prolongetur, et secundum moras longitudinis momenta formentur brevia, ut nec majore, nec minore, sed semper unum alterum duplo superet : dum canente quolibet respondetur ab alio unum morosius, servent utrique modum, nec unus altero impeditiosius aut celerius canat. Hac pariter diligentia custodita, ut voces in unum amborum coeant, nec qui succinit, humilius vel celsius respondeat, quam ille qui præcinit, sed quantum fieri valet, hæc dissonantia caveatur. Sive ejusdem sint modi voces ambæ, seu alia pro convenientia aut necessitate mutanda, sint tamen, prout servari potest, ambæ æquisone. Modum autem eumdem vocis dico, donec in alteram transeat, et in novam mutetur.

Præterea quemadmodum psalmi, vel alia qualibet melodia ad rationem causæ vel temporis, pro paucitate vero seu multitudine cantorum celsius vel humilius canendi sunt; nec enim indifferenti altitudinis modo cantum cujusque temporis modulari oportet, verbi gratia, matutina lætitia elatiore canore celebranda, quam nocturna synaxis; at nocturna quidem vigilanter sed temperate. Psalmi, qui continuatim cum suis antiphonis dicuntur ad vesperam duntaxat quinque aut quatuor, ad nocturnas sex vel tres, illi etiam qui ad matutinas deputati sunt, aut æquali elatione omnes imponendi, aut certe a primo ad extremum melodia gradatim debet et moderate in altum excrescere. Cantica quoque Evangelii altius et morosius cæteris, sicut inquam psalmis dicendis in efferendo et in submittendo ratio dictat modum, ita nihilominus quam producte vel correpte dici oportet. Verum sive morosius, sive celerius dicantur, hoc attendi semper debet, ut honestis et plenis neumis congruo celeritatis pronuntientur modo, ut nec nimiæ productionis tædeat, nec eos irreverenti festinantia os ignobiliter canens ebulliat.

In pronuntiatione psalmorum cum antiphonis semper principia versuum protendantur una scilicet longa syllaba, longa autem pro modo correptionis, quatenus chorus omnis pariter capere initia versuum possit, et concorditer perducere. Similiter versuum finis una vel duabus productis eadem longitudine syllabis, ut nec præripiatur versus sequens præcedente nondum terminato, nec rursus intercapedo major sit inter versum et versum, quam finalium syllabarum legitima longitudo.

Repetitio antiphonarum, quæ in fine versuum inter cantandum fit, eadem qua psalmus celeritate

percurrat : porro finito psalmo legitima productione producatur duplo duntaxat longius : excepto dum cantica evangelica sic morose psalluntur, ut non longiori, sed eadem morositate, antiphonam subsequi oporteat.

Hæc qualiacunque de psalmorum melodiis et æquitate canendi, prout potui, de diversis collecta descripsi, præjudicans illis, qui easdem modulationes licet aliter, non minus tamen bene, et fortasse melius habent. Quæ canendi æquitas rhythmus Græce, Latine dicitur numerus : quod certe omne melos more metri diligenter mensurandum sit. Hanc magistri scholarum studiose inculcare discentibus debent, et ab initio infantes eadem æqualitatis sive numerositatis disciplina informare, inter cantandum aliqua pedum manuumve, vel qualibet alia percussione numerum instruere ; ut a primævo usu æqualium et inæqualium distantia calle eos (*f.* pateat, eos) laudis Dei disciplinam nosse, et cum supplici devotione scienter Deo obsequi.

*Probe notandum est sequens (quod in ms. immediate annectitur commemorationi brevi) schema octo tonorum ecclesiasticorum notis musicæ enchiridiadis (quas ab Hucbaldo hactenus intelleximus adhibitas) expressum. His notæ superpositæ sunt, quales fuerunt incertæ et vagæ antequam Guido Aretinus lineas quibus hodieque utimur adderet, ad certam singulis notissedem ac tonum determinandam : quod in hoc schemate præstant notæ Hucbaldi, seu musicæ enchiridiadis ; suppositæ, quæ fixum certumque designant tonum, secus ac notulæ illæ superpositæ, a quibus cantus usus vocabatur, eo quod longiori usu demum accurata disceretur modulatio ; ut palam fecimus in opere de Cantu et Musica, lib.* II. *p.* II, *c.* 1 *et* 2. *Ubi notarum musicarum formam et rationem ante et post Guidonem dedimus. Amplius autem ex ipsis Guidonis Aretini operibus postea referendis manifesta res erit.*



MIRA VIDES LECTOR JUNIORIS VERBA CATONIS.
HAS COLE VIRTUTES, SALVA SIT ALMA FIDES.

# HUCBALDI MONACHI ECLOGA DE LAUDIBUS CALVITII

(Apud C. Barthium, Adversar. tom. I, lib. LX.)

*Incipit ecloga domini Hucbaldi monachi Elnonensis ord. S. Benedicti ad Carolum Calvum imperatorem.*

Carmina convicii cerritus, carpere calvos
Canatus, cecinit : celebrentur carmine cavi.
Conspicuo clari : carmen cognoscite cuncti.

PROŒMIUM. — *Camenæ invitantur ad laudem calvorum.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.

Comere condigno conabor carmine calvos,
Contra cirrosi crines confundere colli.
Cantica concelebrent callentes clera Camenæ :
Collaudent calvos, collatrent crimine claros
Carpere conantes calvos, crispante cachinno.
Conscendat cœli calvorum causa cacumen ;
Conticeant cuncti concreto crine comati.
Cerrito calvos calventes carmine cunctos
Consona conjunctim cantentur carmina calvis.

CAP. I. — *Quod calvities in præsagio futurorum quibusque provenire videatur.*

(703) Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Cum crescit capitis cervicis calva corona,
Confortem cleri consignat confore calvum
Capturum claram, Christo cedente, coronam.
Ceu crines capitis convellens crimina cordis,
Corde Creatorem conspectat corpore cœlum,
Cœlicolas cives cupiens contingere cultu.
Crimina cum curis contemnat cuncta caducis
Cœli conscensum,* concentum cœlicolarum
Concupiens cupide, collaudat cuncta creantem.

CAP. II. — *Calvos cantores, abbates, doctores, etiam et episcopos esse atque sacerdotes.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Conjubilant calvi claro clamore canori.
Continuantque choros castas cantare choreas.
Conformes capiti concordii corpore cuncti,
Complacitas cleri contendunt condere caulas.
Correpto cornu cœlestia classica clangent ;
Conficiunt clarum Christi cognomine chrisma,
Consociant cuneo conspersos chrismate cœtus.
Concordes cautæ celebrant convivia cœnæ
Consaturant Christi convivas carne, cruore.

CAP. III. — *Quod calvi reges sint et imperatores, consules quoque, legislatores et judices,*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Conregnant calvi, conscendunt culmina clari,
Conspicui, compti, chrysea cervice corona
Clementes censu cedunt consulta clientum.
Concinnose, cave, condemnant crimina calvi :
Censorem calvum censuram concedere constat ;
Cordacem calvum, cordatum crede cavendum.
Calventem cæsus cæcari corpore credit :
Calvitium calvi cæcatus carpere cessa.
Cessa calvastrum, cessa, corrodere cessa.

CAP. IV. — *Quod calvi sint duces exercitus, ipsi etiam bellatores, docti atque robusti.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ,
Conducunt calvi cuneos certamine claros.
Compugnant calvi cristati casside coni :
Contorquent, crispant celeres cum cæde catervas ;
Comprendunt cirros, contundunt calce comatos,
Cuspide confodiunt ; capulo concissa corusco.
Colla cadunt, celebrant calvi clamore celeusma
Commotus certare catus certamine calvus,

A Conculcat, cædit : crinitos cedere cogit.
Captivos captat, captos cervice coarctat.

CAP. V. — *Laus calvorum in experientia artis medicinæ, tam pharmaciæ quam chirurgiæ.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Comperies calvos columen conferre cerebro :
Comperies calvos capitis curare catarrhos ;
Comperies calvos cæcas curare cavernas.
Chronica cum cancro ceditque cacevia calvo.
Cardia cor carpens cassatur, colica cessat.
Contrectans chalybem, conscissa carne, coercet
Corruptum capitis, cocta cervice, cruorem.
Cur complura cano clandestina cuncta caduci
Corpore confutat, collapsaque corpora curat.

CAP. VI. — *Invectio increpantis adversus cavillatorem calvos convicíantem.*

B Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Cum calvis, cirrose, cave certare Creanti,
Conviciumque creaturæ condicere cessa.
Condita cunctipotens causarum cuncta Creator
Constituit, curamque cavens conferre creatis
Cœtum curavit clarum consurgere calvi.
Concedit culmen cui cedere cuncta coegit.
Cerritus cur collatrat clamore canino ?
Condiderat calvum collapsa cucurbita cœno :
Conticeat citius cœnosa calumnia cujus.

CAP. VII. — *Item adversus eumdem, et laus calvorum de humilitate, charitate et castitate.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Complex carnificum corium convellere calvo
C Cur censes ? Cordis convellit crimina calvus.
Cur censes capiti cineres conspergere calvos ?
Cognoscit calvus cineri concrescere corpus.
Cur censes calido carnes carbone cremari ?
Corda cremant calvi Christi concocta calore.
Cur censes castum castrari corpore calvum ?
Cordetenus cunctis castratur concio culpis.
Carmine carnificans calvum, compesce cavillum.

CAP. VIII. — *Exprobratio carminis ejus et paradigma de Eliseo propheta et pueris illi insultantibus.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Carminibus caveo claris conjungere cæca,
Calcentur cœno calcando culmina calce ;
Cœnosus cœnosa canens concludito cannam.
D Censetur certe censorum codice cautum
Clarisonum calvum cui conscia consecuturo
Commotum catulum circumlatrante cachinno,
Clamantes : conscende citus, conscendito, calve ;
Condemnasse cacos confestim crimine clarum
Convicii corrosa cadunt cum corpora carptim.

CAP. IX. — *De egregio calvo Paulo apostolo, quod a Christo vocatus, cæcatus sit raptus in tertium cœlum.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Carmina calvorum cumulentur carmine calvi

(703) Hic desunt versus tres qui leguntur in fragmentis ejusdem Eclogæ editis a cardinali Maio (*Classici Auct.* tom. V).

Complures calvos cogunt castissima castra
Cœlica certatim celebrantes cantica Christo, etc.
Componunt chartas, concinnant carmina clara, etc.
EDIT.

Conspicui, cujus crudelis cautio cædis
Constiterat Christi cultores carnificare.
Conjubilent circumfulgente charismata calvo
Cæcato cuncti : Christi clamore citatus
Corruerat cito, ceu confossus cuspide, conto,
Confestimque capit conscensum culmine cœli,
Clarivido cernens conspectu Cunctipotentem,
Confore cor cujus claret cœleste catinum.

CAP. X. — *Quod factus sit ex persecutore prædicator, et quod comam nutrire, et turpem vetarit proferre sermonem.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Conglomerate choros, calvos cantate choreis.
Censuram celebrem calvum compsisse colendum
Comperimus ; cœli consul, consulta canendi
Crimina confutat, cœnosi cuncta coercet
Colloquii, cunctis communia commoda censet :
Confindit cirros, collegia civice condit.
Conciliando, consponsorum Christicolarum
Corda ciet, capiti corpus conjungere certans ;
Cesset cerritus celebres contemnere calvos.

CAP. XII. — *Alloquitur Camenas poeta de cavillatore insinuante eum calvi regis judicio cæcatum.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Crudelem calvos casso conamine cunctos
A Carpere conantem compescite crimine captum ;
Convicii commentantem commenta caduci
Concito convictum claustris concludite cæsis.
Calvaster censor cæcari crimine captum
Censet ; cæce canis, cessa contemnere calvum :
Conquinisce, canis, confingens crimina calvis,
Conquinisce, canis collatrans crimine calvos,
Conquinisce, cani, cessans corrodere calvos.

CAP. XII. — *Epitoma laudis calvorum a corporis situ et pulchritudine, et quod calvus microcosmus sit.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Concilium clarum calvorum cogere cœtum :
Cum cernis calvum, cœli comprendito cinctum.
Calvitii culmen cœli cognoscite centrum,
B Circuitum cosmi commendant cætera calvi.
Calvos consocia, candentes congere calvos.
Cynthia cessabit chryseos conferre colores :
Cornua contenebrans, cedet concrescere calvis ;
Collucent calvi, calvorum cassida candet,
Conrutilans cœli ceu copia clara coruscat,

*Clausula carminis.*

Carmina clarisonæ calvis cantate Camenæ.
Conveniet claras claustris componere cannas
Completur claris carmen cantabile calvis.

(*Explicit carmen Hucbaldi monachi ad Carolum de laude Calvorum.*)

---

## ADNOTATIONES.

Multa mendosa in hoc carmine restitutione opus habent, siquidem nugari quispiam velit. In procemio lege:

Collatrent crimine claro.

Cap. 1. Legendum censeo :

Corde creatorem conspectat cordeque cœlum

Cap. 3 :

Cessa calvastrum cessa corrodere casse.

Cap. 4 :

Compugnant calvis cristati casside coni.

Videlicet hostem communem terrificando. Cap. 5, scribe :

Corruptum capitis coxa, cervice, cruorem.

Cap. 7, lego :

Cordetenus cunctis castratur Cocio culpis.

Cocio hariolator apud Plautum et alios, huic monacho designat prophetam. Et sane fateri cogimur hominem non paucæ lectionis fuisse. Imitatur enim clare et exprimit Virgilium, Persium, Terentium, Plautum, Lucretium et nonnullos alios optimos scriptores, in tanta angustia compedum, ingenii tamen radios non plane opprimens.

Hæc scripseram cum ex Bohemia chartam scriptam ejusdem hujus auctoris accepi, atque ecce aliquot paris pretii versibus auctiorem ; quæ scilicet votum pro Cæsare Carolo Calvo referat alibi non expressum, quod adeo pertinere ad reliqua existimo, ut ipsam causam enarrare censeam qua motus auctor scripserit

Carmine claro cave calvos calvare, Camena,
Crispa cadat contra caudata calumnia cirre
Calvorum charitates cantate carmine claro.
Conticeant cum clangenti concite canore.
Conciderint cœli cum Christi culmina cultu
Cæsareæ cepides, cauti cata cista Catonis
Concludant cleri captantia carmina culpas.
Carmina calvorum comptrix conclude, Camena.
Carole cum calvis, Cæsar clarissime, canta,
Crucifero Christo clari conamina cleri.
Clausa Camena capit cum Cæsare congrua curam.

Compta corona cave ; cum Cæsare condita calvo
Charoleos comunt celebrania carmina calvos.
Christe, caput calvum cum compto contueare,
Crux cujus cunctis condonat crimina calvis.

Atque hoc auctario mactus sit lector, ne frustra tantum tædium tantumque chartæ nos et sese insumpsisse atque devorasse dicere possit.

# HUCBALDI MONACHI

## EPISTOLA METRICA AD CAROLUM CALVUM IMPERATOREM.

*Mittit ei Milonis magistri sui carmina de laude parcitatis* (704.)

(Apud Marten., Thes. Anecd., tom. I, col. 45.)

CAROLO imperatori Augusto HUCBALDUS.

Aurea lux mundi, Francorum gloria regni,
Inclyte Cæsar, ave, spes et honor patriæ.
A proavis nomen retinens, pariter quoque numen,
Charus Christicolis Carolus es populis.
Cui Deus imperio mundum quem condidit almo,
Imperii sedem præbuit ipse piam.
Hinc qui nobiliter regni moderaris habenas,
Affectant cuncti flectere colla tibi
Subque tuo totus concurrit fœdere cosmus
Te rectore sibi jura petens fieri.
Quin etiam tanti congaudens principis omen,
Orbis Roma caput subdidit ipsa caput.
Plura, sed ut paucis concludit pagina verbis
Cujus amore cales, ejus honore potes.
Præterea quoniam commissi jura decenter
Disponis regni tu quoque lege Dei :
Interius dum præfulget sapientia sensus.
Exteriusque domus prænitet ex opibus.
A Cum Salomone potens, prudenti pectore pollens,
Terram laude reples, mente superna tenes.
Et quia præcelsæ rimaris dicta sophiæ,
Huicque frequens animus gaudet adesse tuus :
Suscipe magna quidem, parvo sed pondere, dona
Quæ tibi πανδέκτης aggregat hic pariter.
Quo rudis priscæ legis congesta nitescunt
Famina, quæ biblo scripsit in hoc modico
Milo poeta tuus, noster didascalus idem,
Ingenium cujus hoc bene prodit opus :
Carmine qui quondam Vitam descripsit Amandi,
Præsulis eximii, detulit atque tibi.
Hunc quoque conscriptum vestro sub honore libellum,
Dum cuperet votum percelebrare suum,
B Occidit humanæ persolvens debita vitæ,
Carpens æthralem sic super astra viam.
Sed prius algentes quam vita relinqueret artus,
Jusserat ista mihi pignora chara dari.
Hinc æstu cœpi, sed mox angoris aduri,
Frontis in hoc libro quid facerem titulo :
Donec ab Augusto elicitis vel versibus, ipsi
Redderet oblato geminos pro carmine nummos,
Distichon accipiens, pauperque minuta rependens,
Se largum memorat, regem condemnat avarum.
Post oblatus ei corvus dum voce salutans
Spernitur, has deflens effundit ab ore querelas,
Impensas operas memorans periisse, nec ullum
Solamen bajulo se posse rependere egenti,
Sicque negata prius commercia plura reportat.
Milo poeta tuus, rex illustrissime regum,
Corvus ego crocitans humili te voce saluto,
C Perfidus ille Noe non qui pia claustra refugit,
Sed qui mane pium pavit, qui vespere vatem,
Multiplici vestro quia mens mea fervet amore,
Hoc satis exiguum transmitto thema, precorque
Ut tibi tuta salus et perpes gloria cuncto
Tempore sit vitæ, donec translatus ad astra
Cum Christo maneas, vigeas cum regibus almis,
Sitque ex te genitis felix successio regni.
Carmina lege carent, si præmia nulla merentur.

*Libri titulus hic sequitur.*

UTILIA TELA SACRÆ PARCITATIS adversus coquum Babylonis, de divinæ Scripturæ faretris educta studio Milonis cœnobitæ sancti Amandi, almi ac beati Christi præsulis.

(704) Præfationem hujus libri, nunc deperditi, apud nos in MILONE omissam, hic ex Martenio sistimus. EDIT. PATROLOGIÆ.

*Miloni Elnonensis monachi Præfatio ad Carolum regem in librum metricum de laude parcitatis.*

Glorioso regi CAROLO MILO supplex

Principibus priscis vatum placuisse Camenas
Novimus, et sumptos tali pro munere honores.
Virgiliusque suum calamo trivisse labellum
Non doluit, quoniam amissos servavit agellos.
Naso, Tomitanis peregrinus exsul in oris,
Carmine multiplici mulcebat principis aures.
Porphyrium variis quæ pinxit metra tabellis
Solvere exsilio biathanaton ore putentem ;
Christicolis vomuit quia plurima probra nefandus,
Conqueror auxilium vos huic tribuisse Camenas.
Tarquinius Priscus, Cumanæ scripta Sibyllæ
Empturus, pretii pondus causatur enorme,
Et dari detrectat quod vates avara requirit :
Sed tribus exustis nimio discrimine libris,
Sex reliqui sero pretio taxantur eodem.
Græculus Augusto cum ferret xenia metri,
Et caperet nullum tanto de principe donum,
Non ille audaces compescuit ante Camenas,

Nos reputans illum fas demere nomine claro,
Cum foret insignis principis Ausonici.
Hæc dubiam stabilis fixit tamen anchora mentem,
Ne fleret titulum pagina muta suum :
Quin vice defuncti supplex sua munia complens,
Ipse darem faustus Cæsaris hæc manibus.
En opus, en cœptum tanto sub nomine carmen,
Examen vestrum spectat adesse pium.
Huc ades Augusti clementia, semper in omnes
Quæ virtute vales, et bonitate viges.
Sobrietatis habes laudes hic, bella, tropæa.
Ingenio vigili carmina scripta brevi.
Quæ si forte tuo donentur nempe favore,
Ad decus Ecclesiæ fers pia dona sacræ.
Hic via, vita, salus, divis hic inclyta gazis
Dona Dei rutilant, quæ super astra vocant.
Quo te decursum post hoc feliciter ævum
Regna beata tenens collocet Omnipotens.
Hæc igitur salebro sint quamvis carmina versu
Obscuro, ne temnas, rex pie, sed relegas.
Cæsar, vive potens, felix, sine fine valeto,
Hucbaldique memor sis, rogo, posco, precor.

# EPITAPHIUM MILONIS

## MONACHI S. AMANDI ELNONENSIS HUCBALDI MAGISTRI,

### *AUCTORE HUCBALDO*

(Apud Fabricium, Biblioth. med. et inf. Lat.).

Milo, poeta, sophus cubat hoc sub marmore clausus,
Carmine dulciloquus, qui librum Sobrietatis
Edidit, et, sanctum pulchre depinxit Amandum
Floribus exornans, metro prosaque venustans,
Tanti pontificis palmam, caput [*al.* capit] atque coronam.

# HUCBALDI EPITAPHIUM DUPLEX.

(*Histoire littéraire de la France*, tom. VI.)

I.

Dormit in hac tumba simplex sine felle columba,
Doctor, flos et honos tam cleri quam monachorum,
Hucbaldus, famam cujus per climata mundi
Edita sanctorum modulamina gestaque clamant.
Hic Cyrici membra pretiosa, reperta Nivernis,
Nostris invexit oris, scripsitque triumphum.

II.

Præcluis orator, sudans opobalsama cosmo,
Archas mellifluus rhetor super æthera notus,
En Hucbalde Pater, salve per sæcla verenter.
B Tu lampas monachis, tu flos et doxa peritis :
Te plebs æternum lugens sibi deflet ademptum.
Vige juge, sophista, vale, theophile, chare.
Ediderat stylo examussim certamen honesto
Matris Julitæ, Cyrici prolisque venustæ,
Ceu doctor celeber gnavus per cuncta magister.
Laudetur, vigeat, quod quæso, legatur, ametur.
Hæc quisquis legis, Requiem dic det Deus illi
Palmam cum superis gestet super astra choreis,
Gloria pauper hæc peregit metra clienter,

ANNO DOMINI DCCCCXXX.

# STEPHANUS PAPA VII *al.* VIII.

## NOTITIA HISTORICA

(Apud Mansi, Conciliorum collect., tom. XVIII, col. 381.)

Stephanus, patria Germanus, opera Othonis regis, posthabito cardinalium suffragio, electus est a Romanis anno Christi Redemptoris 939, tempore Constantini VIII et Romani, imperatorum Orien- C talium. Hic a tyrannis, quorum odium propter suam electionem in se concitavit, crebris ictibus sacrilegis facie deformatus fuit. Albericus enim, qui his temporibus principatum in Urbe gerebat, existimabat

non posse se dominium Urbis securum possidere, si non gentilis aliquus ipse bene notus Romanæ urbis pontificatum teneret. Qua occasione in eumdem Stephanum parum æquuis existens, cum manibus impiorum tantopere lancinari, et in facie deturpari permisit Et quanquam hæc stigmata propter justitiam a Satanæ ministris inflicta non dedecori sed ornamento essent, tamen ipse a publico hominum congressu hac de causa ut plurimum abstinuit. Hoc facto excitatus est animus Othonis ad vindicandum scelus Romanorum, et ad cohibendam vim illam tyrannicam, quam hactenus in promotione pontificum usurparant; quando autem illud perfecerit, infra suo loco dicetur.

A Francorum proceribus adversus Ludovicum regem rebellantibus, eumque recipere detrectantibus, per Damasum quemdam legationis munere fungentem nuntiavit, ut regem suum recipiant: quod si facere nolint, excommunicationis sententiam se incursuros noverint. In Italia bellum inter Hugonem et Albericum, antehac semel per Odonem Cluniacensem abbatem compositum, fracta pace recruduit : qua occasione Odo a Stephano iterum Romam vocatus, pace nondum composita, ibidem ex hac vita decessit. Paulo post etiam Stephanus papa defunctus est, cum, ut habent Vaticani indices, annos tres, menses quatuor, et dies quinque sedisset.

# STEPHANI PAPÆ VII
# EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA.

I.

(705) STEPHANI VII BULLA PRO MONASTERIO S. VINCENTII VULTURNENSIS.

(Anno 930.)

*Monasterio sancti Vincentii Vulturnensis, ejusque abbati Raimbaldo omnia jura et bona confirmat.*

[Muratori., *rer. ital. Script.* I, II, 422.]

STEPHANUS episcopus, servus servorum Dei, RAIMBALDO viro venerabili abbati monasterii Christi martyris Vincentii, quod situm est in partibus Samniæ territorio Beneventano super fontem Vulturni fluminis, et per te cunctis successoribus tuis in eodem venerabili monasterio regulariter promovendis in perpetuum.

Pia sollicitudine curam agentes sacrarum Dei Ecclesiarum, utpote pro salute ovium a Deo nobis commissarum, et maxime Deo famulantium monachorum, satagimus ut divinæ contemplationi insistentibus opem ferre possimus, ut cum eis et divinæ remunerationis gratiam consequamur. Petentibus igitur vobis, ut monasterium beati Vincentii martyris Christi cum omnibus sibi pertinentibus, cellis, capellis, castellis, et terris, sub juridictione sanctæ Romanæ Ecclesiæ nostri privilegii auctoritate muniremus, concedimus illud vobis, vestrisque legitimis successoribus abbatibus detinendum, ut nullius alterius Ecclesiæ ditionibus submittatur, sed cum omnibus sibi pertinentibus cellis, sive monasteriis, monasterium utique beati Petri juxta fluvium, Sabbati territorio Beneventano, monasterium Domini Salvatoris in Alise, cellam Sanctæ Mariæ in duas basilicas, cellam sanctæ Mariæ juxta fluvium Trinium, cellam sanctæ Mariæ in Castanieto, cellam sanctæ Mariæ in Palene, cellam sanctæ Mariæ in Apinianici, cellam sancti Petri in Vipera, cellam sancti Vincentii in Taccu cum omnibus monasteriis et cellis, sub apostolica

B sedis protectione permaneant. Præterea quæcunque a regibus, ducibus, principibus, vel reliquis fidelibus, ad idem monasterium collata sunt, vel in posterum conferri contigerit, et quæ prædecessorum nostrorum privilegiis confirmata vestris prædecessoribus constat, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus, quoque, ut nulli omnino hominum liceat prædictum monasterinm temere pertubare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas, retinere minuere, vel contrariis vexationibus fatigare ; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimode profutura. Obeunte vero ejus loci abbate, vel suorum successorum, nullus ibi qualibet astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel saniori concilio elegerint secundum timorem Dei, et beati Benedicti regulam a Romano pontifice consecrandum.

C Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes monachorum, sive clericorum monasterio pertinentium, a quo malueritis accipietis catholico episcopo. Interdicimus etiam ne quis episcoporum ex eodem monasterio abbatem vel monachum ad suam synodum audeat provocare aut excommunicare ; nec ibi cujuslibet Ecclesiæ sacerdotem, præter sedem apostolicam ditionem aliquam habere permittimus, adeo ut nisi ab abbate fuerit invitatus, nec missarum solemnia ibidem celebrare præsumat.

D Sacerdotes et clerici de quacunque ecclesia, si venerint ad habitandum in congregatione fratrum, aut monachicum suscipiendi habitum, statim recipiantur, nec a quolibet prohibeatur. Nec præsumat quispiam eidem monasterio, et cellis, vel possessionibus, vel rebus ejus violenter incumbere, vel quamlibet malitiæ jacturam

(705 Vera suppositane sit bulla hæc mutila, in tanta litterarum inopia difficile cognitu est ; nec tamen effugere suspicionem potest, cum monasterium Vulturnense sciamus falsariis non caruisse. JAFFE.

inferre; sed omni tempore idem locus cum pertinentiis libere et quiete sub apostolicæ sedis protectione servetur. Si quis autem hujus nostri apostolici privilegii constitutionem temerare præsumpserit, nisi digne emendaverit, honoris sui dignitatem amittat, et alienus a corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi fiat, et cum diabolo et ejus ministris æterno incendio damnetur. Qui autem juste et pie hæc observaverit, benedictionis gratiam plenissime a Domino consequatur, et æternæ vitæ particeps esse mereatur.

Scriptum per manum Stephani primicerii anno pontificatus domni Stephani summi pontificis septimi....

II.

STEPHANI VII PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO S. MARIÆ BRONIENSI.

(Anno 920-931).

*Fundationem abbatiæ Broniensis, in comitatu Namurcensi confirmat, Romæ existente, et coram petente sancto Gerardo abbate ac fundatore Broniensi.*

[Apud Mansi, Concil. tom. XVIII].

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, et sanctæ Mariæ semper virginis, STEPHANUS, sedis apostolicæ summus episcopus, servus servorum Dei, fratribus ac filiis nostris per universum orbem terrarum in fide catholica degentibus.

Notum cupimus esse omnibus tam præsentibus quam futuris qualiter filius ac frater noster, divina annuente clementia, Gerardus abbas nobis innotuit de monasterio Broniensi, quod in melius reformavit et restauravit in honore sanctæ Dei Genitricis semper virginis Mariæ, sanctorumque apostolorum Petri et Pauli, et sancti Joannis Baptistæ.

Post vero multorum sanctorum pignora, congregavit ibi corpus etiam sancti *Eugenii* martyris, archiepiscopi Toletanæ sedis, discipuli, et ordinati sancti Dionysii archiepiscopi, et cum magna reverentia et honore inibi attulit: hæreditatem quoque propriam tam in agris quam in mancipiis, et in omnibus jure hæreditario adjacentibus, devote ac voluntarie ad præfatum dedit monasterium.

Postquam autem nobis indicavit, provolutus pedibus nostris, petiit quatenus auctoritate apostolorum Petri et Pauli malediceretur omnis qui de eorum monasterio aliquid conaretur, tam de reliquiis sanctorum quam de vestimentis, et libris, et de territoriis auferre, atque de mancipiis, vel de aliis quibuslibet rebus quas nunc habet sibi datas, vel ultra possit Dei misericordia obtinere.

Hoc quoque magnopere expetiit, ut eodem constringamur anathemate quicunque privilegium, quod de eodem loco et monasterio jam regia magnificentia et imperialis sanxerat auctoritas, aliquatenus præsumeret infringere.

Scilicet, ut nullus episcopus, nullus comes, nullus advocatus, nullus judex publicus, nec quilibet ex judiciaria potestate in Ecclesia, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones memorati monasterii præsumat ingredi, aut ad causas audiendas aut precaturas faciendas, aut freda, vel tributa, aut obsonia quælibet exigenda, vel mansiones aut silvas vel paradas faciendas aut fidejussores tollendos, aut homines ejusdem monasterii tam ingenuos quum servos super terram ipsius commanentes injuste distringendos, nec ad ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas nostris et futuris temporibus.

Sed liceat memorato Dei servo Gerardo suisque successoribus res prædicti monasterii cum monachis suis sub immunitatis nostræ defensione quieto ordine possidere, et ordinare, absque cujuslibet arbitri communione, nisi ipso abbate et suis monachis id rationabiliter fieri petentibus.

Hoc quoque firmari expetiit nihilominus, ut eadem damnetur maledictione quicunque locum ipsum et loci incolas infra suos terminos hostili incendio, vel cæde, aut aliqua injusta oppressione præsumpserit aliquatenus depopulari vel infringere.

Astantibus igitur episcopis et confratribus hujus sanctæ Romanæ sedis, et consentientibus, petitionem famuli Dei Gerhardi apostolica auctoritate firmari decrevimus.

Igitur auctoritate Patris et Filii, et Spiritus sancti et sanctæ Mariæ semper virginis, Dei genitricis, et omnium cœlestium virtutum, et sancti Joannis Baptistæ, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, sancti Eugenii martyris ejusdem loci patroni et provisoris, sanctorum quorum reliquiæ inibi sunt, simulque omnium sanctorum quorum nomina scripta sunt in libro vitæ, excommunicamus, anathematizamus, damnamus omnes qui horum quidpiam, quæ de immunitate et libertate Broniensis Ecclesiæ et loci prælibata sunt, irritum fecerint, vel infregerint, nisi resipuerint, et pœnituerint, et ab abbate et fratribus ejus veniam promeruerint, et de cætero emendaverint.

At vero qui observator exstiterit hujus nostræ præceptionis et regiæ sanctionis, gratiam, et misericordiam, vitamque æternam a misericordissimo Domino Deo nostro consequi mereatur.

Ego Castorius notarius regionarius, et scriniarius sanctæ Romanæ ecclesiæ, corroborante apostolica auctoritate, et sancto papa Stephano suggerente, recognovi.

Signum Domini Stephani papæ gloriosi.

Data V Kal. Maii, anno ab Incarnatione Domini...

Actum Romæ feliciter, amen.

Ego Leo sanctæ Romanæ Ecclesiæ archipresbyter, rogante domino nostro Stephano, subscripsi, amen.

Ego Valentianus episcopus subscripsi, amen.

Ego Agapitus episcopus ipso jubente subscripsi, amen.

Ego Emerentianus episcopus subscripsi, amen.

Ego Simphorianus episcopus subscripsi, amen.

Ego Liberius episcopus subscripsi, amen.

Ego Laurentius episcopus subscripsi amen.

Ego Florentius episcopus subscripsi, amen.

Ego Gregorius subscripsi, amen.

Ego Gaudentius episcopus subscripsi, amen.

Ego Clementianus subscripsi, amen.

Ego Urbanus episcopus jussu domini Stephani papæ, subscripsi, amen.

Hiduinus Meliolanensium archiepiscopus subscripsit, amen.

Wido Placentinensis episcopus, subscripsit, amen.

Petrus Cumensis episcopus subscripsit, amen.

A Richuinus Stratburgensis episcopus, subscripsit, amen.

Rotherus Treveris archiepiscopus subscripsit, amen.

Benedictus Metensis episcopus subscripsit, amen.

Richarius Leodicensis episcopus subscripsit, amen.

Stephanus Cameracensis episcopus subscripsit, amen.

---

ANNO DOMINI DCCCCXXXVI.

# JOANNES PAPA XI.

## NOTTIA HISTORICA.

(Apud Coquelines, Bullarum, privileg. Rom. pont. Ampl. collect.)

Joannes undecimus Sergii III successor, ex Marotia scorto. (706) Widonis Tusciæ marchionis potentia pontifex constitutus est post Stephani VIII obitum. Sedit annos IV, menses X (707). Fuit autem temporibus Constantini Porphyrogeniti in Oriente, Henrici Aucupis in Occidente impp. In custodia ab Alberico fratre detentus obiit ineunte mense Januario anni 936 ; menses enim X supra annos IV illi tributi numero rotundo computati intelligendi sunt.

(706) Si fides Luitprando lib. II, cap. 13.

(707) Juxta Vignolii Catalogo, in quorum primo mendose notatur m. IV, d. X ; septemque alios B Crit. Baron. præfixos, chronica, chronologosque fere omnes.

---

# JOANNES PAPÆ XI.

# EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA.

### I.

JOANNIS XI PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO CLUNIACENSI.

(Anno 931).

*Confirmat sanctum Odonem abbatem in regimine monasterii Cluniacensis necnon exemptionem ipsius monasterii ab omni dominatu. Statuitque electionem abbatis post obitum illius fore liberam et absque cujuslibet consultu faciendam. Confirmat etiam Romanum monasterium concessum Cluniacensi per Rodulphum Burgundiæ regem. Dat insuper facultatem suscipiendi monasteria quæ offerentur reformanda. Restituit decimas capellarum Cluniacensium ab episcopis subtractas. Confirmat pariter monetam propriam sicut Rodulphus rex Francorum concesserat. Datque licentiam recipiendi ad tempus fratres, qui pro melioratione vitæ voluerint ex alienis monasteriis ad Cluniacense transmigrare. Definit porro Cluniacense monasterium sanctæ sedi apostolicæ ad tuendum atque fovendum pertinere ; vultque in signum hujusmodi protectionis dari per quinquennium decem solidos Romæ.*

[*Bullar. Cluniac.*, p. 1.]

JOANNES episcopus, servus servorum Dei, ODONI C venerabili abbati monasterii Cluniacensis ædificati in honorem beatorum apostolorum Petri et Pauli, siti in pago Matisconensi, et per te eidem monasterio tuisque successoribus in perpetuum.

Convenit apostolico moderamini benevola compassione pia poscentium votis succurrere, et alacri devotione his præbere assensum ; ex hoc enim potissimum premium a conditore omnium Deo promerebimur. Igitur quia petistis a nobis quatenus prædictum monasterium in illo statu, quo a Guillelmo duce per testamentum manere decretum est, nostra apostolica auctoritate in perpetuum constare decerneremus, sanctæ Romanæ, cui Deo auctore deservimus Ecclesiæ, subjectum est. Inclinati precibus tuis tibi ad regendum concedimus. D Itaque sit illud monasterium cum omnibus rebus, vel quas nunc habet, vel quæ deinceps ibi traditæ fuerint, liberum ab omni dominatu cujuscunque regis, aut episcopi, sive comitis, aut cujuslibet ex propinquis ipsius Willelmi. Nullu

ibidem contra voluntatem monachorum prælatum eis post tuum decessum ordinare præsumat : sed habeant liberam facultatem, sine cujuslibet principis consultu, quemcunque secundum regulam sancti Benedicti voluerint sibi ordinare ; nisi forte (quod absit) personam suis vitiis consentientem eligere maluerint : hoc quicumque voluerit cum zelo Dei prohibeat. Cœnobium quod Romanum dicitur, et quod mater filii nostri Rodulphi regis condonavit ad prædictum Cluniacum, ita ei cum Vaningo villa subjectum sit, sicut illa per testamentum donationis decrevit. Si autem cœnobium aliquod ex voluntate illorum, ad quorum dispositionem pertinere videtur, in sua ditione ad meliorandum suscipere consenseritis, nostram licentiam ex hoc habeatis. Decimas vero, quæ olim ad vestras capellas pertinuerunt, et per modernam quasi auctoritatem sive licentiam a quolibet episcopo subtractæ sunt, vobis ex integro restituimus. Capellas autem, si aliquæ jam factæ sunt vel faciendæ inibi sunt, ita manere concedimus ut vestris ecclesiis nihil ex decimis minuatur. Hoc vero quod dilectus filius noster Berno episcopus de prædictis capellis vobis concessit, ratum esse decernimus in perpetuum. Præterea quidquid ex vineis vel culturis ad vestram pertinet religionem partem quoque decimarum ad hospitale vestrum pertinere sancimus : similiter et de his rebus quas percepturi estis. Hoc etiam quod Leobaldus ad prædictum monasterium moriens reddidit et dereliquit. Similiter et illud quod in Agiona, vel alicubi rebus quæ ad id monasterium pertinere debent, et capellam sancti Martini, quæ est in villa Maceio, nostra apostolica auctoritate vobis confirmamus et restituimus. Monetam quoque propriam, sicut filius noster Rodulphus rex Francorum concessit, ita habeatis. Et quia, sicut nimis compertum est, jam pene cuncta monasterio a suo proposito prævaricantur, concedimus ut si quis monachus ex quolibet monasterio ad vestram conversationem solo duntaxat meliorandæ vitæ studio transmigrare voluerit, cui videlicet suus abbas regularem sumptum ad depellendam proprietatem habendi ministrare neglexerit, suscipere vobis liceat ; quousque monasterii sui conversatio emendetur. Immunitatem vero ita vobis concedimus, sicut locis sanctis ubique reverentia debetur, ut nullus vestra mancipia aut res quaslibet sine vestro consultu distringere aut invadere ullo modo præsumat. Sane ad recognoscendum quod prædictum cœnobium sanctæ apostolicæ sedi ad tuendum adque fovendum pertineat, dentur per quinquennium decem solidi. Si quis autem contra hanc saluberrimam nostram constitutionem resistendo venire tentaverit, aut aliquid horum corrumpere conatus fuerit ; et omnia quæ in hoc privilegio sancimus non observaverit, sciat se sub divini judicii obtestatione anathematis vinculo æternaliter, nisi resipuerit, innodatum, et a regno Dei alienandum, et cum diabolo sine fine cruciandum. Qui vero hujus nostræ saluberrimæ sanctionis custos et observator exstiterit, a Christo Domino benedictionem, et a sanctis apostolis mundi judicibus absolutionem hic et in futuro consequi mereatur.

Scriptum per manum Andreæ scriniarii in mense Martio, indictione quarta.

II

JOANNIS XI PRIVILEGIUM PRO EODEM MONASTERIO.

(Anno 932).

*Ad petitionem S. Odonis et interventionem Hugonis Italiæ regis confirmat monasterium Cluniacense cum omnibus rebus et possessionibus, quas habet et in posterum acquiret. Et inter cætera monasterium, quod dicitur Carus Locus in territorio Matisconensi, vult perpetuo manere subjectum Cluniacensi cœnobio.*

[Apud Cocquelines, *Bullarum, privileg. Rom. pont. ampl. collect.*]

JOANNES episcopus, servus servorum Dei, ODONI religioso abbati venerabilis monasterii summorum apostolorum Petri et Pauli quod dicitur Cluniacum, et per te tuis successoribus qui in eodem venerabili monasterio deservient in perpetuum.

Convenit apostolico moderamini pia religione pollentibus benevola compassione succurrere et poscentium animis alacri devotione impertire assensum : tunc enim lucri potissimum præmium apud Conditorem omnium reponitur Deum, quando venerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Igitur quia supplicavit tua religio et interventio Hugonis gloriosissimi regis dilecti filii nostri apostolatui nostro, quatenus confirmaremus nostra apostolica auctoritate prædictum monasterium sancti Petri cum omnibus rebus et possessionibus suis, quas nunc habere videtur, et quod deinceps in idem monasterium offeretur oblatumque fuerit. Imo et confirmamus eidem sancto loco aliud monasterium juris Ecclesiæ Romanæ, quod dicitur Carus Locus in territorio Matisconensi, ut ibi permaneat, in perpetuum, eo videlicet ordine, ut nullus ecclesiastici ordinis, aut laici in ipso monasterio, aut in rebus ibidem pertinentibus aliquam molestiam inferat. Si vero aliqua persona tam in clericali ordine, quam in laicali constituta aliquam vim in ipsis rebus intulerit, quæ ibi deinceps datæ sive oblatæ fuerint, aut ab ejus ditione subtrahere voluerit, ipsæ res revertantur ad suos donatores suosque hæredes. Attamen si cum ipsis rebus in ordine cœnobii perstiterint sive tempore istius abbatis, sive suorum successorum, hoc privilegium inconvulsum permaneat, salva videlicet pensione sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Statuentes beati Petri principis apostolorum auctoritate, cujus nos impares meritis, divina gratia suffragante, vices gerimus, sub anathematis interdictione et divini judicii obtestatione, hæc quæ a nobis decreta sunt

non debere quempiam convellere in quoquam, sed potius firma stabilitate inconvulsa perpetuis permanere temporibus definimus. Si quis autem temerario ausu contra hujus nostri apostolici privilegii seriem pie a nobis promulgatam venire vel agere tentaverit, sciat se domini nostri apostolorum principis Petri anathematis vinculo innodatum, et cum diabolo et ejus atrocissimis pompis, atque cum Juda traditore Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi in æternum ignem concremandum. Simulque et in voraginem tartareumque chaos demersus cum impiis deficiat. Qui vero pio intuitu custodes et obedientes atque observatores hujus nostræ salutiferæ præceptionis exstiterint, benedictionis gratiam et cœlestis retributionis æterna gaudia a justo judiee Domino nostro consequi mereantur.

Scriptum per manum Theodori scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Junio, indictione quinta. Bene valete. Data VII Kalendas Januarias per manum Ursi primicerii sanctæ sedis apostolicæ, anno Deo propitio pontificatus domni Joannis summi pontificis et universalis undecimi papæ in sacratissima beati Petri secundo, in mense Junio, indictione supra scripta quinta.

### III.

### PRIVILEGIUM JOANNIS PAPÆ XI PRO MONASTERIO VIZELIACENSI.

(Anno 933).

[Apud Acher. *Spicilegii* tom. II, 504.]

JOANNES episcopus, servus servorum Dei, AYMONI venerabili abbati Vizeliacensis cœnobii, omnique congregationi ejusdem monasterii in perpetuum.

Quoties illa tribui a nobis optantur, quæ rationi incunctanter conveniunt, animo nos debet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Atque ideo quia postulasti a nobis quatenus privilegium sedis apostolicæ monasterio Vizeliaco, cui præesse dignosceris, quod constat olim a Gerardo nobilissimo et christianissimo viro, necnon et Berta uxore ejus, in honore Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi et veneratione beatissimæ semper virginis Mariæ genitricis ejusdem Domini nostri Jesu Christi constructum; in regno scilicet Burgundiæ, in pago Avalensi, quodque a præfatis fundatoribus beato Petro apostolorum principi pia devotione et testamenti pagina collatum est, facere deberemus: inclinati precibus tuis libenter fieri decrevimus, per quod nimirum apostolicæ sedis privilegium confirmamus, atque statuimus, ut nulli regum, nulli antistitum, nulli comitum, nulli cuiquam alii liceat ipsum monasterium perturbare, vel ea quæ ibi a jam dictis fundatoribus, vel ab aliis fidelibus oblata sunt, vel in futurum offerri contigerit, sub cujuslibet causæ, occasionisve specie, minuere, vel auferre, sive suis usibus applicare, sed sine inquietudine in sustentatione ejusdem monasterii, et usibus abbatum et monachorum sub regula sancti Patris Benedicti ibi Deo militantium volumus ea et præcipimus possideri: ea videlicet A conditione, ut nullus successorum nostrorum pontificum in hac sancta sede, cui auctore Deo servimus, unquam vel usquam quiddam ex eisdem rebus cuiquam beneficiare, commutare, aut sub censu quolibet concedere per futura tempora patiatur, sed censum tantummodo in testamento traditionis a fundatoribus qui ex eodem monasterio hanc sanctam hæredem Romanam fecerunt Ecclesiam, etiam delegatum, unam videlicet libram argenti annis singulis successores nostri accipientes, per paternitatis suffragium eidem monasterio sollicitudine pastorali vigilanter contra omnes infestantes impendere studeant. Item constituimus, ut obeunte abbate prædicti monasterii, non alius ibi quacumque obreptionis astutia ordinetur, nisi B quem consensus monachorum secundum timorem Dei, et institutionem regulæ sancti Benedicti elegerit, et hujus apostolicæ sedis pontifex prævIderit ordinandum, aut suggestione monachorum consenserit ordinatum.

Hoc quoque capitulo præsenti subjungimus, ut locum avaritiæ secludamus, nullum de regibus, nullum de episcopis, vel sacerdotibus, vel de quibuscunque fidelibus, per se, suppositamve personam, de ordinatione ejusdem abbatis, vel clericorum, aut presbyterorum, vel de largitione chrismatis, aut consecratione basilicæ, vel de quibuscunque causis ad idem monasterium pertinentibus, audere in qualibet specie exenii loco quidquam accipere, neque eumdem abbatem pro C ordinatione sua aliquid dare præsumere, ne hac occasione, ea quæ a fidelibus pio loco offeruntur consumantur. Neque episcopus civitatis ipsius parochiæ nisi ab abbate ipsius monasterii invitatus, ibidem publicas missas agat, neque stationes in eodem cœnobio indicat, ne servorum Dei quies quoquomodo populari conventu perturbari valeat, neque paratas, aut mansionaticos exinde præsumat exigere. Susceptionem autem fidelium et religiosorum virorum atque beneficentiam, quam jubet apostolus cunctis exhibendam pro possibilitate loci et facultatum, non modo ibidem fieri [non] denegamus, verum etiam suademus: sed et modus in numero congregationis ideo conservetur, ut nec pluralitas penuriam, nec pausitas inhabitantium destitutionem loci inducere valeat. Privi- D legium quoque a prædecessore nostro piæ memoriæ papa Nicolao eidem monasterio collatum nostra auctoritate confirmamus, excepto duntaxat quod ipse sub nomine ancillarum Dei quæ ibidem pro crebris infestationibus sæculi nunc ordinabiliter manere nequeunt, illud delegavit: nos vero aptioris utilitatis gratia sub habitu monachorum esse congruenter decernimus. Si quis vero regum, episcoporum, sacerdotum, abbatum, judicum, comitum, aut sæcularium personarum, contra hanc nostræ institutionis paginam venire tentaverit, percussus apostolico anathemate, potestatis honorisve sui dignitate careat, reumque se coram divino judicio cognoscat, et nisi ea quæ a se male acta sunt defleverit, a sacratissimo corpore Domini nostri Jesu

Christi alienus fiat, atque æterno examini districtæ ultionis subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis recipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Scriptum per manum Andreæ scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Januario, indictione 6.

Datum vero VI Idus Januarii per manum Gregorii Deo amabilis sacellarii sanctæ sedis apostolicæ, anno 3, Deo propitio, pontificatus domini nostri Joannis summi pontificis et universalis papæ XI, in sacratissima sede beatorum apostolorum.

IV.

JOANNIS XI EPISTOLA AD CLERUM ET POPULUM AUGUSTODUNENSEM.

(Anno 933).

*Ecclesiæ Augustodunensi asserit jus episcopum libere eligendi.*

[Apud Baluz., *Capitul.* tom. II, p. 1495].

Joannes episcopus, servus servorum Dei, omnibus filiis sanctæ Æduensis Ecclesiæ et per vos successoribus vestris in perpetuum.

Auditum est nostris apostolicis auribus et crebro intimatum frequenter Ecclesiis Galliarum contra decreta canonum in electione suorum episcoporum violentiam inferre. Quod nos, cui Ecclesiarum omnium cura commissa est quamvis indignis, visceraliter condolentes, ab universis Ecclesiis hanc insertam violentiam auctoritate Dei et beati Petri recidere cupientes, præcipuæ vobis, sanctæ videlicet Æduensi Ecclesiæ, hujus nostri decreti privilegium scribere sancivimus, reges Francorum primum observatores orantes ; in quo decernimus et regulariter ordinamus ut deinceps nemo regum vel principum vel aliqua persona vobis superponere vel ordinare aut successoribus vestris præsumat nisi ex filiis ipsius Ecclesiæ secundum scripta canonum, quem clerus elegerit et populus proclamaverit, si in ea dignus reperiri potuerit. Quod si in ea, quod forte accidere non credimus, inventus non fuerit, unanimi eorum consilio tam cleri quam populi de aliis dignissimus expetatur. Vestrum denique honorem, quem de seniore adepti fueritis, de vestris domibus et de vestris canoniis et de communi causa fratrum et de omni proprietate vestra in hæredibus legitimis statuendis et eligendis ex ipsa domo nostra apostolica auctoritate licentiam vobis concedimus ordinandi absque alicujus controversia impedimenti. Si quis vero magnus vel parvus contra hoc nostrum decretum et concessivam largitionem in aliquo surgere nostramque apostolicam auctoritatem violare vel infirmare præsumpserit, sciat se anathematis vinculo sanctæ Trinitatis invocatione et beati Petri apostoli potestate ac nostra auctoritate æternaliter cum inimicis Dei et ejus contradictoribus usque ad satisfactionem profligatum ac in perpetuum damnatum. Conservatores autem hujus nostri decreti pax et gaudium et benedictio a largitore omnium bonorum Deo consequantur et vitam æternam habere mereantur.

Scriptum per manus Theodori scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Martii et indictione sexta. Datum. . . . . Bene valete.

V.

(708) JOANNIS XI PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO S. MARIÆ ET S. MARTINI PICTAVIENSI.

(Anno 931-36).

[Apud D. Bouquet, *Recueil des historiens*].

In nomine Dei Patris, ego Joannes papa notificamus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, quod frater noster Frotherius episcopus, missis legatoribus suis ad nos, [precatus est] ut scriptum privilegium monasterii sui, quod est constructum foris muros Pictavis civitate super fluvium Clini, firmare ac roborare dignaremur. Quod nos, permittente Deo, benevolentiæ ejus libenter adimplevimus. Est autem istud cœnobium dedicatum in honore sanctæ Dei genitricis virginis Mariæ, necnon et S. Martini. Volumus autem ut ab hodierna die locus ipse sit tutus ab omni adversitate, et monachi, qui in eodem loco permanserint, alacriter et sine ultra contradictione servitium Dei adimpleant : et ut nullus homo sit qui ullum debitum ad ipsum locum requirat, nec placitum in ipso loco faciat, et nullam subjectionem requirat, nisi tantum privatis diebus unam missam familiarem, et unum psalmum per omnes horas propter congregationem S. Petri dicant. Excommunicamus autem omnes ex parte Dei omnipotentis et sancti Petri principis apostolorum, et omnium sanctorum Dei, et omnium episcoporum, et omnium successorum nostrorum, ut quicunque hunc scriptum privilegium infregerit, de corpore et sanguine Domini [*al.* Christi] sit maledictus in perpetuum, si ad emendationem et ad satisfactionem non venerit. Et ut hoc privilegium libentissime a nobis factum firmiorem obtineat vigorem, manibus propriis firmavimus, et in verbo Dei viris religiosis et consulibus Romæ roborari fecimus.

Signum † Joannis papæ, qui hunc privilegium fieri jussit.

(708) Hæc bulla non est a suspicione remota. Jaffe.

ANNO DOMINI DCCCCXXVIII.

# SEULFUS

## RHEMENSIS ARCHIEPISCOPUS.

### *NOTITIA HISTORICA.*

(Apud Flodoardum, Historia Ecclesiæ Rhemensis, lib. IV, cap. 18).

Herivæo successit Seulfus, qui tunc Rhemensis urbis ministerio fungebatur archidiaconatus : vir tam ecclesiasticis quam sæcularibus disciplinis sufficienter instructus, quique apud Remigium Antissiodorensem magistrum in liberalibus studium dederat artibus. Quo per consensum et jussionem Roberti regis ab Abbone Suessonico cæterisque Rhemensis provinciæ præsulibus ordinato episcopo, delati sunt Odo frater quondam Herivæi archiepiscopi, et Heriveus nepos ipsius apud eumdem præsulem, quod fidelitatem quam ei promiserant minime servarent. Qua de re quia noluerunt ad reddendam venire rationem coram eodem pontifice, vel singulari certamine cum accusatoribus decernere, sublatis sibi Ecclesiæ possessionibus, quas plures ex hoc retinebant episcopio, per Heribertum comitem deducti sunt ad Robertum regem, et sub custodia usque ad mortem regis Roberti, Odo quidem penes eumdem Heribertum, Heriveus vero Parisiis detenti sunt. Fertur autem tunc ab hoc archiepiscopo, et a consiliariis suis, Heriberto comiti depactum, de electione filii sui in hac sede pro prædictorum virorum expulsione. Hic denique præsul legatos hujus Ecclesiæ Romam dirigens pro consensu papæ Joannis in ordinatione sua, pallium ab eodem sibi missum cum litteris privilegii hujus sedis suscepit.

Hic etiam synodum habuit in villa Trosleio cum episcopis Rhemensis diœceseos, ubi adfuere nonnulli quoque comites : in qua et Isaac comes ad satisfactionem venit pro his quæ prave perpetraverat adversus Ecclesiam Cameracensem, quoddam castellum Stephani præsulis ejusdem urbis dolosa comprehensum pervasione succendens. Pro quo facinore vadatus in hac synodo, centum libras argenti pacatur cum præfato episcopo, satagente Heriberto et aliis qui aderant Franciæ comitibus. Hic præsul monasterium sancti Remigii cum adjacentibus ecclesiis vel domibus muro cingens, castellum ibidem instituit, domum episcopalem cameris reparans, picturis excoluit. Fecit et calicem aureum majorem cum gemmis in honore Dei genitricis pondo decem librarum. Sed et alia quædam ecclesiæ præparavit ornamenta. Ciborium quoque super altare sanctæ Mariæ argento aggressus est operire : quod opus, morte præventus explere nequivit. Fertur autem veneno potatus a domesticis vel familiaribus Heriberti comitis vitam finivisse.

---

# CONCILIUM RHEMENSE.

### *PRÆSIDE SEULFO.*

In quo pœnitentia indicta est eis qui bello Suessionico inter Robertum et Carolum reges interfuerunt anno 923 [*al.* 924].

(Apud Labbeum, Conciliorum, tom. IX, col. 381).

Anno Dominicæ incarnationis 923, episcopatus autem domini Seulfi secundo convenientes sancti Patres, Seulfus scilicet Rhemorum archiepiscopus, Abbo Suessionicæ urbis episcopus, Adelemus Laudunensis, Stephanus Cameracensis, item Adelemus Silvanectensis, Airardus tunc inibi ordinatus Noviomagensis, cum cæterorum ejusdem Rhemensis diœceseos episcoporum legatis, decreverunt hanc pœnitentiam his qui bello Suessionis inter Robertum ac Carolum acto interfuerant injungendam : videlicet, ut tribus quadragesimis per tres annos agant pœnitentiam, ita ut prima quadragesima sint extra ecclesiam, et Cœna Domini reconcilientur. Omnibus vero his tribus quadragesimis, secunda, quarta et sexta feria, in pane, sale et aqua abstineant, aut redimant. Similiter quindecim diebus ante nativitatem sancti Joannis Baptistæ, et quindecim diebus ante nativitatem Domini Salvatoris, omni quoque sexta feria per totum annum, nisi redemerint, aut festivitas celebris ipsa die acciderit, vel eum infirmitate sive militia detentum esse contigerit.

ANNO DOMINI DCCCCXIII.

# LEO PAPA VII

## NOTITIA HISTORICA

(Apud Mansi, Conciliorum ampl. collect., tom. XVIII, pag. 375.)

Leo hujus nominis septimus pontificatum adeptus est anno Redemptoris 936, tempore Constantini et Romani imperatorum orientalium ; de quo Flodoardus in Chronico prædicto anno ista scribit : *Joanne papa fratre Alberici defuncto, Leo quidam Dei servus Romæ papa constituitur.* Hic Odonem abbatem Cluniacensem, virum sanctitate celeberrimum, vocavit Romam, ut inter Hugonem regem Italiæ, qui Romam obsidere cœperat, et Albericum Romæ principem, pacis componendæ sesquestrum ageret. Venit abbas sanctissimus, suaque intercessione apud utrumque hoc obtinuit ut Albericus filiam Hugonis conjugem acciperet, et Hugo obsidionem solveret.

Hujus tempore mortuus est Henricus rex Germaniæ, decus Christianæ religionis, qui post multas alias gentes, de quibus supra, Cuusum Daniæ regem ad Christi fidem convertit, ipsosque Danos ab hominum immolatione revocavit, regnique hæredem filium suum Othonem; pietate et fortitudine militari sibi non dissimilem, reliquit.

Eodem hoc tempore, ad afflictionem et perturbationem Ecclesiæ, Manasses Arelatensis episcopus novam addidit miseriam, quando homo ambitiosus sua sede nequaquam contentus, opera Hugonis regis Italiæ, non tantum Veronensem, Tridentinam, et Mantuanam, verum etiam Mediolanensem Ecclesiam invasit, asserens se id facere exemplo principis apostolorum, qui etiam Romanam, Antiochenam, Alexandrinam Ecclesias simul possedisset. Hæc Luitprandus, qui Dei et legum contemptorem peracri invectura perstringit. Leo cum sedisset annis tribus et sex mensibus, defunctus est (709).

# LEONIS PAPÆ VII

# EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA

### I.

PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO FULDENSI.

(Anno 926.)

*Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia, petente Hadamaro abbate, confirmat* :

[Dronke. *Cod. diplom. Fuld.*, p. 315]

Leo episcopus, servus servorum Dei, Hadamaro religioso abbati venerabilis monasterii Domini Salvatoris, et per te in eodem venerabili monasterio successoribusque tuis abbatibus in perpetuum.

Summam gerentes sollicitudinem omnium venerabilium locorum, quantum ex divino adjutorio possibilitas datur, de eorum stabilitate satagere studemus. Hoc namque studio et divina placatur clementia, et laus Ecclesiæ Christi procuratur. Nam potiori et nos fiducia pro impetranda venia delictorum æternam pietatem audemus implorare. Et ideo reverentia tua postulavit a nobis quatenus jam dictum venerabile monasterium Domini Salvatoris a sancto Bonifacio episcopo constructum loco qui vocatur Boconia erga ripam fluminis Fuldaha privilegii sedis apostolicæ munimine decoretur, ut sub jurisdictione sanctæ nostræ, cui Deo auctore deservimus, Ecclesiæ constitutum nullius alterius Ecclesiæ jurisdictionibus submit- A tatur. De qua re piis desideriis faventes hac nostra apostolica auctoritate id quod exposcitur effectui mancipamus secundum privilegii seriem quod ab antecessore nostro bonæ memoriæ Marino hujus almæ sedis præsule inibi perpetualiter factum nobis ostendere sategisti. Et ideo omnem cujuslibet ecclesiæ sacerdotem in præfato venerabili monasterio ditionem quamlibet habere auctoritatem præter sedem apostolicam, et episcopum in cujus diœcesi idem venerabile monasterium constructum esse dignoscitur, cui licentiam concedimus tantum cum opportunitas consecrandi altaris fuerit. Prohibemus ita, ut, nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum ibidem solennitatem quispiam præsumat omnino celebrare, ut B profecto juxta id quod subjectum apostolicæ sedi firmitate privilegii consistit inconcusse dotatum permaneat locisque ac rebus tam eis quas moderno tempore tenet vel possidet quam quas futuris temporibus in jure ipsius monasterii divina pietas voluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque illius personæ contradictione firmitate perpetua perfruatur. Cæterum vero hoc deliberantes decernimus ut congruis temporibus nostræ sollicitudini ecclesiasticæ intimetur, qualiter religio

(709) Nonnihil in notis temporum variat Bullarium magnum Vaticanum, quod sic habet : « Leo septimus, Italus, patria Romanus, ordinatus ante diem 9 mensis Januarii anno 936. Sedit annos III, dies X (uti conveniunt præter alios auctores quatuor a Vignolio editi catalogi), imperantibus in Oriente Constantino Porphyrogenito, in Occidente vero Othone magno Henrici filio Impp. Obiit circa diem 18 Julii anni 939, sepultusque est ad sanctum Petrum. »

monastica regulari habitu dirigatur concordiaque convenienti ecclesiastico ritu mancipetur, ne forte, quod absit, sub hujus privilegii obtentu animus gressusque rectitudinis vestræ a norma justitiæ aliquo modo retorqueatur. Et neque regi neque episcopo cuilibet vel comiti vel alii magnæ parvæque personæ licitum sit quamlibet vim inferre sive aliquam controversiam facere in rebus vel familiis ejusdem sæpedicti venerabilis monasterii. Et auctoritate nostra interdicimus ut nulla femina inibi ingredi unquam præsumat. Nemo in eodem monasterio venerabili vel in cæteris ejus locis placitum habeat. Nemo servos vel colonos ad aliquod servitium constringat illis tantum exceptis personis quibus abbas ad utilitatem suæ necessitatis assensum præbuerit. Eligendi sibi abbatem quando opus fuerit fratres inter se potestatem omnimodis habeant secundum regulam sancti Benedicti sine ullius personæ contradictione. Tibique, fili dilecte Hadamare, quia te bene eruditum et eloquentem virum esse novimus, verbum Dei prædicare auctoritate sancti Petri et concedimus et præcipimus. Igitur statuentes apostolica cura decernimus per hujus decreti nostri paginam ut quicunque cujuslibet ecclesiæ antistes vel quacunque dignitate prædita persona hanc privilegii nostri auctoritatem quam prærogativa principis apostolorum firmamus temerare præsumpserit, nisi cito resipiscat, anathema sit et iram Dei incurrens a cœtu sanctorum omnium extorris existat, et nihilominus præfati monasterii dignitas a nobis indulta perpetualiter inviolata permaneat apostolica auctoritate roborata. Qui autem custos et observator hujus nostri privilegii exstiterit, benedictionem et gratiam a Domino consequatur.

Scriptum per manus Leonis scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Maio, indictione nona. Datum III Idus Maii per manum Nicolai primicerii summæ apostolicæ sedis, anno Deo propitio pontificatus domni Leonis summi pontificis et universalis sexti papæ in sacratissima sede beati Petri apostoli primo in mense [Maio] et indictione nona.

II.

BULLA PRO COENOBIO SUBLACENSI.

(Anno 936.)

*Monasterio Sublacensi, a Saracenis vastato, bona et privilegia confirmat, petente « Alberico gloriosissimo principe atque omnium Romanorum senatore. »*

[Muratori, *Antiq. Ital.* VI, 201.]

LEO, episcopus, servus servorum Dei, dilectissimo filio LEONI presbytero et monacho atque abbati venerabilis monasterii sancti Benedicti, quod situm est in Sublaco, tuisque successoribus in perpetuum, etc.

His qui Deo devote ac sollicite die noctuque sine intermissione laudem persolvunt, renumerationem vel præmium a Deo speramus habere, quia pro illorum piis locis restauratione . . . . . . . maxime, qui sive incendio, sive de alia devastatione vel ruinæ . . . . . . pro qua beatissimi Patri nostri Benedicti cœnobii, ubi venerabilis ac dilectissimus filius noster Leo præesse videtur, ubi etiam amor magnifici viri, ac dilectissimi nostri fidelis Alberici charitatis ardore flagrat, tam ejus suggestioni, quamque et nostræ clementiæ vigilanti animo ad pristinum statum Domino protegente restaurare et in perpetum permanere curavimus. Ad hoc enim opus Deus priore nos omni esse permisit, ut qui nostro pastorali exemplo atque sollicitudine subesse noscuntur, condiscant et incunctanter intelligant quod in causis emergentibus sint acturi. Quapropter peccatis et iniquitatibus imminentibus, qui in hoc mundo accrescunt, atque ab antiqui hostis argumento pestifero volunt diversa ac multiplicia damna auferre. Et qui dum quodam tempore supradictum monasterium doctoris et confessoris Christi beati Benedicti in loco, qui Sublacus dicitur, igne consumptum, et ab Agarenis gentibus dissolidatum fuit, ubi non solum ea quæ usu sive utilitate supertulimus, concremaverunt, verum etiam et universa instrumenta chartarum, quæ in ipso venerabili monasterio tam a Romanis pontificibus, quam etiam a nonnullis Christianis hominibus ob delictorum veniam sponte fuerunt oblata, omnia periter cum subsidiis monachorum exusta sunt : quod nos inopinatum opus audivimus, satis perterruit, tamen pro mercede et remedio animæ nostræ, nostrique dilectissimi filii, videlicet Alberici gloriosissimi principis, atque omnium Romanorum senatoris, et vestræ restaurationis post damna sæpe dicti monasterii possessiones, chartulasque consumptas, etc., per hoc apostolicum privilegium, sicut a prædecessoribus nostris Nicolao et Joanne quondam pontificibus, vel aliis, etc.

Scriptum per manus Leonis scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ mense Julio, indictione IX. Bene Valete.

Datum v Idus Julias per manum Nicolai primicerii summi apostolicæ sedis, anno primo domni Leonis sexti papæ.

III.

BULLA PRO MONASTERIO CLUNIACENSI.

(Anno 937.)

*S. Odoni abbati Cluniacensi et ejus successoribus Escutiolæ curtis possessionem asserit.*

[*Bullar. Cluniac.*, 3.]

LEO episcopus, servus servorum Dei, ODONI venerabili abbati Cluniacensis monasterii, suisque successoribus in perpetuum.

Desiderium quod religioso proposito et sanctorum locorum stabilitati pertinere monstratur, sine aliqua est, Deo auctore, dilatione perficiendum. Et quoties in quibusdam ejus utilitatibus commodisve noster ascensus, et solitum apostolicæ auctoritatis exposcitur præsidium, ultro benignitatis intuitu nos convenit subvenire, et ratum pro integra securitate ex ratione solidare, ut ex hoc et ipsius venerabilis loci salus et indemnitas procuretur, et nobis quoque lucri potissimum præmium a conditore omnium Deo in sidereis arcibus præscribatur. Igitur quia postulavit a nobis tua reverentia quatenus confir-

maremus tibi tuoque monasterio curtem nomine A Escutiolam cum ecclesiis, casis, terris, campis, pratis, pascuis, silvis, salictis, arboribus pomiferis, fructiferis vel infructiferis diversi generis, puteis, fontibus, rivis aquæ perennis, ac cunctis adjacentibus suis cultis vel incultis una cum famulis masculis et feminis ibidem vel ubique residentibus, cum omnibus ad ipsam curtem generaliter et in integro pertinentibus sitam in comitatu Matisconensi vel Eduensi, quam vir bonus Gaufredus comes tam pro redemptione animæ suæ, quam parentum suorum, per chartulæ seriem donavit prædicto monasterio : nos vero inclinati tuis precibus, qui vicem apostolicam retinemus, et quibus cura est omnium Ecclesiarum commissa, maxime istius monasterii, quod juri subjectum est, ita B confirmamus sicut supradictus Gaufredus comes per chartulæ seriem supradicto monasterio donavit : ut nullus homo parvus magnusve, vel cujuscunque dignitatis audeat vel præsumat contra hoc nostrum privilegium in supradicta curte, vel in aliis rebus ad ipsam curtem pertinentibus, invasionem, vel molestiam, aut inquietudinem facere ; sed ab ista præsenti decima indictione, ipsæ res per nostram apostolicam auctoritatem secure et quiete perpetualiter in eodem monasterio permaneant. Pro quo etiam sub divini judicii obtestatione promulgantes decernimus, ut nullo ingenio aut argumento auferre audeant; potius autem jure perpetuo in eodem venerabili monasterio, ut superius affixum est, proficiant, et in potestate atque C ditione Odonis abbatis, vel omnium successorum suorum abbatum seu monachorum ibidem Deo servientium permaneant disponenda atque possidenda. Si quis autem temerario ausu contra hujus nostræ apostolicæ præceptionis seriem a nobis promulgatam venire vel agere tentaverit, sciat se domini nostri apostolorum principis Petri anathematis vinculo innodatum, et cum diabolo et ejus atrocissimis pompis, atque cum Juda traditore Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi in æternum ignem concremandum, simulque et in voraginem tartareumque chaos demersus cum impiis deficiat. Qui vero pio intuitu custodes, et obedientes, atque observantes hujus nostræ salutiferæ præceptionis exstiterint, benedictionis gratiam et cœlestis retributionis æterna gaudia a justo judice Domino Deo nostro consequi mereantur.

## IV.

### PRIVILEGIUM PRO EODEM MONASTERIO.

(Anno 937).

*S. Odoni abbati Cluniacensi et successoribus ejus Savinias curtem asserit.*

[*Bullar. Cluniac.*, 3].

Leo episcopus, servus servorum Dei, Odoni venerabili abbati Cluniacensis monasterii, suisque successoribus in perpetuum.

Desiderium quod religioso proposito et sanctorum locorum stabilitati pertinere monstratur, sine aliqua est, Deo auctore, dilatione perficiendum ; et quoties in quibusdam ejus utilitatibus commodisve noster assensus, et solitum apostolicæ auctoritatis exposcitur præsidium, ultro benignitatis intuitu nos convenit subvenire, et ratum pro integra securitate ex ratione solidare, ut ex hoc et ipsius venerabilis loci salus et indemnitas procurentur, et nobis quoque lucri potissimum præmium a conditore omnium Deo in sidereis arcibus præscribatur. Igitur quia postulavit a nobis tua reverentia quatenus confirmaremus, tibi tuoque monasterio curtem quæ vocatur Caviniæ cum casis et vineis, seu terris et silvis, campis, pratis, pascuis, salictis, arboribus pomiferis, fructiferis vel infructiferis diversi generis, puteis, fontibus, rivis aquæ perennis, ac cunctis adjacentibus suis cultis vel incultis, una cum famulis masculis et feminis ibidem, vel ubique residentibus, et cum omnibus ad suprascriptam curtem, generaliter et integro pertinentibus, sitam in comitatu Matisconensi, quam piæ memoriæ Rodulphus pro redemptione animæ suæ, atque parentum, fratrisque sui Hugonis, per præcepti paginam donavit prædicto monasterio : nos vero inclinati precibus tuis, qui vicem apostolicam retinemus, et quibus cura omnium ecclesiarum commissa est maxime istius monasterii quod juri sanctæ Romanæ atque apostolicæ ecclesiæ nobisque subjectum est, ita confirmamus, sicut per præceptum prædictus Rodulphus donavit supradicto monasterio, ut nullus homo parvus magnusve, vel cujuscunque dignitatis, audeat vel præsumat contra hoc nostrum apostolicum privilegium in supradicta curte, vel in aliis rebus ad ipsam curtem pertinentibus, aliquam invasionem, vel molestiam, aut inquietudinem facere : sed ab ista decima indictione, istæ res per nostram apostolicam auctoritatem secure et quiete perpetualiter in eodem monasterio permaneant : pro quo etiam sub divini judicii obtestatione promulgantes decernimus, ut nullo ingenio aut argumento auferre audeant ; potius autem jure perpetuo in eodem venerabili monasterio, ut superius affixum est, proficiant et in potestate atque ditione Odonis abbatis, vel omnium successorum suorum abbatum, seu monachorum ibidem Deo servientium permaneant disponenda atque possidenda. Si quis autem temerario ausu contra hujus nostræ apostolicæ præceptionis seriem a nobis promulgatam venire vel agere tentaverit, sciat se Domini nostri apostolorum principis Petri anathematis vinculo innodatum, et cum diabolo et ejus atrocissimis pompis, atque cum Juda traditore Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi in æternum ignem tartareumque chaos demersus, cum impiis deficit. Qui vero pio intuitu custodes et obedientes atque observatores hujus nostræ salutiferæ præceptionis exstiterint, benedictionis gratiam, et

cœlestis retributionis æterna gaudia a justo judice Domino Deo nostro consequi mereantur. Amen.

### V.

LEONIS VII EPISTOLA AD GERHARDUM LAUREACENSEM ARCHIEPISCOPUM.

(Anno 937).

*Pallium ad eum mittit.*

[Apud Mansi, *Conc.* t. XVIII, 376].

Leo episcopus servus servorum Dei, reverendissimo et sanctissimo confratri nostro Gerhardo sanctæ Laureacensis Ecclesiæ archiepiscopo omnibus diebus vitæ tantum tuæ exhinc amodo.

(710) Si pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, et ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant; quanto sudore, quantaque cura debeamus esse pervigiles nos, qui pastores animarum dicimur, attendamus, et susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ovium non cessemus, ne in die divini examinis pro nostra desidia ante summum pastorem negligentiæ reatus excruciet. Unde modo honoris reverentia sublimioris inter cæteros judicamus [judicamur, Hard.]. Pallium autem fraternitati tuæ ad missarum solemnia celebranda concedimus, quo tibi, non aliter Ecclesiæ tuæ privilegiis in suo statu manentibus, uti largimur, non solum in die consecrationis chrismatis, ac sanctæ et venerandæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, seu in natalibus sanctorum apostolorum atque beati Joannis Baptistæ, necnon in festivitatibus sanctæ Dei genitricis Mariæ, simulque in Domini nostri Nativitatis die, pariterque in solemnitatis Ecclesiæ tuæ die, et natalitio tuo die; verum etiam in consecratione episcoporum et presbyterorum, et quando a te synodus celebratur, si forte conventiculum illic fuerit neophytorum, qui ad fidem tua exhortatione sunt perducendi, necnon in festivitate sancti Stephani protomartyris, sanctique Laurentii, et illorum sanctorum qui corporaliter in tua requiescunt parochia, uti concedimus die, sicut a prædecessore nostro domino Gregorio hujus almæ sedis præsule sancitum est. In secretario vero tua fraternitas pallium induere debet, et ita ad missarum solemnia proficisci, et nihil tibi ausu, temeritate præsumptionis arrogare; ne, dum in exteriori habitu inordinante aliquid arripitur, ordinate etiam quæ licere poterant amittantur. Cujus quoniam indumenti honor modesta actuum vivacitate servandus est, hortamur ut et morum tuorum ornamenta conveniant, quatenus auctore Deo recte utrobique possis esse conspicuus. Itaque vita tua filiis tuis sit regula: in ipsa, si qua fortitudo illis ingesta est, dirigant in ea quod imitentur aspiciant; in ipsa se semper considerando proficiant, ut tuum post Deum videatur esse beneficium quod vixerint. Cor ergo neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque adversa dejiciant; sed quidquid illud fuerit, virtute patientiæ devincatur. Nullum apud te locum odia, nullum favor indiscretus inveniat. Benignum te sentiant boni, districtum mali cognoscant; insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat; nocentem gratia non excuset. Remissum te delinquentibus non ostendas, ne quod ultus non fueris, perpetrari permittas. Sit in te et boni pastoris dulcedo, sit et judicii severa districtio, unum scilicet quod innocenter viventes foveat, aliud quod inquietos feriendo a pravitate compescat. Sed quod nonnunquam propositorum scelus, dum districtus malorum vult vindex existere, transit in crudelitatem correctio, iram judicio refrena, et censura disciplinæ sic utere, ut et culpas ferias, et a dilectione personarum, quas corrigas, non recedas. Misericordem te, prout virtus patitur, pauperibus exhibe. Oppressis defensio tua subveniat, opprimentibus modesta correctio contradicat. Nullius faciem contra justitiam accipias, nullum quærentem justitiam despicias, custodia in te æquitatis excellat, ut nec divitem potentia sua aliquid extra viam apud vos suadeat rationis audere, nec pauperes de sua faciat humilitas desperare: quatenus Deo miserante talis possis existere qualem sacra lectio præcipit, dicens: *Oportet episcopum irreprehensibilem esse* (*I. Tim.* III). Sed his omnibus salubriter uti poteris, si magistram charitatem habueris, quam qui secutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit. Ecce, frater charissime, inter multa alia, ista sunt sacerdotii, ista pallii: quæ si studiose servaveris, quod foris accepisti intus habes. Fidem autem quam in tuis epistolis breviter assignasti, licet latius explanare debueras, Redemptori tamen nostro gratias agimus, quod eam in ipsa brevitate ratam esse cognovimus. Sancta Trinitas fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet, atque in timoris sui via nos dirigat, ut post hujus amaritudines ad æternam simul pervenire dulcedinem mereamur. Amen.

### VI.

EPISTOLA LEONIS VII AD HUGONEM FRANCORUM REGEM ET MONASTERII S. MARTINI TURONENSIS ABBATEM.

(Anno 938).

*Vetat ne in B. Martini monasterium aditus detur mulieribus.*

[Apud Mansi, *Conciliorum* tom. XVIII.]

Leo episcopus, servus servorum Dei, glorioso principi Francorum, filio nostro Hugoni videlicet abbati beatissimi Martini, et perpetuis successoribus in perpetuum.

(710) Confer epistolam Joannis XII ad Dunstanum Cantuar, archiepisc. infra suo loco. Hard.

Conditor universitatis atque dispositor Christus Dominus, per sacrosanctum suæ Incarnationis mysterium, universalem Ecclesiam sibi copulare dignatus est, diversos vero sanctos in eadem Ecclesia quasi diversa in uno corpore membra disposuit: et unumquemque, prout interno ejus consilio placuit, in ipsius Ecclesiæ corpore, cujus ipse caput fieri dignatus est, mirabiliter ordinavit: quosdam excellentius decorans, ut sicut membra in corpore quædam honestiora sunt, et suis officiis apta, ita et in Ecclesia vel excellentior, vel inferior quisque vices suas ipso auctore disponente convenienter expleat, ut scilicet, juxta apostolum, *stella* differat *a stella in claritate* (*I Cor.* xv). At vero inter eos quos divina dispensatio sublimius evexit, prædictus beatissimus Martinus Turonicæ sedis archiepiscopus non mediocriter effulget, cujus videlicet gloriam universalis Christianitas attestatur, quæ illum, divino instinctu quodam, speciali affectu communiter amat, ita ut nusquam alio post sanctorum apostolorum limina de tam longinquis et diversis nationibus confluant oratores, sicut faciunt ad ipsius venerabile sepulcrum. Nam et ipse sacer lacus ubi quiescit, in magna reverentia etiam ab antiquis diebus non solum apud vulgares, sed et apud excellentissimos reges ac principes fuit, sicut nonnulli vestrum videndo sciunt. Ut enim audivimus, nulli unquam feminæ intra ambitum monasterii, etiam sub tempore paganorum, permittebatur accessus. Cum vero necesse fuit ut propter illorum incursionem in civitate collocaretur, plangebant sui cultores, quia non valebant eum sic in tanta reverentia, ut olim, venerari, nec mulierum prohibere concursum. Ob quod etiam juxta ejus basilicam fundari murum studuistis, ut ita vel ab incendio defendi, vel in pristina honestate posset ipse locus haberi. Sed res in contrarium versa est, quia per occasionem castelli mulieribus et impudens et libera conversatio est, cum tamen hoc nil alius facit, nisi sola negligentia et tepor servitorum ejus. Siquidem venet dies judicii, et unusquisque in suo ordine insurget, et manifestum erit per quos religio sit erecta, vel per quos neglecta. Dolendum nobis est tempora jam periculosa venisse, et sic apparet charitatem apud multos refrixisse, iniquitatem vero nimium superabundasse. Verum quia sancta Ecclesia beato Petro apostolorum principi specialiter commissa est, et per eum successoribus ejus, necesse est ut quisque nostrum, prout Deo largiente potuerit, ejusdem Ecclesiæ, quousque indiget, utilitatem per aliquam auctoritatem sustentet. Et idcirco videtur nobis ut vestram negligentiam quæ est erga cultum illius loci sanctissimi, per nostrum interdictum commoneamus.

Itaque in primis observamus in Domino, ut tu abbas excellentissimus Hugo, et ipsius cœnobii præpositi, curam summopere adhibeatis, quatenus per totum veteris muri ambitum, usque ad viam quæ juxta latus basilicæ aquilonare vergit, nulla, postquam hanc epistolam videritis, femina licentiam habeat commorandi, sed nec intrandi quidem, nisi solius causa orationis. Si quis vero de ministris hoc apostolicum interdictum neglexerit, aut aliqua femina intrare præsumpserit, tandiu excommunicatus sit, quousque promissa emendatione absolvi mereatur. Sin autem, quia per audaciam et contemptionem ad hoc transgrediendum pertinax exstiterit, illum prorsus, vel illam, excommunicamus. Observantibus hæc gratia et pax Christi per suos apostolos et beati Martini preces multiplicetur.

Scriptum per manum Theodori notarii et scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Januario, et indictione undecima, Ludovico Francorum rege (711).

## VII.

LEONIS VII PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO CLUNIACENSI.

*Petente Odone abbate confirmat Cluniacense cœnobium cum omnibus rebus ad ipsum pertinentibus liberum ab omni dominatu cujuslibet personæ, prohibetque ne unquam ulli, aut canonico, aut laico, aut etiam abbati monacho, nisi regulariter viventi commendetur. Libertatem quoque electionis ipsius abbatis asserit.*

Leo episcopus, servus servorum Dei, Odoni religioso abbati Cluniacensis cœnobii in honore summorum apostolorum Petri et Pauli consecrati, quod a Guillelmo Aquitanorum duce constructum est, et per te tuis successoribus in perpetuum.

Sicut pietati fidelium patet, universalis Ecclesiæ cura beato Petro specialiter commissa est, et per ipsum successoribus ejus. Quapropter nostro moderamini convenit, ut nos, qui Deo auctore sanctæ sedi Romanæ præsidemus, quibuslibet fidelibus secundum religionem viventibus vel conversantibus pia benevolentia subveniret, ubi forte nostrum suffragium indigent vel expetunt, certatim satagamus. Et idcirco prædictum Cluniacense cœnobium, primo quidem pro amore beatorum apostolorum quibus consecratum est, ac pro religione quæ ibidem tenetur, deinde etiam pro dilectione filiorum nostrorum, videlicet regum Hugonis atque filii ipsius Lotharii, qui locum ipsum, ut audivimus, multum fovent, sublimare atque solidare per nostram apostolicam auctoritatem decrevimus. Itaque, sicut in privilegiis prædecessoris nostri Joannis papæ continetur prædictum cœnobium ab omni dominatu cujuslibet personæ, omnesque res ad ipsum pertinentes, quas nunc vel monachi tenent, vel juste acquisituri sunt, liberum et absolutum esse præcipimus; Romanæ tantum sedi, sicut in testamento bonæ memoriæ Guillelmi continetur, ita sit subjectum, ut nunquam aut canonico, aut laico, aut etiam abbati monacho nisi regulariter viventi commendetur. Villas vero quas ibidem piæ memoriæ Rodulphus rex contulit ob hoc ad prædictum cœnobium ex

(711) Verba *Ludovico Francorum rege* haud dubie aliena sunt.

toto confirmanus : quia licet, ut fertur, ad Lugdunensem vel Matisconensem ecclesiam pertinuerint, non est tamen aliquis tam longævæ ætatis, qui unquam in prædictis ecclesiis vestituram de illis villis ullam habere vidisset. Et quia præstitutum legale tempus ad recuperandas hujusmodi querelas pertransiit, omnis repetitio conquiescat. Cæterum de ordinando abbate et de immunitate rerum ipsius cœnobii, sicut in jam dictis privilegiis continetur, sit perpetualiter observatum. Si vero illa prædia, quæ prædicti reges filii nostri eidem loco contulerunt, vel aliquid aliud de rebus, aut de cœnobio quod vocatur Carilocus, quod noster antecessor per auctoritatem privilegii ad ipsum Cluniacum dedit, aliquid usurpare aut retinere præsumpserit, hunc excommunicamus. Cæterum cunctos qui adjutores ipsius cœnobii vel fraternitatis in bono fuerint, hos quantum potestas nobis a Deo per beatum Petrum collata est, sicut sanctæ Ecclesiæ fideles a suis peccatis præteritis, si se emendare voluerint, absolvimus, et illos qui contrarii quolibet modo exstiterint, sub anathematis vinculo, ut jam dictum est, nisi resipuerint, usque in diem Domini obligamus. Pax et gratia Christi observantibus multiplicetur.

Scriptum per manus Leonis notarii et scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Januario, indictione XI. Capellam autem Petronnano, quæ contraria est ecclesiæ beati Petri de Lango, sicut actum est in concilio episcoporum apud Cabilonem, funditus excommunicamus, et omnibus sacerdotibus præcipimus ex Dei et S. Petri auctoritate, vel nostra, ut nullus in ea divinum officium agere præsumat.

VIII.

LEONIS VII PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO S. BENEDICTI FLORIACENSI.

(Anno 938.)

*Monasterii S. Benedicti Floriacensis disciplinam, ab Odone abbate et Hugone, duce Francorum, restitutam, et possessiones et privilegia confirmat.*

[Apud Mabill. *Acta SS. ord. S. Bened.*, V. 907.]

Leo episcopus, servus servorum Dei, Odoni religioso abbati venerabilis monasterii sancti Benedicti, qui et Floriacensis, in quo ipse requiescit in corpore, ac per te in eodem monasterio venerabili, tuisque successoribus in perpetuum.

Convenit apostolico moderamini pia religione pollentibus benigna compassione succurrere, et poscentium animis alacri devotione assensum impertiri. Ex hoc enim lucri potissimum præmium apud conditorem omnium Deum obtinere confidimus, dum venerabilia loca nostro fuerint adminiculo reparata. Et in hoc debemus omne studium habere : ut quia nostris peccatis exigentibus rerum ordo nimis turbatus est, illum, inquantum Deo largiente possumus, sustentare curemus. Inde ergo valde gavisi sumus, quia prædictum cœnobium beatissimi Benedicti, qui est Pater et dux monachorum, reflorescere ad normam monasticæ religionis audimus. Nam cum ille monasticus ordo nimium ubique

A sit imminutus, spes nobis inest, quia si in illo cœnobio, quod ~~est quasi caput~~ ac principium, observantia religiosa refloruerit, cætera circumquaque posita, quasi membra convalescant. Ut enim ait Apostolus, *gaudente uno membro reliqua membra congaudent ;* sic econtra omne caput languidum, et omne cor mœrens... *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas...* Ut ergo... conversationis... sicut certa verissimaque relatione comperimus, quod filius noster Odo venerabilis abbas in hoc monasterio, et venerabilis vir Hugo, videlicet dux Francorum, ibidem nuper stabilierunt, alacrius et securius in regulari disciplina proficiat; omnimodis loco illi favere ac suffragari nostra apostolica ammonitione ac auctoritate providere decrevimus. B Itaque per illam auctoritatem et potestatem, quam Christus Dominus noster in beato Petro apostolorum principe rectoribus sancta Ecclesiæ concessit, per ejus quoque apostolicæ nostræ auctoritatis [decretum] constituimus atque ordinamus, ut nunquam locus ille, aut res quælibet ad ipsum pertinentes, sub alicujus potestate, nisi tantum regi submittatur ; neque ipse rex, vel aliquis princeps, unquam ipsum locum tradat aut episcopo, aut canonico, vel alicui abbati, sive laico homini, aut cuilibet personæ ad dominandum : sed sicut prædictus Pater Benedictus constituit, talem post discessum supradicti abbatis Odonis monachi habeant, qualem omnis congregatio, vel minima pars saniori consilio secundum Deum elegerint, C sive de ipsa congregatione, sive de alia qualibet monastica fraternitate fuerit. Si autem (quod absit) talem personam eligere maluerint, qui vel per munus, vel per cupiditatem inanis gloriæ præesse voluerit ; hoc per nomen Domini et sanctæ genitricis ejus, in cujus honore locus ipse dedicatus est, necnon et beati Petri omnium Ecclesiarum principis, omnimodis prohibemus. Et quicunque vel de ipsis monachis, vel de quolibet ordine qualiscunque persona, aut in ordinando abbate, aut in læsione rerum, sive in detrahenda vel impedienda conversatione, quam novelli fratres tenere visi sint, contrarius exstiterit, hunc sub anathematis vinculo innodamus, donec humiliatus resipiscat. Villas vero quas in opus fratrum per testamenti auctoritatem ab antiquis constat esse decre- D tas, id est ipsam vallem totam, et Caput-Cervium, et Everam, et Arminicurtem, et Diacum, atque Toriacum, et Sarmaciola, vel quod apud Stampas habere videtur, et Vinolium, sive cætera quæcunque in prædicto testamento continentur, ita sibi communiter fratres habeant, ut nec ipse abbas, nec aliqua persona in potestate alterius quidquam dirigere possit. In ordinando autem abbate tam rex, quam episcopi, vel boni principes, vel laici, hanc potestatem juxta beati Benediti præceptum habeant, ut pravorum non permittant prævalere consensum : sed talem constituant, qui secundum regulam, et religiosas prædictorum Patrum consuetudines præesse studeat. Quia vero jam dictus ordo nimis pene ubique erat

prævaricatus, et nonnulli fratres in quibusdam cœnobiis ingemiscunt, quod nec ipsi absque proprietate conservari, vel alios habere volentes emendare non possunt, visum nobis est ut hanc licentiam tribuamus, quod eis qui voluerint studio meliorandæ vitæ ad ipsum ducem monachorum confugere, a suis abbatibus non negetur : sed tandiu liceat illis permanere juxta consuetudinem, quam invenerint apud fratres prædicti cœnobii, quousque in suis monasteriis ordo regularis florere videatur. Econtra permittimus, ut si alicui de..... onerosa fuerit, ut suo potius detrimento...... discedat, ut non alios inquietet. Cæterum immunitas..... auctoritatis nostræ constituta sic illibata in omnibus locis, [ut nulla] potestatis persona familiam distringere, aut res ipsas usurpare, aut inquietare præsumat. Verum ut hæc omnia firmius teneantur, quicunque adjutores ipsius cœnobii fraternitatis in bono fuerint, hos, quantum nobis potestas a Deo per beatum Petrum collata est, sicut sanctæ Ecclesiæ fideles, si emendare voluerint, absolvimus ; illos vero qui contrarii quolibet modo exstiterint, sub anathematis vinculo, ut jam dictum est, nisi resipuerint, usque in diem Domini obligamus. Pax et gratia Christi observantibus multiplicetur.

Scriptum per manum Theodori notarii et subdiaconi S. R. E. in mense Januario, indictione XI. Bene valete. Datum V Idus Januaii per manum Nicolai primicerii summæ apostolicæ sedis, anno Deo propitio pontificatus domini nostri Leonis pontificis et universalis VII papæ in sacratissima sede beati Petri apostoli III, in mense et indictione suprascriptis.

## IX.

LEONIS VII EPISTOLA AD GUIDONEM LUGDUNENSEM, TUTELONEM TURONENSEM, etc.

(Anno 938.)

*Miserabilem Ecclesiæ statum deflet ; de regulari disciplina in monasterium Floriacense ab Odone abbate reducta.*

[Apud Mabill. *ubi supra.*]

Leo episcopus, servus servorum Dei, fratribus et filiis, videlicet archiepiscopis, atque eorum suffraganeis, Guidoni Ecclesiæ Lugdunensis, Tuteloni Turonensis, Geruncо Bituricensis, Gerlauno Senonensis, Artaldo Rhemensis atque successoribus eorum in perpetuum.

Sicut vestra fides et pietas non ignorat, intantum Christus Dominus noster sanctam Ecclesiam dilexit, ut eam proprio sanguine compararet, quam et cæteris quidem apostolis et eorum successoribus commendavit. Sed maxime per ipsorum principes beatissimum Petrum et Paulum hanc disponere decrevit : quorum successores tam in hac sancta sede, quam ubique terrarum, quicunque ex fide vixerit, eamdem quisque in suo tempore juxta apostolicæ instiutionis formam regere studerunt. Sed, ut considerantibus palam est, in his nostris diebus tempora periculosa venerunt, et frigescente charitate nimium superabundat iniquitas : ita ut rerum ordo totus pene turbatus sit, et nullus jam locus religioni restare videatur. Nos vero (quod nimis dolendum est) nec ex adverso ascendere, nec impietatem reprimere certamus : sed quidquid aliud est quod religioni adversatur, clausis mentalibus oculis negligenter transilimus. Porro, quamvis inertes et desidiosi, nostram negligentiam minime pertimescamus, ignorare tamen non possumus, quod de nostra villicatione Deo rationem reddituri sumus. Quapropter, charissimi, nitamur, quantum per divinam gratiam possumus, ut a custodienda religione vel piis actibus ex toto vacui non inveniamur. Ut autem ad rem veniamus ob cujus occasionem ista dicere cœpimus, intimatum est nobis, etiam et certa verissimaque relatione comperimus, quod filius noster Odo venerabilis abbas ex monasterio admodum reverendo, vocabulo Floriaco, quod est in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ et sancti Petri constructum, ubi requiescit egregius Pater domnus noster beatissimus Benedictus, decus videlicet gemmaque monachorum, regularem conversationem ex traditione suorum prædecessorum tenere aliquatenus cum suis fratribus inibi Deo servientibus videatur. Hunc ergo ordinem in prædicto loco, Deo favente, aliquatenus, ut audivimus .... *Sic desinit Floriacense exemplum, quod utinam integrum haberemus.*

## X.

PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO SUBLACENSI.

*Leoni, monasterii S. Benedicti Sublacensis abbati, et ejus successoribus, « interventu sui dilecti spiritualis filii Alberici, gloriosi principis et senatoris, » monasterium S. Erasmi in Cœlio monte regendum tradit.*

[Cocquel. I, 246.]

Leo episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Leoni monacho presbytero, atque abbati venerabilis monasterii sancti Benedicti apud Sublacum, sanctæque tuæ congregationi, successoribusque tuis ejusdem monasterii in perpetuum.

Creditæ speculationis cura impellimur, necnon Christianæ religionis ardore pro studio divini cultus permovemur, pro venerabilium locorum stabilitate, atque Deo servientium securitate anxios esse, ut hoc proveniente pio labore animo Christo dicatæ, quæ se illi diebus et noctibus servire decreverunt, imperturbate perseverent, necnon illæ permaneant firmæ, quæ a Christianis in Dei laudem constructæ sunt. Quia igitur monasterium sancti Christi martyris Erasmi quod in hac civitate Romana in Cælio monte constructum est, omnino jam elapso tempore congregatione servorum Dei nudatum esse constat, et solitudine, nullo in eo aut præposito, aut monacho habitante prævidimus interventu nostri dilecti spiritualis filii Alberici gloriosi principis, et senatoris prædictum monasterium sancti Erasmi vobis committere, et eidem vestro monasterio Sublacensi sociare pro refugio, et utilitate congregationis fratrum in eodem venerabili loco laudes Domino Deo

nostro exsolventium. Decernimus in perpetuum, ne, quod absit, a persecutione paganorum, vel ab iniquis hominibus supradictum monasterium sancti Benedicti destruatur; ideo jam dictum monasterium sancti Erasmi cum cellis, domibus aliisque ædificiis, parietibus suis, in circuitu ejus, una cum hortis, terris, sementalibus, olivetis, arboribus fructiferis et omnibus suis pertinentiis, sitis Romæ in regione secunda, ante venerabilem sancti Christi protomartyris Stephani ecclesiam in prædicto Cælio monte, inter hos affines. A primo latere est curtis Gregorii integra, et via publica, et domuncula Petri Joannis, et demuncula plurium hominum, aliorumque ædificiorum cum crypta, et terra sementaria, vulgo appellata Centum Scutorum: a secundo latere terra sementaria Leonis religiosi presbyteri, et via publica, quæ ducit ad decennias: tertio latere terra sementaria hæredum Adriani, quondam de Balneo Neapolitano, et hortum vineatum Sergiæ nobilis feminæ: a quarto latere est domuncula oratorii sanctorum Cosmæ et Damiani: e via publica pars confinium monasterii sancti Erasmi cum omnibus ad se pertinentibus, tam intus, quam extra, et circa se, seu ubicunque posita fuerat una cum casali, quod appellatur Quintum, omnibusque suis pertinentiis in integrum a præsenti undecima indictione vobis, vestrisque successoribus ejusdem monasterii abbatibus concedimus et confirmamus in perpetuum cum timore Dei regendum, et detinendum ad usum, et utilitatem prædicti monasterii Sublacensis. Pro quo sub divini judicii obtestatione promulgantes decernimus, ut nulli unquam nostrorum successorum pontificum, aut cujuscunque dignitatis persona, aut conditionis sit, audeat a vestra jurisdictione auferre, aut aliquam læsionem inferre, quovis ingenio, seu argumento, quin potius in jurisdictione vestri monasterii stabiliter possidenda permaneant. Si quis autem id præsumpserit, sciat se anathematis vinculo innodatum, atque a regno Dei alienum, nisi resipuerit, et cum diabolo, ejusque atrocissimis pœnis, et cum Juda traditore Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi æterno igne comburendum, et in voraginem, tartareumque chaos demergendum cum impiis se sciat. Qui vero pio intuitu custodes, et obedientes observatores hujus nostræ salutiferæ præceptionis exstiterint, benedictionis gratiam et cœlestis retributionis mercedem a justo judice promereantur.

Scriptum per manum Leonis sanctæ Romanæ Ecclesiæ scriniarii in mense Ferbruario, suprascripta indictione undecima. Bene valete. Datum quinto Idus Ferbruarii per manum Nicolai primicerii pontificatus anno tertio.

## XI.

LEONIS VII EPISTOLA AD WIDONEM LUGDUNENSEM, TEOTOLONEM TURONENSEM, etc.

(Anno 938.)

*Illis monasterium S. Mariæ et S. Petri Rivipullense commendat, cujus bona qui invaserit, eum anathematizari jubet.*

[Apud Marcam, in Append. ad *Marcam Hisp.*, p. 851.]

Leo episcopus, servus servorum Dei, dilectissimis fratribus et filiis, videlicet archiepiscopis et episcopis atque eorum successoribus, Widoni Ecclesiæ Lugdunensis, Teotoloni Turonensis, Gerunconi Biturigensis, Gerlauno Senonensis, Artaldo Rhemensis, Aimerico Narbonensis, Riculfo Elenensis, Godmaro Gerundensis, Willarano Barchinonensis, Wadamiro Ausonensis, Wisado Urgellensis, atque eorum successoribus in perpetuum.

Sicut vestra pietas non ignorat, intantum Christus Dominus noster Ecclesiam dilexit, ut eam proprio sanguine compararet: quam et cæteris quidem apostolis et eorum successoribus commendavit, sed maxime per ipsorum principes beatissimum Petrum et Paulum hanc disponere decrevit: quorum successores tam in hac sede quam ubique per orbem terrarum, quicunque ex fide vixerunt, eamdem quisque suo tempore juxta apostolicæ institutionis formam, regere studere. Sed, ut considerantibus palam est, in his nostris diebus tempora periculosa venerunt, et frigescente charitate, fit ut nullus jam locus religioni restare videatur. Nos vero, quod nimis dolendum, nec ex adverso ascendere, nec impietatem reprimere certamus; sed quidquid illud est quod religioni adversatur, clausis mentalibus oculis negligenter transilimus. Porro quamvis inertes et desidiosi nostram negligentiam minime pertimescamus, ignorare tamen non possumus quod de nostra villicatione Deo rationem reddituri sumus. Quapropter, charissimi, nitamur, quantum per divinam gratiam possumus, ut a custodia religionis vel piis actibus ex toto vacui non inveniamur. Ut autem ad rem veniamus, ob cujus occasionem ista dicere cœpimus, intimatum est nobis et jam certa verissimaque relatione comperimus quod filius noster Arnulfus venerabilis abbas in monasterio admodum reverendo vocabuli Riopollensis, quod est constructum inter duo flumina Tezer et Freber in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ et sancti Petri, ubi beatissimi Benedicti domni nostri videtur ordo servari, qui est decus gemmaque monachorum, cujus regularem traditionem auctoritate prædecessorum suorum tenere aliquatenus cum suis fratribus inibi Deo militantibus videtur. Hunc ergo ordinem in prædicto loco Deo annuente aliquatenus, ut audivimus, reflorescentem toto nisu in his, quæ ad nos pertinent, refovere decrevimus. Et idcirco hanc apostolicæ auctoritatis epistolam vice apostolorum principis beati Petri, quam tenere, ac si indigni, cernimur, vestræ benignitati pro eodem filio nostro Arnulfo abbate et ejus successoribus et ejusdem monachis dirigimus, obsecrantes et præcipientes ut, sicut de vestra communi obedientia necnon sollicitudine confidimus, in his quæ ad curam pastoralem pertinent, non negligatis subvenire illorum necessi-

tatibus. Ubicunque autem hæc unanimis fraternitas in Dei servitio, isdemque locus jam Deo favente tam in religione quam etiam in prædiis et in villis spatiatus est et excrevit, similiter et circum adhærentia seu procul posita loca sanctorum omnipotenti Domino servientium cum sancta religione, statuimus ut, si quis violentus et rapax inquietare, aut ipsas res diripere, villasque cum omnibus adjacentiis suis sive appenditiis suis et omnibus quæ ad ipsius sancti monasterii Riopullensis monachos et ejusdem sanctæ congregationis regulariter viventes pertinent, infringere tentaverit vel præsumpserit, præcipimus episcopo Guadamiro sedis Ausonensis, in cujus diœcesi ipsum situm est monasterium, vel omnibus successoribus ejus, ut mea vice per exemplar hujus paginæ, quisquis ille fuerit, nostra commonitione conveniatis et si potestis emendate et corrigite. Et si quidem emendaverit, gratiam et communionem intra sanctæ matris Ecclesiæ gremium ei permittimus. At si rebellis et improbus mea vestraque commonitione peccata emendare noluerit, vice beati Petri præcipimus quatenus illum furem et violatorem sanctæ Dei Ecclesiæ omnes supra nominati archiepiscopi et episcopi cum vestris successoribus sub anathematis vinculo innodate [innodetis], sitque pars ejus cum Datan et Abiron, quos et terra pro illorum vivos absorbuit superbia. *Fiantque filii ejus orphani et uxor ejus vidua, parvuli [nutantes] transferantur filii ejus. et mendicent, et ejiciantur de habitaculis suis; scrutetur fenerator omnem substantiam ejus, et diripiant alieni labores ejus : non sit illi adjutor, nec sit qui misereatur pupillis ejus* (*Psal.* CVIII, 9). Et iterum : Omnis qui dixerit : *Hæreditate possideamus sanctuarium Dei* : *Deus meus, pone illos ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit silvam, et sicut flamma comburens montes, ita* persequatur illos Deus, et adimpleat *facies eorum ignominia*, ita ut *erubescant et conturbentur et confundantur et pereant* (*Psal.* LXXXII, 13). Sintque maledictiones illæ super eum, quas Dominus super filios Israel, si eum audire contempsrint, per beatum Moysen promulgavit. Sitque maledictus in civitate, maledictus in agro, maledictum cellarium ejus, maledictus fructus ventris ejus, et maledictus fructus terræ illius, maledicta armenta bovum ejus, et greges ejus ovium, maledictus egrediens et regrediens. Disperdat illum Dominus de terra velociter. Percutiat illum Dominus fame et siti, egestate, febri et frigore donec pereat. Tradat illum corruentem ante hostes ejus : sitque cadaver ejus in escam cunctis volatilibus cœli et bestiis terræ. Percutiat illum Dominus ulcere pessimo scabie quoque et prurigine, amentia et cæcitate ac furore mentis ; et palpet in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris. Et sicut Dominus beato Petro ejusque successoribus, quorum vicem, quamvis indigni, tenemus, potestatem dedit ut quodcunque ligarent super terram, ligatum esset in cœlis, et quodcunque solverent super terram, solutum esset in cœlis ; ita illis, si emendare noluerint, cœlum claudimus, terram ad sepeliendum negamus ; et demergatur in profundum inferni, solvatque ibi quod gessit usque ad novissimum quadrantem. Hanc sane epistolam non solis episcopis, sed etiam abbatibus vicinis aut longe remotis, qui sub hac norma regulariter degunt, quam Dominus per beatum sanxit Benedictum, dirigimus, ut nobiscum hujus excommunicationis stringant nodum : Quatenus si paucorum episcoporum excommunicationem contemnendam stultus ille putaverit, saltem multorum consensu ejus impietas frangatur, et membra, quæ pro invicem sollicita fuerint, quietius atque robustius in Christi corpore teneantur. Sane istam, per quam vobis loquimur, epistolam sigillo apostolicæ dignitatis atque auctoritatis insignimus, et tam in cœnobio beatæ virginis Mariæ quam in reliquis sanctorum locis perpetuo conservandam tradimus. Valete in amorem Jesu Christi Domini nostri. Amen.

## XII.

### PRIVILEGIUM LEONIS VII PRO MONASTERIO CLUNIACENSI.

(Anno 936-39 )

*S. Odoni, abbati Cluniacensi, ejusque successoribus Saviniacum et Ambariacum curtes asserit, petente « Hugone glorioso rege una cum filio suo rege Lothario. »*

[*Bullar. Cluniac.*, 2].

LEO episcopus, servus servorum Dei, domino ODONI venerabili abbati Cluniacensis monasterii suisque successoribus in perpetuum.

Desiderium, quod religioso proposito, et sanctorum locorum stabilitati pertinere monstratur, sine aliqua est, Deo auctore, dilatione perficiendum, et quoties in quibusdam ejus utilitatibus noster assensus et solitum apostolicæ auctoritatis exposcitur præsidium, ultro benignitatis intuitu nos convenis subvenire, et ratum pro integra securitate ex ratione solidare ; ut ex hoc et ipsius venerabilis loci salus et indemnitas procuretur, et nobis quoque lucri potissimum præmium a conditore omnium Deo in sidereis arcibus præscribatur. Igitur quia noster dilectus filius Hugo gloriosus rex, una cum filio suo rege Lothario deprecatus est nostrum apostolatum, quatenus confirmassemus per nostrum apostolicum privilegium donum de duabus curtibus nomine Saviniaco et Ambariaco, quas ipse Hugo rex præcepti sui pagina dedit supradicto venerabili monasterio, quod in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli ædificatum est, tam pro salute animæ suæ parentumque suorum cum ecclesiis, terris, vineis, domibus, campis, pratis, pascuis, silvis, salictis, arboribus pomiferis et fructiferis diversi generis, vel infructiferis, puteis, fontibus, rivis aquæ perennis, ædificiis, adjunctis adjacentibusque suis cultis vel incultis, una cum familiis masculis et feminis ibidem vel ubique residentibus, et cum omnibus ad supra scriptas curtes generaliter et in integro pertinentibus, exceptis tribus personis, quas prædictus rex in suo præcepto sibi retinuit, sitas in

comitatu Lugdunensi. Nos vero inclinati precibus eorum, qui vicem apostolicam retinemus, quibusque cura omnium ecclesiarum commissa est, maxime istius monasterii, quod juri sanctæ Romanæ atque apostolicæ Ecclesiæ nobisque subjectum est, ita confirmamus ea omnia, sicut per præceptum prædictus filius noster donavit supradicto monasterio, ut nullus homo parvus magnusve, vel cujuscunque dignitatis audeat vel præsumat contra hujus nostri apostolici privilegii auctoritatem ipsa invadere vel rapere, sed secure et quiete perpetualiter in eodem monasterio permaneant. Pro quo etiam sub divini judicii obtestatione promulgantes decernimus, ut nullo ingenio aut argumento auferre audeant, potius autem jure perpetuo in eodem venerabili monasterio, ut superius affixum est, afficiant, et in potestate atque ditione Odonis abbatis, vel omnium successorum suorum abbatum, seu monachorum ibidem Deo servientium permaneant disponenda ac possidenda. Si quis autem temerario ausu contra hujus nostræ apostolicæ præceptionis seriem pie a nobis promulgatam venire vel agere tentaverit, sciat se domini nostri apostolorum principis Petri anathematis vinculo innodatum, et cum diabolo et ejus atrocissimis pompis, atque cum Juda traditore Domini Dei et Salvatoris Jesu Christi in æternum ignem concremandum simulque et in voraginem tartareumque chaos demersus cum impiis deficiat. Qui vero pio intuitu custodes et obedientes atque observatores nostræ salutiferæ præceptionis exstiterint, benedictionis gratia et cœlestis retributionis æterna gaudia a justo judice Domino Deo nostro consequi mereantur.

XIII.

EPISTOLA LEONIS VII AD ADALDAGUM HAMBURGENSEM EPISCOPUM.

(Anno 937-39)

*Illi pallium mittit.*

[Apud Lappenberg, *Hamburg. Urkund.*, p. 42.]

Leo, episcopus et servus servorum Dei reverentissimo et sanctissimo Adaldado sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ episcopo, quæ sita est ultra fluvium qui vocatur Albia, diebus vitæ tuæ tantummodo.

Si pastores ovium, etc., *ut in bulla Nicolai I et Stephani V pro eadem Ecclesia, usque ab* assumptione sanctæ Dei genitricis Mariæ... *Reliqua desunt in autographo.*

XIV.

EPISTOLA LEONIS VII AD FRIDURICUM MOGUNTINUM ARCHIEPISCOPUM.

(Anno 937-39).

*Friduricum prodit « suum vicarium et missum in cunctis regionibus totius Germaniæ. » Permittit ut Judæos, nisi Christianam fidem suscipiant,* civitatibus *expellat*; *invitos vero baptizari vetat.*

[Apud Wurdtwein, *Epistolæ S. Bonifacii*, 373.]

Leo episcopus, servus servorum Dei, reverentissimo et sanctissimo confratri nostro Fridurico sanctæ Moguntiensis Ecclesiæ archiepiscopo.

A Diebus vitæ tuæ tantum.... Fraternitatis amore constringimur ei apostolicæ sedis moderamine convenimur : ut consultis fratrum, prout Dominus dederit, respondeamus, eosque apostolicæ sedis auctoritate instruamus : et quia dilectio vestra exigit apostolicæ sedis consulta, quæ vobis denegare nec debemus, nec possumus, eo quod et prædecessores nostros multarum regionum episcopis hoc egisse liquet, quod et nos, qui in eadem sede, Domino largiente, collati sumus, agere debere fraterna charitas compellit. Unde hanc sanctam catholicam et apostolicam, caput omnium Ecclesiarum, Romanam scilicet Ecclesiam, quæ semper sanctorum Patrum sincerissimas auctoritates in omnibus suis actibus sequitur nostramque B apostolicam sedem consulere voluistis, procul dubio quæ agenda vobis sunt, irretractabiliter mandare curamus. Igitur quia in vestris litteris nostrum apostolatum expetere voluistis, quatenus nostra auctoritate vicarius et missus nostræ apostolicæ sedis totius Germaniæ vos concedamus esse; et quod asseritis, quia prisci Moguntinæ sedis metropolitani a nostra apostolica sede ex auctoritate beatissimi Petri apostolorum principis vicarii et missi apostolici totius Germaniæ fieri meruerunt: scitote nos diligenter in scrinio sanctæ Ecclesiæ nostræ privilegiorum schedas, quæ a prædecessoribus nostris duobus, videlicet Gregorii, Zachariæ et Stephani, ut asseritis, Bonifacio vestræ sedis antistiti apostolica roboratione esse concessa, sub diligenti cura et vehementi sollicitudine vive est... ri percepimus, et unam schedam cum illa auctoritate tantum potuimus invenire. Unde quia totis præcordiis et humili supplicatione efflagitatis, ut nostra apostolica auctoritate præceptum et licentiam vobis nostra concedat clementia, quatenus vice nostra sceleratos et pravæ vitæ homines habeatis potestatem corripere, et ad viam veritatis vestris exhortationibus revocare : concedimus vobis vice nostra licentiam, eo quod vos hinc sanctæ sedi subjectionem et omnem fidelitatem exhibere promittitis, ex auctoritate beati Petri apostolorum principis damus vobis potestatem, ut sitis noster vicarius et missus in cunctis regionibus totius Germaniæ. Ut ubicunque episcopos, presbyteros, diaconos vel monachos contra canonum et D constituta sanctorum Patrum, sive contra ecclesiasticam regulam excessisse reperietis, apostolica auctoritate juxta canonum et instituta sanctorum Patrum illos corrigere et ad viam veritatis reducere non omittatis. De Judæis autem unde vestra fraternitas nostram conquæsivit auctoritatem, utrum melius sit eos sacræ subjugare religioni, an de civitatibus vestris expellere : hoc vobis præceptum mandamus, ut fidem sanctæ Trinitatis, mysterium Dominicæ incarnationis cum omni sagacitate et prudenti consilio Dei cum reverentia illis prædicare non desistatis, et si credere et baptizari toto corde voluerint, immensis laudibus omnipotenti Domino referimus gratias; si autem credere noluerint, de civitatibus vestris cum nostra auctoritate illos ex-

pellite, qui non debemus cum inimicis Domini societatem habere, dicente Apostolo : *Quæ enim communicatio luci ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli?* Per virtutem autem et sine illorum voluntate atque petitione nolite eos baptizare, quia scriptum est : *Nolite sanctum dare canibus, et nolite mittere margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis.* Cæterum fidem sanctæ Trinitatis, quam Judæis et gentibus prædicatis, quam et ad sanctam Romanam Ecclesiam, matrem videlicet vestram, approbandam misistis, ita integram illibatamque creditis et tenetis, sicut apostoli eorumque successores nobis tradiderunt, et sancta Romana Ecclesia omnibus ubique gentibus prædicat.

## XV.

### LEONIS VII EPISTOLA AD GALLOS ET GERMANOS

(Anno 937-39).

*Multa quæ ad disciplinam spectant emendari jubet*

[Apud Mansi, XVIII, 378].

Leo episcopus, servus servorum Dei, regibus, ducibus, episcopis, abbatibus, comitibus, pari etiam modo Egilolpho Juvanensis, Isingrimo Ratisponensis, Lantberto Frisingensis, Wisundo Sebonensis Ecclesiæ venerabilibus episcopis, et cæteris per Galliam, Germaniam, Bawariam, Alemanniam commorantibus.

Si instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis apostolis tradita, integra vellent servare Domini sacerdotes, nulla diversitas in ipsis ordinibus et consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque, non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel Ecclesiis, aut teneri aut celebrari videntur. Hac de re fit scandalum populis, dum multa in vestra provincia contra canones ecclesiasticos decretaque majorum usurpare videntur : quæ quidem possent facile resecari, si episcopi in his non viderentur auctores, qui sæcularibus intenti, humanum favorem captantes, religionem violant, ordinesque corrumpunt. Nos siquidem divinis præceptis et apostolicis incitamur monitis, ut pro omnium Ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu. Idcirco fraternitati vestræ cognitum facimus, quod Gerardus sanctæ Lauriacensis Ecclesiæ archiepiscopus, causa orationis ad limina veniens apostolorum, nostram apostolicam præsentiam visitare, et benedictionis gratiam a nobis percipere sollicite studuit, multa quæ reprehensione digna sunt nostris auribus lacrymosis vocibus intimavit, tota cordis intentione a nostra apostolica auctoritate de his quæ contra canonum regulam et decreta majorum in vestris geruntur provinciis quærens concilium. Scitis enim quod ab ipso domino beato Petro principi apostolorum (ejusque vicariis) omnium Ecclesiarum cura commissa est, Veritatis voce dicente : *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* (*Matth.* XXVI) ; cui etiam proprias oves commendavit, dicens : *Si diligis me, pasce oves meas* (*Joan.* XXI). Et idcirco pro universis Ecclesiis sollicitudinem gerimus, et veluti in specula positi, quid per totius orbis provincias geratur, vigilanti cura insistimus. De quibus ergo apostolicam sedem consuluit, et qualia nos ei responsa dedimus, per hos nostros apices vobis intimare curamus. Ejus namque interrogatio seriatim talis erat.

De auguratoribus, et incantatricibus, et maleficis vario modo mortificatis a populo, si aliqua pœnitentia debeat exigi. De talibus namque personis, quid Veteris ac novi Testamenti pagina censeat, manifestum est. In lege namque Mosaica scriptum est : *Maleficos non patieris vivere* (*Exod.* XXII). Similiter in Samuelis libro legitur, quia exterminavit Saul omnes Pythonissas de terra , et alia quæ enumerare longum est. Sed nos etiam tales nostris exhortationibus ad pœnitentiam trahere debemus, ut magis ecclesiastico judicio pœnitendo vivant, quam gladio vindice puniantur, dicente beato Paulo apostolo : *Non enim posuit nos Deus* ad *iram, sed in acquisitionem salutis* (*I Thess.* V). Quod si ecclesiastica judicia spreverint, humanis subjaceant legibus. Meminisse enim debent a Deo potestates fuisse concessas, et ad vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministrum fuisse datum in hujusmodi vindictam. Et dum in talibus improbis legum exercetur auctoritas, dicente beato Innocentio, erit dictator immunis.

Consultum est etiam utrum episcopi *Pax vobis*, an *Dominus vobiscum*, pronuntiare debeant. Sed non aliter per omnem vestram provinciam tenendum est, quam in sancta Romana Ecclesia. In Dominicis enim diebus, et in præcipuis festivitatibus, atque sanctorum natalitiis, *Gloria in excelsis Deo*, et *Pax vobis* pronuntiamus. In diebus vero Quadragesimæ, et in Quatuor Temporibus, sive in Vigiliis sanctorum, et in reliquis jejuniorum diebus, *Dominus vobiscum* tantummodo dicimus.

Post hæc consuluit si Dominica oratio in benedictione ciborum debeat usitari, quod fieri non oportet, quia in sanctificatione corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi hanc solummodo orationem sancti apostoli decantabant, et in Evangelio legitur quia post cœnam a Domino factam hymno dicto exierunt in montem Olivarum.

Post hæc interrogavit de eo qui matrem et filiam spirituales in conjugio ducit, quod ne fiat, sacri canones per omnia vetant. In canonibus Zachariæ ita habetur : Ut presbytera, diacona, monacha, vel etiam spirituali commatre, aut spirituali filia nullus utatur. Nam qui hujusmodi opus perpetravit, sciat se anathematis vinculo innodatum, et Dei judicio condemnatum, atque a sacro corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi alienum ; et quicunque sacerdotum ejus communicare præsumpserit, eorum judicio condemnatus, sacerdotii sui honore privetur.

Dehinc intulit lamentabile et nimis lugendum, ut Domini sacerdotes publice ducant uxores, etsi filii

eorum valeant promoveri. Quod scelus, quia omnis sacra Scriptura contradicit, quia sanctum et venerandum Nicænum concilium vetat ne sacerdotes cum feminis habitare præsumant, multo magis ne copulari vel sociari mulieribus debeant, juxta sacros canones modis omnibus prohibemus. In Neocæsariensi namque concilio ita habetur (*Can.* I) : « Presbyter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Et qui in tali scelere fuerint reperti, nostra apostolica auctoritate ab omni priventur honore. » Filii vero eorum immunes ab eorum peccato sunt, dicente propheta : *Filius non portabit iniquitatem patris* (*Ezech.* XVIII), et in sacro baptismate omnia dimittuntur peccata.

Dehinc perquisivit si a chorepiscopo ecclesiæ debeant consecrari, aut presbyteri ordinari, vel consignatio chrismatis et manus impositio fieri. Quæ omnia a chorepiscopis ne fiant interdicimus juxta canonum decreta. In concilio Antiocheno, capite decimo, sic habetur : « Qui in vicis et possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint, tamen sanctæ synodo placuit ut modum proprium recognoscant, et gubernent subjectas sibi ecclesias, ordinent etiam lectores et subdiaconos atque exorcistas : quibus promotiones istæ sufficiant, nec presbyterum, nec diaconum audeant ordinare. Si quis autem transgredi statuta tentaverit, depositus, quo utebatur honore privetur. »

Perquisivit etiam si vir et mulier tertio vel quarto gradu consanguinitatis conjuncti, et inscii, conjugio copulantur, postea Dei respectu compuncti, ostendunt se sacerdoti secrete confitentes peccata sua, utrum valeant eleemosynarum largitione ac bonorum operum exhibitione purgari. De talibus enim personis in Veteri et Novo Testamento multa reperiuntur exempla, maxime in conciliis Gregorii et Zachariæ, in quibus hæc continentur, ut conso- A brinam, novercam, neptem, fratris uxorem, nurum, vel etiam de propria cognatione, aut quam cognatus habuit, nullus conjugio præsumat sibi copulare. Si quis vero hoc nefario conjugio convenerit, et in eo permanserit, sciat se auctoritate apostolica anathematis vinculo innodatum, et nullus sacerdos ei tribuat communionem ; et si inclinatus divisusque fuerit ab illicita copula, pœnitentiæ submittatur, ut sacerdos loci consideravit.

De vastatoribus autem ecclesiarum unde inquisivit, nihil aliud scribimus, nisi quod Paulus apostolus ad Timotheum scribens ait : *Argue, increpa obsecra* cum *omni* imperio (*II Tim.* IV).

His vero omnibus prælibatis, fraternitatem vestram monemus, per hanc nostram apostolicam B jussionem, ut huic Gerardo archiepiscopo, cui vicem nostram in cunctis finibus vestris commisimus, in omnibus quæ ad ecclesiasticum ordinem pertinent, obedientes et adjutores sitis, quatenus in una concordia persistentes, ut ecclesiastica jura et christianitatis religio in vestris partibus, quæ paganorum incursione et malorum Christianorum persecutione corrupta et depravata esse videntur, Domino largiente, et beato Petro apostolorum principe cooperante, ac rectitudinis normam valeant reformari, et vos in futuro examine securi possitis audire vocem Domini, dicentis : *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam : intra in gaudium Domini tui* (*Matth.* XXV).

C Præter hæc Eberardo duci Bavariorum nostra auctoritate injungimus ut præfato Gerardo archiepiscopo in omnibus auxilium præstet, ut suæ Ecclesiæ status et rectitudo ac proprius vigor ad integrum culmen et priscum decorem suo juvamine valeat pervenire, si Dei indulgentia, et sancti Petri etiam, suorum delictorum a nobis vult accipere remissionem.

ANNO DOMINI DCCCCXLII.

# STEPHANUS PAPA VIII, *al.* IX.

## NOTITIA HISTORICA.

(Apud Cocquelines, Bullarum, Privileg. Rom. pont. ampl. Collect.)

Stephanus octavus, aliis nonus, quem natione Germanum fuisse plurique omnes scribunt, Leoni VII statim subrogatus, ordinatur mense Julio anno 939 (exstant enim in quarto Vignolii catologo hæc : *Hujus tempore, scilicet anno Dominicæ incarnationis* 939, obscuratus est sol ab hora secunda usque ad horam tertiam mense Julii, die 19, indictione XII). Sedit itaque in pontificatu annos III, menses IV, dies XV. Quare Stephanum obiisse dicendum est die 2 vel 3 mensis Decembris, anno 942. Corpus ejus in basilica principis apostolorum tumulatum est.

# STEPHANI PAPÆ VIII

# EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA.

I.

STEPHANI VIII PRIVILEGIUM PRO MONASTERIO TOLLENSI.

(Anno 939).

*Monasterium Tollense in diœcesi Placentina sub protectione sedis apostolicæ recipitur et soli abbati subjectum omnino declaratur.*

[Cocquelines, *Bullar. pont. Rom. ampl. Collect.*].

Stephanus episcopus, servus servorum Dei, Ariberto reverendo abbati Tollensis cœnobii, quod beatus Tobias construxisse videtur in honorem Domini Salvatoris, et B. Petri apostolorum principi, quoad per te..... tuisque in perpetuum successoribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Quamvis piorum Patrum exemplo doceamur, ut omnibus ecclesiis per totum orbem terrarum diffusis, Christi amore, qui eas nostri officii subesse voluit ministerio, prodesse debeamus, tamen hæc nos ad subveniendum cogit necessitas, quod quædam nostra monasteria in honorem Domini Salvatoris, vel B. Petri apostoli consistentia, quorumdam negligentia principum in sæcularium hominum dominium injuste olim delapsa sunt, et a quibusdam episcopis contra præcedentium nostrorum præsulum decreta, leges et jura, ipsorum omnimodo jure violata, quapropter, sicuti nobis expostulas, Ariberte venerabilis abba, per hoc apostolicæ auctoritatis privilegium tam supra præfatum Tollense cœnobium, quam omnes res ad ipsum undique pertinentes, ut justum est, omnium marchionum, comitum, seu sæcularium hominum, episcoporumque potestate remota, sub tuo, dum advixeris, et postmodum successorum tuorum vel monachorum jure perenniter deinceps consistere decernimus, ut nihil omnino de his quæ a nostris prædecessoribus, vel Italici regni regibus concessum est, ullo modo qualibet occasione, vel alicujus scriptionis titulo in rebus vel in ipsius loci libertate omnino imminuatur; interdicentes pro sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritate episcopia, scilicet Ticinensis, Placentinæ, Parmensis, atque Regiensis Ecclesiarum, in quarum diœcesi monasterium vel res ipsæ videntur consistere, aliisque omnibus tam vicinis quam procul constitutis, ut nullatenus aliquid, quasi proprio jure inde præsumat accipere, neque baptismales Ecclesias vel decimas earum, quas ante tenuistis, sibi vindicare.

Ecclesiarum consecrationes, aut quidquid ad sacra ministeria pertinet, a quocunque episcopo, quem tu vel successores tui postulare volueritis.... pro incolumitate nostra ac excellentissimi imperatoris et totius Ecclesiæ, Dominum deprecari non cessetis. Si vero, quod non optamus, monachi in ipso monasterio constituti, tepidi in Dei amore, aut prævaricatores vestræ regulæ conspicientur existere, a te tuisque successoribus instituimus corrigendos. Si autem tu tuique successores in alicujus malæ opinionis piaculo deprehensi fueritis, apud sedem apostolicam, sub cujus ditione cœnobium vestrum consistit, decernimus audiendos atque legaliter corrigendos. Quod si fortasse quisquam hoc nostræ auctoritatis præceptum, legum, vel antiquorum nostrorum præsulum decreta minuere vel immutare præsumpserit, omnimodo frustretur; primum quidem sui ordinis gradu privetur, atque anathematis ultione multetur, partem cum Juda traditore in fine extremi examinis habeat, et per auctoritatem quam B. Petrus in cœlo et in terra ligandi atque solvendi meruit, potestate sit et participatione corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi, et a nostro consortio, nisi resipuerit..... quatenus et statuta hæc perpetua possint definitione manere, et temeratores præsentis decreti de sua temeritate pœnis multiplicibus subjacere.

Scriptum per manus Petri archiscriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Octobris, indictione decima tertia.

II.

STEPHANI VIII PRIVILEGIUM PRO PARTHENONE S. MARIÆ BUXERIENSI.

(Anno 941).

*Monasterii Buxeriensis, a Gauslino, abbate Tullensi, conditi, privilegia et possessiones confirmat.*

[Apud D. Calmet, *Histoire de Lorraine*, Preuves col. 350].

Stephanus episcopus, servus servorum Dei, dilectissimæ filiæ Rothildæ abbatissæ ex monasterio sanctæ Dei genitricis Mariæ, quod est situm in episcopio Leuchorum, in monte qui est super villam quæ dicitur Buxerias.

Quia omnipotens Deus peculiariter decrevit coadunare et adunare et ordinare Ecclesiam suam per gloriosissimos apostolorum principes Petrum et Paulum, oportet ut omnes posteri eorum quibus eadem sollicitudo imposita est, ubicunque opportunitas exigit, munimentum apostolicæ auctoritatis impendamus, quod nos licet indigni tanto officio, tamen solliciti de omnium fidelium salute, pro viribus implere desideramus, quatenus cum ad rationem reddendam venerimus, judicem securi videamus.

Cognoscentes igitur per venerabilem abbatem Archembaldum, cum quanto studio dulcissimus frater noster Gauzlinus Leuchorum episcopus, Ecclesiam suam in omni ordine religionis fundare et exaltare laborat, maternis visceribus gratulamur, et ut prospere proficiat, Domini clementiam exoramus. Unde sicut ipse postulavit, libentissime ex auctoritate sancti Petri apostoli et nostra decrevimus corroborandum quidquid ipse post se de suis monasteriis observandum censuit. Quapropter committimus tibi, filia Rothildis, tuisque successoribus, puellarum locum, quem ipse præfatus charissimus frater noster episcopus totum construxit, cum officinis congruentibus, in proclivio montis super villa quæ dicitur Buxerias, dicatum in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ, et eleemosynam omnium Christianorum, ad tuendum et regendum et gubernandum secundum regulam sancti Benedicti, et institutiones sanctorum Patrum, quatenus religiose conversando lucrum animarum Deo ibi acquiratis, et debitas horas die noctuque persolvatis. Ut autem hoc hilari mente perficiatis, concedimus vobis cum consensu omnium fidelium sanctæ Romanæ sedis, quidquid idem episcopus dedit, id est, ecclesiam S. Martini cum omni integritate, et quidquid in ipsa villa sanctus Stephanus habere noscitur. Ecclesiam quoque de Sasiriaco cum omnibus appenditiis, et alodium Hersendis. Concedimus quoque vobis ecclesiam quam Berhardus primicerius in Giruni villa in comitatu Bedensi super fluvium Mosam, prædicto contulit loco, et quidquid ad ea pertinet, et vineam quamdam quam idem dedit in monte Barrisno, in comitatu Tullensi; quidquid etiam ab ipso episcopo datum est in locis aliis, vel dandum est quolibet modo ab aliis eidem loco, absque ulla contradictione perenniter possideatis. Obsecramus denique gloriosam pietatem prædicti pontificis, ut quia nescit quod futurum est post eum, ne refrigeretur a miseratione illius loci. Contestamur etiam per ineffabilem charitatem omnes....... comites, abbates, et omnes patriæ illius cives, tam præsentes quam futuros, ut eumdem locum pro Dei amore sustineant, et suis donationibus augeant et hanc nostram institutionem semper illibatam custodiant; cunctos vero de qualicunque ordine vel gradu qualiscunque persona sit qui contra hoc apostolicæ institutionis privilegium venire tentaverit, aut monasterium oppresserit per præsentiam suam, vel res earum læserit, aut quiescere non permiserit, usque in diem judicii excommunicamus; et quicunque adjutores extiterint, hos, quantum apostolica potestas indulserit, absolutos esse decernimus. Per singulos autem annos pontifici Leuchorum in missa Purificationis sanctæ Mariæ cereus duarum librarum persolvatur. Ut autem interim inviolabiliter custodiantur quæ in hoc privilegio scripta sunt, sigillo nostro subterfirmare jussimus. Bene valete.

Scriptum per manum Stephani scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Decembri, indictione quinta decima. Datum per manum Nicolai primicerii apostolicæ sedis in nomine Domini nostri Jesu Christi, anno Deo propitio pontificatus Domini nostri Stephani summi pontificis, et universalis papæ in sacratissima sede beati Petri apostolorum primi in mense Decembri, indictione quinta decima.

# INDEX

## AD LIBROS REGINONIS DE ECCLESIASTICIS DISCIPLINIS

Hujus voluminis col. 185-483.

*Revocatur Lector ad numeros crassiori charactere textui intermistos.*

A

Abbates in episcoporum potestate consistant, 396 *et seq.* Abbatum institutio et depositio in potestate principum, 524.

Abbatia quæ per se electionem habet, 410.

Abbatissa de monasterio non egrediatur nisi cum consensu episcopi aut regia jussione, 274.

Abbatis-Villæ vetus consuetudo circa matrimonia, 586, 657.

Absens nemo judicetur, 326.

Absida, 134, 570.

Absolutæ ordinationes vetitæ, 176 *et seq.*

Absolutio peccatoris, 137, 148. Absolutionum olim varia genera, 571. Veteres formulæ, 654.

Accusare qui possint, 443. Accusatio quo ordine facienda, 390, 392 *et seq.*

Accusatores fratrum excommunicandi, 338.

Accolæ 23.

Acupictile 171.

Adalbero episcopus Metensis, 527.

Adalwinus Juvavensis archiepiscopus 416, 595.

Ademarus vicecomes Scalarum, 557, 628.

Admonitio synodalis antiqua, 531, *et seq.* 537, 602, 607, 611.

Ado archiepiscopus Viennensis, 596.

Adramita sacramenta, 331.

Adrisphach, 173, 573.

Adruinus presbyter, 198.

Adulter uxorem habere non potest eam quam prius polluit per adulterium 300 *et seq.* Adulterorum pœnitentiæ, 248 *et seqq.* 142. Adulteria incesta, 311. Adulteria prohibita, 468. Adulteria viduarum, 434 *et seqq.* 394.

Adulterii, incestus, et fornicationis crimina, 207 *et seq.* Adulterium facit vidua quæ post castitatis professionem nubit, 404. Adulterium in utroque sexu Christiana religio pari ratione condemnat, 264. Adulterium qui accusare possint, 266 *et seqq.*

Advenæ qui a Normannis vel a Britannis aufugerunt, 370 *et seq.*

Africani canones omnes non exstant, 595.

Agano episcopus Augustodunensis, 575, 641.

Agape non facienda in ecclesia, 52. Agape pauperum, 370.

Agathosa, 48.
Agenda defunctorum, 29, 541.
Agri dominicati, 49. Agri ecclesiastici immunes a pensitatione tributorum, 545.
Alba in usus quotidianos, 27, 603. Alba semper induti olim erant presbyteri, 538.
Albericus cardinalis Apostolorum ad vincula, 632.
Albertus cardinalis sanctæ Sabinæ *Ibid.*
Aldebertus hæreticus, 594.
Alienationes bonorum ecclesiasticorum vetitæ, 160 *et seq.*, 166, 432.
Altare portatile, 562. Altaria ambigua de eonsecratione consecrentur, et superflua destruantur, 43. Altaria mundissimis linteis cooperiantur, 53. Altaria non sint pervia canibus, 44. Altaris sacramenta a jejunis celebrentur, 95. Altarium indumenta, 22.
Altfridus episcopus Hildesheimensis, 600.
Altheus episcopus Augustodunensis, 622.
Amalricus Turonensis archiepiscopus, 392.
Ambitio vetita pro episcopatu acquirendo, 401 *et seq.*
Ambo, 43, 181, 186.
Ampullæ duæ in cœna Domini, 59.
Anastasius archiepiscopus Senonensis, 638.
Anastasius Bibliothecarius, 599.
Adathema est æternæ mortis damnatio, 327. Anathematis conclusio. 361.
Ancilla vestiaria et genecia, 568. Ancilla per zelum occisa, 473.
Anglorum gens nuper ad fidem conversa, 395.
Anniversarius dies, 107. Anniversarius dies defuncti, 25, 107, 653.
Annona, id est frumentum, 49. Non recondatur in ecclesia, 51.
Annulus, id est sigillum, 196.
Antiphonaria, 22, 697.
Apostolicæ sedis auctoritate major nulla est, 255.
Apostolicorum canonum duplex olim editio, 555.
Aqua benedicta, 24, 71, 106, 135, 604, 609, 612.
Aqua pura non debet offerri in eucharistia, 55. Aqua vino miscenda in sacrificio, 27. Aquæ ferventis aut frigidæ judicium, 225, 326, 593.
Arbores dæmonibus consecratæ, 342. *Vide* Vota. Arborum vel fontium auguria, 591.
Archambaldus vicecomes Combornensis, 561.
Archidiaconi, 47. Archidiaconus, minister episcopi, 530. Archidiaconus parochias visitat cum episcopo, 203.
Archipresbyter, minister episcopi, 530. 657. Archipresbyteri ecclesiarum. 135. Archipresbyteri repræsentare episcopo debent ordinandos, 199.
Ardosia, 562.
Aredius abbas, 539.
Arma interdicta pœnitentibus et clericis, 90 *et seq.*, 158, 287.
Armiscara, 118, 566.
Arnulfus rex Germaniæ, 527.
Aruspices non consulendi, 143.
Athanasii episcopi sermo de Fide, 29, 606, 610 614.
Atrium, 80. Atrium ecclesiæ, 226, 228, 559 *et seq.* Sit sepe munitum, 23. In eo plebs non cantet, neque choros mulierum ducat, 17.
Auctoritas, id est præceptum, diploma, 181 *et seq.*, 388.
Audientes 223, 229.
Auguria vetita, 171. Auguriis et incantationibus nemo serviat, 341 *et seq.*
Augustidunum, 642.
Augustinus Anglorum episcopus, 288, 394, 557.
Augustinus cardinalis sanctorum quatuor Coronatorum, 652.
Augustinus contra hæreses, 627.
Aurelius episcopus Carthaginensis, 405.
Avaritiæ malum, 618.
Aves non nidificent in ecclesia, 22.

B

Balduinus archiepiscopus Cantuariensis, 525.
Bannire, 175, 576.
Bannum episcopi aut presbyteri, 214, 324. 308.
Bannus dominicus, 49, 118, 370 *et seq.*, 546, 587. Bannus regius. 45, 225 *et seq.* 284, 315, 317, 332, 393.
Baptismales ecclesiæ, 50.
Baptismatis traditionem fidei pietas imitatur, 421.
Baptismus in Paschate et Pentecoste tantum, 126, 128. Baptismus quo tempore celebrandus, 604. Baptismus tribuatur absque pretio, 23, 78, 81.
Baptizandi ordo, 29, 33. Baptizandum in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, 126. Baptizandum non est indifferenter, 26. Baptizandus nomen suum dare debet, 391.
Baptizare indifferenter, 538. Baptizare potest diaconus absente episcopo et presbytero, 127.
Baptizati ab hæreticis non possunt esse episcopi, 401.
Barbam et capillos nutrire debent hi qui pœnitentiam gerunt, 498.
Basilicæ martyrum, 123. Basilicæ sint in potestate episcoporum, 37.
Bastiniacus, 315, 588.
Bathuricus episcopus Ratisbonensis, 563.
Battere linum, 171.
Bedæ Pœnitentiale. 30.
Beliniacus, 641, 643.
Bellum an esse possit absque peccato, 532 *et seq.* Bellum publicum 474.
Benedictio conjugum, 268. Benedictio episcopalis, 353.
Beneficium, 35, 45, 47, 221, 260. Pro feudo, 49, 546, 644.
Berbices, 171.
Bernardus abbas Tutelensis, 635.
Bernardus cardinalis sancti Chrysogoni, 652.
Bernardus comes Barcinonensis, 564.
Bibere in honore animæ defuncti, 25, 537. Bibere in amore sanctorum, 108, 537. Bibere nemo cogatur, 85, 562.
Biberes, 109, 565, 576.
Bigami non ordinandi, 399, 401.
Bona ecclesiarum sunt patrimonia pauperum, 318. Bonorum ecclesiasticorum venditiones, alienationes, et commutationes vetitæ, 160 *et seq.*
Bonvaria, 23, 536.
Breviaria notarii non deberent accentibus, 540
Britanni, 370.
Brivensis vicaria, 629.
Bubulci. *Vide* Porcarii.
Bullare, 197.
Burchardi hallucinationes aliquot deteguntur, 576, 681 *et seq.*, 592.

C

Cadurcensis comitatus, 630.
Cædis mandatores puniantur ut homicidæ, 244.
Cælibatus clericorum, 64 *et seq.*, 492 *et seq.*
Cain pœna, 478.
Calays, 653.
Calcaria vetita in celebratione missæ, 608.
Calceamentis clerici decorem non quærant, 158.
Calix Domini omnimodis ex argento fiat, 56 *et seq.* Non tradendus laicis vel feminis, 101. Calix Dominicus vino et aqua permistus, 56. Calix et patena, 22. Non dentur in vadium, 24, 62. Calicem femina non tangat, 25. Calix olim traditus laicis in communione, 552. Calix vitreus et ligneus, 57, 550, 603, 608, 612.
Calumnia, id est, lis, 645, 649.
Calumniatores excommunicentur, 337 *et seq.*
Camerata ecclesia, 21.
Camfwic, 584.
Camisa ad Textum et Missalem 623.
Campioni victo propter perjurium dextera manus amputetur, 337.
Campus, 241, 337, 584.
Canones ignorare nulli sacerdotum licet, 531. Canones Orientalium Patrum, 594.
Canonica auctoritas cum lege Romana concordat, 245. Canonicæ litteræ 193, *et seq.*, 196. Canonis præfatio, 28. Canonum apostolicorum duplex olim editio, 555. Canonum statuta custodienda, 30.
Cantica turpia, 215.
Cantus nocturnus atque diur-

nus, 29.
Canum discursus, 83.
Capellæ regiæ datæ laicis, 120.
Capitale, 565.
Capitula de majoribus et minoribus vitiis, 104 Capitula synodalia, 542.
Capitularia, 48, 410. Capitularium librorum editiones perturbatæ, 581, 583, 593.
Capitulum monacharum, 274.
Capsæ reliquiarum, 22, 53.
Captivorum redemptio, 378 *et seq.*
Carceribus inclusi rei visitentur a præposito ecclesiæ diebus Dominicis, 390.
Carmina diabolica super mortuos, 27, 145, 174, 252, 272, 605. Super panem, 210.
Carnem comedens non est condemnandus, 387. Carnis usus interdictus pœnitentibus, 125, 187. Carnis resurrectio, 103, 140.
Caro læta non ad culpam trahit, 381. Caro per deneradas, 372.
Carolus Calvus in synodo Suessionensi, 392.
Carraria opera quæ fieri licet in die Dominico, 170.
Castitatis præmium bonum, 404.
Castimoniæ professio, 398.
Castoreati proceres, 643.
Casuistarum mollis humanitas damnata, 136.
Casus reservati papæ, 655.
Catalogus sacerdotalis, 97.
Catechumeni, 75. Quomodo faciendi, 29. Catechumenorum oleum, 59.
Catena servitutis, 180.
Cathedra principalis, 542. Cathedræ honor, 35.
Catus, id est felis, 348.
Causa criminalis si imputetur episcopo, quid faciendum, 316. Causa synodalis, 205, 579. Causæ criminales judicari non debent a viris ecclesiasticis, 234. Causæ ecclesiasticæ ubi finiendæ, 337. Causæ minores et leviores, 204. Causæ non dividendæ, 329. Causæ quæ præoccupatæ fuerint a judice ecclesiastico non deducantur ad judicium sæculare, 254 *et seq.* Causam judicatam repetere nemo præsumat, 256.
Cellam presbyter habeat juxta ecclesiam, 23.
Censura disciplinæ temperanda, 289.
Census synodalis, 624.
Centissa, 634.
Cerarii, 22, 535.
Cersorum moles, 535.
Cervisia mellita, 217 *et seq.*, 223.
Cervulo aut regula facere, 145.
Charta libertatis, 28, 605.
Choreæ mulierum, 131.
Chorepiscopi cur constituti, 542.
Chorus ecclesiæ, 406.
Chrisma accipiendum ab episcopo, 531. Qui petere debeant ab episcopo, 81, 553. Gratis tribuendum, 59, 81. Chrisma bibere, 145. Chrisma non potest fundi pœnitentibus, 75. Chrisma semper sub sera sit, 58, 605, 610, 614. Chrismate infirmi ungi possunt ab episcopis, 75. Chrismate unguntur soli reges et sacerdotes, 553.
Christi mensa, 53. Christi incarnatio, 103. Christo populus adunatur quando in calice vino aqua miscetur, 56. Christus cum percuteretur non repercussit, 91.
Christiani in ecclesia sua missam audiant, 653. Christianorum fides, 34.
Cilicium, ecclesiæ vestimentum, 570.
Circumcisio vetita civibus Romanis, 245.
Claves ecclesiæ, 655.
Clericalia vestimenta, 27.
Clerici ad nuptias non pergant, 26. Clerici conspirantes contra episcopos, 394. Clerici ecclesiam frequentent, 93. Clerici evitent nuptiarum convivia, 145. Clerici in mutuam cædem prorumpentes, 90. Clerici inter epulas cantantes, 87. Clerici jurantes, scurriles et maledici, 87. Clerici non sint conductores alienarum possessionum, 113. Clerici non sint percussores, 91. Clerici non utantur vestimentis laicalibus, 158. Clerici parvulorum insectatoris pœna, 309. Clerici pauperes ordinati ecclesiæ relinquant res quas comparaverunt, 110 Clerici possunt fieri monachi, 414. Clerici qua ætate professionem castimoniæ facere debent, 298. Clerici qui non ordinandi, 399, *et seq.*, 429, 539, 594, 615, 654. Clerici qui præficiuntur ptochiis, 123. Clericis arma vetita, 90 *et seq* Clericis interdicitur editus ad sanctimoniales, 273 *et seq.* Clericum alienum nemo ordinet aut suscipiat, 115, 175 *et seq*, 178, 190 *et seq.*, 197. Clericum habeat unusquisque presbyter qui ad missam respondeat, 24. Clericus de falso testimonio convictus, 338. Clericus furtum faciens honore privetur, 313. Clericus injuste pulsatus ab episcopo finitimos episcopos appellet, 357. Clericus perjurus quomodo puniendus, 333. Clericus tonsuratus qui in ecclesia legit, uxorem habere non potest, 430. Clericus transfuga fugitivus, 190 *et seq.*
Cœna Domini, 95.
Collecta presbyteri, 107.
Coloni, 439. Colonum duæ partes regnationis sequuntur, 40. Colonus aut servus, 372.
Columbæ non nidificent in ecclesia, 21.
Comes, 42. Placitum non habeat nisi jejunus, 85
Commater non ducenda uxor, 285.
Commendatitiæ litteræ, 28, 191 *et seq.*
Commissum necessarium populi, 477.
Commonitionis et communionis vocabula invicem olim permutari solita, 589.
Communicandi formulæ, 563.
Communicandum in missa, 603. Communicandum saltem omnibus diebus Dominicis, 98. Communicandum ter in anno, 26, 100, 605, 609, 613. Communicare non debemus mortuis quibus viventibus non communicavimus, 74.
Communio non tradatur laico aut feminæ ad deferendum infirmo, 23. Communio tribuenda absque pretio, 81. Communio uxoribus denegatur adulterinis, 507 Communio non est deneganda morienti, 234. Communio nemini tribuatur nisi Symbolum et orationem Dominicam memoriter sciat, 129. Communionis viaticum, 218. Communionis et commonitionis vocabula invicem olim permutari solita, 589.
Commutationes bonorum ecclesiasticorum vetitæ, 160 *et seq.*, 166 *et seq.*
Compater, 130.
Completorium insusurrare, 572.
Computare, 587.
Computum, 606, 610, 614. Computum scire debebant olim presbyteri, 541.
Computus minor, 29.
Concilium pro clero, 161, 165, 573.
Conditio servilis, ingenua, 28.
Concubina aliud, aliud uxor, 280. Concubinam habens, si uxorem non habet, a communione non repellatur, 249. Concubinam et uxorem habere simul non licet, 512. Concubina abjici potest ut uxor ducatur, 258.
Concubinaticæ luxuriæ, 311.
Concurrentes, 29.
Confessio in capite Quadragesimæ facienda, 26, 134, 313, 605, 609, 613. Confessio peccatorum, 71, 76, 138, 140. Commendatur, 570. Confessio pœnitentis, 147, 616. Confessio tempore quadragesimali facienda, 129 Confessio pœnitentium quomodo excipienda, 538.
Confirmatio diligenter peragenta ab episcopis, 32. Confirmatio parvulis tradita statim post baptismum, 551. 554.
Confitens unde interrogandus, 30.
Confratriæ et fraternitatum societates, 215. Confratriæ quas consortia vocant, 375.
Confugientes ad ecclesiam trahi non oportet, 390.
Conjugati permaneant in virginitate prima nocte nuptiarum, 268. Conjugati quomodo ordinandi, 400. Conjugati ab uxoribus abstinere debent certis temporibus, 26, 605, 609, 613. Conjugatorum separatio quomodo facienda, 429.

Conjugia legitima tria, 2 .1. Conjugia quomodo solvenda, 298 *et seq.*, 429. Conjugium carnale et spirituale, 493. Conjugium quota generatione licitum, 288 *et seqq.*, 394.
Conjurationis crimen, 373 *et seq.*
Conjuratores duodecim, 582.
Consecratio ecclesiæ, 40.
Conspirationis crimen, 373 *et seq.*
Constantiæ manumissio, 628.
Constantinus Aug. accusationes contra episcopos suscipere noluit, 427. Sepultus in vestibulo ecclesiæ Constantinopolitanæ, 560.
Consuetudines, id est tributa, 641, *et seqq.* Consuetudo ecclesiastica pro lege tenenda est, 421.
Contentiosi quomodo puniendi, 88.
Continentia requiritur in sacerdotibus, 64 *et seq.*
Convivia confratriarum qualia esse debeant, 376. Convivia in ecclesia prohibita, 51. Convivia nuptiarum evitent clerici, 155. Convivia presbyterorum qualia esse debeant, 108 *et seq.*
Cor. *Ex corde*, id est ex animi moto, 538. Vel memoriter, 26, 29, 510.
Cornu altaris, 187 *et seq.*, 198.
Corporale, 128. Sit ex mundissimo linteo, 22, 57. Ubi lavandum, 62
Corpus Domini adhibitum pro purgatione, 315 *et seq.*, 588. Corpus Domini an mittatur in secessum, 99. Corpus Domini consecratur in ecclesia, 53.
Cotiones, 242, 584.
Cotta sive cappa, 158, 572.
Crastino proficiscendum non est, 347.
Criminales causæ non debent judicari a viris ecclesiasticis, 234.
Criminati coguntur redire ad episcopum a quo aufugisse noscuntur, 193.
Criminosi ad clerum non admittantur, 187.
Crux consecrata et non consecrata, 10, 336. In cruce dabatur stare olim pro satisfactione, 149. Cruces coopertæ, 22. Crucis judicium, 303, 587.

D

Dado episcopus Virdunensis, 197.
Dæmoniaci sacra mysteria non tractent, 187.
Dæmonibus immolantium pœnitentia, 543. Dæmonum larvæ, 118. Dæmonum nocturna sacrificia, 342.
Daniel Carmelita episcopus Motensis, 615.
Debitales porci, 635.
Decani, 353. Id est archipresbyteri ecclesiarum, 135. Decani per villas constituti, 213. Decanus presbyterorum, 108.

Decaniæ, 565.
Decantare *pro* recitare, 192.
Decima de feno et vino, 48. De nutrimine, 518. Decimæ dominicæ, 120. Decimæ in potestate episcopi sint, 47. Decimæ parochianæ, 120. Decimæ et oblationes sunt stipendia pauperum, 159. Decimæ non abstrahantur de ecclesiis, 49 Decimæ novarum ecclesiarum, 41. Decimæ in quatuor portiones dividantur, 27. Decimam ad alterum pertinentem nemo recipiat, 26. Decimas qui dare neglexerint, excommunicentur, 48.
Decretum electionis omnium manibus roboratum, 391.
Defensores Ecclesiæ, 161.
Delatura injusta, *faux rapport*, 141.
Deneradæ, 372.
Deo confiteri, 616.
Detractio per odium, 426. Detractio sacerdotum ad Christum pertinet, 393.
Diabolica carmina, 174, 212. Super mortuos, 605, 609, 613. Super panem, 210.
Diabolus instigat nos ut peccemus, 570.
Diaconi qua ætate ordinandi, 186, 598 *et seq.* Diaconus, minister altaris, 102. Diaconus potest baptizare absente episcopo et presbytero, 127. Diaconus suscipere aliquando potest pœnitentem ad communionem, 138. Diaconus si fornicatus fuerit, 64.
Diana paganorum dea, 345.
Digami non ordinandi, 399, 401.
Digitum qui sibi abscidit volens, ad clerum non admittatur, 187.
Disciplina canonica, 90. Disciplinæ censura temperanda, 287. Disciplinæ ecclesiasticæ necessitas, 532. Severitas, 400. Disciplinæ usus quando introductus, 562.
Discordantès reconciliandi ante oblationem, 54, 350, 550.
Dissipare, id est dispensare, 47.
Dispensatione usus sanctus Gregorius, 394, 396.
Dissidentium fratrum oblationes non recipiendæ, 350.
Divinationes expetentium pœnitentia, 340.
Divini, quos hariolos, appellant 342.
Eos nemo in domum suam introducat, 340.
Documenta ecclesiæ ne quis supprimat, 164.
Dominica die abstinendum ab omni opere, 146. Dominica die consecrandus episcopus, 402. Dominica die non jejunandum, 387. Dominica dies lætitiam ostendit, 189. Dominicæ diei reverentia, 538. Dominicis diebus opera servilia non agantur, 170 *et seq.* Neque placitum teneatur, nec sacramentum juretur, 333. Dominicus dies quomodo colendus, 27.
Donatianus Taleptensis episcopus, 405.
Dormitorium, 274.
Dos ecclesiæ, 543. Dos ecclesiæ requirenda ante consecrationem, 623. Dotes ecclesiarum in potestate episcopi, 40, 43. Duo solidi episcopo solvendi in visitatione ab unaquaque ecclesia, 35.

E

Ebalus comes Pictavensis, 631, 633.
Ebbo archiepiscopus Rhemensis, 391, 539, 597 *et seqq.*
Ebrietas damnatur, 213. Separat hominem a regno Dei, 84. Excitat ad vomitum, 144.
Ebriosorum pœnæ, 84 *et seqq.*
Ecbertus Anglorum episcopus, 500.
Ecclesia, Christi sponsa et uxor, 119, 631. Mater est nostra, 318. Uxor episcopi, 122. Unum corpus est, cujus caput Christus, 359. In sacerdotibus constat, 393.
Ecclesia pro parochia, 41.
Ecclesia matrix, 161. Ecclesia movet a laicis, 640. Ecclesia quælibet suum presbyterum habeat, 123. Una dividi non potest inter plures presbyteros, 567, 604, 634. Ecclesia non debet esse venalis, 79. Ecclesia visitanda ab episcopo, 21. Ecclesiæ atrium sit sepe munitum, 23. In eo plebs non cantet, neque choros mulierum ducat, 27. Ecclesiæ ambiguæ de consecratione consecrentur, 43. Ecclesiæ antiquæ non priventur decimis nec ulla possessione, 41 *et seq.*, 47. Ecclesiæ documenta ne quis supprimat, 164. Ecclesiæ baptismales, 50, 125, 549. Ecclesiæ consecratio, 40. Ecclesiæ in beneficium datæ, 35, 45, 47. Ecclesiæ destructæ restaurentur, 46. Unde reparandæ, 34, 44 *et seq.*, 50, 160, 546. Ecclesiæ inter cohæredes divisæ, 118. Ecclesiæ non sint perviæ canibus, 44. Ecclesiæ novæ, 41. Ecclesiæ traditi pueri a parentibus, 398. Ecclesiæ et presbyteri permaneant in dispositione episcoporum, 37. Ecclesiæ non obtineantur prece vel pretio, 25, 376. Ecclesias plures unus presbyter non teneat, 25.
Ecclesiastica controversia quomodo judicanda, 429. Ecclesiastici thesauri, 166.
Ecclesiasticorum redituum quatuor fiant portiones, 43. Ecclesiasticum patrocinium, 165. Ecclesiasticum servitium, 41.
Edictum regium pro precibus extraordinariis, 133.
Eigil abbas Prumiensis, 597.
Elaboratus, 48.
Electio et ordinatio Episcopi quomodo facienda, 402. Electionis decretum omnium manibus roboratum, 391.
Eleemosyna defunctorum, 29 *et seq.* Eleemosyna redimere pœnitentiam, 378 *et seqq.* Eleemosynis redimenda peccata, 71, 137, 149.

Eliberitano concilio perperam tributi plures canones, 572.
Energumenis manus quotidie imponatur, 388.
Epactæ, 29.
Episcopi vice duodecim apostolorum funguntur, 602, 607, 611. Episcoporum electio et ordinatio quomodo facienda, 200, 402. Qua ætate ordinandi, 399 *et seqq.* Episcopi qui fieri non possunt, 401, 410. Episcopi res quas comparaverunt. Eccles is suis relinquant, 110. Episcopi vocantur dii, 427 *et seq.* Episcopi ne jurare compellantur, 428. Episcopi ne relinquant principalem cathedram, 542. Episcopi injuriosi monachis, 397. Episcopi injuriosi pœna, 84. Episcopi circumeant suas parochias, 33, 35. Episcopi Christi vice legatione funguntur in Eccles a, 393. Episcopi communibus Ecclesiæ et totius regni negotiis occupati, 38. Episcopi ne deserant civitates suas propter suam quietem, 33. Episcopi non sint graves ecclesiis in visitatione sua, 34. 36. Episcopi pabulum verbi divini populis administrent, 32. Episcopi propitiatores et reconciliatores populi, 323. Episcopi protegere debent populum, 324. Episcopi voluptatibus suis non indulgeant, 32. Episcopis auctoritas collata in persona Petri, 592. Episcoporum dedecorosa vita notatur, 36, 563. Episcoporum de proedria certamina, 177. Episcoporum morientium bona quomodo conservanda 438. Episcoporum sententia est irrevocabilis, 257. Episcopos Constantinus noluit judicare, 427. Episcopos dissidentes synodus reconciliet, 351. Episcopus ab una Ecclesia non migret ad aliam, 121. Episcopus depositus non attrectet ministerium episcopale, 357. Episcopus proprius, 203, 321. Episcopus monachorum vitam diligenter discutiat, 273. Episcopus nihil agat in aliena diœcesi, 125. Episcopus non longe ab ecclesia hospitiolum habeat, 63. Episcopus non dehonorandus, 393. Episcopus solus honorem dare potest, solus auferre non potest, 396. Episcopus successorem sibi eligere non potest. 402. Episcopus super sacramenta non juret, 331.
Epistola de cœlo lapsa, 386, 594.
Eptaticus, 627.
Equitare vetitum quibusdam pœnitentibus, 216, 229.
Ergastula monachorum et monachorum, 272.
Eucharistia data parvulis, 57, 551 *et seq.* Eucharistia de tertio in tertium diem mutetur, 58. In ea offerendum vinum cum aqua mistum, 56. Eucharistia intincta 58, 552. Eucharistia ne deferatur ad infirmos per laicos neque per feminas, 23, 77, 603, 608, 612. Eucharistia quotidie sumenda, 562. Eucharistiæ perceptione magis gravatur quam purificatur cujus mens est in affectu peccandi, 98. Eucharistiæ tradendæ modus 563. Eucharistia viaticum, 74. Eucharistiam evomere, 86. Per ebrietatem, 212. Eucharistiam qui indigne accipit, 437.
Eulogiæ, 353, 72. Id est panis benedictus, 157, 376, 605. Eulogiæ populo tribuendæ, 26. Eulogiæ voluntariæ, 59.
Eutychiani papæ decreta, 579.
Evangelicus textus, 540. 626 *et seq.*
Evangeliorum liber, 549.
Evectionum numerus, 34.
Examen ordinandorum, 199.
Excepto, 591.
Excommunicari nemo potest nisi per scripturam, 391. Excommunicati quomodo reconciliandi, 365.
Excommunicatio ab episcopo non suo lata nullius est momenti 122. Excommunicatio non leviter ferenda, 327 *et seq.* Excommunicatio Regenardi comitis Senonensis, 636. Rainonis, 625 Excommunicationem quidam contemnunt, 324. Excommunicationis veteres formulæ, 358 *et seq.*
Excommunicato non communicandum, 212, 354 *et seqq.*, 362. Excommunicatus ante audientiam non communicet, 356, 605, 609, 613, 662. Excommunicatus mortuus ante reconciliationem, 378.
Excubiæ funeris, 174.
Exorcistæ energumenis quotidie manus imponant, 388.
Exedra, 80, 558, 560.
Exemplis malis utendum non est, 600.
Exorcismi ad catechumenum faciendum, 29, 34, 606, 610.
Expositi infantes, 239.
Exsequiæ defunctorum, 29, 606, 610, 614.
Extrema unctio data ante viaticum, 77.
Exuperius episcopus Tolosanus, 551.

F

Fabrica ecclesiæ relevanda ex quarta parte redituum ecclesiasticorum, 57, 160.
Faida, 205, 296, 580, 588.
Faidæ coercendæ, 243.
Faiditus, 580.
Familia ecclesiæ, 181. Familia per tormenta interrogari potest de adulterio uxoris, 266.
Famulus, id est servus, 181.
Farabertus abbas Prumiensis, 523.
Felix episcopus Messanensis, 395.
Femina cujus filius per negligentiam non baptizatus obierit, 81, 337. Femina paupercula quæ adulterum maritum relinquit, 249. Femina paupercula quæ fetum suum occiderit pro difficultate nutriendi, 238. Feminæ ad altare non accedant, 25, 70, 77, 101, 556, 603, 607. Feminæ eucharistia non tradatur ad deferendum infirmo, 23, 77, 539. Feminæ non habiteat cum presbyteris, 23. Feminæ sacris altaribus non ministrent, 101. Feminæ senatoriam sibi usurpant auctoritatem, 577. Feminarum maleficia, 2 0 Femineus sexus instabilis, 404.
Fenum decimandum, 48.
Fenum in ecclesia non mittatur, 22, 51.
Fenus, quid, 133.
Fenus non exerceant presbyteri, 111 *et seq.*
Ferri igniti judicium, 230 329, 593.
Festi dies absque opere servili celebrentur, 213, 354. Festis diebus quando laborare permissum. 575. Festis diebus stantes orare oportet, 422.
Festivitates anni, 172
Feudum presbyterale, 546, 600.
Fideles regis, 45.
Fidelitas per sacramentum nulli promittatur nisi regi et unicuique proprio seniori, 330.
Fides Christianorum, 34.
Filiastram suam qui cognoverit carnaliter, nec eam nec filiam ipsius habere potest uxorem, 224. Filiastra comita carnaliter a marito matris, 297 *et seq.*
Filii non negligendi a parentibus, 187.
Filiolam suam spiritualem nemo in conjugium assumat, 285 *et seq.*
Filioli, id est pueri quos aliqui susceperunt in baptismo, 130, 214.
Filius omnis non est hæres patris, 280.
Fiscalinus homo, 225.
Fiscus dominicus, 39.
Fiscus presbyteralis, 545, 646 *et seq.*
Fontes consecrandi, 29. Fontes lapidei ad baptizandum, 26 62, 128, 604, 607, 613.
Fontiniacensis pugna, 597.
Fontiniacum 105.
Formata, 193 *et seq.*
Fornaci imponere pueros pro aliqua sanitate, 145, 344.
Fornicantes irrationabiliter, 315 *et seq.*
Fornicaria causa, 238.
Fornicatio facta cum duabus sororibus, 293, 297 *et seq.* Fornicatio cum filiastra, 297 *et seq.* Cum matre et filia, 295. Cum pecudibus, 308 *et seq.* Fornicationis causa licet dimittere uxorem, 251, 261, 409. Fornicationis discrimen non facit nobilitas aut pulchritudo, 313.
Fornicatorum variæ pœnitentiæ, 303 *et seqq.*
Francia orientalis et occidentalis, 523.
Franconofurth, 410, 598.
Fratiganus Cordubensis ecclesiæ presbyter, 396.
Freda regalia, 635. Fredum, 226, 337.

Frigiditatis accusatio quomodo probanda, 303.
Frotmundus comes Senonensis, 638.
Fugitivus clericus, 425.
Fur aut latro captus in præda, 393. Fur necessitate factus, 378. Fures et latrones si in furando et prædando occidantur, 246. Furum pœnitentia, 142, 144, 312.
Furiosi aut furiosæ matrimonium an separandum, 261. 565.
Furti definitio, 3.3 *et seq.*

G

Gardingi, 441.
Gausbertus Cadurcorum episcopus, 543.
Gausla uxor Ademari Vicecomitis Scalarum, 630 *et seq.*
Genecitæ, 568.
Geneciariæ, 209.
Geniculum, 587.
Genitiariæ, 120, 277. 567, 586.
Genu, 587. Genu non flectendum in die dominico, 173. Genuum flexiones pro pœnitentia, '49.
Gesta pontificalia, 599.
Gislemanus presbyter, 196.
Gislemarus presbyter indoctus notatus, 510.
Gradualia, 607.
Grana comburere ubi mortuus est homo, 344.
Gratiæ Deo referendæ post cibum, 95.
Gravida baptizanda quando voluerit, 127.
Gregorii IV epistola de restitutione Ebbonis arguitur falsitatis, 599.
Gregorii homiliæ, 30.
Gregorius VII se purgat ab objectis cum corpore Domini, 588.
Gunebodigni, 590.

H

Habitus religionis, 4, 34. Sæcularis, 153.
Hæres patris non est omnis filius, 280.
Harioli, 341 *et seq.*
Harmiscara, 118, 370, 566.
Hemiolia, id est sescupla, 111.
Hibernicum concilium, 572.
Hildebrandus episcopus Sagiensis, 546, 625.
Hiltineshaim in Saxonia, 600.
Hincmarus archiepiscopus Rhemensis, 578.
Homicida quandoque puniendus, quandoque absolvendus, 244. Homicidæ qui seipsos peremerunt non sepeliantur cum canticis, 246. Homicidarum diversa genera, 231. Homicidarum pœnitentia, 141, 216 *et seq.* 472. Sit ubique eadem, 215. Homicidis non communicandum, 240.
Homicidii clausula in canonibus apostolicis, 555. Homicidiorum diversa genera, 205 *et seq.*
Hominum vita semper querula est, 643. Homo ecclesiasticus, 169. Homo non occidatur nisi lege jubente, 240.
Honor cathedræ, 35.
Horæ canonicæ, 274.
Hospitalitas commendatur, 105, 369, 604, 609, 612.
Hostis, id est exercitus, 85, 217, 562.
Hugo dux Burgundionum, 642.
Hugo Lotharii regis filius, 527.
Hunbaldus Uriacensis dominus, 646 *et seqq.*
Hymni matutini, 94.

I

Ignis pœnitudinis, 272.
Illicita qui commisit, a licitis etiam abstineat, 153. 381. Illicitorum veniam postulans a multis licitis abstinere debet, 498.
Illitterati non ordinentur, 187. Non possunt esse episcopi, 402.
Imagines non ponantur super altari in quo corpus Dominicum consecratur, 549.
Impotentia coeundi cum uxoribus, 302 *et seq.*
Impunitas peccandi illecebra, 325, 589.
Incantatores, 351.
Incendiariorum pœnitentia, 143, 378.
Incensum offerendum in altari, 55.
Incesta adulteria, 311.
Incestæ nuptiæ, 189.
Incesti varia genera, 285 *et seqq.*, 311. Et pœnitentia. 287 *et seqq.*, 296 *et seqq.*, 305, 601.
Incestuosi peccatum non reticendum, 25. Incestuosorum peccata, episcopis revelanda a presbyteris, 107. Incestuosorum juramentum, 298. Incestuosos suscipientium pœna, 587.
Incorporamur cum Christo dum chrismate ungimur, 58.
Indiculus, 331, 591.
Indifferenter baptizandum non est, 26, 538
Indumenta altarium, 22.
Infans a sanguine nutritus, 239. Infans mortuus sine baptismo per negligentiam presbyteri, aut matris, aut parentum, 23, 81 *et seq.*, 145. Infantes incaute oppressi, 206, 235. Infantes confirmandi et communicandi statim post baptismum, 551, 554. Infantes de quorum baptismo dubitatur baptizandi sunt, 127.
Infirmi quomodo admonendi, 71. Infirmi ungendi oleo, 23, 29, 59, 75 *et seq.*, 603, 608, 612 Infirmum presbyter per seipsum communicet, 77.
Ingenua conditio, 28. Ingenua servo se miscens capitaliter puniatur, 266.
Ingenuitatis charta, titulus, pagina, 182 *et seq.*, 539.
Ingenuus, id est liber, 1su *et seq.*, 539. Ingenuus si ancillam uxorem acceperit, putans eam ingenuam, 257.
Injuriæ non referendæ, 617. Injuriarum suarum ultores non ordinandi, 91.
Innocentes custodiendi adversus perniciem accusantium, 442.
Inquisitio in visitatione diœceseos, 530 *et seq.*
Insaniens si quis hominem occiderit, 247.
Instrumenta ecclesiæ, 164.
Internuptarum mariti non ordinandi, 399.
Intincta oblatio, 58.
Invadiare, 537.
Invidia quantum malum, 6.7.
Invidiæ pœnitentia, 146.
Isidori etymologiæ, 288.

J

Jejunandum non est Dominico die, 387. Jejunandum Sabbato, 389.
Jejuni sint comites cum placitum habent, 85. Jejuni sint qui in sanctis debent jurare, 330.
Jejunia legitima non sunt solvenda, 389. Jejunia extraordinaria quomodo indicta olim, 569. Jejunium indictum servandum, 132, 144, 211. Jejunium Quatuor Temporum, 26, 604, 609, 613. Jejunium vigiliarum, 132.
Joannes abbas Tutelensis et Aureliacensis, 635.
Joannes XII accusatus quod non communicasset in missa, 538.
Joannes scriptor Vitæ S. Greg. 396.
Joca et saltationes, 174. Joca turpia, 25, 108, 537.
Jocare vetitum cum parvulis, 310.
Jonas episcopus Augustodunensis, 544, 622.
Judæi ne servos alienæ nationis circumcidant, 245. Judæo non licet habere mancipium Christianum, 340. Judæos inter et Christianos vetita matrimonia, 265.
Judicia agitanda non sunt in die festo, 575. Judicia non sunt dividenda, 327.
Judicis alterius sententia nisi sui nullus teneatur, 326.
Judicium Dei, 351. Judicium ecclesiasticum, 301, 498. Judicium episcopale, 332. Judicium sanguinis agitare non debent qui sacra tractant, 234. Judicium synodale, 396.
Judicum electorum sententia non est obnoxia appellationi, 254 *et seq.* Judicum auctoritas a Deo, 476.
Judith filia Caroli Calvi, nupta Balduino, 282.
Juramenta in altari seu sanctorum reliquiis, 330. Juramenta super Evangelium et reliquias, 500. Juramentum exigi non debet nisi pro fide recta, 419. Juramentum incautum mutandum, 334. Juramentum de parentela, 298.
Jurare episcopi non compellantur, 428. Juraturi sint jejuni, 330.
Juvavum, 596.

K


Kalendæ Januariæ, 564. Kalendis Januariis novus est annus, 347. Kalendis presbyteri conveniant, 109.


L


Lac non debet offerri super altare, 55.
Laicalibus vestimentis clerici non utantur, 158.
Laici communicent ter in anno, 100, 212, 352. Laici non excommunicenturnisi terti ovocati atque commoniti, 357, 359. Laici presbyterorum morientium bona diripiunt, 430. Laici presbyteros neque in ecclesia mittant neque ejiciant nisi per consensum episcopi, 118. Laici offerunt episcopis consecrandos clericos, 179. Laici ne communicent infirmos, 23. Laicis et clericis interdicitur accessus ad sanctimoniales, 273 *et seq.* Laico eucharistia non tradatur ad deferendum infirmo, 536. Laicorum vitam examinat episcopus, 533 Laicus ne dimittat uxorem ut aliam ducat, 386.
Lambertus episcopus Cenomanensis, 525, 546.
Lanam carpere, 171.
Lapides quos vulgus colit, 343. *Vide* Vota.
Larvæ dæmonum, 564.
Lapsi sacerdotes quomodo corrigendi, 426.
Lascivus in lingua, 89.
Latrones si in prædando occidantur, 24.
Laudus episcopus Constantiensis, 633.
Lauriacum in pago Andegavensi, 325.
Lavandarius, 57.
Lectionaria, 607.
Lectionarium, 22.
Leges olim diversæ inter Francos, 545. Leges sine die et consule non valent, 184.
Lemovicensis comitatus, 630.
Lenocinii reus est maritus qui uxorem in adulterio inventam non statim dimiserit, 267. Lenocinium vetitum, 265.
Leoniana constitutio, 106.
Leonis IV homilia, 531, 534.
Leothericus archiepiscopus Senonensis, 639.
Lex humana, 209. Lex mundana, 184. 283, 254, 301. Lex mundana et ecclesiastica, 579. Lex Romana concordat cum auctoritate canonica, 245. Lex Romana et Gothorum, 627. Lex, id est multa, 49, 283, 375, 545.
Libellus reclamationis aut postulationis, 391.
Libertatis charta, testamentum, 28, 181, 186, 431.
Librorum scribendorum magna olim cura, 535. Librorum miniandorum artificium, 528. Libros habeat unaquæque ecclesia, 22.
Ligaturæ, 377.
Limina sancti Nazarii, 642.
Linteamina ad altaria feminæ præparent, 54, 386.
Linum battere, 171.
Liquor in quo mus vel mustela mortua fuerit ne bibatur, 144, 211, 348. Aspergatur aqua benedicta et sumatur, 277.
Litania major, 26, 130, 211.
Litium, quid, 562.
Litteræ pacificæ, commendatitiæ, cononicæ, 28, 191 *et seqq.* Litteræ talamascæ, 564. Litteris carens sacris aptus esse non potest officiis, 187.
Loci jamdudum sacri et spurcitia fœdati, 46.
Lotharii præceptum de restitutione Ebbonis, 600. Lotharii et Thetbirgæ divortium, 241, 253, 255 *et seq.*
Lucernæ ardentes pedibus conculcandæ in conclusione anathematis, 361, 365.
Lucrum turpe, 133.
Ludere vetitum cum parvulis, 310.
Luminaria ecclesiæ, 22, 47, 120.
Lupi infestant Galliam, 130.
Lupus abbas Ferrariensis, 589.
Lusa diabolica, 537.
Luxuria multorum vitiorum mater, 619. Luxuriæ concubinaticæ, 311.


M


Magi et aruspices non consulendi, 143.
Magica ars damnata, 513.
Maledici quomodo puniendi, 88.
Maleficia feminarum, 210, 245.
Mallum publicum, 85. 256, 331, 333, 337. Mallum tenere, 185.
Mancipia ecclesiastica, 42. Mancipia manumittere præceptum pœnitentibus, 387. Mancipia monachis data non licet manumitti, 164. Mancipiorum commutationes barbaræ, 575. Mancipium Christianum Judæo habere non liceat, 340. Mancipium juris ecclesiæ, 165. Non commutetur, 169 *et seq.* Mancipium rusticum, 166. Ecclesiasticum, 169.
Mandatores cædis ut homicidæ puniantur, 244.
Mangones et cotiones, 242.
Mansi ingenuiles et serviles. 23.
Mansio, id est domus, 106, 175, 369, 543.
Mansionaticus, 543.
Mansiones pro visitatione, 36.
Mansus ecclesiæ, 431. Mansus habens bunvaria duodecim, 536, 545. Mansus unus integer attribuatur unicuique ecclesiæ, 23, 41 *et seq.* 47.
Mantellum, 158, 572.
Manum redimere, 331, 373, 593.
Manuum injectio inter clericos et monachos vetita, 90.
Manumissio Nicolai de Marisiaco, 654. Constantiæ, 628. Manumissionis formulæ, 189, *et seqq.* In ecclesia faciendæ, 184
Mariti internuptarum non ordinandi. 399. Maritus aliam uxorem accipiat, si uxor consensu ejus velum susceperit, 252. Maritus cujus vitæ uxor insidiata fuerit, illam repudiare potest et aliam accipere, 257, 266. Maritus est dominus et senior uxoris, 244. Maritus leno uxoris excommunicandus. 264. Maritus habere debet conjugem in dilectione et debita disciplina, 300. Maritus non potest fieri monachus absque consensu uxoris, 409 Maritus qui captivus fuit, uxorem suam recipiat redux, 280. Maritus quo casu aliam uxorem ducere possit. 259 *et seq.* Maritus si uxorem interfecerit, 240 *et seq.* Maritus sororem uxoris, uxorem esse putans vitiavit. 292. Maritus viduæ si cum filiastra sua fornicatus fuerit, 285, 297.
Martini Bracarensis Collectio, 594.
Martyrologium, 29, 606.
Martyrum natalitia non celebranda in Quadragesima, 387.
*Mascarades*, spectacula ultimorum temporum, 571.
*Masque*, id est larva, 564.
Matrimonia legitima tria, 251. Matrimonia vetita inter Judæos et Christianos, 265. Matrimonium non dissolvitur repudio. 249. Matrimonium quomodo dissolvi possit, 253. Matrimonium dissolvi statim non debet propter affinitatem, 289. Matrimonium furiosi. 585. Matrimonium quota generatione licitum, 288 *et seq.* 394. Matrimonium separandum si quis filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, 295.
Matrix ecclesia, 161.
Matutinale officium, 105.
Matutini hymni, 94.
Medicus male curans, 426.
Medo 217 *et seq.*, 223.
Mel non debet offerri super altare 55.
Mendici qui per patrias discurrunt, 368.
Mensa Christi, 53.
Menstruorum tempore abstinendum a mulieribus, 145, 306.
Menstruum sanguinem cibo vel potui miscere, 344.
Mensuræ justæ sint, 372 *et seq.*
Mercatus non fiat in die dominico, 170 *et seq.*
Mersio trina in baptismate. 126, 551.
Metropolitanus in civitate metropoli consecrandus. 402 *Nihil* præsumat nisi quod ad suam pertinet parochiam propriam, 123.
Migrandum non est ab una ecclesia ad aliam, 25.
Miniandorum librorum artificium, 528.
Ministeria Ecclesiæ, 160, 315. Id est bona, 573. Ministerium presbyterale, 635.
Ministrare Christo, quid, 411.
Ministri episcoporum, 107, 214,

311, 344, 370, 530. Ministri reipublicæ, 333, 370 *et seq.*
Minucius Felix emendatur, 590.
Missa a jejunis celebretur, 76. Et cantetur, 603, 607, 611. Ad missam respondeat Clericus, 24. Missa audienda a Christianis in propria ecclesia, 550, 653. Audienda integra, 97, 99 *et seq.*, 215. Missa cantanda hospitibus et peregrinis, 24. Missa cum peculiari alba celebranda, 27. Cum quibus vestimentis celebranda, 62. Missa non ante horam tertiam celebretur, et a jejunis, 24. Ante missam licentia sit arandi, etc. 173. Missa non cantanda extra ecclesiam, 23. Missa qua hora celebranda, 94. Missa sancti Joannis, 218, 306. Missæ cantatio data pro redemptione pœnitentiæ, 287. Missæ solitariæ vetitæ, 96, 159, 562. Missam cantans communicet, 538. Missas laici celebrare faciunt in suis dominibus, 83.
Missalia, 22, 607.
Missi dominici, 37, 42, 45, 58 *et seqq.*, 370.
Missus episcopi, 205, 299 *et seq.*
Modius justus, 372.
Mœchia omnis interdicitur, 290.
Monachi abbatibus subjaceant, 397. Monachi conspirantes contra pastorem suum, 374. Monachi litterarum osores, 525. Monachi quotidianum rurale opus faciunt, 164. Monachi servili operi mancipati, 397. Monachi vagi, 397. Monachis vestem exuere non licet cum eunt cubitum, 572. Monachorum vita sæpe et diligenter discutienda ab episcopo, 275. Monachus deferens disciplinam, 190. Monachus ebriosus quomodo pœniteat, 84. Monachus furtum faciens honore privetur, 313.
Monetæ adulterator libertatem amittit, 588.
Monomachia cum scutis et fustibus, 337. Monomachia non assumitur in lege, 241.
Mons Buzninus, 544, 622.
Morchidum, 287, 586.
Morth, 580.
Morticina manducari prohibita, 144, 348, 37?.
Mortui non sepeliantur in ecclesia, 79 *et seq.* 557 *et seqq.* Mortuorum corpora ad ecclesiam perferenda, 580.
Movere, id est pendere more feudorum, 640.
Muliebria viri ne patiantur, 310.
Mulier duobus fratribus ne nubat, 284 *et seq.*, 297. Mulier in seipsa coitum habens, 511. Aut cum altera fornicans, 307, 344. Mulier ne sumat amictum virilem, 386. Mulier viros neque docere, neque baptizare præsumat, 390. Mulier virum suum relinquere non potest, 386. Mulier si cum patre et filio fornicata fuerit, 286, 293. Mulier velari canonice non potest absque consensu mariti, 260. Mulieres dæmonum phantasmatibus seductæ, 345. Mulieres non habitent cum presbyteris, 63 *et seq.* Mulieres placita et publicos conventus non adeant, 277. Mulieres quæ partus suos necant, 237, 479. Mulieres quas et quomodo alere debeant presbyteri, 555. Mulierum consortia vitent presbyteri, 111. Mulierum maleficia, 243.
Mundana lex, 184.
Mundeburdum regium, 411, 632. Mundeburdum, 624. Mundeburdi, 586. Mundeburdis, 282.
Mundualdus, 586.
Munus ab obsequio, a manu, a lingua, 116.
Murmurantium pœna, 89.

N

Nares sibi invicem præcidant conspiratores, 374.
Natura vitiorum imitatrix, 406.
Nazarii martyris limina, 642.
Negotiatio interdicta pœnitentibus, 152. Negotiatio quando permissa viris ecclesiasticis, 113 *et seq.*
Nicolai papæ epistola ad Carolum archiepiscopum Monguntinum, 595. Nicolaus papa electus fuit judex a partibus in causa Lotharii et Thetbirgæ, 255, 584.
Nocte prima nuptiarum conjugati permaneant in virginitate, 268, 585, 657.
Nomina recitanda in sacrificio, 388.
Nonæ et decimæ, 45, 47, 49 *et seq.* 625, 646.
Norigaudus episcopus Augustodunensis, 556, 651.
Normanni, 370. Galliam et Germaniam vastant, 523.
Novalia rura, 47, 547.
Novercam ducere uxorem privignus non potest, 294.
Nubere duobus fratribus nulla mulier debet, 28 *et seqq.*, 297. Nubere in terga, 306. Nubere *pro* coire, 142 *et seq.*, 156. Nubere retro cum uxore, 306.
Nuptiæ incestæ, 189. Nuptiarum convivia evitent clerici, 155. Nuptiis non intersint clerici, 26.
Nutrimen animalium, 548. Nutriminis decima, 48.

O

Oblatio, id est panis et vinum, 215. Oblationes, 26. Quando faciendæ, 27. Oblationes de Sabbato in Sabbatum innoventur, 58. Oblationes defunctorum, 351 *et seq.* Oblationes dissidentium fratrum non recipiendæ, 350. Oblationes et decimæ sunt stipendia pauperum, 159, 318. Oblationes extra ecclesiam ne accipiantur, 394. Oblationes non celebrandæ in domibus, 82. Oblationes ponendæ post altare, 54. Oblationum tertia pars pro luminaribus et reparationibus ecclesiæ, 35.
Occasio, id est prætextus, 656.
Odolricus vice comes de sancto Cirico, 633.
Offerre nulli debent nisi episcopi et presbyteri, 138.
Officium divinum quomodo recitent quidam episcopi, 563.
Oleum catechumenorum, 59.
Orare stantes oportet diebus festis, 422
Orarium semper gestare debent presbyteri, 27, 157, 605.
Oratio Dominica Christianis insinuanda, 26, 28.
Orationes pro diversis necessitatibus, 95, 104.
Oratorium hoc sit quod dicitur, 51.
Ordiendis telis, 580.
Ordinandorum examen, 199.
Ordinari qui non possunt, 177, 187, *et seq.*, 429, 615, 654.
Ordinati litteras accipiant ab ordinatoribus suis 177, 391. Ordinati qui capitalia crimina commiserunt, 480 *et seqq.* Ordinatus per pecunias abjiciatur, 114 *et seq.*, 158.
Ordinationes absolutæ vetitæ, 176 *et seq.* Ordinationes presbyterorum et diaconorum quibus temporibus faciendæ, 198.
Osculum pacis, 217.
Osius episcopus Cordubensis, 185, 192.
Ostiola suspiciosa in domo presbyteri, 23.
Otho rex, 410.

P

Pacificæ litteræ, 191 *et seq.*
Pacificare faidam, 243.
Pactum Francorum, 185, 577.
Palatinorum prærogativa, 440.
Pallei corporales, 626.
Panes civiles, 166.
Paradisus, id est atrium ecclesiæ, 559.
Parentela quomodo inquirenda, 298.
Parentum pœnitentia qui partus suos occiderint, 570.
Paranymphi, 267.
Parochia *pro* diœcesis, 37. Parochiæ rusticæ, 31.
Parochialis presbyter, 653.
Parochiales ecclesiæ frequentandæ, 93, 550.
Parochianus alienus non admittendus ad mysteria, 54. Parochianum alteries nemo ad missam recipiat, 124, 604.
Parricidarum pœnitentia, 223 *et seq.*, 287. Eorum pœna vetus, 235, 296.
Parvisius, 559.
Parvuli confirmandi et communicandi, 37. Infirmi communicandi, 57. Parvuli non cogantur jurare, 330.
Pascha in civitate celebrandum, 353.
Paschales termini, 29.
Pasti et comessationes, 375.
*Pater* datus loco pœnitentiæ, 381.

Patibulis suspensorum cadavera ad ecclesiam deferenda, 246.
Patrini, 130, 214. Filiolos suos erudiant, 605, 610, 613.
Patrocinium ecclesiasticum, 165.
Patroni ecclesiarum, 566. Unde dicti, 541. Patroni qui domini ante fuerunt, 179.
Pauperum de familia sua unusquisque pascat, 367. Pauperum nutritio data loco pœnitentiæ, 370 *et seq.*
Peccantes publice deferendi apud episcopum, 107.
Peccare in Deum et peccare in homines, 329.
Peccata eleemosynis redimenda, 71, 137. Peccata latentia non habent vindictam, 264. Peccata octo principalia, 146. Peccatorum confessio, 71. Redemptio, 556. Peccatum omne cavendum, 228, 430.
Peccator contumax excommunicandus, 327.
Peculiare sacerdotum, 428. 430. Servorum, 165, 180, 182 *et seq.* Monachis habere vetitum, 397.
Peculium servorum, 165.
Pecunia eroganda pro redemptione pœnitentiæ, 278 *et seqq.*
Percussiones, id est flagella, pro pœnitentia, 380.
Perjuri a dæmonio vexantur, 332. Perjurii pœna, 330. Perjurii pœnitentia, 141. Perjuria cavenda, 330 *et seqq.*
Petro specialiter ovile Dominicum commissum est, 197. Auctoritatem accepit a Christo, 592.
Pignora sanctorum, 204.
Pittatium, 596, 601.
Placitum, 48. Comes non habeat nisi jejunus, 85.
Placitum non fiat in die Dominico. 170 *et seqq.*, 333.
Plebs adesse debet in ecclesia cum episcopus eam visitat, 533.
Poculum presbyteri non contingant ultra tertiam vicem, 109.
Pœnitentem minus digne nemo ad reconciliationem adducat, 25, 107. Pœnitens non manducet carnem nec vinum bibat, 56, 125, 604. Pœnitentes ad clericatum non admittendi, 490. Non ordinandi, 399, 401. Olim a communione remoti, 570. Quomodo reconciliandi, 604, 609, 613. Non revertantur ad clericalem habitum, 417. Pœnitentes non occidendi, 225, 284.
Pœnitentia certa quæ, 154. Unde injungenda peccatoribus, 538. Quomodo injungenda, 605 *et seq.*, 699, 613. Ejus accipiendæ solemnia, 135 *et seqq.* In necessitate et periculo, 72. Ejus redemptio, 217, 378, 381
Pœnitentiam augere vel minuere possunt sacerdotes, 223.
Pœnitentiale, 26. Romanum, Theodori, et Bedæ, 30. Pœnitentiale suum bene sciant presbyteri, 538.
Pœnitentis publicum et vulgatum crimen, 134. Pœnitentis et incestuosi peccatum non reticendum, 25. Pœnitentium confessio, 606. Pœnitentium reconciliatio quando facienda, 150.
Popularia pecunia, 312.
Populus Christo adunatur quando in calice vinum aquæ miscetur, 56.
Porcarii diebus Dominicis et festivis ad missam veniant, 203, 367, 604, 609, 613.
Porta ecclesiæ consecrata sanctorum reliquiis, 229.
Porticus, 80, 555, 561.
Possessiones, 37.
Præcepta regalia, 168.
Prædia ecclesiæ ne vendantur aut dentur, 43.
Prædicare debent presbyteri, 604, 608, 612.
Prædicationis sonitus necessarius episcopo, 32.
Prædicatorum diligentia qualis esse debeat in prædicando, 102.
Præfatio canonis, 24.
Præstare, *prèter*, 569.
Præstariæ, 574.
Prætitulatus, 28.
Precariæ, 574. Quomodo fiendæ, 166 *et seqq.*
Presbyter ab officio missæ non removeatur absque competenti judicio, 357. Presbyter aut diaconus non dejiciendus absque concilii examine, 390. Presbyter cellam habeat juxta ecclesiam, 23. Presbyter conductor sui senioris non existat, 125. Presbyter depositus nihil de ministerio sibi interdicto agere præsumat, 357, 369. Presbyter ecclesiæ suæ relinquat quæ acquisita ab eo sunt, 652. Presbyter in ecclesia vulneratus aut occisus, 226, 229 *et seq.* Presbyter ne missam cantet extra ecclesiam, 83. Solus missam non cantet, 84, 96. Toties communicet quoties missam cantat, 2 , 100 *et seq.* Presbyter nihil patrimonii habens quando provectus est, 25, 432, 537. Presbyter ne sit ebriosus, nec litigiosus, 23. Varia de conversatione presbyterorum, 24 *et seqq.* Presbyter parem suum ad pugnam vel ad cædem non provocet, 108. Presbyter parochialis, 653. Presbyter per cujus negligentiam infans non baptizatus obierit, 81. Presbyter proprius, 47, 134, 213 *et seq.*, 369, 54. Presbyter qua ætate ordinandus, 186, 399 *et seq.* Non ordinetur priusquam examinetur, 177. Presbyter si uxorem acceperit, aut fornicatus fuerit, 64. Presbyter quilibet, una ecclesia sit contentus, 119, 121, 124. Presbyteri assidue apud suas ecclesias esse studeant, 63. Presbyteri chrisma petant ab episcopis, 60. Presbyteri conveniant per Kalendas, 109. Presbyteri fenus non exerceant, 111. Hospitales sint, 105. Presbyteri ab officio altaris summoventur unde laici excommunicantur, 358. Presbyteri instituti ad formam septuaginta discipulorum, 30, 31, 602, 607, 611. Presbyteri lapsi quomodo corrigendi, 426. Presbyteri possunt augere vel minuere pœnitentiam, 223. Presbyteri quidam olim legere nesciebant, 54. Presbyteri reddere rationem episcopo debent sui ministerii, 531. Presbyteri res quas comparaverunt ecclesiis suis relinquant, 110, 565. Presbyterorum morientium bona laici diripiunt, 228, 430. Presbyteri subjecti sint episcopis, 37. Presbyterorum convivia qualia esse debeant, 108 *et seq.* Presbyterorum familiaritas cum mulieribus, 555. Qualis eorum conversatio esse debeat, 603 *et seqq.*, 611 *et seqq.*
Presbyterale ministerium, 545, 573.
Presbyteralis fiscus, 646 *et seqq.*
Privignus novercam uxorem ducere non potest, 294.
Proedria affectata ab episcopis, 177.
Professio castimoniæ, 398.
Profugi qui paganorum manus vix evaserunt, 371.
Proprius presbyter, 47. Sacerdos, 653.
Prostratio data pro pœnitentia, 387.
Provocare non licet a judicibus electis, 254 *et seq.*
Prumiense monasterium, 523.
Psalmi injuncti pœnitentibus, 379 *et seqq.*
Psalterium discendum a pueris, 104.
Pseudographæ narrationes, 385.
Publicum et vulgatum crimen pœnitentis, 134.
Puellæ qua ætate velandæ, 430.
Puellarum monasterium, 406.
Puer per negligentiam aut presbyteri, aut matris, aut parentum, mortuus ante baptismum, 81 *et seq.* 147, 237. Pueri a parentibus ecclesiæ oblati, 418. Facti monachi, 397. Pueri incaute oppressi, 235 *et seq.* Pueri quorum matres agnosci nolunt projiciantur ante januas ecclesiæ, 236, 583. Pueri se manibus invicem coinquinantes, 306.
Pyxidem habeat quilibet presbyter ubi corpus Dominicum recondatur, 58. Pyxis semper sit super altare, 22.

Q

Quatuor tempora anni, 26.
Quatuor Temporum jejunium, 26.

R

Rabani dialogus de computo, 541. Liber, 627. Alius liber de chorepiscopis, 583.
Ragenardus comes Senonensis 636, 638.
Raginardus frater Aganonis episcopi Augustodunensis, 641.
Raino, 625.
Rapina prohibita, 314, 314 *et seqq.*
Raptores virginum vel vidua-

rum, 188. Publica pœnitentia mulcentur, 268 *et seqq.* Anathematizati, 279. Quomodo puniendi, 410.
Rathbodus Trevirensis archiepiscopus, 21, 96 *et seq.*, 529.
Ratherius episcopus Veronensis, 534, 541.
Raubare, 595.
Raymundus episcopus Helenensis, 553.
Raymundus abbas Aureliacensis, 635.
Raymundus comes Pictavensis, 629
Rebaptizati ad clerum non admittendi, 491. Non possunt esse episcopi, 401. Rebaptizatorum voluntariorum pœna, 128.
Recaredus rex, 405.
Reclamationis libellus, 391.
Reconciliandi ordo, 29.
Reconciliatio pœnitentium, 150 *et seqq.*
Redemptio peccatorum. 556 652. Pœnitentiæ, 217.
Redhibitio, 42.
Regalis potestas coerceat quos sacerdotalis admonitio coercere non potest, 324.
Reges unguntur chrismate, 58.
Regiæ dignitatis proditor aut rebellis anathematizandus, 325.
Reginbaldus chorepiscopus, 582.
Regulam severiorem sibi episcopi imponunt, 399.
Reliquiæ sanctorum, 204. In altari reconditæ, 22, 53. Reliquiis consecrata porta ecclesiæ, 226.
Reparationes ecclesiarum, 160, 546.
Repudium non dissolvit matrimonium, 249 *et seqq.*
Residua corporis Domini, 99.
Resurrectio carnis, 103, 140.
Retiatⁱ li. i, 22, 535.
Reus nemo fiat nisi inscriptione celebrata, 390.
Rewadiare bannum, 118, 565.
Ribuarii, 185.
Richardus archiepiscopus Bituricensis, 578, 640, 646, 649.
Richarius abbas Prumiensis, 526.
Riculfus episcopus Helenensis, 447, 626.
Robator, id est raptor, 405, 595.
Roclenus episcopus Cabillonensis, 642.
Rodhmundus episcopus Augustodunensis, 567, 633.
Rodmundus comes Senonensis, 637 *et seq.*
Rodulfus rex, 631.
Rogationes, 26 Rogationum jejunium, 230, 211.
Romana lege, id est Codice Theodosiano vivunt Ecclesiæ, 185. Romana lex concordat cum auctoritate canonica, 245.
Romanus pontifex vicarius beati Petri, 651.
Rotbertus episcopus Metensis, 196.
Rothomagense concilium, 577.

S

Sabbato jejunandum, 389.
Sacerdos proprius, 134, 653.
Sacerdotes lapsi, quomodo corrigendi, 426. Sacerdotes prædicare studeant, 104. Sacerdotalis catalogus, 27, 662. Sacerdotibus nullus violentiam inferat, 427. Sacerdotium per ambitum appetere, 401. Sacerdotum detractio ad Christum pertinet, 393.
Sacramenta adarmita, 331. Sacramenta altaris a jejunis celebrentur, 95. Sacramenta exigi non debent nisi pro fide recta, 429. Sacramenta non jurentur in die Dominico, 171. Ubi juranda, 331 *et seq.* Sacramentorum liber, 53, 57, 549. Sacramentum ne ad pacem quis redeat, 333.
Sacramentales homines, 331, 582.
Sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, 315.
Sacrificia sanctificata, 44.
Sacrilegium committ it qui rem ecclesiæ vendit, 160. Qui res ecclesiæ aufert, 318.
Sacristiæ, 607.
Sæculares. *Vide* Laici.
Salis et aquæ benedictiones, 29.
Saltationes in excubiis funeris, 174.
Salvator, id est Advocatus, 644.
Sanctimoniales quamvis raptæ non nubant, 271 *et seq.*, 275. Sanctimonialis cum alia sanctimoniali fornicans, 307. Sanctimonialis quando mutare monasterium sinatur, 229. Sanctimonialium pudicitiam episcopus subtiliter investiget, 373.
Sanctorum in honore bibendum non est, 25. Sanctorum pignora, 204
Sanguinis effusio in ecclesia, 226. Sanguinis animalium non manducandus, 349.
Sapio, id est scio, 29, 541.
Sarta tecta, 50, 120, 549.
Scabini, 256.
Scalas castrum, 629.
Schola ecclesiæ, 104.
Scortorum greges, 83.
Scriptura semper requiritur in causis gestorum, 391.
Scripturæ divinæ quomodo explicandæ, 30.
Scuta et fustes in certamine singulari, 337.
Secretarium, 22, 405.
Sedere in ecclesia olim non licebat laicis ac feminis, 560.
Seditionarii non ordinandi, 90.
Seguinus archiepiscopus Senonnensis, 630.
Semen viri in cibo miscere, 511. Id uxor in potu bibens, 344. Aut gustans mulier ut vir in amorem ejus exardescat, 145. Seminis effusio in ecclesia, 308.
Senior *pro* dominus, 41, 43, 631, 644.
Sennensis ecclesia, 637.
Sententiæ nomen habere non meretur quæ sine scriptura profertur, 391.
Sepelire in ecclesia mortuos non licet, 79 *et seqq.*
Septenarium, 653.
Sepulcrorum effractores et violatores, 173, 312 *et seq.*, 377. Quomodo puniendi, 79.
Sepulturæ non vendantur, 23, 78, *et seqq.*, 652. Sepulturæ locus honorificentior in atrio, 560.
Servi ecclesiarum, 46, 180. Servi fiscales, 387. Servi fugitivi distrahendi, 163, 170. Servi ordinari non possunt nisi libertatem consecuti fuerint, 177 *et seqq.*, 186, 654. Servi quomodo possint fieri clerici, 539. Servorum nomine qui intelligantur, 539. Servorum peculium, 165. Servum proprium occidere non licet extra conscientiam judicis, 222. Servus et ancilla conjugati utrum separari possint per venditionem, 258. Servus de adulterio dominæ convictus ignibus exuratur, 266. Servus ecclesiasticus, fiscalis, proprius, 259.
Servilis conditio, 28, 605. Servilis vilitas ad honorem ecclesiasticum non admittitur, 41.
Servitutis catena, 180. Vinculum, 182.
Sescupla, 111 *et seq.*
Severitas disciplinæ ecclesiasticæ, 400.
Sextarius æquus, 372 *et seq.*
Sicera non debet offerri super altare, 55.
Sigillum, 331.
Signa ecclesiæ, 22, 24.
Simoniace ordinatus dejiciatur, 114 *et seq.*, 158.
Smaragdus, 637.
Sodomitarum pœnitentia, 142 *et seq.* Sodomitici criminis pœnitentia, 306.
Solidi duo pro jure visitationis, 543.
Somniis diabolus deludit mentes hominum, 345.
Sonitus prædicationis necessarius episcopo, 32.
Sorcotium, 372.
Sororem uxoris nemo sibi audeat sociare, 284 *et seq.* Sororem uxoris maritus, uxorem esse putans, vitiavit, 292.
Sortes sanctorum, 342.
Sortilega ars a diabolo inventa 345.
Sortilegos nemo in domum suam introducat, 340.
Spectacula non sunt spectanda, a clericis, 155. Spectacula ultimorum temporum, 571.
Sponsæ soror violata, laqueo se peremit, 284.
Sponsaliorum fides frangi non debet, 267.
Sponsam alterius nemo ducat uxorem, 268. Sponsus et sponsa a paranymphis offerantur sacerdoti, 267. Sponsam filii si pater oppresserit, 295.

Spurii ad clerum non admittantur, 189.
Stanneum calicem pauperibus presbyteris habere permissum, 57.
Statuta Ecclesiæ antiquæ, 577.
Stola, 27. Stolam semper gestare debent presbyteri, 157.
Structuræ, id est ædes, 111, 431.
Strumenta, 592. Confici non debent septima luna, 347.
Stupratam a fratre post ea frater habere non potest uxorem, 291. 293 *et seq.*
Subdiaconi ab uxoribus abstineant, 493. Subdiaconi eant ad episcopum pro chrismate accipiendo, 61 Subdiaconi qua ætate ordinandi. 398. Qui ordinari non possint, 5 8. Subdiaconorum dignitas, 553. Subdiaconus, minister altaris, 102.
Sub introducta mulier, 23, 64 *et seqq.*
Successio in beneficiis ecclesiasticis, 650.
Suffocatum et sanguis æquiparantur idololatriæ et fornicationi, 350.
Suffraganei archiepiscoporum, 181.
Summa casuum conscientiæ, 563.
Superbia, radix omnium malorum, 616.
Superstitio temporum observandorum, 347.
Suscipere infantem in baptismo, 129.
Suspensorum corpora ad ecclesiam deferri debent, 246.
Symbolum Christianis fidelibus insinuandum, 26, 28, 129.
Synodale judicium, 396. Synodalia debita, 634. Synodalis causa, 205, 579. Census, 624. Conventus, 390.
Synodus civitatensis et parochialis, 53 *et seq.* Synodus episcopi, 227, 301, 324. Pro visitatione parochiæ, 293 *et seq.*, 572.

T

Tabernæ non sunt constituendæ in ecclesia, 52. Tabernas clerici non ingrediantur, 52, 63, 92.
Tabernarius, 24, 604, 600, 613.
Tabula consecrata, 85, 561.
Talamascæ, 564.
Talionis pœna, 391 *et seq,*
Tecto imponere pueros pro aliqua sanitate, 145, 344.
Tempestatum immissores, 341.
Tempora quatuor anni, 131.
Temporum observatio vetita, 347.
Terrulæ vendi possunt ab episcopo, 163.
Tertia pars oblationum pro luminaribus et reparationibus ecclesiæ, 35, 44.
Testa hominis combusta, 344.
Testamentum, charta, 181.
Testes falsi a communione submovendi, 219, 473. Aliis testibus revincendi, 336. Testes qui esse non possint, 482. Testes singulariter inquirantur, 331, 337.
Testimoniare, 331.
Testimonium dicendum a jejunis, 331.
Testis falsus quandiu abstinendus, 338. Testis sit optimus quisque in pago, 337.
Texendi sapientia, 348.
Textus evangelicus, 540, 626 *et seq.*
Theodorus archiepiscopus gentis Anglorum, 288. Theodori pœnitentiale, 30.
Theodorus episcopus Ticinensis, 601.
Thesauri ecclesiastici, 166.
Thessalonicensis episcopi auctoritas, 190.
Thetbirgæ et Lotharii divortium, 241, 253, 255.
Thiotmarus chorepiscopus, 583.
Thronus episcopi in ecclesia, 570.
Tituli baptismales, 549. Titulus presbyteralis, 160, 376 *et seq.*
Tolosanorum comitum sepulcra, 561.
Tornatricibus facere, 108.
Trabale judicium, 440.
Traditio apostolica, 421.
Translationes vetitæ, 125. Clericorum, 423. Translationes episcoporum qua actoritate fieri debeant, 584.
Tribulationis missa, 621. Tribulationum expiationes, 569.
Tricenarium, 653
Tricennalis possessio, 27 *et seqq.*
Tricesimus dies defuncti, 24.
Trina mersio in baptismate, 126.
Trinitas quomodo credenda, 103.
Trithemius notatur, 600.
Tullianus, magister militum, 418, 420.
Turennensium vicecomitum sepulcra, 561.
Tutelense castrum, 635.
Tutelense monasterium nihil regi debebat præter solas orationes, 632 Tutelensis Ecclesia, 558.
Tyrannus differt a legitimo princ:pe, 233, 476.

U

Unctio extrema data ante viaticum, 77.
Urbicus abbas, 409.
Urso vel ternatricibus facere 108.
Usufructuario possidere, 574.
Usura quid, 133. Vetita, 377, 565.
Usurarii non ordinandi, 91.
Usuras non exerceant Clerici, 111, *et seq.* Neque presbyteri, 604, 609, 613.
Uxor aliud, aliud concubina, 280. Uxor capto marito nupta alii, ad priorem reducem redire cogatur. 280. Uxor cujus maritus est monachus non potest alteri nubere eo vivente, 353. Uxor debet subjecta esse marito, 302. Uxor non est omnis mulier juncta viro, 279. Uxor si maritum interfecerit, aut interfici fecerit, 240, 244, 257. Uxorem aliam accipere potest maritus, si uxor consensu ejus velum suscepit, 252. Si insidiata fuerit vitæ ejus, 257, 269. Uxorem contaminatam si quis reperiat in initio conjugii, 260. Uxorem fratris sui qui adulteravit, quomodo pœniteat, 295. Uxorem in adulterio inventam quomodo maritus possit occidere. Uxores non facile viros accusant de adulterio. 264. Uxoris sororem nemo sibi audeat sociare, 284 *et seqq.* Uxoris sororem maritus, uxorem putans esse, vitiavit, 292
Uxorius usus certo tempore interdictus, 143, 145 *et seq.* 155 *et seq.*

V

Vadimonium, 63, 337, 554
Vadium, 63, 604.
Valles comitissæ, 654.
Vas ubi sacerdos manus lavet post sacrificium, 22. Vasa sacrata Deo in magna veneratione habentur, 44.
Vassalus, 260.
Vassi dominici, 45.
Vegula facere, 145, 571.
Velatæ Deo consecratæ non nubant, 407 *et seq.*
Venatio interdicta clericis, 92.
Venationes non exerceantur diebus Dominicis, 170.
Venditiones honorum ecclesiasticorum vetitæ, 161 *et seqq.*
Ventris ingluvies, 618.
Vernum pro vere, 380.
Verveces tondere, 171.
Vestimenta clericalia, 27. Sacerdotalia, 22.
Viaticum communionis, 213, 552. Post extremam unctionem, 77, 557. In morte, 72, 74, 285. Morientibus non denegandum, 495.
Vicarii de Borma, 631.
Vicarius episcopi qualis esse debet, 31, 32, 35, 38.
Vidua non potest dimittere velum sanctum, 437. Quo suscepto, nubere non potest, 279. Si velata ad nuptias transierit, 494 *et seq.* Vidua quadragenaria si non nubit intra quinquennium, nubere ultra non potest, 277. Viduæ a proposito discedentes, 414, 416, 418. Ne se indiscrete velent, 283. Quæ castitatem professæ fuerint, nubere prohibentur, 403 *et seq.* 421. Quæ vestem mutaverint, nubere non possunt, 432 *et seqq.* Velum ab altari sumant, 526. Viduæ maritus si cum filiastra sua fornicatus fuerit, 285, 297. Viduarum adulteria, 434 *et seqq.*, 594. Matrimonia, 586. Viduarum duo genera, 418. Viduarum rap-

tores, 189. Viduas velare pontificum nullus attentet, 278, 403, 407.
Vienna, urbs Galliarum, 131.
Vigiliæ, 93, 643. Nocturnæ, 353. Pro mortuis, 212, 580. Vigiliarum jejunium, 132.
Vindictæ ratio conquiescit probatione cessante, 264, 507.
Vinea Christi, id est Ecclesia, 358.
Vineæ exiguæ, 163.
Vini usus vetitus pœnitentibus, 125. Vino aqua miscenda in sacrificio, 27. Vinum decimandum, 48. Vinum fugiendum velut venenum, 84. Vinum in redemptionis nostræ mysterio fuit, 56. Vinum non recondatur in ecclesia, 57. Neque illic vendatur, 52.
Vipplensis Ecclesia, 640.
Vir si fornicatus fuerit cum duabus sororibus, 293, 295, *et seqq.*
Virga pastoralis, id est sententia excommunicationis, 321.
Virgines non cogendæ ad nuptias, 405. Qua ætate velandæ, et quo tempore, 278, 430, 436. Virgines sacræ non nubant, 271. Sacratæ vel sæculares si pactum perdiderint virginitatis, 414, 418, 509 *et seqq.* Virgines quæ vestem mutaverunt, nubere non possunt, 432.
Viri ne patiantur muliebria, 310.
Viro credendum potius quam uxor quæ virum frigiditatis accusat, 303.
Visitandi diœcesim necessitas incumbit episcopo, 531.
Vita hominum semper querula est, 643.
Vitiorum imitatrix natura, 406.
Vitreus calix, 551.
Vomentium per ebrietatem pœnitentia, 144.
Vomeres duodecim ferventes, 230.
Vota ad arbores et ad fontes, 143, 210, 591, vel ad lapidem, 342.

W

Wadii accepti ab incestuosis, 311, Wadium, 566.
Wenilo Sennensis Archiepiscopus, 392.
Weregildus, 225, 229, 284, 393.

X

Xenium, 25.

Z

Zachariæ epistola ad Theodorum Ticinensem, 601.

# ORDO RERUM

## QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR

*REGINO PRUMIENSIS ABBAS.*
CHRONICON. 9
Pertzii præfatio. 9
Præfatio Reginonis. 11
Incipit Chronicon. 15
CONTINUATOR CHRONICI REGINONIS. 152
DE ECCLESIASTICIS DISCIPLINIS ET RELIGIONE CHRISTIANA LIBRI DUO. 175
Baluzii præfatio. 176
De Reginone elogia. 183
Incipit libellus. 186
Admonitio de Inquisitione sequenti. 186
Incipit Inquisitio. 187
De vita et conversatione presbyteri. 187
Quid sit a presbytero requirendum. 190
Post hæc de ministerio sibi commisso inquirendum est. 190
INCIPIT LIBER PRIMUS. 191
I. Ut canonum statuta sine præjudicio ab omnibus custodiantur. 192
II. Qualem ministrum juxta se episcopus habere debeat. 192
III. De eadem re. 192
IV. Quod a rege postulandum sit ut episcopi tempore opportuno ad ministerium sibi commissum vacare possint. 192
Ne episcopi propter suam quietem negligant plebem sibi commissam. 193
VI. De episcopis qui raro aut nunquam plebes sibi commissas per seipsos visitant. 193
VII. Ut episcopus ambulet per suam diœcesim. 193
VIII. Ut episcopus cum paucis suam parochiam circumeat. 194
IX. Ut si episcopus hoc explere nequiverit, suos vicarios dirigat. 194
X. Ut episcopi suam diœcesim visitent. 194
XI. Ut episcopus duos solidos tantum a presbytero accipiat cum suam diœcesim circuit. 194
XII. De episcopis qui non visitatis parochiis pretium servitutis requirunt. 194
XIII. De eadem re. 194
XIV. De immunitate ecclesiarum. 195
XV. Quod omnes basilicæ in potestate episcoporum sunt. 195
XVI. De parochiis. 195
XVII. Quales ministros episcopi in civitatibus suis relinquere debeant. 196
XVIII. De tricennali præscriptione. 196
XIX. De rebus per xxx annos possessis. 196
XX. De inscriptione temporum. 196
XXI. De eadem re. 196
XXII. Item de eadem re. 196
XXIII. De consecranda ecclesia. 197
XXIV. De libertate ecclesiarum. 197
XXV. De novis ecclesiis. 197
XXVI. De eadem re, 197
XXVII De manso ecclesiæ. 197
XXVIII. De eadem re. 197
XXIX. De privilegio ecclesiarum. 198
XXX. De ecclesiis et altaribus ambiguis ; et ut superflua altaria de ecclesia abjiciantur. 198
XXXI. De honore ecclesiastico. 198
XXXII. Quod omnium ecclesiarum dotes ad episcopum pertineant. 198
XXXIII. Unde ecclesiæ debeant restaurari et episcopo obsequium exhiberi. 198
XXXIV. De eadem re. 198
XXXV. De honore Ecclesiæ Dei. 199
XXXVI. Item de restauratione ecclesiarum Dei. 199
XXXVII. De eadem re. 199
XXXVIII. De locis dudum sacris. 199
XXXIX. De ecclesiis destructis. 199
XL. De eadem re. 200
XLI. Item de eadem re. 200
XLII. De decimis. 200
XLIII. De eadem re. 200
XLIV. De eadem re. 200
XLV. De eadem re. 200
XLVI. De nonis et decimis. 201
XLVII. De eadem re. 201
XLVIII. De eadem re. 201
XLIX. De eadem re. 201
L. De eadem re. 201
LI. De eadem re. 201
LII. De eadem re. 202
LIII. Ne fenum et annona et vinum in ecclesia mittantur. 202
LIV. De eadem re. 202
LV. De eadem re. 202
LVI. Ut nullus in ecclesia convivari præsumat. 202
LVII. De eadem re. 202
LVIII. Ut nemo præsumat in ecclesia vinum vendere. 202
LIX. De eadem re. 203
LX. Ut altaria mundissimis linteis *cooperiantur* ; et ut presbyteri feminis prædicent ut linteamina dent unde altare vestiatur. 203
LXI. Ut nullus presbyter alterius parochianum ad missam recipiat. 203
LXII. De obligationibus fidelium ad altare. 204
LXIII. Ut nihil in sacrificio Domini offeratur præter id quod Dominus statuit. 204
LXIV. Quæ species ad altare et non ad sacrificium offerantur. 204
LXV. Ut ea quæ ecclesiis offerri non possunt, ad domum sacerdotis a fidelibus deferantur. 203
LXVI. Quid in sacrificio Dei offerri debeat. 204
LXVII. De calice Domini. 205
LXVIII. De corporali Dominico. 205
LXIX. De eucharistia. 205
LXX. De eadem re. 205
LXXI. De oblatis, ut de Sabbato in Sabbatum innoventur. 206
LXXII. Ut chrisma semper sub sera sit. 206
LXXIII. Si presbyter pro chrisma dederit ad judicium subvertendum. 206
LXXIV. Ut nullus presbyter pro chrisma aliquod munus det. 206
LXXV. Ut omnis presbyter duas ampullas in Cœna Domini ad civitatem deferat. 206
LXXVI. De presbyteris qui longe positi sunt. 207
LXXVII. Ut alterius episcopi chrisma nullus presbyter accipiat. 207
LXXVIII. Ut nullus minister sine chrismate pro-

ficiscatur. 207
LXXIX. De fontibus sacris. 207
LXXX. Ut nullus presbyter absque vestimentis sacerdotalibus præsumat missam cantare. 307
LXXXI. Ut nullus presbyter in vadium sacrata vasa vel vestimenta mittat. 208
LXXXII. Ut episcopus et presbyter non longe ab ecclesia hospitium habeant. 208
LXXXIII. Ut presbyteri nullatenus ubique hospitari sinantur. 208
LXXXIV. De incontinentia sacerdotum. 208
LXXXV. De eadem re. 208
LXXXVI. De eadem re. 209
LXXXVII. De eadem re. 209
LXXXVIII. De eadem re. 209
LXXXIX. De eadem re. 209
XC. De eadem re. 209
XCI. De eadem re. 209
XCII. De eadem re. 209
XCIII. De eadem re. 209
XCIV. De eadem re. 210
XCV. De eadem re. 210
XCVI. De eadem re. 210
XCVII. De eadem re. 210
XCVIII. De eadem re. 210
XCIX De eadem re. 2 0
C. Quæ mulieres in domibus habitent clericorum. 211
CI Ne ancillæ vel libertæ cellarium teneant clericorum et ministerium secretum impendant. 211
CII. De familiaritate extranearum mulierum. 211
CIII. De eadem re. 211
CIV. De earem re. 211
CV. De visitandis a presbytero infirmis. 212
CVI. De infirmis qui confitentur peccata sua, et se reconciliari exposcunt. 212
CVI. De reconciliandis infirmis. 212
CVIII. De eadem re. 212
CIX De eadem re. 213
CX. De eadem re. 213
CXI. De his qui obmutescunt antequam sacerdos veniat ad eos. 213
CXII. De eadem re. 213
CXIII. De eadem re. 213
CXIV. De pœnitentibus subito mortuis. 214
CXV. De communione privatis qui vita defuncti sunt. 214
CXVI. De unguendis infirmis. 214
CXVII. De eadem re. 214
CXVIII. De eadem re. 2 4
CXIX. De sacra communione. 215
CXX. Ne presbyter sacram communionem laico vel feminæ ad deferendum tradat. 215
CXXI. Ut nulla præmia pro baptizandis requirantur. 215
CXXII. Ut nemo pro sepultura quidquam exigat 215
CXXIII. De eadem re. 216
CXXIV. Ut nullus in ecclesia mortuum sepeliat. 216
CXXV. De eadem re. 216
CXXVI. De eadem re. 217
CXXVII. De eadem re. 217
CXXVIII. De infantibus mortuis per negligentiam non baptizatis. 217
CXXIX. De eadem re. 217
CXXX. De eadem re. 218
CXXXI. Ne oblutiones in domibus offerantur, et ne missæ extra ecclesiam cantetur. 218
CXXXII. De eadem re. 218
CXXXIII. De ebriosis clericis. 218
CXXXIV. De eadem re. 218
CXXXV. De eadem re. 218
CXXXVI. De eadem re. 218
CXXXVII. De eadem re. 218
CXXXVIII. Generales sententiæ de omnibus ebriosis ac vinolentis. 219
CXXXIX. De eadem re. 219
CXL. De eadem re. 219
CXLI. De eadem re. 219
CXLII. De eadem re. 219
CXLIII. De eadem re. 219
CXLIV. De eadem re. 219
CXLV. Ex Pœnitentiali. 220
CXLVI. Ex Canonibus. 220
CXLVII. De eadem re. 220
CXLVIII. De eadem re. 220
CXLIX. De his qui eucharistiam vomunt. 220
CL. De clericis inter epulas cantantibus. 220
CLI. De eadem re. 220
CLII. De eadem re. 220
CLIII. De clericis maledicis. 220
CLIV. De clericis jurantibus. 220
CLV. De eadem re. 220
CLVI. De conviciosis vel maledicis. 220
CLVII. De eadem re. 221
CLVIII. De detractoribus. 221
CLIX. De contentionibus vel rixis. 221
CLX. Unde supra. 221
CLXI. Unde supra. 221
CLXII. De lascivis vel superbis. 221
CLXIII. De eadem re. 221
CLXIV. De murmurantibus. 221
CLXV. Unde supra. 221
CLXVI. Si quis priorem detraxerit. 221
CLXVII. De seditiosis clericis. 221
CLXVIII. De clericis in mutuam cædem prorumpentibus. 222
CLXIX. Unde supra. 222
CLXX. De eadem re. 222
CLXXI. De eadem re. 222
CLXXII. De eadem re. 222
CLXXIII. De eadem re. 222
CLXXIV. Ne clerici arma ferant. 222
CLXXV. De eadem re. 222
CLXXVI. Ne episcopus vel presbyter aut diaconus canes ad venandum habeant. 222
CLXXVII. Ne clerici tabernas ingrediantur. 223
CLXXVIII. De eadem re. 223
CLXXIX. De eadem re. 223
CLXXX. De eadem re. 223
CLXXXI. De clericorum vigiliis. 223
CLXXXII. De eadem re. 223
CLXXXIII. De eadem re. 223
CLXXXIV. De eadem re. 223
CLXXXV. De eadem re. 223
CLXXXVI. Ut missæ ante horam tertiam non celebrentur. 224
CLXXXVII. Ut fideles ante horam tertiam non prandeant. 224
CLXXXVIII. Ut sacramenta altaris a jejunis celebrentur 224
CLXXXIX. Ut post allocutionem episcopi in missarum solemniis plebs ad orationem invitetur. 224
CXC. De eadem re. 224
CXCI. Ut nullus presbyter solus præsumat missam cantare. 225
CXCII. De presbyteris qui celebrata missa non communicant. 225
CXCIII. Quod fideles laici communicare debeant. 225
CXCIV. De diligentia corporis Domini. 225
CXCV. De eadem re. 225
CXCVI. Ne populus antequam missa finiatur de ecclesia egrediatur. 227
CXCVII. De eadem re. 227
CXCVIII. Ut sacrarium mulieres non introeant. 227
CXCIX. De eadem re. 227
CC. Ut omnis presbyter qui ecclesiam regit, thuribulum et incensum habeat. 228
CCI. De prædicatione presbyterorum. 228

CCII. Quid sit a presbyteris prædicandum. 228
CCIII. De eadem re 229
CCIV. De eadem re. 229
CCV. De eadem re. 229
CCVI. Ad episcopos admonitio. 229
CCVII. Ut quisque presbyter qui ecclesiam tenet, clericum habeat. 229
CCVIII. Ut omnis presbyter horas canonicas solemniter persolvat. 229
CCIX. Ut presbyter curam hospitum habeat. 229
CCX. De aqua benedicta. 229
CCXI. De eadem re. 230
CCXII De presbyteris qui culpas peccantium reticent, vel minus digne pœnitentes ad reconciliationem adducunt 231
CCXIII. De presbyteris qui a fidelibus ad prandium invitantur. 230
CCXIV. De rixis et pugna sacerdotum. 231
CCXV. De convivio presbyterorum. 231
CCXVI. De Kalendis, quando presbyteri simul conveniunt. 231
CCXVII. De his qui nihil habentibus ordinantur. 232
CCXVIII. De eadem re. 232
CCXIX. De eadem re 233
CCXX. De reditibus vel oblationibus Ecclesiæ. 232
CCXXI. De usuris. 233
CCXXII. De eadem re. 233
CCXXIII. De eadem re. 233
CCXXIV. De eadem re. 233
CCXXV. Ut sub alieno nomine fenus non exerceant clerici. 233
CCXXVI. De eadem re. 233
CCXXVII. De eadem re. 233
CCXXVIII. De eadem re. 234
CCXXIX. De eadem re. 234
CCXXX. De eadem re. 234
CCXXXI. De eadem re. 234
CCXXXII De eadem re. 234
CCXXXIII. De his qui per pecunias ordinantur. 234
CCXXXIV. De eadem re. 234
CCXXXV. De eadem re. 235
CCXXXVI. De eadem re. 235
CCXXXVII. De eadem re. 235
CCXXXVIII. De eadem re. 235
CCXXXIX. Quod munus sit etiam a lingua. 236
CCXL. Ne presbyteri, ut ecclesias obtineant, munera dent. 236
De his sacerdotibus vel clericis qui per pecunias aliorum sacerdotum ecclesias aut beneficia subripiunt vel subvertunt. 236
CCXLI. Ut nullus presbyter in ecclesia mittat vel ejiciat. 236
CCLXII. De ecclesiis inter cohæredes divisis. 237
CCXLIII. Ut in una ecclesia non plures presbyri constituantur. 237
CCXLIV Ut laici ecclesias, non teneant, nec decimas accipiant. 237
CCXLV. De eadem re. 237
CCXLVI. De eadem re. 238
CCXLVII. De his qui ecclesias deserunt in quibus provecti sunt, et ad alias transeunt. 238
CCXLVIII. De eadem re. 238
CCXLIX. De eadem re. 238
CCL. De eadem re. 238
CCLI. Ne quis alienam parochiam usurpet. 238
CCLII. De clericis qui præficiuntur ptochiis. 239
CCLIII. Ut amplius presbyter non habeat quam unam ecclesiam. 239
CCLIV. De eadem re. 239
CCLV. Ut nullus presbyter alterius parochianum recipiat. 239
CCLVI. De eadem re. 240
CCLVII. De eadem re. 240
CCLVIII. Ut episcopus in alterius episcopi parochia ordinationem non faciat. 240
CCLIX. Ut nullus presbyter aut laicus pœnitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare. 240
CCLX. Ut nullus presbyter chartas scribat. 240
CCLXI. Ut nullus, contempta minore ecclesia, ad potiorem aspiret. 240
CCLXII. De baptismo, et quo tempore celebrandus sit. 240
CCLXIII. De eadem re. 240
CCLXIV. Quod Pascha et Pentecosten sit baptizandum. 240
CCLXV. De gravidis baptizandis. 241
CCLXVI. Baptizentur de quibus ignoratur an sint baptizati. 241
CCLXVII. De baptizatis qui non confirmati moriuntur. 241
CCLXVIII. De rebaptizatis. 241
CCLXIX Quod non nisi in Pascha et Pentecoste sit baptizandum 241
CCLXX. De eadem re. 242
CCLXXI. De fontibus sacris 242
CCLXXII. Ut omnis presbyter suis parochianis symbolum et orationem Dominicam insinuet. 242
CCLXXIII. De eadem re. 242
CCLXXIV. De eadem re. 243
CCLXXV. De Litania majore. 243
CCLXXVI. De jejunio Rogationum. 243
CCLXXVII. De jejunio Quatuor Temporum. 243
CCLXXVIII. De vigiliis sanctorum. 244
CCLXXIX De indicto jejunio. 244
CCLXXX. De eadem re. 244
CCLXXXI. De eadem re. 244
CCLXXXII. De eadem re. 244
CCLXXXIII De fame et pestilentia. 244
CCLXXXIV. Quid sit usura. 244
CCLXXXV. De eadem re. 244
CCLXXV Quid sit fenus. 244
CCLXXVII. De eadem re. 244
CCLXXVVIII. De confessione et pœnitentia. 245
CLLXXXIX. De pœnitentibus. 245
CCXC. De eadem re 245
CCXCI. De eadem re. 246
CCXCII. De danda pœnitentia. 246
CCXCIII. Qualiter suscipere debeant pœnitentem episcopi vel presbyteri. 246
CCXCIV. De eadem re. 246
CCXCV. Ut nullus alius præsumat pœnitentiam dare vel confessionem audire nisi episcopus aut presbyter. 246
CCXCVI. Ut diaconus, si necesse sit, suscipiat confessionem 247
CCXCVII. Item de suscipienda confessione. 247
CCXCVIII De eadem re. 247
CCXCIX. De eadem re. 247
CCC. Ordo ad dandam pœnitentiam. 247
CCCI. Item de pœnitentibus. 252
CCCII. De eadem re. 253
CCCIII. Ut pœnitentia conjugatus ex consensis detur. 253
CCCIV. De eadem re. 253
CCCV. De eadem re. 253
CCCVI. De eadem re. 253
CCCVII. De eadem re. 253
CCCVIII. De eadem re. 253
CCCIX. Ut nullus episcopus alterius civitatis vel parochiæ pœnitentem suscipiat vel sine episcopi vel presbyteri testimonio reconciliet. 253
CCCX. Ut presbyteris et diaconibus manus tanquam pœnitentibus non imponatur 253
CCCXI. Ut pœnitentia clericis non negetur. 524
CCCXII. Qualiter presbyteri et diaconi agant pœnitentiam 254
CCCXIII. Ut a negotatione pœnitententes abstineant. 254
CCCXIV. Ut post depositum cingulum nullus pœnitens ad militiam sæcularem redeat. 254

CCCXV. De eadem re. 254
CCCXVI. De eadem re. 254
CCCXVII. De eadem re. 254
CCCXVIII. De eadem re. 255
CCCXIX. De eadem re. 255
CCCXX. De eadem re. 255
CCCXXI De eadem re. 255
CCCXXII. Qualem affectum debet habere pœnitens. 255
CCCXXIII. Qualis sit vera pœnitentia. 255
CCCXXIV. Quales esse debemus erga impœnitentes. 255
CCCXXV. Ut clerici non intersint nuptiis. 255
CCCXXVI. De eadem re. 255
CCCXXVII. De eadem re. 256
CCCXXVIII. De temporibus quibus se continere debent conjugati ab uxoribus. 256
CCCXXIX. De eadem re. 256
CCCXXX. De eadem re. 256
CCCXXXI. Quod ante communionem abstinere debet a conjuge. 256
CCCXXXII. De eulogiis populo a presbytero dandis. 256
CCCXXXIII. Ut presbyteri cum stola incedant. 257
CCCXXXIV. De eadem re. 257
CCCXXXV. Ne clerici laicalibus induantur vestibus. 257
CCCXXXVI. De eadem re. 257
CCCXXXVII. De eadem re. 257
CCCXXXVIII. Ne presbyteri per pretium ecclesias teneant. 257
CCCXXXIX. Quod non ubique sacrificium sit offerendum. 257
CCCXL. Ubi sit missa celebranda. 258
CCCXLI. Ut de decimis quatuor fiant portiones. 258
CCCXLII. Si episcopus aut presbyter esse ecclesiæ quocunque ingenio alienare præsumpserit 258
CCCXLIII. Ut nulli præsuli possessionem magnam vel parvam ecclesiæ liceat in perpetuum alienare. 258
CCCXLIV. De eadem re. 258
CCCXLV. De eadem re. 259
CCCXLVI. De eadem re. 259
CCCXLVII. Ut presbyteri non vendant rem ecclesiæ ubi sunt constituti. 259
CCCXLIII. De eadem re. 259
CCCXLIX. De eadem re. 259
CCCL. Quid agere oporteat propinquos illius qui ecclesiam ditavit de rebus suis, se prævideriut ex collatis aliquid defraudatum ecclesiæ. 259
CCCLI. De terrulis ex exiguis vineis. 260
CCCLII. Quod fugitivi servi ecclesiæ permittuntur distrahi. 260
CCCLIII. Si quis chartas vel præcepta regia supprimere aut adversariis tradere ausus fuerit. 260
CCCLIV. De testamento episcopi qualiter valeat. 260
CCCLV. De manumissionibus in ecclesia. 260
CCCLVI De eadem re. 261
CCCLVII. De eadem re. 261
CCCLVIII. De libertis ecclesiæ. 261
CCCLIX. De thesauris ecclesiasticis. 261
CCCLX Ut nullus rem ecclesiæ immobilem alienare præsumat. 271
CCCLXI. Si princeps commutationem in ecclesia facere voluerit. 261
CCCLXII. De precariis ecclesiasticis 262
CCCLXIII. De eadem re. 262
CCCLXIV. De eadem re. 262
CCCLXV. Ut precariæ in quinquennio renoventur. 262
CCCLXVI. De commutationibus. 262
CCCLXVII. Ne præcepta fiant super beneficia ecclesiastica vel precarias. 262
CCCLXVIII. De eadem re. 262
CCCLXIX. Ne commutationes fiant de rebus ecclesiasticis sine consensu regis, et ut mancipia ecclesiastica nisi ad libertatem commutentur. 263
CCCLXX. De eadem re. 263
CCCLXXI. De die Dominico. 264
CCCLXXII. Quid fieri licet in die Dominico. 264
CCCLXXIII. Item de die Dominico. 264
CCCLXXIV. Ut mercatus in die Dominico non sit. 264
CCCLXXV. De eadem re. 264
CCCLXXVI. Ut nullus episcopus vel infra positus die Dominico causam judicare præsumat. 264
CCCLXXVII. De festivitatibus anni. 265
CCCLXXVIII. De eadem re. 265
CCCLXXIX. De non flectendo genua. 265
CCCLXXX. De eadem re. 265
CCCLXXXI. Ut turpia cantica plebibus prohibeantur. 266
CCCLXXXII. Ne super mortuorum cadaveribus carmina diabolica nocturnis horis cantentur. 266
CCCLXXXIII. Ut episcopus clericos alterius parochiæ nullatenus ordinet. 266
CCCLXXXIV. Ut nullus alterius clericum ordinet. 266
CCCLXXXV. De eadem re. 266
CCCLXXXVI. Quod non oportet absolute ordinatione fieri. 267
CCCLXXXVII. Item ut nullus absolute ordinetur, 26L
CCCLXXXVIII. De examinatione ante ordinationem. 267
CCCLXXXIX. De eadem re. 267
CCCXC. Ut ordinati litteras accipiant a suis ordinatoribus. 267
CCCXCI. Ut nullus alterius servum ordinare præsumat. 267
CCCXCII. De eadem re. 267
CCCXCIII. Ut nullus ministrorum alterius parochias clericum latenter ad ordinationem subintroducat. 268
CCCXCIV. Item de servis ordinandis. 268
CCCXCV. De eadem re. 268
CCCXCVI. De servorum ordinatione. 268
CCCXCVII. De peculiare servorum. 269
CCCXCVIII. De peculiare ordinatorum. 269
CCCXCIX. De servis ecclesiarum. 269
CCCC. De familiis monasteriorum. 267
CCCCI. Exemplar libertatis supra notatum. 269
CCCCII. Exemplar libertatis de proprio servo. 269
CCCCIII. Quod manumissio in ecclesia debet fieri. 271
CCCCIV. De eadem re. 271
CCCCV. De eadem re. 271
CCCCVI. De eadem re. 271
CCCCVII. Quod charta libertatis in ambone sit legenda. 271
CCCCVIII. De ordinatione. 272
CCCCIX. De eadem re. 272
CCCCX. Qui partem digiti sibi abscidit, clericus esse non debet. 273
CCCCXI. Ne illitterati ordinentur. 273
CCCCXII. Ne criminosi ad clerum assumantur. 273
CCCCXIII. Ut dæmonibus similibusque passionibus irretiti ministeria sacra tractare non debeant. 273
CCCCXIV. De filiis concubinarum, ne ad clerum assumantur. 273
CCCCXV. De raptoribus virginum et viduarum. 273
CCCCXVI. De filiis non legitimis. 273
CCCCXVII. De eadem re. 273
CCCCXXVIII. Ecclesiastica dignitas non recepit filios ex illicito concubitu natos. 273
CCCCXIX. Ut nullus alterius suscipiat clericum. 274
CCCCXX. Ut alienum clericum nemo suscipiat. 274

CCCCXXI. De transfugis clericis. 274
CCCCXXII. De eadem re. 274
CCCCXXIII. De eadem re. 274
CCCCXXIV. Ut clerici cum epistolis episcopi sui proficiscantur. 274
CCCCXXV. De eadem re. 274
CCCCXXVI. De eadem re. 274
CCCCXXVII. De eadem re. 275
CCCCXXVIII. De eadem re. 275
CCCCXXIX. De eadem re. 275
CCCCXXX. De eadem re. 275
CCCCXXXI. De eadem re. 275
CCCCXXXII. De eadem re. 275
CCCCXXXIII. De eadem re. 275
CCCCXXXIV. De eadem re. 275
CCCCXXXV. De eadem re. 275
CCCCXXXVI. De eadem re. 275
CCCCXXXVII. Nicæna synodus hunc ordinem inter episcopos in faciendis epistolis conservandum esse instituit. 276
CCCCXXXVIII. Exemplar epistolæ formatæ. 277
CCCCXXXIX. Item alia epistola. 277
CCCCXL. De ordinatione. 278
CCCCXLI. Qualiter episcopus debet ordinem facere. 278
CCCCLII. De eadem re. 279
CCCCLIII. Qualiter episcopus ordinandus examinetur. 276
INCIPIT LIBER SECUNDUS. 280
I. Qualiter episcopus suam parochiam debet circumire. 280
II. De juratoribus synodi. 281
III. Sacramentum synodale. 281
IV. Allocutio episcopi. 281
V. Post hæc ita per ordinem interroget. 282
VI. De Pœnitentia homicidarum. 287
VII. Quid in primo anno observare debet. 287
VIII. Quid in aliis duobus annis observare debet. 287
IX. Quid in reliquis quatuor annis observare debet. 287
X. De eo qui voluntarie homicidium fecit. 288
XI. De eadem re. 288
XII. De eadem re. 288
XIII. De eadem re. 288
XIV. De eadem re 289
XV. De homicidiis non sponte commissis. 289
XVI. De eadem re. 289
XVII. De eadem re. 289
XVIII. De eadem re. 289
XIX. De eadem re. 289
XX. De eadem re. 290
XXI. De eadem re. 290
XXII. De eadem re. 290
XXIII. Qui per faidam hominem occiderit. 290
XXIV. De eadem re. 290
XXV. De eadem re. 290
XXVI. De his qui servos suos necant extra judicem. 290
XXVII. De patricidis et fratricidis. 290
XXVIII. Item de parricidis. 291
XXIX. Ouod parricidis arma et conjugium interdicatur. 291
XXX. Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interficit. 291
XXXI. De eo qui hominem in ecclesia interficit. 291
XXXII. De injuriis sacerdotum vel clericorum. 292
XXXIII. De ictu. 292
XXXIV. Si quis clericum exspoliaverit. 292
XXXV. Si quis clericum verberaverit, 292
XXXVI. De eadem re, 292
XXXVII. De pugna et homicidio in ecclesiæ atrio. 293
XXXVIII. De pugna in ecclesia. 293
XXXIX. Quod laici de substantia morientium presbyterorum suorum nullam portionem accipiant. 293
XL. De compositione presbyteri, si occisus fuerit. 293
XLI. De eadem re. 293
XLII. De eo qui sacerdotem occiderit. 293
XLIII. De eadem re. 294
XLIV. De eo qui presbyterum degradatum occiderit. 294
XLV. De homicidiis clericorum. 294
XLVI. Si aliquis ordinatus homicidium fecerit. 294
XLVII. Si quis consenserit aut conciliatus fuerit ut homo interficiatur. 294
XLVIII. Si quis consanguineum suum occiderit aut seniorem. 294
XLIX. Ex dictis Ferrandi diaconi. 294
L. De his qui pro nihilo ducunt homicidium in bello perpetratum. 295
LI. De eadem re. 295
LII. De clerico qui proximum occidit. 295
LIII. Item de parricidis. 296
LIV. Qui hominem debilitaverit. 296
LV. De truncationibus membrorum. 296
LVI. Quæ debeat discretio ecclesiarum rectoribus esse ne per inconditum disciplinam subeant *homicidii* notam. 296
LVII. Item de parricidio. 296
LVIII. De domina quæ ancillam occidit. 296
LIX. Si servus occiditur a domino dum verberibus castigatur. 297
LX. De oppressione infantum. 297
LXI. Si per negligentiam matris infans moritur non baptizatus. 297
LXII. De femina cujus filius, per negligentiam obierit non baptizatus. 297
LXIII. De mulieribus quæ partus suos necant. 297
LXIV. De eadem re. 297
LXV. De eadem re. 297
LXVI. Si qua mulier partum suum excusserit. 298
LXVII. Si qua mulier filium vel filiam occiderit. 298
LXVIII. De eadem re. 298
LXIX. Ut ante januam ecclesiæ adulteri infantes exponantur. 298
LXX. De eadem re. 299
LXXI. De eadem re. 299
LXXII. De eadem re. 299
LXXIII. De homicidiis. 299
LXXIV. De his qui uxores occidunt. 299
LXXV. De eadem re. 299
LXXVI. De eadem re. 299
LXXVII. De pugna duorum, quod nostri campum appellant 300
LXXVIII. De eadem re. 300
LXXIX. De parricidis. 300
LXXX. De his qui ferro vinciuntur. 300
LXXXI. De faidis coercendis. 300
LXXXII. De femina quæ virum per maleficium interficit. 301
LXXXIII. De eadem re. 301
LXXXIV. De eadem re. 301
LXXXV. De eadem re. 301
LXXXVI. De his qui hominem suadent interfici. 301
LXXXVII. De eadem re. 301
LXXXVIII. De eo qui hominem castraverit. 301
LXXXIX. De eadem re. 301
XC. De his qui circumciduntur. 301
XCI. Si Judæus servum alienæ nationis circumciderit. 301
XCII. De his qui semetipsos interficiunt. 302
XCIII. De his qui in patibulo suspenduntur. 302
XCIV. De furibus et latronibus deprehensis. 302
XCV. Qui propter cupiditatem Judæum vel paga-

num occiderit. 302
XCVI. Si quis insaniens hominem occiderit. 302
XCVII. Si plures unum hominem occiderint. 302
XCVIII. De eo cui imputatur homicidium, et probari non potest 303
XCIX. De adulteriis et fornicationibus. 303
C. De eo qui uxorem habens, concubinam tenet. 303
CI. De repudio. 303
CII. De feminis quæ relinquunt viros suos. 303
CIII. De adultero marito. 304
CIV. De discidio. 304
CV. De eadem re. 304
CVI. De eadem re. 304
CVII. De legitimis conjugiis. 305
CVIII. De viro qui consensit uxorem suam velum suscipere. 305
CIX. Si conjugatus vel sæculum relinquere. 305
CX. De eadem re. 305
CXI. De his qui dimittunt conjuges absque judicio ecclesiastico. 306
CXII. Ut omnis controversia, si judicio ecclesiastico expetit agitari, nequaquam ad sæculare judicium transeat. 306
CXIII. De eadem re. 306
CXIV. De judicio ecclesiastico. 306
CXV. Ut nullus causam judicatam iterare præsumat. 307
CXVI. Ut femina de adulterio inculpata suæ potestati ad tempus restituatur. 307
CXVII. Ne Episcopi sententia retractetur. 307
CXVIII. Si qua mulier mortem viri sui cum aliis consiliata sit. 307
CXIX. De ingenuo qui ancillam alterius acceperit. 307
CXX. Si servus suam ancillam concubinam habet. 308
CXXI. De liberto qui ancillam domini tenuerit. 308
CXXII. Si venditionis causa servus et ancilla separentur. 308
CXXIII. De eadem re 308
CXXIV. Si maritus certa necessitate impellente extra ducatum fugerit. 308
CXXV. De eo qui uxorem suam permiserit velare. 309
CXXVI. Si mulier sine licentia mariti velum accipiat. 309
CXXVII. De homine qui in alia provincia uxorem acceperit. 309
CXXVIII. De uxore ante contaminata. 309
CXXIX. Ne furiosi matrimonio jungantur. 309
CXXX. Si qui matrimonia sani junxerunt. 309
CXXXI. Si cujus uxor adulterium perpetraverit. 309
CXXXII. Si non sociati conjugio fornicati fuerint. 310
CXXXIII. Quid si unus absolutus et alter copulatus adulterati fuerint. 310
CXXXIV. De eadem re. 310
CXXXV. Si uxoratus ancillam propriam tenuerit. 310
CXXXVI. Si laicus cum laica femina fornicatus fuerit. 310
CXXXVII. De conjugato qui sæpius fornicatus fuerit. 310
CXXXVIII. De eo qui lapsus semel est. 310
CXXXIX. Cur non communicant viri cum adulteris uxoribus. 310
CXL. Si conscio marito uxor fuerit mœchata. 311
CXLI. Si quis cum Judæa vel gentili mœchatus fuerit. 311
CXLII. De lenocinio. 311
CXLIII. Ne Judæus Christianam ducat uxorem. 311
CXLIV. Ut alterius mulierem nullus accuset. 311
CXLV. De maritis accusantibus. 311
CXLVI. Ut familia de adulterio distringatur. 311
CXLVII. Si ingenua servo proprio se miscuerit. 312
CXLVIII. Quando permittatur uxor occidi. 312
CXLIX. De reo lenocinii. 312
CL. De dilatione in causa adulterii. 312
CLI. De virginibus laicis. 312
CLII. De his qui fidem sponsaliorum frangunt. 312
CLIII. De benedicenda sponsa. 312
CLIV. Ut nullus alterius sponsam accipiat. 312
CLV. De raptis puellis desponsatis. 313
CLVI. De eadem re. 313
CLVII. De eadem re. 313
CLVIII. De non sponsatis. 313
CLIX. De raptoribus virginum et viduarum. 314
CLX. De eadem re. 314
CLXI. De eadem re. 314
CLXII. De eadem re. 314
CLXIII. De his qui sanctimoniales rapiunt. 314
CLXIV. De eadem re. 314
CLXV. De eadem re. 315
CLXVI. De eadem re. 315
CLXVII. Ut episcopus monasterium monachorum vel puellarum introeat. 315
CLXVIII. Ut abbatissa de monasterio non egrediatur. 315
CLXIX. Quid agere debeant sanctimoniales. 315
CLXX. De cautela sanctimonialium. 316
CLXXI. Ne clerici vel continentes ad virgines ingrediantur. 316
CLXXII. Item de corruptis sanctimonialibus. 316
CLXXIII. De sæcularibus viduis. 316
CLXXIV. De eadem re. 317
CLXXV. De eadem re. 317
CLXXVI. Ne sanctimoniales palatium et publicos conventus adeant. 317
CLXXVII. Quando virgo veletur. 318
CLXXVIII. De eadem re. 318
CLXXIX. De eadem re. 318
CLXXX. Item de sanctimonialibus. 318
CLXXXI. De concubinis. 319
CLXXXII. Ut de captivitate venientibus maritis uxores propriæ reformentur. 319
CLXXXIII. De eadem re. 319
CLXXXIV. De incestis. 319
CLXXXV. De eadem re. 319
CLXXXVI. De eadem re. 320
CLXXXVII. De judicio. 320
CLXXXVIII. De feminis quæ viros amittunt. 320
CLXXXIX. De eadem re. 320
CXC. Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interficit. 321
CXCI. Ne frater super thorum defuncti fratris ascendat. 321
CXCII. De sorore sponsæ violata. 321
CXCIII. De muliere quæ duobus fratribus nupsit. 321
CXCIV. De eadem re. 321
CXCV. De eadem re. 321
CXCVI. De filiola et commatre. 321
CXCVII. Si quis viduam uxorem duxerit. 322
CXCVIII. De eo qui filiolam suam polluit. 322
CXCIX. Item de incestis et eorum pœnitentia. 322
CC. In quota generatione copulentur fideles. 322
CCI. De eadem re. 324
CCII. De eadem re. 324
CCIII. De illo qui se servum fecit. 324
CCIV. Item de incestis. 325
CCV. Si quis cum filia materteræ suæ, etc., concubuerit. 325
CCVI. Item de incestis. 325
CCVII. De eadem re. 325
CCVIII. Da eadem re. 325
CCIX. De eadem re. 326
CCX. De eadem re. 326
CCXI. De eadem re. 326
CCXII. De separatione. 326
CCXIII. De eadem re. 326

CCXIV. De eadem re. 326
CCXV. De eadem re. 326
CCXVI. De eadem re. 326
CCXVII. De eadem re. 326
CCXVIII. De eadem re. 327
CCXIX. De eadem re. 327
CCXX. De eadem re. 327
CCXXI. Si quis propter faidam fugit. 327
CCXXII. Item de incestis. 327
CCXXIII. Item de parricidis. 327
CCXXIV. Item de incestis. 327
CCXXV. De eadem re. 327
CCXXVI. De eadem re. 328
CCXXVII. De eadem re. 328
CCXXVIII. Si quis cum commatre fornicatus fuerit. 328
CCXXIX. Item de incestis. 328
CCXXX. Quod cum sacramento illicita conjugia solvenda sunt. 328
CCXXXI. Juramentum de parentela quomodo inquirendum. 328
CCXXXII. De eadem re. 328
CCXXXIII. Sacramentum de incestuoso discidio. 329
CCXXXIV. Invocatio judicii. 329
CCXXXV. Juramentum post datam pœnitentiam ad perpetrata luxuria. 329
CCXXXVI. De eo qui vivente marito conjugem illius adulterasse accusatus perhibetur. 329
CCXXXVII. De eadem re. 329
CCXXXVIII. Invocatio de morte mariti vel uxoris. 329
CCXXXIX. Juramentum vel invocatio de homicidio imputato. 330
CCXL. Juramentum de reconciliatione conjugatorum. 330
CCXLI. De eadem re. 330
CCXLII. De his qui matrimonio juncti sunt et nubere non possunt. 330
CCXLIII. De eadem re. 330
CCXLIV. De eadem re. 331
CCXLV. De eadem re. 331
CCXLVI. De fornicatione diversarum personarum. 331
CCXLVII. Item de incestis. 331
CCXLVIII. De sordidatione puerorum. 332
CCXLIX. De menstruis abstinendis. 332
CCL. De mulierum fornicatione. 332
CCLI. De illecebroso amplexu. 332
CCLII. De fundendo semen. 333
CCLIII. De quadrupedum fornicatione. 333
CCLIV. De Sodomitis. 333
CCLV. De eadem re. 333
CCLVI. De eadem re. 333
CCLVII. De eadem re. 334
CCLVIII De eadem re. 334
CCLIX. De eadem re. 334
CCLX. De eadem re. 334
CCLXI. De eadem re. 334
CCLXII. Item de copulatione fidelium. 334
CCLXIII. Ne in domibus fidelium adulteria perpetrentur. 335
CCLXIV. Item de incestis. 335
CCLXV. De furto et rapina. 335
CCLXVI. De eadem re. 335
CCLXVII. De eadem re. 335
CCLXVIII. De eadem re. 335
CCLXIX. De eadem re. 335
CCLXX. De eadem re. 335
CCLXXI. De eadem re. 335
CCLXXII. De eadem re. 336
CCLXXIII. De eadem re. 336
CCLXXIV. De eadem re. 336
CCLXXV. De eadem re. 337
CCLXXVI. De eadem re. 337
CCLXXVII. De causa criminali. 337
CCLXXVIII. De rapina et violentia, 337
CCLXXIX. De eadem re.
CCLXXX. De eadem re.
CCLXXXI De eadem re.
CCLXXXII. De eadem re.
CCLXXXIII. De eadem re.
CCLXXXIV. De eadem re.
CCLXXXV. De eadem re.
CCLXXXVI. In canonibus scriptum.
CCLXXXVII. De eadem re.
CCLXXXVIII. De his qui loca sacrata infr
CCLXXXIX Quomodo episcopus ad syno
cet prædatores.
CCXC. De his qui alterius paræchiani sun
CCXCI. De eadem re.
CCXCII. De eadem re.
CCXCIII. Si Episcopus non excommunicet
torem.
CCXCIV. Item de rapacibus.
CCXCV Quod episcopi protegere et defend
pulum debent.
CCXCV Item de malefactoribus.
CCXCVII. De eadem re.
CCXCVIII. De eadem re.
CCXCIX. De eadem re.
CCC. De eadem re.
CCCI. De eadem re.
CCCII. Si homo accusatur et negaverit.
CCCIII. Ut nullus alterius parœchianum e
municet.
CCCIV. De eadem re.
CCCV. De eadem re.
CCCVI. De eadem re.
CCCVII Ut non cito ira commotus aliquen
copus excommunicet.
CCCVIII. De eadem re
CCCIX. De eadem re.
CCCX. Ut quod in Deum quis peccat null
nare possit.
CCCXI. De perjurio.
CCCXII. De eadem re.
CCCXIII. De eadem re.
CCCXIV. De eadem re.
CCCXV. De eadem re.
CCCXVI. Ut episcopus super sacra non jure
CCCXVII. Item de perjurio.
CCCXVIII. Quo tempore sacramenta jurentu
CCCXIX. Ut feria quarta ante quadragesima
cramenta non jurentur.
CCCXX. De clerico, si perjuraverit.
CCCXXI. De his qui sacramento se obligant
pacem redeant.
CCCXXII. Item de perjurio.
CCCXXIII. De eadem re.
CCCXXIV. De eadem re.
CCCXXV. De eadem re.
CCCXXVI. De eadem re.
CCCXXVII. De eadem re.
CCCXXVIII. De eadem re.
CCCXXIX. De eadem re.
CCCXXX. De eadem re.
CCCXXXI. De eadem re.
CCCXXXII. De eadem re.
CCCXXXIII. De falso testimonio.
CCCXXXIV. De eadem re.
CCCXXXV. De eadem re.
CCCXXXVI. De eadem re.
CCCXXXVII. De eadem re.
CCCXXXVIII De eadem re.
CCCXXXIX. De eadem re.
CCCXL. De eadem re.
CCCXLI. De eadem re.
CCCXLII. De eadem re.
CCCXLIII. De eadem re.
CCCXLIV. De eo qui hominem furatus fueri
CCCXLV. De eadem re.

CCCXLVI. Ne Judæo Christianum mancipium habere liceat. 349
CCCXLVII. De his qui divininationes expetunt. 349
CCCXLVIII. De eadem re. 349
CCCXLIX. De eadem re. 350
CCCL. De eadem re. 350
CCCLI. De eadem re. 350
CCCLII. De eadem re. 350
CCCLIII De eadem re. 350
CCCLIV. De eadem re. 350
CCCLV. De eadem re. 350
CCCLVI. De eadem re. 350
CCCLVII. De eadem re. 350
CCCLVIII. De eadem re. 350
CCCLIX. De arboribus et fontibus et lapidibus dæmonibus consecratis. 351
CCCLX. De eadem re. 351
CCCLXI. De eadem re. 351
CCCLXII. De menstruo sanguine. 351
CCCLXIII. De eadem re. 351
CCCLXIV. Unde supra. 352
CCCLXV. Ut Christiani traditiones gentilium non observent. 353
CCCLXVI. De eadem re. 353
CCCLXVII. De collectione herbarum. 353
CCCLXVIII. De lanificiis feminarum. 353
CCCLXIX. De morticinis. 354
CCCLXX. De eadem re. 354
CCCLXXI. De eadem re. 354
CCCLXXII. De liquore. 354
CCCLXXIII. De sanguine. 354
CCCLXXIV. Item ut nullus sanguinem comedat. 354
CCCLXXV. De discordantibus. 355
CCCLXXVI. De eadem re. 355
CCCLXXVII. De eadem re. 355
CCCLXXVIII. De eadem re. 355
CCCLXXIX. De eadem re. 355
CCCLXXX. De eadem re. 355
CCCLXXXI. De Dei judicio subvertendo. 355
CCCLXXXII. De oblationibus defunctorum. 355
CCCLXXXIII. De eadem re. 355
CCCLXXXIV. De eadem re. 355
CCCLXXXV De eadem re. 356
CCCLXXXVI. De mortuis. 356
CCCLXXXVII. Ut præcipuæ festivitates in civitatibus celebrentur. 356
CCCLXXXVIII. De eadem re. 356
CCCLXXXIX. De eadem re. 356
CCCXC. De Decanis per parochias mittendis. 356
CCCXCI. De excommunicatis. 356
CCCXCII. De eadem re. 357
CCCXCIII, De eadem re. 357
CCCXCIV. De eadem re. 357
CCCXCV. De eadem re. 357
CCCXCVI. De eadem re. 357
CCCXCVII. De eadem re. 357
CCCXCVIII. De eadem re. 357
CCCXCIX. De eadem re. 357
CCCC. De eadem re. 357
CCCCI De eadem re. 357
CCCCII. De damnatis a synodo. 357
CCCCIII. De excommunicato qui communicare præsumpserit. 358
CCCCIV. Si episcopus voluerit exterminare aliquem de Ecclesia. 358
CCCCV De depositis, si ausi fuerint attrectare ministerium sibi dudum commissum. 358
CCCCVI. De presbytero accusato. 358
CCCCVII. Qualiter episcopus excommunicare infideles debeat. 358
CCCCVIII. Allocutio. 358
CCCCIX. Excommunicatio. 361
CCCCX. Item alia excommunicationis allocutio. 361
CCCCXI. Excommunicatio. 361
CCCCXII. Item alia terribilior excommunicatio. 362
CCCCXIII. Excommunicatio brevis. 362
CCCCXIV. Qualiter episcopus reconciliet vel recipiat excommunicatum. 362
CCCCXV. De eo qui patrem vel matrem inhonorat. 363
CCCCVI. De bubulcis et porcariis, ut ad Missam veniant saltem in dominicis diebus. 363
CCCCXVII. De pauperibus, qualiter alantur. 363
CCCCXVIII. De eadem re. 363
CCCCXIX. De eo qui bannum episcopi vel presbyteri parvi pendit. 364
CCCCXX. De presbytero qui fuerit degradatus. 364
CCCCXXI. Ut nullus hospitium deneget iteranti. 364
CCCCXXII. De eo qui presbyterum inhonorat. 364
CCCCXXIII. Si quis contradicit episcopo ne servi propter crimina virgis cædantur. 365
CCCCXXIV. De advenis. 365
CCCCXXV. De eadem re. 365
CCCCXXVI. Ut justæ mensuræ sint. 365
CCCCXXVII. De eadem re. 366
CCCCXXVIII. De conspirationibus. 366
CCCCXXIX. De eadem re. 366
CCCCXXX. De eadem re. 366
CCCCXXXI. De eadem re. 367
CCCCXXXII. De confratriis vel consortiis. 367
CCCCXXXIII Ut si presbyter defunctus fuerit vicinus presbyter apud seniorem sæcularem nequaquam ecclesiam obtinet. 367
CCCCXXXIV. De liquore in quo mus ceciderit. 368
CCCCXXXV. Si quis sepulcrum violaverit et cætera. 368
CCCCXXXVI. Si aliquis excommunicatus mortuus fuerit. 368
CCCCXXXVII. De eo qui furatus per necessitatem. 368
CCCCXXXVIII. De redemptionis pretio. 368
CCCCXXXIX. Quid pro uno mense agendum sit. 369
CCCCXL. Quid pro una hebdomada. 369
CCCCXLI. Qui pro uno anno. 369
CCCCXLII. Item de pretio unius anni. 369
CCCCXLIII. De redemptione trium annorum. 369
CCCCXLIV. De eadem re. 369
CCCCXLV. Item de redemptione trium annorum. 369
CCCCXLVI. Quomodo possum pœnitentiam septem annorum pœnitere. 370
Appendix prima
I. De pseudographis et dubiis narrationibus. 370
II. De linteis altaribus præparandis. 371
III. De his qui proponentes fornicari. 371
IV. Laicum pellentem suam conjugem communione privandum. 371
V. De iis qui velut peccatum copulam deserunt nuptiarum. 371
VI. De mulieribus quæ utuntur virilibus indumentis. 371
VII. De his qui Christianitatis obtentu despiciunt filios. 371
VIII. De his qui Dominico die jejunant. 371
IX. De his qui abominantur eos qui carnibus vescuntur. 371
X. Non debere in diebus jejuniorum commemorationes martyrum fieri. 371
XI. Quod manere debet firmum si servi fisci ecclesias fecerint. 371
XII. Omni die energumenoi exorcizentur. 371
XIII. De victu energumenorum. 371
XIV. De servis qui ad ecclesiam confugiunt. 372
XV. De nominibus recitandis in missa. 372
XVI. Quod rite omni sabbato jejunetur. 372
XVII. Jejunia legitima nonnisi maxima necessitate solvenda. 372
XVIII. Ut incarcerati a præpositis ecclesiæ dic

bus Dominicis visitentur. 372
XIX. Ut mulieres publice docere non præsumant necque baptizare. 372
XX. Qui ad ecclesiam confugiunt tradi non debent. 372
XXI. De accusatis vel accusatoribus. 373
XXII. De eadem re. 373
XXIII. De eadem re. 374
XXIV. De eadem re. 374
XXV. Item unde supra. 374
XXVI. De eadem re. 374
XXVII. De his qui episcopo aliquam injuriam vel dehonorationem fecerint. 374
XXVIII. Quæ pœnitentia imponenda sit his qui furem aut latronem interficiunt. 374
XXIX. Ne oblationes alibi fiant quam in ecclesia. 375
XXX. Contra eos qui dicunt sanctum Gregorium papam Romanum ad interrogationem Augustini Cantuariorum episcopi consanguinitatis quarta contracta matrimonia solvi minime debere. 375
XXXI. De presbyteris vel diaconibus ab uno episcopo non deponendis. 375
XXXII. Ut abbates episcopis, monachi abbatibus subsint et de monachis vagis. 376
XXXIII. De discretione potestatis episcoporum quam in monasteriis habere possunt. 376
XXXIV. De his quos parentes ab infantia clericatus officio manciparunt si postea voluntatem habeant nubendi. 376
XXXV. Ut diaconus ante xxv annos et sacerdos ante xxx, non ordinentur. 377
XXXVI. Ut pœnitentes et digami non ordinentur. 377
XXXVII. Qua ætate diaconi ordinentur. 377
XXXVIII. Qua ætate episcopi vel presbyteri consecrentur. 377
XXXIX. Qua ætate sacerdotes ordinari debeant. 378
XL. De ordinatione episcopi. 378
XLI. Ut viduæ non velentur. 379
XLII. Quod viduæ, ut supra dictum est, non velentur. Sed si professam continentiam proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se Deo rationem reddant. 379
XLIII. De viduis quæ post professam continentiam peccaverint. 379
XLIV. De viduis professis si nupserint aut raptæ fuerint. 380
XLV. Incipiunt capitula synodi Toletanæ. 380
XLVI. De viris ac feminis sacris propositum transgredientibus sacrum concilium Toletanum. 380
XLVII. Ut viduæ vel virgines continentiam professæ non nubant. 380
XLVIII. De his qui velatas Deo consecratas in conjugium duxerint. 381
XLIX. De viduis velatis. 381
L. De eadem re. 381
LI. De viro contra voluntatem uxoris in monasterium ingresso, et jam tonsoratus fuerit omnino reddendo. 382
LII. Episcopum debere honorem deponere si concubinam habuit eo tempore quo erat in sacro ordine constitutus. 382
LIII. De raptoribus virginum et viduarum. Item de abbatis quæ jus electionis habent seu de his quæ non habent. 382
LIV. Quid sit ministrare Christo. 383
LV. De clericis qui monachorum propositum appellunt. 384
LVI. Decretum de viduis. 384
LVII. De vidua quæ sub obtentu religionis velum ad tempus sibi imposuerit. 386
LVIII. De pœnitentibus viris ac viduis, sive virginibus, qui divertantes laici fiunt aut vestum mutant, vel conjugiis copulantur. 386
LIX. De dicretione sæcularium et sanctimonialium viduarum. 386
LX. Ad habitum redire cogatur et recludatur in monasterio quæ religiosam vestem abjecit. 387
LXI. De eadem re. 387
LXII. De feminis quæ religionis vestem in domibus propriis mutaverunt, si postea conjugium degerint, quid agendum sit. 388
LXIII. Quod consuetudo ecclesiastica pro lege tenenda est. 388
LXIV. De eadem re. 388
APPENDIX SECUNDA. 389
I ad XXVII. Vide appendicem I. 389
XXVIII. Ne sacerdos vexetur. 389
XXIX. De eadem re. 389
XXX. De demigrantia clericorum. 389
XXXI. De odio in fratres. 390
XXXII. Sanctus Gregorius dicit, item Augustinus, de odio. 390
XXXIII. De lapsis sacerdotibus. 390
XXXIV. Ne sacerdotes Domini, sicut vulgus solet jurare, compellantur. 391
XXXV. De ecclesiastica controversia testes. 392
XXXVI. De medico male curante. 392
XXXVII. De clericorum tonsura. 392
XXXVIII. De puellis monialibus factis. 392
XXXIX. De laicis morientium presbyterorum substantiam diripientibus. 392
XL. De manso et decimis. 393
XLI. Ne quis de servili conditione promoveatur ad clerum. 393
XLII. De bonis ecclesiasticis. 393
XLIII. De patrimonio clericorum. 393
XLIV. De feminis quæ religionis vestem domibus propriis mutaverint, si postea concubitum elegerint, quid agendum sit. 393
XLV. De viduis epistola beati Gregorii papæ Bonifacio archiepiscopo missa in qua inter cætera ita legitur decretum 394
XLVI. De virginibus non velatis. 394
XLVII. Ne clerici viduarum familiaritati associentur. 395
XLVIII. De viduis quæ ecclesiæ stipendiis sustentantur. 395
XLIX. De viduis quæ professa continentia prævaricantur. 395
L. De viduis quæ viduitatem professæ sunt coram episcopo. 395
LI. De virginibus quæ intra xxv annos necessitate cogente velantur. 396
LII. Non liceat mulieri sanctum velum acceptum dimittere. 396
LIII. De communicantibus. 396
LIV. Cum sacerdos moritur, quid de rebus ejus observetur. 397
LV. De accusatis sacerdotibus sive etiam de optimatibus, palatii atque gardingis. 397
LVI. Ne quis sine auctore condemnetur. 399
STEPHANI BALUZII NOTÆ ad libros Reginonis de ecclesiasticis disciplinis. 400
APPENDIX ACTORUM VETERUM quorum in notis facta mentio est. 455
I. Epistola Zachariæ papæ ad Theodorum episcopum Ticinensem. 455
II. Admonitio synodalis antiqua a diacono post evangelium legenda, episcopo et cæteris in ordine sedentibus. 455
III. Admonitio synodalis nova, quæ post evangelium legebatur ab episcopo sedente in faldistorio. 458
IV. Admonitio synodalis novissima ab episcopo legenda post evangelium. 460
V. Ordo ad celebrandum sacros ordines secundum librum fratris Danielis carmelitæ Metensis episcopi. 462
VI. Vetus confessio pœnitentium. 463

lissa pro tribulatione. 465
Litteræ Jonæ episcopi Augustodunensis de :onsecratione ecclesiæ montis Buznini. 466
pistola Lamberti episcopi Cenomanensis ad ındum episcopum Sagiensem. 467
stamentum Riculfi episcopi Helenensis. 468
anumissio constantiæ. 469
Testamentum domni Ademari vicecomitis n et abbatis Tutelensis. 469
Litteræ Rodhmundi episcopi Augustodunen- 472
Concordia monachorum Tutelensium et Au-sium. 472
Excommunicatio Ragenardi comitis Seno- ınovata adversus Gauzfridum et Geilonem ıs Senonenses. 473
Litteræ Richardi Archiepiscopi Bituricensis ·cratione ecclesiæ Vipplensis. 475
Judicium Aganonis episcopi Augustodu- dversus Raginardum. 476
Litteræ Richardi archiepiscopi Bituricen- ıco presbyterali ecclesiæ de Lanatico. 477
Donum ecclesiæ de Lenatia datum monaste- apella in diœcesi Bituricensi. 479
ɔncordia de ecclesia de Casimansi pro mo- de Capella in diœcesi Bituricensi. 480
Paschalis II. — Epistola ad Norigaudum .m Augustodunensem. 480
Concordia monachorum sancti Bertini in ım parochianis de Calays. 482
. Manumissio Nicolai de Marisiaco. 482
. Formulæ veteres absolutionis pœniten- 482
ARMONICA INSTITUTIONE. 483
ım. 483
; epistola de Harmonica Institutione missa odum archiepiscopum Trevirensem. 484
ARIUS VIRDUNENSIS PRESBYTER.
A EPISCOPORUM VIRDUNENSIUM. 502
tio D. G. Waitz. 50:
; excerptum domni Bertarii sacerdotis in ɔntificum S. Virdunensis ecclesiæ ad dom- lonem ejusdem sedis antistitem. 507
uatio. 517
RTUS METENSIS EPISCOPUS. 527
a historica. 527
MATA ET EPISTOLÆ. 529
LOMATA. 529
ɔgium quo Robertus confirmat commutatio- ır Lodoinum Gorziensis monasterii abbatem lingum presbyterum. 529
ɔgium pro monasterio sancti Arnulphi.
ɔgium ad ædificationem ecclesiæ Dodonis 532
STOLÆ. 533
BODUS TRAJECTENSIS AD RHENUM EPISCOPUS.
. Radbodi, auctore anonymo subæquali. 537
rationes præviæ. 537
: vita. 540
ODI BREVE CHRONICUM. 548
O DE S. WITBERTO. 548
O DE VITA S. VIRGINIS CHRISTI AMEL- 550
LIA DE S. LEBWINO. 553
INA. 557
ON CONSTANTIENSIS EPISCOPUS.
a historica. 561
US AD DADONEM EPISCOPUM. 562
: prologus sequentis operis. 562
ı Salomonis. 563
na ad Dadonem. 569
tichon quo carmen Waldrammi mittit ad ı. 571
Versus Waldrammi ad Salomonem episcopum, quos Salomon ad Dadonem mittit. 572
WALDRAMMUS ARGENTINENSIS EPISCOPUS.
Notitia historica. 573
Carmina. Vide supra in Salomone. 575
ODILO MONACHUS S. MEDARDI SUESSIONENSIS.
Notitia historica. 576
DE TRANSLATIONE RELIQUIARUM S. SEBASTIANI MARTYRIS ET GREGORII PAPÆ in Suessionense sancti Medardi monasterium. 576
Mabillonii observationes præviæ. 576
Epistolæ ad I granum. 579
Relatio memorabilis de translatione. 581
APPENDIX de miraculis S. Gregorii deque nonnullis aliis cœnobii S. Medardi reliquiis. 621
Incipit epistola Odilonis ad Ingrannum. 624
Incipit narrationis epilogus. 624
EPISTOLA AD HUCBALDUM MONACHUM S. AMANDI. 628
SERMONES TRES. 629
I. Sermo de S. Medardo. 629
II. De S. Medardo et Gildardo. 634
III. De S. Medardo. 639
STEPHANUS LEODIENSIS EPISCOPUS.
Notitia historica. 641
VITA S. LAMBERTI. 643
Prologus. 643
Incipit vita. 645
CAPUT I. Nobiles sancti natales præclara institutio ; episcopatus Trajectensis et ex eo depulsio. 646
CAP. II. Secessus in monasterium, et vita ibi septennio acta, ejectio Pharamundi, sanctique in sedem suam restitutio. 649
CAP. III. S. episcopales virtutes ; diœcesis ab eo lustrata : Taxandri ad Christum adducti ; martyrium : corporis translatio et sepultura prodigiis clara. 654
HERVÆUS RHEMENSIS ARCHIEPISCOPUS
Notitia historica.
EPISTOLA AD WITONEM ARCHIEPISCOPUM ROTHOMAGENSEM. 661
I. De S. Joanne evangelista. 663
II. De S. Silvestro et Constantino imperatore. 663
III. Dicta B. Gregorii ad populum. 664
IV. Ejusdem ad Petrum abbatem. 665
V. Ejusdem ad Melitum abbatem. 665
VI. Ambrosius episcopus. 665
VII. Augustinus. 666
VIII. De S. Remigio episcopo. 666
IX. De S. Vedasto episcopo. 666
X. Ex vita S. Basili, de quodam apostata. 667
XI. De sancto Laurentio. 668
XII. De S. Sebastiano. 668
XIII. Verba domni Bedæ. 669
XIV. Leo papa. 670
XV. Item Leo. 670
XVI. Ex concilio Nicæno. 670
XVII. Ex concilio Carthaginensi. 670
XVIII. Ex concilio Ancyrano. 670
XIX. Ex eodem. 671
XX. Ex eodem. 671
XXI. Leo papa. 671
XXII. Item Leo papa. 671
XXIII. Ex Actibus apostolorum. 672
XXIV. Ex concilio Africano. 672
XXV. Ex Cœlestino papa. 672
XXVI. Ex pœnitentiali Bedæ. 673
CONCILIUM RHEMENSE PRÆSIDE HERVÆO in quo anathema dictum in eos qui Fulconem archiepiscopum occiderunt, pridie Nonas Julii, anno Christi 900. 675
APPENDIX AD HERVÆUM RHEMENSEM.

Acta concilii Trosleiani. 673
Præfatio. 675
Allocutio Hervæi archiepiscopi. 676
Capitulum I. De honore et cultu ecclesiarum Dei. 678
Cap. II. De statu regni et fidelitate regis. 679
Cap. III. De regulare statu jam pene collapso. 681
Cap. IV. De sacrilegiis et eorum damnatione. 684
Cap. V. De vexatione et inhonoratione sacerdotum 686
Cap. VI. De dotibus et decimis ecclesiarum et de censu pro eis non exigendo. 690
Cap. VII. De rapinis. 694
Cap. VIII. De raptis et occultis nuptiis et incestis. 696
Cap. IX. De accessu et frequentatione ac cohabitatione presbyterorum et clericorum cum feminis 698
Cap. X. De fugiendo luxuriam. 703
Cap. XI. De perjuriis cohibendis. 704
Cap. XII. De discordantibus iracundis et litigiosis. 705
Cap. XIII. De homicidis et mendacibus. 706
Cap. XIV. De non diripiendis ecclesiæ rebus defuncto episcopo. 711
Cap. XV. Epilogus ad episcopos et generaliter ad omnes. 713

*WALTERIUS SENONENSIS EPISCOPUS.*

Notitia historica. 717
Statuta. 717

*RADBODUS DOLENSIS.*

Epistola ad Adelotanum regem. 720

*ABBO SANGERMANENSIS MONACHUS.*

DE BELLO PARISIACO. 721
Scedula singularis cernui Abbonis dilecto fratri Gozlino. 725
Versiculi ad magistrum dactilici. 725
LIBER PRIMUS. 726
LIBER SECUNDUS. 740
LIBER TERTIUS. 753
SERMONES QUINQUE SELECTI. 761
Monitum Acherii ad lectorem. 761
Incipit argumentum libri sequentis. 762
Sermo I. In cœna Domini. 763
Sermo II. De Cœna Domini et de multis sacramentis ejusdem diei. 764
Sermo III. In porta ecclesiæ ad pœnitentes nondum adeptos reconciliationem. 769
Sermo IV. In Cœna Domini ad pœnitentes reconciliatos. 770
Sermo V. De fundamento et incremento Christianitatis. 770

*DADO EPISCOPUS VIRDUNENSIS.*

Notitia historica. 777
DE VITA HATTONIS ET BERHARDI. 779
FRAGMENTUM HISTORICUM. 779

*AGIO ARCHIEPISCOPUS NARBONENSIS*

Notitia historica. 780
HISTORIA ABBATIÆ VABRENSIS. 782
Appendix. 786

*CYPRIANUS CORDUBENSIS ECCESIÆ ARCHIPRESBYTER.*

Notitia historica. 788
Epigrammata. 798

*JOANNES PAPA X.*

Notitia historica. 799
EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA. 799
I. Epistola ad episcopos Narbonensis primæ. 799
II. Privilegium Joannis X Haiconi abbati concessum. 800
III. Joannis privilegium pro ecclesia Augustodunensi. 801
IV. Privilegium pro monasterio S. Galli. 803
V. Privilegium Paulo epicopo Adriensi concessum. 804
VI. Privilegium Honesto archiepiscopo Ravennati concessum. 805
VII. Ad Herimanum archiepiscopum Coloniensem. 806
VIII. Ad Carolum III regem. 807
IX. Ad Joannem archiepiscopum Salonitanum (Spoletinum) et ejus suffraganeos. 808
X. Ad Tamislaum regem Creatorum, Michaelem ducem Chulmorum. 809
XI. Ad Joannem archiepiscopum Spoletinum. 809
XII. Pro monachis S. Launomari apud Avernos. 809
XIII. Ad Aimericum Narbonensem archiepiscopum. 811
XIV. Ad Rodulphum regem Francorum Widonem archiepiscopum Lugdunensem. 812
XV. Ad Wenni archiepiscopum Hamburgensem. 813

*LEO PAPA VI.*

Notitia historica. 813
Epistola ad episcopos Dalmatiæ. 813

*HUCBALDUS MONACHUS S. AMANDI.* 815

Notitia historica et bibliographica. 823
Notitia altera.
OPERUM PARS PRIMA. — HAGIOGRAPHICA.
EPISTOLA DE S. THEODERICO. 825
HYMNUS DE S. THEODERICO. 826
VITA SANCTÆ RICTRUDIS ABBATISSÆ MARCIANENSIS. 828
Prologus auctoris. 829
Incipit vita. 829
Cap. I. Franci ad fidem per S. Remigium adducti. 829
Cap. II. Rictrudis parentes nobiles. 831
Cap. III. A S. Amando exsulare jusso eruditi in fine. 832
Cap. IV. Amandus a Dagoberto mulerioso revocatur. 832
Cap. V. Adalbaldo nubit Rictrudis. 833
Cap. VI. Liberos gignit. 834
Cap. VII. Maritum occisum luget. 835
Cap. VIII. Nuptiis secundis nuntium remittit. velum assumit coram rege. 835
Cap. IX. Ut habitum mentis sic mutat et corporis. 837
Cap. X. Marcianas monasterium eligit ubi spiritualibus vacaret exercitiis. 837
Cap. XI. Filias suas Deo sacrat. 838
Cap XII. Marcianis se recludit. 839
Cap. XIII. Adalsindæ filiæ mortem fert æquanimiter. 839
Cap. XIV. Mauronti ejus filii gesta. 840
Cap. XV. Mauronstus nuptias fugiens tondetur. coronæ clericalis significatio. 841
Cap. XVI. Gertrudi abbatissæ Amaticensi mortuæ sufficitur Eusebia duodenis, at matris jussu Marianas revocatur.Hamaticum noctu secedit cum Amato. 843
Cap. XVII. A matre ob hanc rem virgis correpta læditur. Episcopis consulentibus Hamaticum redire sinitur. 844
Cap. XVIII. Objectioni facit satis auctor. 845
Cap. XIX. Item alii objectioni. 846
Cap. XX. Amatus moritur; item Maurontus. 846
Cap. XXI. Rictrudis abdicato regimine moritur. 847
Cap. XXII. Sepelitur. 847
Cap. XXIII. Miraculis clarescit. 848
Cap. XXIV. Auctoris invocatio. 848
De Translationibus et miraculis sanctæ Rictrudis. 848

PASSIO SS. QUIRICI ET JULITTÆ MARTYRUM. 851
VITA S. ALDEGUNDIS VIRIGINIS. 857
Dedicatoria auctoris. 858
Prologus. 858
Incipit vita. 859
CAP. I. S. Aldegundis, ortus, institutio, visiones. 859
CAP. II. Propositum servandæ virginitatis a matre oppugnatum. 862
CAP. III. Ejus propositum parentibus tandem probatum. 864
CAP. IV. Velum susceptum, Monasterium institutum. 866
CAP. V. Aldegundis virtutes, miracula. 868
CAP. VI. Visiones, prophetia, ægritudo. 871
CAP. VII. Obitus et in eo miracula. 873
VITA SANCTI LEBWINI PRESBYTERI ET CONFESSORIS. 875
Epistola Petri. 875
Epistola Odilonis. 877
Versus Judionis. 877
Incipit vita S. Lebwini. 878
DE S. JONATO CONFESSORE. 893
CAP. I. Notitia loci et sancti ejusque gesta et ætas. 893
CAP. II. Cultus sacer et brevia hinc inde elogia. 897
CAP. III. Sacri corporis elevatio, translatio et relatio. 901
OPERUM PARS SECUNDA — MISCELLANEA.
OPUSCULA DE MUSICA. 905
Monitum. 905
DE HARMONICA INSTITUTIONE. 905
Dimensio monochordi. 927
Alia musica. 929
De secundo tono. 935
Item nova cujusdam expositio. 936
De tertio tono. 936
De quarto tono. 938
De tertio et quarto tono nova cujusdam expositio. 940
De quarto tono. 940
De quinto tono. 940
De quinto tono nova cujusdem expositio. 941
De sexto tono. 941
De sexto tono nova cujusdam expositio. 942
De septimo tono. 942
De septimo et octavo tono nova cujusdam expositio. 945
De octavo tono. 945
Sequitur præmissus expositor. 946
Expositio eorumdem tonorum. 951
De mensuris organicarum fistularum. 953
De cymbalorum fonderibus. 954
HUCBALDI MUSICA ENCHIRIADIS. 958
CAP. I. 958
CAP. II. De phthongorum figuris et quare sint octodecim. 959
CAP. III. Unde dicatur tetrachordum finalium et cæterarum. 959
CAP. IV. Quare unam solum tetracordum sub finalibus sit et duo supra. 959
CAP. V. Quid distet inter autentos et minores tonos. 960
CAP. VI. De proprietatibus sonorum et quotis locis ab invicem distent ejusdem qualitatis soni 960
CAP. VII. Descriptiunculæ de sonorum proprietatibus ad exercendum. 961
CAP. VIII. Quomodo ex quatuor sonorum vi omnes toni producantur. 961
CAP. IX. Quid sit inter phthongos et sonos : inter tonos et epogdoos. Quid etiam toni et modi sive tropi, particulæ quoque. Quia diastema et systema. 965
CAP. X. De symphoniis. 966
CAP. IX. Quomodo ex simplicibus symphoniis aliæ componuntur. 969
CAP. XII. Item de eisdem symphoniis. 972
CAP. XIII. De proprietate symphoniarum. 973
CAP. XIV. De acutiore diaphonia per diatessaron, ejusque descriptio. 974
CAP. XV. Diaphoniæ acutioris descriptio per diapente. 976
CAP. XVI. Quid de his Ptolemæum sensisse Boetius narret. — De consonantia nempe diapason et diatessaron. 976
CAP. VII. De ordine consonantiarum, consonantia et inconsonantia. 978
CAP. XVIII. Quomodo altiora, modo submissiora loca organum petat. 978
CAP. XIX. Quod in aliquibus rationis hujus profunditas minus sit penetrabilis. 981
INCIPIUNT SCHOLIA DE ARTE MUSICA. 982
INCIPIT SECUNDA PARS DE SYMPHONIIS. 995
INCIPIT TERTIA PARS. 1008
De multiplici in æqualitate. 1009
De superparticulari. 1010
De superpartiente. 1010
De multiplici superparticulari. 1010
Incipit commemoratio bevis de tonis et psalmis modulandis. 1026
HUCBALDI MONACHI ECLOGA DE LAUDIBUS CALVITII. 1041
Incipit ecloga ad Carolum Calvum imperatorem, procemium.— Camenæ invitantur ad laudem Calvorum. 1042
CAP. I. Quod calvities in præsagio futurorum quibusque provenire videatur. 1043
CAP. II. Calvos cantores, abbates, doctores, etiam et episcopos esse atque sacerdotes. 1043
CAP III. Quod calvi reges sint et imperatores consules quoque legislatores et judices. 1043
CAP. IV. Quod calvi sint duces exercitus, ipsi etiam docti atque robusti. 1043
CAP. V. Laus calvorum in experientia artis medicinæ, tam pharmaciæ, quam chirurgiæ. 1044
CAP. VI. Invectio increpantis adversus cavillatorem calvas conviciantem. 1044
CAP. VII. Item adversus eumdem, et laus calvorum de humilitate, charitate et castitate. 1044
CAP. VIII. Exprobratio carminis ejus et paradigma de Elisea propheta et pueris illi insultantibus. 1044
CAP. IX. De egregio calvo Paulo apostolo, quod a Christo vocatus, cæcatus sit raptus in tertium cœlum. 1044
CAP. X. Quod factus sit ex persecutore prædicator et quod comam nutrire et turpem vetarit proferre sermonem. 1045
CAP. XI. Camenas docta de cavillatore insinuante eum calvi regis judicio cæcatum. 1045
CAP. XII. Epitoma laudis calvorum a corporis situ et pulchritudine, et quod calvus microcosmus sit.
Adnotationes. 1046
EPISTOLA METRICA AD CAROLUM CALVUM IMPERATOREM. 1048
EPITAPHIUM MILONIS MONACHI S. AMANDI ELNONENSIS HUCBALDI MAGISTRI. 1049
HUCBALDI EPITAPHIUM DUPLEX. 1049

### *STEPHANUS PAPA VII AL. VIII.*

Notitia historica. 1050
EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA. 1051
I. Bulla pro monasterio S. Vincentii Vulturnensis. 1051
II. Privilegium pro monasterio S. Mariæ Broniensi. 1053

### *JOANNES PAPA XI.*

Notitia historica. 1055
EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA. 1055

I. Joannis XI privilegium pro monasterio Cluniacensi. 1055
II. Privilegium pro eodem monasterio. 1058
III. Privilegium pro monasterio Vizeliacensi. 1050
IV. Epistola ad clerum et populum Augustodunensem. 1061
V. Privilegium pro monasterio S. Mariæ et S. Martini Pictaviensi. 1062

*SEULFUS RHEMENSIS ARCHIEPISCOPUS*

Notitia historica. 1063
CONCILIUM RHEMENSE PRÆSIDE SEULFO. 1065

*LEO PAPA VII*

Notitia historica. 1065
EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA. 1065
I. Privilegium pro monasterio Fuldensi. 1065
II. Bulla pro cœnobio Sublacensi. 1067
III. Bulla pro monasterio Cluniacensi. 1068
IV. Privilegium pro eodem monasterio. 1069
V. Epistola ad Gerhardum Laureacensem archiepiscopum. 1071
VI. Epistola ad Hugonem Francorum regem et monasterii. S. Martini Turonensis abbatem. 1072
VII. Privilegium pro monasterio Cluniacensi. 1074
VIII. Privilegium pro monasterio S. Benedicti Floriacensi. 1075
IX. Epistola ad Guidonem, Lugdunensem. Teutolonem, Turonensem, etc. 1077
X. Privilegium pro monasterio Sublacensi. 1078
XI. Epistola ad Widonem Lugdunensem, Teotolonem Turonensem, etc. 1079
XII. Privilegium pro monasterio Cluniacensi. 1082
XIII. Epistola ad Adaldagum Hamburgensem episcopum. 1083
XIV. Epistola ad Fridurieum Moguntinum archiepiscopum. 1083
XV. Epistola ad Gallos et Germanos. 1085

*STEPHANUS PAPA VIII AL. IX.*

Notitia historica. 1088
EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA. 1089
I. Privilegium pro monasterio Tollensi. 1089
II. Privilegium pro Parthenone S. Mariæ Bruxeriensi. 1090

FINIS TOMI CENTESIMI TRICESIMI SECUNDI.

Valleguidonis.— Ex typis E. Jamin imprimatur.

3 2044 054 759 931

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY